APULEII

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

APULEII

OPERA OMNIA.

VOL. II.

APULEII

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

Deum dejerabo,[8] [g] me vera compertu[9] memorare. Nec vos ulterius dubitabitis,[1] si Thessaliam[2] proximam civitatem[h] perveneritis, quod ibidem passim per ora populi sermo jactetur, quæ palam gesta sunt. Sed, ut prius noritis qui sim, et cujatis,[i] et quo quæstu teneam,[k] audite. Æginensis quidem sum,[l] Ætneo melle,[3] vel caseo,[m] et hujuscemodi

jurabo tibi ante per hunc Solem, qui Deus est cernens, omnia me narrare, quæ expertus sum vera esse. Et vos non ambigetis amplius, si ingressi fueritis proximam urbem Thessaliæ, quia illic fama horum vulgo percrebuit in ore plebis, utpote quæ facta sunt in propatulo. Sed, ut sciatis prius quis ego sim, et ex qua gente, et quo commercii genere me sustentem, auscultate. Ego sum ex Insula Ægina, hinc inde

8 Bemb. *sed tibi pius detestabor*. Putean.—9 *Vera comperta*. Malim *vero*, hoc est, vere, revera, ut in Suspectis (l. IV. ep. 20.) dixi. *Sciopp. Symb. Cr.* Forte *re comperta*. N. Heins.—1 *Dubitatis*. Vulg. *Ne et vos ulterius dubitetis*. Colv. Fux. *Nec vos u. dubitabitis*. Roaldus. Bert. Aldus et Rom. *dubitetis*. Elmenh. —2 Fux. *Thessaliæ*. Ald. vero, *Thessalicam*. Roald.—3 Hæc et pauca quæ sequuntur mutila et mendosa in scripto exemplari, ad hunc modum: *Sed ut prius noritis cujatis sim qui sim Ægiensis audite, et quo quæstu teneam, melle, &c.* Sed singula consideremus. *Colv.* Fux. *Sed ut p. n. cujatis sim, quod sim Argiensis audite, et quo quæstum teneam, melle vel caseo.* Roaldus. Cod. Palat. *Sed ut noritis, cujatis sim quod sim Æginensis audite, et quid quæstu teneam: melle*. Wower. *Quo quæstu teneam*. Ita reposui veteris libri vestigia secutus, cujus scripturam jam dedi. Vulgati, *quo questum nunc eam*. Locutione eadem usus Plautus Pseudulo: ‘Nec boni ingenii quicquam in his inest, nisi

NOTÆ

[g] *Tibi prius Solem istum dejerabo*] Solenne fuit jurare per Solem. Julian. in Misopogone: Καὶ τούτου μάρτυρα καλῶ τὸν μέγαν ἥλιον πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας. Ovid. III. Metamorphos. ‘Per tibi nunc ipsum [Solem] (neque enim præsentior illo Est Deus) adjuro tam me tibi vera referre Quam veri majora fide.’

Videntem Deum] Quippe qui sit mundi oculus, quo cuncta collustrantur, et redduntur conspicua. Valerio Flacco Argonaut. lib. V. vers. 247. Sol dicitur ‘omnituens:’ Æschylo πανόπτης κύκλος.

[h] *Thessaliam proximam civitatem*] Aldus *Thessalicam*, recte. Nec audiendus Pricæus, qui, ut vulgatam lectionem tueatur, locum hunc Solini profert lib. XIV. de Thessaliæ oppidis: ‘Egregia sunt Phthia, Larissa, Thessalia, et Thebæ.’ Nam, quicquid sit de illa urbe Thessalia, quam quidem Plinius non in Thessalia Provincia, sed in Macedonia collocat, Aristomenes hic, qui suos casus enarrat, Hypathæ incidit in Socratem, et alia passus est monstra, quæ infra narrat.

[i] *Cujatis*] In recto casu, pro, cujas, cujus sexcenta exempla occurrunt in priscis Auctoribus. Sufficiat hoc unum Accii in Telepho: ‘Qui neque cujatis esset unquam potuimus Multa rogantes scire.’

[k] *Quo quæstu teneam*] Sustentem. Sic Plautus Pseudolo: ‘Nec boni ingenii quicquam inest, nisi ut improbis se artibus teneant.’ Noster lib. IX. ‘Parvis mercedibus vitam tenebat.’

[l] *Æginensis quidem sum*] Ex Ægina

cauponarum mercibus, per Thessaliam, Ætoliam,[n] Bœotiam[o] ultro citro[4] discurrens. Comperto itaque, Hypatæ,[p] quæ civitas cunctæ Thessaliæ antepollet, caseum recentem,[5] et sciti saporis, admodum commodo[6] pretio dis-

commeans per Thessaliam, Ætoliam, et Bœotiam cum melle Hypatensi, vel caseo, et similibus mercibus popinalibus. Cum igitur audivissem in urbe Hypata, quæ est primaria totius Thessaliæ, caseum recentem, exquisiti saporis, venalem esse pretio

ut improbis se artibus teneant.' Sic lib. IX. 'Fabriles operas præbendo, parvis illis mercedibus vitam tenebat,' id est, tuebatur, sustinebat. *Colv. Quo quæstu teneam.* Dicendi genus insolens. Fortasse scripserat Apul. *Quo quæstu vitam teneam.* Lib. IX. 'Parvis mercedibus vitam tenebat.' *Wower. Quo quæstum teneam.* Ita Flor. Bertin. *q. q. in iter eam.* Basil. 2. *quo quæstu t.* Scaliger, *quo quæstu vitam teneam.* Roman. Ven. Basil. 1. et Ald. *quo quæstum nunc eam.* Hamilton, *quo quæstu iter ineam.* Sed Flor. codicis lectio bona est: nam et Plautus in Pseudolo dixit 'improbis se artibus tenere.' *Elmenh.* Ni mavis, *quo quæstu tenear.* N. Heins. *Ægiensis.* Magis probo, quod in quibusdam libris est, *Æginensis.* Ægina enim emporio celebris. Hinc 'æs Ægineticum' apud Plinium, ut hic bene notatum a Beroaldo. Diphilus Negotiatore: Οὗτος ἀπεκρίνετ', ἂν ἐρωτήσῃς, πόσου Ὁ λάβραξ; δέκ' ὀβολῶν· οὐχὶ προσθεὶς σοι ποταπῶν; Ἔπειτά γ' ἂν τ' ἀργύριον αὐτῷ καταβάλῃς, Ἔπραξα τ' Αἰγιναῖον. Locus est apud Athenæum, Deipnosophist. lib. VI. Lucianus de Luctu: Καὶ εἰ δύναται παρ' ἐκείνοις Ἀττικὸς ἢ Μακεδονικὸς ἢ Αἰγιναῖος ὀβολός. Unde negotiatoribus frequentatam et habitatam hanc insulam, verisimiliter quis conjectaverit. *Colv. Ægiensis quidem.* Lege *quidam.* Wowerius. *Æginensis.* Alii *Ægiensis.* Male. *Elmenh. Ætneo melle.* Becichemus testatur alibi legi *Ennæo melle:* ut et Beroaldus. *Colv. in Add. Hypathæo melle.* Ald. Rom. et Venetus: *Æthnæo melle.* Bert. et Beroald. *Ennæo melle.* Elmenh.—4 Ms. *citroque.* Colvius. Flor. *citroque.* Elmenh.—5 *Comperto, &c. esse caseum recentem.* Male ubique habitus hic locus. Ms. *Comperto itaque Hyp. civitatis cunctæ Thess. antepollere caseum rec.* Ald. *Comp. itaque q. H. quæ civitas c. Th. antep. esset caseum, recentem.* Ex quo lectio, quæ a nobis excudi jussa. Re-

NOTÆ

Insula in Saronico Sinu posita, quam ut ait Ovidius Metam. lib. VII. 'Œnopiam Veteres appellavere; sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit.'

[m] *Æt. [Hypatæo] melle, vel caseo]* Magna hic varietas. Alii *Hypatæo,* alii *Æthnæo,* Beroaldus *Ennæo.* Quid si reponas, *Athenæo melle, vel Hypatæo caseo,* ut Athenæum mel sit Atheniense, Ἀθηναῖον: mel nempe illud Cecropium adeo decantatum? Certe de *Hypatæo caseo* Noster mox: 'Comperto itaque Hypatæ,' &c. 'esse caseum recentem et sciti saporis,' ubi de melle nihil habet. Qui *Æthnæo* retinent, Siculum interpretantur, Hyblæum nempe mel, plurimum quoque celebratum, et secundæ ab Attico bonitatis.

[n] *Ætoliam*] Ætolia regio est proxima Epiro, Acarnaniæ et Locris finitima; sic dicta ab Ætolo, Martis filio, qui eam, ex Elide ejectus, incoluit.

[o] *Bœotiam*] Regio hæc ad Mare Ægæum. Sita est contra Eubœam Insulam; hujus caput Thebæ a Cadmo conditæ. Fuere et alia ejus nomina. Dicta enim fuit Aonia, Ogygia, Hyantis, Messapia, et Cadmeis.

[p] *Hypatæ*] Hypata, Græcis τὰ Ὕπατα, Thessaliæ urbs est ad Sperchium

trahi, festinus accucurri,[7] id[8] omne præstinaturus.[q] Sed, ut fieri assolet, sinistro pede[r] profectum[9] me spes compendii frustrata est. Omne enim pridie Lupus negotiator

valde modico, advolavi celeriter totum emturus. Verum, ut fere contingit, spes lucri me fefellit, itinere suscepto malo omine. Nam Lupus dives mercator illum

liqui vulgares: *Quod Hyp. q. c. c. T. a. esset caseus recens.* Quod tolerari poterat, sed illud maluimus. Papinianus: 'Comperto matrem suam intestato decessisse.' Paulus: 'Non dissimulato se libertum esse,' l. x. D. de in Jus Voc. Sallustius l. vi. Historiar. 'Comperto lege Gabinia Bithyniam et Pontum consuli datam.' Sed quid aliunde petimus, quæ domi habemus? Infra l. vii. 'Cognitoque quosdam, immo vero fortissimum quemque, variis quidem, sed impigris casibus adoppetisse:' et l. viii. ut nunc primum emendavimus: 'Canes venationis indagini generosæ mandato, cubili residentes invadere bestias, immittuntur.' *Colv. Comperto itaque Hypatæ, q. c. c. Th. antepollet, esset caseus recens.* Aliter in Edit. Aldi: *Comperto Hypatæ, q. c. c. Th. a. esse caseum recentem:* citra purum putum Latinismum. Ulp. l. metum. 9. ff. 'Quod metus causa: si fundum meum dereliquero, audito quod quis cum armis veniret:' et Justin. infinitis prope locis, 'Cognito, quod,' ut Noster pag. 41. 'Cognito, quod res erat.' *Roald.*—6 Sic Ms. et Ald. Reliqui *commodus.* Colv. *Commodo* habet Ald. *Roald.* Bertin. et Venet. *commodus.* Basil. 2. *commodo.* Elmenh. Mss. O. excepto, ut aiunt, Bertiniano, et Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. verissime dant *commodo.* Altera lectio nihili est. *Oud.*—7 *Accuc.* Ms. Ald. Col. Bas. 1. *accurti.* Colvius. Vulgo, *accurri.* Elmenh. Intelligit Elmenh. Ed. Vulcanii secundam; nam alioquin vulgo tum jam edebatur *accucurri*, ut est in Mss. Florent. Reg. aliisque. *Accurri* in Oxon. *Oud.*—8 In manuscript. *ad.* Colv. Quod in membranis legitur *ad*, ut approbem, facit Cyprianus, qui 'ad' particulam Afris in usu esse testatur. Noster mox, 'Et ob id ad aquas sterilem.' Petronius Arb. Satyr. 'Qui solebat aliquando et ad causas agere.' *Brant.*—9 Quid si legamus *provectum?* et contra lib. ix. de Asino: 'Quanquam procul semotus domum celeri gradu profectus:' quo loco editiones præferunt *provectus?* Atqui novum non est in scriptoribus Romanis 'proficisci domum,' 'proficisci rus,' 'proficisci ad villam:' immo frequentata eadem huic scriptori libro [F. *libere,*

NOTÆ

amnem sita. In ea primam fabulæ suæ scenam posuit Lucianus, sicut et Noster.

[q] *Caseum recentem, &c. id omne præstinaturus*] Videtur hic Apul. σολοικίζειν. Crediderim primo scriptum *caseum recente*, neutro genere: ἀρχαϊκῶς pro, recens. Caseum enim Veteres neutro quoque genere extulerunt, teste Non.

Distrahi] 'Distrahere' Jurisconsultis vendere est: et 'Distractio' venditio. Alias 'distrahere' separare est ac divellere.

Præstinaturus] 'Præstinare' verbum vetus est, quod significat, emere. Plaut. Epidico: 'Ut præstines argento, priusquam venit filius.'

[r] *Sinistro pede*] Improspero. Contra 'dextro pede' profectus dicitur, cui, quod suscepit, succedit ex animi sententia. In auguriis tamen sinistrum pro salutari et prospero, et sinistræ aves et læva tonitrua boni præsagii. Virgil. Æneid. iii. 'Subitoque fragore Intonuit lævum,' &c. Unde Festus et Servius existimant auspicium 'sinistrum' dici a 'sinen-

magnarius[s][1] coëmerat. Ergo[2] igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodum[3] vespera oriente ad balneas[t] processeram. Ecce Socratem contubernalem meum conspicio. Humi[4] sedebat, scissili palliastro semiamictus, pæne alius,

comparaverat universum die præcedenti. Cum ergo ivissem sub vesperum ad thermas defessus inutili festinatione, conspicor subito Socratem familiarem meum. Sedebat humi semiopertus palliolo lacero, prope diversus a seipso ob pallorem, detur-

vel *libero,*] decerno. *Steweck.*—1 Interpretes *mercatorem magnarium* explicant celebrem et clarum. Alius eum a magnitudine negotiationis vult dictum. Mihi aliquando in mentem venit, Auctorem dixisse, *Pantapola;* dehinc interpretamenti vicem accessisse illa, *negotiator magnarius.* Meminit eorum hominum Constitutio Novella Imperatoris Valentiniani: 'Græcos negotiatores, quos pantapolas dicunt, in quibus manifestum est, maximam inesse multitudinem, magnamque in emendis vendendisque mercibus diligentiam,' &c. Videndus quoque de iisdem Jacobus Cujacius lib. x. Observat. cap. 19. *Steweck.* Nonnullus offensus peregriniore vocabulo Græcam dictionem substituit. Minus recte. Nam *magnarius* is probe dicitur, qui merces in solidum aut emit aut etiam vendit. Id quo firmiter credamus facit Episcopus ille Hipponensis, qui, lib. VII. c. 4. de Civit. Dei, magnario diversum minutularii nomine insignit his verbis: 'Ridemus quidem, cum eos videmus figmentis humanarum opinionum partitis inter se operibus distributos tanquam munuscularios vectigalium conductores vel tanquam opifices in vico argentario, ubi unum vasculum, ut perfectum exeat, per multos artifices transit, cum ab uno perfecto perfici posset.' Quidam codices Mss. *minicularios:* quidam *minutularios:* quod germanum esse Auctoris, nemini dubium erit, qui meminerit non absimili forma vocari 'minutal edulium, quia fiat de piscibus et isiciis oleribusque minutim concisis,' ut scribit Isidorus lib. xx. Origin. *Gruter. Susp. L.* Palat. *magnus.* Wower. Male. Gruterus Suspic. lib. II. cap. 7. *Elmenh.*—2 Bas. 1. et Col. *Ego.* Colv.—3 Bert. *admodum,* id est, fere. *Wower.* Bert. *admodum.* Id est, fere, circiter, quo nihil est apud Livium frequentius, ut lib. XLIII. 'Exacto admodum mense Februario.' Cic. 'Curio literarum nihil admodum sciebat.' Cæsar v. Bell. Gall. 'Turres admodum CXX. excitantur incredibili celeritate.' *Sciopp. Symb. Crit. ac Susp. Lect.* IV. 20. Nihil mutandum. Nam et hic et alibi *commodum* pro, tunc, ponit. *Elmenh.*—4 Fux. *qui h.* Vulgata lectio elegantior. *Roald.*—5 In Ma-

NOTÆ

do.' Id alii hac distinctione acute satis expediunt: dicunt scilicet, in iis, quæ ab hominibus proficiscuntur, ut sternutatione, profectione, &c. dextra esse meliora; contra vero in iis quæ Dii mittunt, ut avibus, tonitru, &c. præstare sinistra, quoniam dextra Deorum sinistra sit hominum.

[s] *Negotiator magnarius*] Idem videtur esse quem Apul. lib. v. dicit 'magnis pecuniis negotiantem.' Gallice vertas, *marchand en gros.* Colvius tamen suspicatur genus aliquod peculiare mercatorum fuisse magnarios. Ego, quod super hac re pronuntiem, certi nihil habeo. Prior tamen interpretatio veri mihi videtur similior.

[t] *Ad balneas*] Fœminino genere publicas dici: neutro vero privata balnea seu balinea docet Varro, lib. VIII. de Lingua Latina. De balneorum structura et situ, consule Vitruv. lib. v. c. 10.

lurore ad miseram maciem[5] deformatus: qualia solent Fortunæ determina[6][u] stipes in triviis erogare. Hunc talem, quanquam necessarium et summe cognitum,[7] tamen dubia mente propius[8] accessi. Hem, inquam, mi Socrates, quid istud? quæ facies?[9] quod flagitium? At vero domui[1] tuæ jam [5] defletus et conclamatus es.[w] Liberis tuis tutores

patus miserando macrore, talis omnino qualia solent esse illa purgamenta fortunæ, quæ mendicant nummulos in compitis. Ad illum tali modo ornatum accessi dubitabundo animo, tametsi mihi esset familiaris et intime notus. Hem, inquam, mi Socrates, quid hoc est rei? Quis vultus? Quod probrum est istud? Sed jam familia tua te prosecuta est lacrymis et vociferationibus lugubribus quasi mortuum.

nuscript. *pone alius lyrote ad miseram maciem.* Doctissimus Lipsius doctor et ductor meus legendum censebat: *pœnali lurore ac m. m.* Colvius. Fux. *lurore ad miseram maciem def.* belle. *Roald.* Lipsius *pœnali lurore.* Petrus Chrysologus p. 42. 'Defectu luridus.' Tertullianus adversus Marcionem lib. IV. cap. 8. 'Luridati delinquentiæ maculis, et nigrati ignorantiæ tenebris.' Tum *ad miseram maciem.* Sic Flor. alii, *ac misera macie.* Elmenh.—6 *Deterrima.* Idem princeps Criticus, *decermina*, emendabat. Festus: 'Decermina dicuntur, quæ decerpuntur purgandi causa.' Quid hac conjectura elegantius? Ego olim legebam, *detrimenta:* et sic posse recte vocari hominum illa mendicabula arbitrabar. Sed jam Lipsianum illud magis arridet. *Colv.* Elegantis eruditionis princeps Lipsius legit *decermina.* At in Bertiniano Cod. *determina.* Fortasse: *retrimenta.* Sed plane emendandum existimo: *qualia solent Fortunæ crimina.* Quod si non admittimus, tale aliquid excidisse tamen statuendum est. Silius Italicus lib. VI. 'Te, maxime, vidi, Ductorum, cum captivo Carthaginis arcem Terreres vultu, crimen, culpamque Tonantis Occidere.' Plutarchus Dione: Κάλλιππος, ἔγκλημα τῆς τύχης καὶ τῶν Θεῶν. In sententiis Carphilidis: Μονομάχος, τύχης αἰτίαμα. Wower. Bert. *determina,* id est, detrimenta, ramenta. *Sciopp. Symb. Crit. et Susp. Lect.* IV. 20. *Decermina* Lipsii emendatio est. Bertinus, *f. determina.* Flor. Rom. Ald. Ven. *f. deterrima.* Colvius, *f. detrimenta.* Wower. *f. crimina* legunt. Plautus hoc genus hominum 'mendicabula' appellat, Aulular. scena 'Divitiis picos.' *Elmenh.*—7 *Agnitum.* In Manuscripto *cognitum.* Colv. Alii *cognitum.* Elmenh.—8 Ald. *proprius.* Male. *Elmenh.*—9 Pith. *quid facis?* Oud. —1 *Domi.* Idem Ms. *domui tuæ.* Colvius. Ms. *domui tuæ,* rectius multo et concinnius. *Brant.* Adde Oxon. et Coll. Wass. et Ed. Scriverii. *Clamatus*

NOTÆ

[u] *Fortunæ det.* [*deterrima*] Lege cum Lipsio *decermina.* Apud Festum decermina dicuntur, 'quæ decerpuntur purgandi causa.' Intellige hic miserrima illa hominum mendicabula, quæ fortunæ quasi purgamenta ac propudia sunt. Wower. volebat *crimina,* minus apposite, ut arbitror.

[w] *Conclamatus es*] Servius ad illud Æneid. VI. 'Pars calidos latices:' 'Plin. in Natur. Historia dicit hanc esse causam, ut mortui et calida aqua abluantur, et per intervalla conclamentur, quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari, et homines fallere. Denique refert quendam suppositum pyræ adhibitis ignibus erectum esse, nec potuisse liberari; unde et servabantur cadavera septem diebus, et calida aqua abluebantur, et post ultimam conclamationem comburebantur: unde

juridici provincialis[x] decreto dati: uxor persolutis[2] feralibus[3] officiis, luctu et mœrore diutino[4] deformata, defletis pæne ad extremam captivitatem[5] oculis[y] suis,[6] domus infortunium novarum nuptiarum gaudiis[7] a suis sibi parentibus[z] hilarare compellitur. At tu hic[8] larvale simulacrum[a] cum summo dedecore nostro[9] viseris. Aristomene,[1] inquit,

Tutores constituti sunt tuis filiis sententia præfecti provinciæ. Conjux tua, procurato tuo funere, deturpata fletu et longo dolore, oculis ita tabefactis ex copia lacrymarum, ut fere visu orbata sit, incitatur a suis ipsius parentibus ad commutandam calamitatem suæ domus lætitia novi matrimonii. Sed tu interim spectrum sepulcrale conspiceris hic cum nostro maximo probro. O! Aristomene, ait, tu profecto

mox inepte Palat. *Oud.*—2 *Præsolutis.* Corrige *persolutis.* Wower. Aldus et Ven. *præsolutis.* Male. *Elmenh.*—3 Mang. Cod. *funeralibus.* Puteau.—4 Col. et Basil. 1. *diuturno.* Colvius. Rom. *diuturno.* Elmenh. Neque aliter Mss. Palat. Pith. Fux. Oxon. Coll. Voss. 2. Edd. Vicent. Beroald. 1. perpetua variatione. Vid. l. II. 'Diutinam bilis amaritudinem.' In Flor. N. 21. 'Diutina fortitudo.' *Oud.*—5 Scaliger, *a. ex. cæcitatem:* alii, *cavitatem.* Male. Vid. Indicem. Quintilianus Declamat. XVI. 'Cognita,' &c. [Vid. Inf.] *Elmenh.* Adde Ferrarium d. l. Oculi scilicet clausi considerantur, ut captivi, et cæca dicitur capta oculis. In Ed. Vulcanii sec. male editur *cæcitatem;* qui *cavitatem* ad marginem calamo allevit. *Oud.*—6 Pronomen deest Ms. Barthii., ipso probante l. XXIV. Advers. c. 1. Sed statim sequitur 'faciem suam.' Dein *infortunio* Palat. Tum *sibi* non habet Regius, Fux. Male: p. 8. 'Cunctos in suis sibi domibus clausit;' et passim. *Larvate* in Pith. *Oud.*—7 Bert. *gradus n.* inepte. *Elmenh.*—8 Manuscr. *hoc.* Colv. Sic et Palat. et Fux. Prave. *Oud.*—9 Vulgo *vestro,* male. *Elmenh.*—1 Reg. Fux. *Aristonome.*

NOTÆ

traxit Terentius, 'Desine: jam conclamatum est.'' Lucanus Pharsal. lib. II. 'Corpora nondum Conclamata jacent.' 'Conclamatus' ergo hic sumitur pro eo, qui certo mortuus habetur.

[x] *Tutores juridici provincialis*] Juridicus provincialis est is Magistratus, qui jus dicit in provincia, sive is prætor sit, sive proconsul, sive præses, sive alius quivis, qui provinciam regat. Hujus erat tutores pupillis, quibus nec testamento dati, nec legitimi erant, constituere; nec hujus tantum, sed et omnium magistratuum municipalium.

[y] *Defletis pæne ad extremam captivitatem oculis*] Similiter Quintil. Declamat. XVI. 'Cognita clade mariti, rarissimi uxor exempli totos efflevit oculos, fontemque illum perennium lacrymarum tantum cæcitas clausit.' Porro locum hunc παραφραστικωτέρως paulo reddidi in interpretatione: sed vix aliter sensus ejus omnis poterat exprimi, tanta inest ἐνέργεια.

Captivitatem] Apposite de oculis Virgil. Georgic. 'Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.'

[z] *A suis sibi parentibus*] A propriis parentibus. Sic Terent. Adelphis: 'Suo sibi hunc gladio jugulo.'

[a] *Larvale simulacrum*] Larvæ dictæ sunt animæ hominum malis vitæ meritis contaminatæ, quas occurrere noctu atque obvios terrere credebant.

næ tu Fortunarum lubricas ambages, et instabiles incursiones, et reciprocas vicissitudines ignoras. Et, cum dicto, sutili [2] centunculo faciem suam, jamdudum punicantem præ pudore, obtexit, ita ut ab umbilico pube tenus cetera corporis renudaret.[3] Nec denique perpessus ego tam miserum ærumnæ spectaculum,[4] injecta manu ut assurgat enitor.[5] At ille, ut erat capite velato, Sine, sine, inquit,[6] fruatur diutius tropæo Fortuna [b] quod fixit ipsa. Effeci

non novisti periculosos anfractus, et impetus varios, et alternas mutationes fortunarum. Et, cum hoc dixisset, obvelavit palliastro consuto ex multis pannis vultum jampridem erubescentem ex verecundia; ita tamen ut revelaret ceteras corporis partes ab umbilico usque ad inguina. Ego denique, non sustinens tam deplorabilem aspectum miseriæ, prehendo ipsum, et conor erigere in pedes. Sed ille obtecta facie, ut erat: Permitte, permitte, ait, ut Fortuna potiatur diutius tropæo, quod

Oxon. *Aristomine.* Item *ne* Mss. et Edd. Vett. *Oud.*—2 Idem Ms. *futili.* Colvius. Pal. et Bert. *futili.* Elmenh.—3 *Cetera enudaret.* Vulg. *cetera corporis renudaret.* Colvius. *Corporis.* Male omisit Vulcanius hanc vocem. Florent. Bas. 2. *enudaret.* Bertin. *denudaret.* Pal. *nudaretur.* Elmenh. Magis amplector scripturam, quæ habet *renudaret.* Nam et lib. II. 'Laciniis cunctis suis renudata.' *Brant.*—4 Παίγνιον τύχης. Elmenh. Male edidit Vulcan. Ed. sec. *ærumna.* Dicitur enim ut 'fortunæ ludibrium;' quod voluit indicare Elmenh. *Oud.*—5 Manuscrip. *innitor.* Colv. Hinc Lipsius margini libri adjecit, F. *Annitor.* Oud.—6 *Sine, sine, inquit.* Sic scripsimus ex scripto cod. Ald. et Ven. *Sine, sine,* geminatio non inelegans: ut apud Plautum sæpius, 'Age, age,' 'Apage, apage.' Persa, Epid. Mostel. et alibi. Cæcilius Umbris: 'Age, age, puere: duce me ad patrios fines decoratum opipare.' Turpilius Thrasyleone: 'Age, age, egredere.' Lucilius lib. XXXVIII. 'Agite, agite, fures.' Hæc pluribus, ut recte emendatum a nobis videri Varronem apud Marcellum ostendamus. Locus habet: 'Adeste, id est, a me quæ feram ignoscite.' Rescribo: *Adeste, adeste: a me quæ feram, agnoscite.* Et ideo versus istos veteris Poëtæ apud Ciceronem lib. I. de Divination. non bene aliter explicasse maximus Turnebus videri potest: 'Adest, adest, fax obvoluta sanguine atque incendio. Multos annos latuit: vos cives, ferte opem

NOTÆ

Vide Nostrum in l. de Deo Socratis. Alio sensu et pro sceleto sumitur. Petronius: 'Potantibus ergo, et accuratissime nobis lautitias mirantibus, larvam argenteam attulit servus sic aptam, ut articuli ejus vertebræque locatæ in omnem partem flecterentur,' &c. Hinc larvale simulacrum dicitur Socrates ille pallore et macie confectus, ac sceleti similis. Similiter et in Apologia Noster: 'Macilentam vel omnino evisceratam formam, prorsus horribilem et larvalem.' Est et larva in theatro faciei tegmen. Horat. 'Nil illi larva aut tragicis opus esse cothurnis.'

[b] *Fruatur tropæo Fortuna*] Tropæum seu trophæum dictum esse ἀπὸ τῆς τροπῆς, id est, a conversione seu fuga hostis, auctor est Isidorus Hispal. Orig. lib. XVIII. cap. 2. nam ab eo, quod hostem quis fugasset, merebatur tropæum. Erat autem illud lorica, cum galea et femoralibus, ornata

sequatur:[7] et simul unam e duabus laciniis meis exuo, eumque propere, vestio dicam, an[8] contego, et illico lavacro trado; quod unctui, quod tersui,[c] ipse præministro:[9] sordium enormem eluviem operose effrico;[1] probe curatum[2] ad hospitium, lassus[3] ipse, fatigatum ægerrime sustinens, perduco:[4] lectulo refoveo, cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo. Jam allubentia proclivis[5] est sermonis et

ipsa suspendit. Erici tamen ut mecum veniret: et simul despolio me altera ex duabus vestibus meis, et induo eum celeriter, vel potius cooperio, et statim colloco illum in balneo: ego ipse suppedito ei unde se ungat, et quo se tergat: abrado magno cum labore immanem copiam sordium: postquam curatus est a me diligenter, deduco eum ad diversorium meum, defessum sustentans magno labore, quia ego ipse eram defessus. Ibi recalfacio eum toro, expleo dapibus, vino animæquiorem reddo, et delinio narratiunculis. Jam colloquia nostra et cavilli propendebant ad hilari-

et restinguite.' *Colv.*—7 Varie hæc interpuncta et scripta. Manuscrip. *fruatur d. tr. F. quod si illa effeti sequatur.* Ber. Ro. Col. *quod fixit ipsa, effici sequatur.* Basil. 1. *effice sequatur.* Venet. et Basil. 2. *quod fixit ipsa, effeci sequatur.* Etsi, inquit, Socrates etiamnum humi jacere vellet, et hoc modo se excusaret, quod non surgeret, tamen effeci, ut me sequeretur. Hanc putem hujus loci mentem, et, quam posui, veram scripturam. *Colv.* Becichemus corrigit, scriptis libris etiam licet reclamantibus: *fruatur diut. tr. F. quod fixit ipsa, effœta sequatur.* Idem in Add. Fux. *effice*: error operarum. *Roald.* Tò *ipsa* delet Palat. Pro *sequeretur* Flor. Bas. 2. *sequatur.* Rom. Ald. et Ven. *effice s.* male. *Elmenh.*—8 Vulg. *anne.* Colv.—9 Ms. *quod tersui opus est.* Vulg. *quod tersui ipse præministro*; quod certe isti scripto non postposuerim. *Colv.* Fux. *quod u. t. opus est*: non tam bene. *Roald.* Tò *opus* non est in Flor. Venet. et Bertino. Infra: 'Oleum unctui et lintea tersui profer.' *Elmenh.*—1 *Eluviem effrico.* Vulg. *eluviem operose effrico.* Colv. Adde ex Palat. et aliis *operose.* Wower. *Operose eff.* Basil. 2. Colvius et Vulcanius τὸ *operose* male hic delent. *Elmenh.*—2 Iidem *probe curato.* Colvius. Palat. et Bertin. *curato.* Elmenh.—3 Manuscrip. *lapsus.* Colv. Sic et Cod. Wass. solita aberratione. *Oud.*—4 Ms. Wass. *perducto,* ipso probante; sive, totis viribus et ægre perduco. Plaut. Mostell. A. III. S. 2. 179. 'Vin', qui te perductet.' *Oud.*—5 *Proclivus.* Vulg. *Jam ad lubentias proclivis est serm. Lubentia sermonis,* id est, lubentes, læti sermones: ut, 'ardua montium,' ardui montes, et alia passim obvia. *Proclivus,* ut hilarus, imbecillus, inanimus, humilus, et sexcenta ad eum modum. Plautus Milite: 'Fecisti modo mihi ex proclivo palam rem.' *Colv.* Plane hæc corrupta. Bertin. *Jam a lubentia.* Palat. *proclivis.* Emendabis: *Jam allubentia proclivis est sermonis et joci.* Wowerius. Fux. *Tam allubentia p. est s. et joci,* ut Aldus. Bert. *Jam*

NOTÆ

spoliis hostium, suspensa ex annosæ alicujus arboris trunco, aut pila, aut pariete, ut esset victori monumentum victoriæ sempiternum. Hic Socrates per tropæum fortunæ seipsum intelligit, egregio quo erat ornatu futurum omnibus instabilitatis et malignitatis fortunæ monumentum.

[c] *Quod unctui, quod tersui*] Balnei utensilia, oleum, strigilem, et linteum abstersorium. Vide Nostrum, lib. II. Florid.

joci,[d] et scitum[6] cavillum: jam dicacitas tinnula;[7] cum ille imo de pectore cruciabilem suspiritum[8] ducens, dextra sæviente[9] frontem replaudens: Me miserum, infit, qui, dum voluptatem gladiatorii[1] spectaculi satis famigerabi-

tatem. Joci etiam nostri erant faceti, et dicteria nostra strepera; cum ille, trahens suspirium acerbum ab intimis præcordiis, et percutiens frontem manu infesta: O me infelicem! ait, qui delapsus sum in has calamitates, dum studeo me oblectare

a lubentia. Placet. Sed postea lego: *proclivus est sermo, risus et joci:* id est, et jam incipiebamus post lubentiam et hilaritatem ex cibo et potu contractam varia garrire, ridere, et jocari. Lib. II. pag. 27. 'Jam epularis sermo percrebuit, jam risus affluens, et joci liberales, et cavillus hinc inde.' Nævius Protesilao: 'Cachinnos, joca, dicta restant.' Lucret. 'Tum joca, tum sermo, tum dulces esse cachinni.' Cicero in Cœliana: 'Ludus, jocus, convivium, sermo pæne omnium familiarium deserendus est.' II. de Fin. 'Non hilaritate, nec lascivia, nec risu, aut joco.' *Sciopp. Symb. Crit.* Bas. 1. *Jam allubentias p. e. s.* Bertinus: *J. a. lubentia p.* Scioppius: *a lubentia proclivis est sermo, risus et joci,* quem vide Suspect. Lect. lib. IV. Ep. 6. *Elmenh.* Bemb. *proclivis erat.* Putean.—6 *Et scitum est.* Manuscrip. *et scitum et.* Colv. Sic quoque Pith. Fux. Oxon. et Ed. Junt. Post τῷ *est* carent quoque Guelferb. Palatin. Recte; ac forsan supra omisit etiam verbum Auctor. Sic fere l. IX. p. 257. 'Exhinc,' &c. 'et suaves epulæ et faceta convivia.' Scriverius edidit: *joci, scitum et cav.* Oud.—7 Idem *timida.* Colvius. Florent. et Pal. *timida.* Elmenh. Sic quoque Reg. Fux. Pith. Par. Guelf. vitiose: unde patet recte emendatum a Pricæo l. IX. p. 283. *tinnulæ illius aniculæ* pro *timidæ.* Passim 'carmen tinnulum,' 'concentus tinnulus,' 'fistula tinnula,' &c. *Oud.*—8 *Cruciabilem Suspiritum.* Vulgo *cruciabile suspirium.* Sic legendum lib. V. 'Deque nimio pallore corporis et assiduo suspiritu:' ut et edidimus. Item lib. VI. 'Vocisque crebros intermiscet suspiritus:' et lib. X. 'Et suspiritus cruciatus tarditate vehementior.' Corrigendus et Plautus Cistellaria: 'Ut petivit suspiritum alte: Et pallidula es.' Sic enim ibi in veteribus libris: quod magis implet aures, quam *suspirium,* ad istum affectum præsertim exprimendum. Etiam apud Ciceronem lib. I. Epist. ad Atticum, 'Consul est impositus nobis, quem nemo præter nos Philosophos aspicere sine suspiritu possit,' recte in quibusdam veteribus legitur, non *suspirio* vel *suspiratu:* quod doctissimus acutissimusque Bosius mavult. *Colv.* Bert. *suspirium.* Elmenh.—9 Male vulgati omnes, *serviente.* Sic lib. VIII. 'Palmulis sævientibus.' *Colv. Serviente* Aldus. *Roald.* Ven. Rom. et Ald. *serviente.* And. Schottus l. I. Obs. c. 5. *feriente.* Male. Libr. VIII. et 'palmulis sævientibus,' dicit: (p. 159. Ed. Pric.) *Elmenh.* Vulgo *serviente:* unde, unica extrita literula et paululum immutata altera, *feriente* legit R. P. And. Schottus Observat. Human. lib. I. cap. 5. Frontem enim in dolore et indignatione percuti solere. *Brant.*—1 Aldus: *gladiatorum,* male. Vide, quæ dixi ad Minutii Fel. Octavium. *Elmenh. Voluptate* Pith. *Famigeralis* Fux. *Oud.*—

NOTÆ

[d] *Jam, &c.* [*Jam ad lubentiam proclives erant sermones et joci*] Missis variis Criticorum in hunc locum argutiis, huic lectioni inhæreo, quam etiam reperio in Scriveriana editione anni 1624. Est autem 'lubentia' genialis quædam hilaritas et licentia, qualis in conviviis ubi pectora mero concaluere. Nomen est a 'lubendo' ductum, sicut et 'lubido,' et 'prolubium.'

lis consector, in has ærumnas incidi. Nam, ut scis optime, secundum quæstum[e] Macedonici[2] profectus, dum mense [6] decimo ibidem attentus[f] nummatior[3] revertor, modico prius quam Larissam[g] accederem, per transitum spectaculum obiturus, in quadam avia et lacunosa[4] convalli[h] a vastissimis latronibus obsessus, atque omnibus privatus, tandem evado: et, utpote[5] ultime affec-

spectaculo gladiatorum sat celebri. Nam, ut apprime nosti, cum ivissem in Macedoniam lucri faciendi causa, atque ibi detentus fuissem per decem menses; dum redeo inde pecuniosior, paulo antequam appropinquarem Larissæ, visurus ex itinere illud spectaculum, circumventus sum a prædonibus immanissimis in quadam valle devia et anfractuosa, a quibus spoliatus meis bonis omnibus, elabor tandem:

2 *Macedoniam.* Iidem: *Macedonia.* At *Macedoniam profectus*, id est, in Macedoniam profectus: quod vulgo dicunt. Plautina locutio hæc. Curculione: 'Rogat, quid veniam Cariam:' Persa: 'Eretriam misit:' id est, in Cariam, in Eretriam. Lib. II. 'Te Thessaliæ consistere.' *Colv.* Ms. *secundo quæstu Macedonia prof.* Sciopp. Symb. Crit. *Secundum quæstum Macedonia.* Alii: *secundo quæstu Macedoniam.* Elmenh.—3 Pal. *attentius Numantiam:* Male. *Elmenh.* Orto vitio a recta Orthographia *numatior*. Ciceroni, Horatio, aliis 'bene numatus' est, præsenti pecunia dives. *Oud.*—4 Vulg. *laciniosa.* Quod non improbandum. Laciniæ sunt, flexus, meatus, ambages rei cujuslibet. De fontibus, libro VI. 'Qui statim proni foraminis laciniis editi, perque proclive delapsi, et angusti canalis exerto contecti tramite, proximam convallem latenter incidebant.' Ex quo clarum, quid *laciniosa convallis.* Hinc sermo laciniosus pro flexo et ambitioso, longo. Tertullianus de Virginibus velandis: 'Naturaliter compendium sermonis et gratum et necessarium est: quoniam sermo laciniosus et onerosus et vanus est.' Eadem tralatione Noster Apologia I. 'Namque ita ut corporis sanitas expedita est, imbecillitas laciniosa.' Sed etiam 'convalles lacunosæ' infra lib. IV. *Colv.* Plerique libri *laciniosa.* Wower. Vulgati: *laciniosa.* Male. Infra: 'Convalles lacunosæ cavæque.' Hieronymus 'concava vallia' vocat. *Elmenh.*—5 Dispesce *ut*

NOTÆ

[e] *Secundum quæstum*] Alii *secundo quæstu.* Quod non improbo, et interpretor, prospero lucri proventu.

[f] *Mense decimo ibidem attentus*] Non ab 'attendo' hic 'attentus' derivatum est, sed ab 'attineo,' quod et pro, detineo, usurpatur. Tacit. lib. I. Annal. 'At ille [Germanicus], moriturum potius quam fidem exueret clamitans, ferrum a latere diripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi prehensam dexteram vi attinuissent.'

[g] *Larissam*] Urbs est Thessaliæ ad Peneum amnem, Achillis patria. Fuerunt et aliæ multæ hoc nomine, quas apud Geographos videre est.

[h] *Lacunosa convalli*] Lib. IV. 'Convalles lacunosæ cavæque nimium.' Lacunæ et lamæ depressiores sunt humi partes, in quibus aqua stagnare consuevit. Legunt alii quidam *laciniosa*, hoc est, anfractuosa.

tus, ad quandam cauponam[6] Meroën[7] anum,[i] sed admodum scitulam, deverto: eique causas[8] et peregrinationis diuturnæ,[9] et domuitionis[k] anxiæ, et spoliationis diurnæ[1] aperio; et, dum miser refero[2] quæ memini, illa me satis quam humane tractare adorta, cœnæ gratæ atque gratuitæ, ac mox, urigine[3] percita, cubili suo applicat. Et statim

et, quoniam redactus eram ad extremam miseriam, recipio me ad quandam cauponam, nomine Meroën, vetulam quidem, sed valde elegantem; atque expono ei cur tamdiu peregrinatus fueram, quare me recipiebam domum solicitus, et quomodo spoliatus fueram eo ipso die. Et, dum ego infelix narro ea quorum recordor, illa, incipiens me tractare perquam comiter, excipit me cœna jucunda et gratis quidem, ac deinde lecto suo, libidine ipsam instigante. Et, simul atque ego infortunatus cubui

pote. Colv.—6 Sic constanter omnes scripti et editi. Scaliger *caupam.* Male. Nam caupona significat tam mulierem, quæ vinum et esculenta venui habet, quam ipsam tabernam vinariam, ut Papias notat in Gloss. manuscriptis. *Elmenh.*—7 Palat. *Mæoten.* Male. *Elmenh.* *Meotim* est in Palat. *Oud.*—8 Groslotius Lislæus margini allevit: 'F. *casus.*' Mox et abest a Fux. *Oud.*—9 Ro. *divinæ.* Lege, si quid mutas, *diutinæ.* Colv. Edidit ita Scriverius. Sic de Deo Socratis 'diutinis vicibus' abiit in *divinis.* Et sæpe. Vid. ad l. IV. p. 76. 'Strepitus diutini,' vulgo *divinitus.* Mox Wass. *pereg. ducturnæ et axiæ,* sine τῷ *domuit.* Oud.—1 Flor. *diuturnæ*; alii, *s. divinæ.* Colvius, *diutinæ.* Elmenh. *Duiternæ* Wass. *Divinæ* Ed. Vicent. Sed jam emendavit Beroaldus. *Oud.*—2 *Dum misere refero.* Amplior hic locus in Vulg. *d. aperio. Et dum misere refero quæ memini, illa.* Scripta lectio concinnior aptiorque nobis visa. *Colv.* Scribe ex Editione Aldina: *spol. diurnæ aperio; et dum miser refero.* Wower. *Aperio: et dum miser refero, quæ memini, illa.* Sic hunc locum ex Flor. Bert. Ald. et Roman. constitui. *Elmenh.* Mang. *spoliationis diuturnæ dum miser refero.* Putean.—3 *Virgine.* Fuit cum probarem *prurigine:* at post impensius placuit *urigine.* Sic et infra lib. VIII. 'Ad illicitæ libidinis extrema flagitia infandis virginibus efferantur;' et hic reponebam illud *uriginibus.* Solens est tropo ab igne et illius proprio sumto amorem designari. Virgilius: 'Uritur infelix Dido.' Ovidius: 'Uror, ut inducto ceratæ sulfure tædæ, Ut pia fumosis addita thura rogis.' Itidem apud eundem Paris, post declaratum amorem suum, subdit: 'Si tamen expectas, vocem quoque rebus ut addam, Uror.' 'Urigo,' et quo alibi Apuleius utitur 'uredo,' idem valent; usi utroque alii scriptores idonei, ut Cicero, Plinius, pro eo, quod Græcis est καυθμὸς, κραῦσις. *Stewech.* *Urigine.* Ms. et Basil. 1. *virgine.* Alibi usus hac dictione Noster: quæ in Ald. Rom. Ven. Col. integra mansit, et explicata hic a Beroaldo. *Colv.* Lego cum Fulviano *uredine.* Wowerius. Fux. *prurigine.* Roaldus. Ms. *uredine.* Sciopp.

NOTÆ

[i] *Meroën anum*] Meroë hic nomen cauponæ, forte confictum a 'mero,' quod esset vinolenta et merobiba. Ut illa Meroë, de qua Ausonius Epigram. XIX. 'Et tu sic Meroë: non quod sis atra colore, Ut quæ Niliaca nascitur in Meroë: Infusum sed quod vinum non diluis undis, Potare immixtum sueta merumque merum.'

[k] *Domuitionis*] Vox ex duabus conflata, domum itionis.

miser, ut cum illa acquievi, ab unico congressu[4] annosam[5] ac pestilentem[l] contraho: et ipsas etiam lacinias, quas boni latrones contegendo mihi concesserant, in eam contuli; operulas[6] etiam,[m] quas adhuc vegetus saccariam[7] faciens[n]

cum illa, ex uno tantum concubitu traxi contagionem diuturnam. Dedi quoque ei vestes ipsas quas humani illi prædones mihi reliquerant ad me operiendum; mercedulas quoque quas lucrabar exercendo sagariam artem, dum eram adhuc firmus;

in Symb. *Elmenh.*—4 Scriptus codex, *connexu.* Infra lib. II. 'Et a nexu quidem Venerio hospitis tuæ tempera.' Nihil tamen mutare volui. *Colv.*—5 Idem Fulvii liber: *anatem.* 'Anatem' Festus interpretatur, morbum annum. Vera scriptura videtur: *damnosam.* Unico coitu, damnosam ac pestilentem Meroën contraxit. Scilicet in quam congessit, quicquid latronum manibus subduxerat. Damnosa igitur, quæ opibus spoliabat. *Wower.* Manusc. *anatem.* Non mihi liquet satis, quid vel scripta, vel impressa sibi velint. 'Anatem' Festus ait, morbum annum sive vetularum dici solitum: pro quo sunt, qui *anitatem* legere malunt. Sed utrumque in glossis Græco-Latinis invenitur. 'Anas, γῆρας κατ' ὀργὴν Θεῶν.' 'Anitas, γραότης.' In glossis quidem Placidi, itemque Vaticanis lego: 'Anate; solicitudine, cura.' 'Anis; grandis, major natu.' 'Anitas: adultas: (In Placidi *Annitas: adultas*) interdum senectus est.' 'Anit; incumbit.' Quod si *anatem* apud Apuleium cum v. c. probamus, particula 'ac' valebit, ac quidem, et quidem. Terent. 'Quid ait? cognoscitne? Ch. Ac memoriter.' Plaut. 'Dabitur opera atque in negotio.' Id. 'Ecquid is homo aceti habet in pectore? C. Atque acidissimi.' Petron. 'Unus et senex non erit gravis.' *Sciopp. in Symb. Cr. et Syll. Epist.* II. *pag.* 51. Scaliger: *damnosam.* Fulv. *anatem ac pestem contraho.* Vide Notas Wowerii. *Elmenh.*—6 Ms. *opellas.* Sciopp. in Symb. Cr.—7 Putavi aliquando assentiendum iis, qui *sagariam* restituerent. At nunc alia mens est: etsi enim *sagaria*, ut *saccaria*, cum alibi, tum in Pandectis juris reperiantur, placet tamen editam lectionem tueri. Movet me l. prima, Titul. XXII. lib. XXV. Codicis Theodosiani, cujus partem ascribo, ut munus eorum hominum innotescat: 'Omnia quæque advexerint privati ad portum urbis æternæ per ipsos saccarios, vel eos, qui se huic corpori permiscere desiderant, magnificentia tua jubeat comportari.' Idem Ulpianus

NOTÆ

[l] *Annosam ac pestilentem*] Si sit sincera lectio, aliquid deesse ac subintelligi necesse est, puta *ægritudinem*, vel *contagionem*. Quædam exemplaria habent *anatem et pestem*. Anatem porro dixerunt Veteres morbum annuum; sicut senium morbum senum, teste Festo. Ad quem vide Not. Scaligeri. Wower. malebat *damnosam ac pestilentem*, scilicet Meroën anum, in quam congessit infelix Socrates quicquid latronum manibus subduxerat: ita ut *damnosa* hic sit, quæ opibus spoliat: at magis accedit ad vulgatam lectionem, ideoque magis placet Gasparis Barthii conjectura Adversariorum lib. XXXIII. c. 22. ubi ex Manuscripto suo codice, qui habet *annosam pestilentem*, reponit *annosam pestilentiam.* Ait nempe Socrates se ex unico congressu contraxisse pestilentiam annosam, hoc est, diuturnam et multorum annorum, pestiferum scilicet amorem, quo incensus est in scelestam illam anum, contactu ejus quasi philtro dementatus.

[m] *Operulas etiam*] Id est, operarum

merebam;[8] quoad[9] me ad istam faciem,[o] quam paulo ante vidisti, bona uxor[p] et mala Fortuna perduxit. Pol quidem tu dignus, inquam,[1] es extrema sustinere, si quid[2] est tamen novissimo extremius, qui voluptatem Veneream et scortum scorteum[3] Lari[q] et liberis prætulisti. At ille digi-

donec egregia illa conjux et sors iniqua redegerunt me ad eum statum quem modo conspexisti. Profecto tu mereris, inquam, pati acerbissima, (si tamen est aliquid acerbius acerbissimo tuo casu,) quandoquidem anteposuisti amatorium gaudium et meretricem rugosam domui tuæ et filiis tuis. At ille applicans digitum indicem

de Contrahen. Emtione: 'Si quid ex sacco saccarii concidisset.' *Stewech.* *Sagariam* malui, quam quod alii, *saccariam*. Negotiatio sagaria apud Ulpianum l. II. D. pro socio. Lapis in insula Transtiberina: I. O. M. VOLVVIO. TERTVLLO. NEGOTIATORI. SAGARIO. EX. APVLIA. *Colv.* Fux. *secutariam.* L. 5. §. 14. ff. de Trib. act. *Roald.* *Sagariam f.* Sic Beroaldus in Annot. quem Bas. 2. et Colvius sequuntur. Bertinus: *sicariam f.* Florentinus, Romanus, Palatinus, Aldus, et Cœlius Rhodiginus Antiquar. Lection. libro vigesimo quinto, cap. 10. *saccariam* habent. Vide Ulpianum Lege 52. Digest. pro socio. Leg. 5. ff. §. Plures de Tribut. Actione. *Elmenh.*—8 Flor. *merebar.* Elmenhorstius. Wass. *merebat.* Oud.—9 *Quo.* Bas. 1. *quoad.* Ms. cum reliquis, *quod.* Id, quod hic cusum vides, ex Bas. posteriori editione est. *Colv.* Ipse etiam Colvius testatur, in pluribus libris esse *quod.* Docui exemplis, 'quod' pro, quoad, usurpari solitum, Suspect. lib. IV. cap. 6. *Sciopp. in Symb.* *Quod.* Sic Roman. et Aldus. Florent. et Basil. *Quo.* Vide Scioppium Suspect. Lect. lib. IV. cap. 6. *Elmenh.*—1 Abest τὸ *inquam* a Manuscripto. *Colv.* Τὸ *inquam* delet Palatinus. *Elmenh.* Non agnoscunt quoque Codd. Fux. Oxon. et Zabarellæ. Mallem abesset τὸ *es.* Oud.—2 Lips. Guelf. Zabar. Fux. Palat. Oxon. *et si quid.* Bene, si cum Cod. Zabar. et Ferrario l. I. Elect. 19. legas *tam* pro *tamen.* Sæpius 'tam' jungitur superlativo, ut ostendendum erit ad f. l. IV. 'Tam infimi.' Wass. *si quid tamen extr. novissime*, vel *si quid est tamen et noviss.* Oud.—3 Vox *scorteum* non apparet in Palatino. *Elmenh.* Nec Guelferb. Oxon. Par. Uncis quoque inclusit Scriverius. Sed elegantius addi videtur, ut efficacius exprimatur meretrix non modo, sed annosa, vieta, et deformis instar corii. Adi Beroald. *Oud.*—

NOTÆ

mercedulas, quas merebat infelix Socrates, artem sagariam exercens, postquam spoliatus fuerat a latronibus, quamque exercuit, quamdiu per vires licuit. Nec probare possum Beroaldi interpretationem de reculis operose fabrefactis.

[n] *Sacc.* [*sagariam*] *faciens*] Sagaria ars est saga faciendi, quæ vestes breviores erant, ad militum præcipue usum.

[o] *Quoad* [*quod*] *me ad istam faciem*] 'Quod' hic est, quoad; multa alia exempla hujus acceptionis profert Scioppius, Suspect. Lect. lib. IV. Epist. 6. quem vide.

[p] *Bona uxor*] Male solicitatur a quibusdam hic locus. 'Uxor' etiam pro concubina sumitur. Noster lib. X. 'Et quoniam neque egregia illa uxor mea,' &c. matrona nimirum cum qua ipse Asinus cubuerat.

[q] *Lari*] Lares ædium Dii, ac præcipue foci præsides; et Lares sæpe pro ipsis ædibus, ut hoc loco. Eos ex Mercurio et Lara sive Larunda Nympha genitos fabulantur. Sacri erant ipsis canes, quod fidi custodes sint domuum. Vide Ovid. lib. II.

tum a pollice[4] proximum ori suo admovens,[5] et in stuporem attonitus, Tace, tace, inquit; et circumspiciens tutamenta sermonis, Parce, inquit, in fœminam divinam,[r] ne quam[6] tibi lingua intemperante[7] noxam contrahas. Ain[8] tandem? inquam: potens illa et regina caupona[9] quid mulieris est? Saga, inquit, et divina, potens[1] cœlum deponere, terram suspendere,[2] fontes durare, montes diluere,[3] Manes sublimare, Deos infimare,[4] sidera extinguere, Tartarum ipsum[5] illuminare. [7] Oro, oro te,[6] inquam, aulæum tragicum dimoveto,[7 s] et siparium scenicum complicato: et cedo verbis communibus. Vis, inquit, unum vel alterum, immo

labiis suis et stupore perculsus, Sile, sile, ait; et, circumspectans an tuto loqui posset, Noli, inquit, maledicere mulieri divinæ, ne accersas tibi aliquod periculum intemperantia linguæ. Itane vero? inquam, illa potens, et plane regina stabularia, qualis fœmina est? Maga est, ait, et futuri præscia, quæ potest deturbare cœlum, terram sursum tollere, constringere scaturigines aquarum, liquefacere montes, educere in sublime umbras mortuorum, deprimere Deos, obscurare stellas, et collustrare ipsum infernum. Obsecro te, inquam, aufer peristroma tragicum, et convolve velum theatricum, et dic sermone familiari. Visne, ait, auscultare unum vel duo, immo

4 Pal. *apolicem.* Wass. *promissum.* Pro *Attonitus, Tace, tace, inquit,* Burm. ad Catal. p. 630. conjicit *Attonitus, St. Tace.* Oud.—5 Rom. *amovens.* Elmenhorstius. Palat. *ammovens.* Oud.—6 Oxon. *nequicquam.* Prave. *Id.*—7 Ms. *intemperate.* Sic Veteres olim. In Pandectis Florentinis semper 'prægnatis' et similia. *Colv.*—8 Idem, *An.* Colvius. Pal. *An an.* Male. *Elmenh.* Sic quoque Guelf. Oxon. et Fux. crebra depravatione; in lib. VII. pag. 149. 'Ain' te,' &c. Vid. Pricæum, et Drakenb. ad Liv. lib. x. cap. 25. 'Ain' tandem, inquit.' *Oud.*—9 Scal. *caupa.* Elmenh. Vid. supra. *Oud.*—1 *Saga, inquit, et divini potens.* Non bene hæc cohærent. Scripserim potius: *Saga, inquit, et divina; potens.* Colv. Suspensa oratio. Lege et distingue: *et divina, potens.* Wower.—2 Fux. *littora susp.* Roaldus. Ms. Pith. *et t. s.* Oud.—3 Lipsius margini allevit *diruere.* Perperam. Opposita enim hic, ut in ceteris, debent esse *durare* et *diluere.* In Ms. Pith. *et m. diffluere.* Idem.—4 Minus recte Bas. 1. et Ven. *infirmare.* Colvius. *Infimare.* Sic Aldus. Flor. et Rom. *D. infirmare.* Male. Vide notata ad lib. de Deo Socratis. *Elmenh.*—5 Fux. *impium;* sed vitiose. Error librarii describentis. *Roald.* *Impium* quoque male in Regio. *Oud.*—6 *Oro te.* Addit copulam Ms. et Bas. 1. *Et oro te, inquam.* Ber. et Col. geminant hæc: *Et oro te, inquam, oro te, inquam.* Colv. Rom. Venet. et Aldus geminant: *Oro te, et oro te, inquam.* Elmenb.—7 *Aulæum dimoveto.* Ms. *admoveto,* et in margine ascriptum: Al. *dimoveto.* Num *amo-*

NOTÆ

Fastorum, et Rosin. Antiq. Rom. lib. II. et IV.

[r] *Parce, inquit, in fœminam divinam*] Subintellige aliquid; puta, invehi, probra jacere, aut quid simile.

[s] *Aulæum tragicum dimoveto*] Id est, desine grandibus verbis scena tragica dignis loqui, et, ut ait Plautus, 'paratragœdiare.'

plurima ejus audire facta? Nam, ut se ament efflictim non modo incolæ, verum etiam Indi vel Æthiopes utrique,[t] vel ipsi Antichthones,[8 u] folia sunt artis,[9 w] et nugæ meræ. Sed, quod in conspectu[1] plurium perpetravit, audi. Amatorem suum, quod vi aliam[2] temerasset, unico verbo mutavit in feram castorem:[x] quod ea bestia, captivitatis metuens, se

permulta ejus facinora! Nam efficere ut non solum populares ejus ipsam ament perdite, sed etiam Indi, vel Æthiopes utrique, vel ipsi Antichthones, sunt tantum leviora scientiæ ejus, et puræ næniæ. Sed ausculta quod fecit coram multis hominibus. Convertit in fibrum belluam unica vocula amantem suum, qui per vim vitiaverat aliam mulierem: quoniam ea bestia, timens ne capiatur, expedit se a perse-

veto? Cicum non interduim. *Colv.*—8 Idem *Anthyothones.* Colvius. Roman. *Antiochones.* Male. *Elmenh.* Item Ed. Vic. obvio errore. *Oud.*—9 Lipsius: *folia sunt farfari;* cujus super hoc adi Epistolicas Quæstiones. *Colv.* Folia videntur vocata fuisse res nullius pretii, aut ponderis, quasi illa ipsa ad speciem tantum, et nulla tenus cum arborum truncis aut etiam fructibus comparanda. Id forte voluit Apuleius. Videtur enim adumbratum de illo Menæch. 'Dixin' ego,' &c. [Vid. inf.] *Gruter.* *Folia sunt artis.* Sic legit Rom. Ald. et Flor. 1. *Folia sunt aras* Flor. 2. Vulcanius *f. s. artes.* Lipsius Epistol. Quæst. lib. II. Epistol. 22. *f. s. farfari,* ineptissime. Folia vocat res nullius pretii aut ponderis, sicuti notat Scaliger ad Festum pagin. 25. et Gruterus Suspic. lib. III. cap. 13. Noster libr. IV. 'Nec tamen nostri sermonis artes infelicissimo profuere juveni.' Sic Hieronymus in Esaiam cap. 33. etiam dicit 'folia sermonis.' *Elmenh.*—1 Palat. Cod. *in conspectum,* perpetua variatione. *Oud.*—2 Vulgar. *in aliam.* Quod Cantero nostro magis placet. *Colv.* *Vi.* Sic edidit Vulcanius ex Bas. 2. Manuscripti et editi alii,

NOTÆ

[t] *Æthiopes utrique*] Tum Orientales tum Occidentales, Nilo fluvio, quem Veteres Asiæ et Africæ terminum posuere, a se invicem separati, ut docet Strabo Geograph. lib. I. hos Homeri versus explicans: Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν, Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος. Orientalium et Occidentalium Æthiopum mentio apud Herodot. in Thalia et Polyhymnia, et Heliodor. Æthiopicorum lib. IX.

[u] *Antichthones*] Sic dicti, quod habitent τὴν ἐναντίαν χθόνα, terram nostræ contrariam. Mela pro Antipodibus sumere videtur. Martianus Capella lib. VI. Antichthonas eo sensu intelligit, quo vulgo Antipodas intelligimus: sed Antipodum apud illum alia paulo acceptio est, nempe pro iis, qui in contraria parte ejusdem Zonæ habitant. Plin. lib. VI. c. 22. Antichthonas ait habitare ad Taprobanam Insulam in Zona hyemali. Quicquid sit, vim vocis si spectemus, Antichthones erunt Antipodes, aut saltem ii qui inferius Hemisphærium nostro contrarium incolunt.

[w] *Folia sunt artis*] Levia et minima eorum, quæ efficere potest ejus ars, sicut folia sunt levissima et vilissima pars arborum. Sic Plaut. Menæchmis, Act. II. Scen. 3. 'Dixin' ego isthæc hic solere fieri? Folia nunc cadunt, Præut si triduum hoc hic erimus, tunc arbores in te cadent.'

ab insequentibus præcisione genitalium liberat;[3] ut illi quoque simile, quod Venerem habuit in aliam, proveniret. Cauponem quoque vicinum, atque ob id æmulum, deformavit in ranam: et nunc[4] senex ille, dolium innatans vini sui, adventores pristinos in fæce submissus officiosis ronchis[5] [y] raucus appellat. Alium de foro quidem,[6] quod adversus eam locutus esset, in arietem deformavit: et nunc aries ille causas agit. Eadem amatoris sui uxorem, quod in eam dicacule[7] probrum dixerat, jam in sarcinam prægnationis obsepto[8] utero, et repigrato[9] fœtu, perpetua præ-

quentibus venatoribus abscissione testiculorum: ut idem quoque accideret ei, quia rem habuerat cum alia. Commutavit quoque in ranam stabularium vicinum suum, et propterea sibi invidentem: et nunc ille senex, natans in cado vini sui, depressus in fæcem, salutat antiquos suos hospites rauca voce, et comiter coaxando. Mutavit quoque alium forensem causidicum in arietem, quia declamaverat in ipsam, et nunc ille aries factus causas orat. Eadem condemnavit ad perpetuam gravitatem conjugem sui amantis, jam occlusa vulva ejus, et retardato infante, ut distendatur

q. in a. t. quod defendit Canterus. *Elmenh.*—3 *Captivari metuens, ab insequentib. &c.* Iidem: *captivitati met. ab inseq. repræcisione genitalium se liberat. Captivari* probum verbum. Glossæ veteres H. Stephani: 'Αἰχμαλωτίζομαι, Captivor.' Frequens in Theologis veteribus, Tertulliano, Ambrosio, Hieronymo, aliis. *Colv.* Fux. *captivari.* Roaldus. *Captivitatis metuens, se ab insequentibus præcisione genitalium liberat.* Sic rescripsi ex Palatin. Florentin. et Bertin. Vulgo: *captivari metuens, a. i. repræcisione genit. liberatur.* Elmenh. Scribe ex Palat. *se præcisione g. liberat.* Wower.—4 Bertin. *et tunc.* Tum *advectores* in marg. Oxon. *Advenatores* Fux. Dein *fæce* sine præpositione Bertin. *Oud.*—5 *Officiosis ronchis.* Manuscr. hæc duo desunt. *Colv.* Item a Fux. et Palat. *ronchis* ab Oxon. exulant. *Oud.*—6 *De foro quidem.* Nec magis τὸ *quidem* idem agnoscit. *Colv.* Qui temere cum Vulc. Ed. pr. ejecit, licet careat etiam Fux. In Pith. est, Quid ni *quendam?* Quod etiam in mentem venit Burmanno. *Oud.*—7 Regius *dicaculum.* Fux. *in ea didaculum,* suprascripto *c.* In Pith. *dicaclem.* Id.—8 *Obsito.* Ms. *obsceno.* Rom. *obseto.* Ven. *obsecto.* Forte *obdito.* Sed nihil vulgatæ scripturæ *obsepto* antetulerim. Sic inf. hoc ipso libro, 'foribus obseptis,' et lib. III. 'Horreum validis claustris obseptum.' Quod facit, ut paulo aliter, quam edidi, censuerim legendum: *etiam sarcina prægnationis obsepto utero.* Colv.—9 Ms. *repigro,* ex quo feliciter Lipsius *repigrato:* et nos jam dudum censueramus sic legendum videri: postea ab Aldo ita impressum reperimus. Reliqui vulg. *repugnato.* Sic lib. VIII. p. 162. 'Cum et ipso lumine dirarum bestiarum repigratur impetus:' et 'pigrare' Veteres dixerant. Attius Engonis: 'Fateor. Sed cur

NOTÆ

[x] *In feram castorem*] Nota est de castore fabula, quam Noster infra exponit. Ex hujus animalis testibus fit castoreum unguentum, de quo Plin. lib. XXXII. cap. 3.

[y] *Ronchis*] 'Ronchus' proprie sonus est, quem edunt naribus stertentes, et 'ronchissare' stertere est. Transfertur hic ad significandam ranæ coaxationem.

gnatione damnavit. Et, ut cuncti numerant,[1] octo annorum onere misella illa, velut elephantum paritura,[z] distenditur. Quæ[2] cum subinde ac multi nocerentur,[a] publicitus indignatio percrebruit, statutumque est,[b] ut in eam die altera severissime[3] saxorum jaculationibus[4] vindicaretur;[5] quod consilium virtutibus cantionum antevertit.[6] Et, ut illa Medea,[c] unius dieculæ a Creonte[7] impetratis induciis, to-

mole uteri; quia dixerat in ipsam convicium paulo mordacius. Et nunc infortunata illa tumet sarcina octo annorum, prout omnes numerant, perinde ac si enixura esset elephantem. Quæ mulier et multi alii cum sæpius læderentur illius maleficiis, odium publicum concitatum est in eam, et decretum est ut die sequenti animadverteretur gravissime in eam lapidum jactibus. Quam conspirationem prævenit vi incantamentorum. Et, sicut Medea illa, exorato spatio unius diei a Creonte,

propter te pigrem hæc, aut hujusce dubitem parcere capiti?' Lucretius lib. I. 'Quod nisi pigraris, paulumve recesseris ab re.' *Colv.* *Repugnante fœtu.* Editio Aldi *repigrato*, venusto verbo et Apuleiano, ut inf. pag. 143. *Roald.* *Repignato* Flor. sed Beeichemus jam Ep. 60. e Mss. in quibus Fux. et Reg. *repigrato* docuit legendum, et expressit quoque Ed. Junt. post. Martian. cap. l. I. p. 15. 'Uxoris fœtibus repigratus.' Ovidius ait, 'partu remorante.' *Oud.*—1 In manuscripto, *sciunt numerantia.* Quod quid sibi velit, nescio. *Colv.* Ego inde facio: *Et, ut cuncti civium numerant, jam octo annorum.* Brant.—2 Manuscr. al. *Quam.* Colvius. *Quæ cum subinde ac multi nocerentur.* Forte, *Cum subinde ac multa noceretur.* Vel, *Quæ perinde ac multi noceretur.* Plaut. Mil. act. V. sc. ult. 'Te non nociturum hominem hac de re neminem.' Sic ibi veteres libri. *Sciopp. in Symb. Cr.* Bert. *Q. c. s. ac multis n.* Scioppius, *Quæ dum perinde ac m. noceretur.* Hamilton, *Quæ cum s. a multis noscerentur.* Elmenh.—3 Pal. *sævissime.* Elmenh.—4 *Jaculationis* vitiose ed. Elmenh. *Oud.*—5 Palat. *judicaretur.* Elmenh. Prave, de quo alibi. *Oud.*—6 *Antevortit.* Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. aliæque minus bene *antevertit*, et in Ed. Pric. *Medœa.* Id.—7 Manuscrip. *Acreonem.* Colv.—8 Prono-

NOTÆ

[z] *Octo annorum onere misella illa, velut elephantum paritura*] Elephantes uterum decem annis gestare tradidit Plin. Aristoteles et Ælianus biennium saltem prægnare elephantum affirmant.

[a] *Quæ cum subinde ac multi nocerentur*] 'Noceri' passivum a, noceo, quod active usurpavit Plautus. Vulgo neutrum est. Mihi valde placet Hamiltoni conjectura, qui scriptum primitus suspicatur, *Quæ cum subinde a multis noscerentur*, planissimo sensu, et quem postulare hic videtur locus.

[b] *Statutumque est, &c.*] Statutum intellige subitaneo populi consensu, non decreto Judicum.

[c] *Et, ut illa Medea, &c.*] Cum Glaucam, seu, ut alii volunt, Creusam, Creontis Corinthiorum Regis filiam, Jason ducturus esset uxorem, Medea repudiata: hæc, impetrato a Creonte unius diei spatio, quo se, ut aiebat, ad profectionem pararet, regiam cum Creonte et nova nupta combussit. Quo id pacto non convenit inter Scriptores. Seneca in Medea pallam facit, veneno infectam, ab ipsa per filios suos ad novam nuptam mitti veluti munus nuptiale, ex qua exiliens

tam ejus[8] domum filiamque cum ipso sene flammis coronalibus deusserat:[9] sic hæc devotionibus sepulcralibus in [8] scrobem[d] procuratis, ut mihi temulenta[1] narravit proxime, cunctos in suis sibi domibus tacita numinum[2] violentia clausit, ut toto biduo non claustra perfringi, non fores evelli,[3] non denique parietes ipsi perquiverint[4] perforari: quoad mutua hortatione consone clamitarent, quam sanctissime dejerantes, sese neque ei manus admolituros; et, si qui aliud cogitarit,[5] salutare laturos subsidium. Sic[6] illa pro-

combusserat totam ejus regiam natamque cum ipso patre sene incendio ex corona concepto: ita hæc peractis rite imprecationibus feralibus in fovea, quemadmodum ipsa mihi retulit nuper ebria, inclusit omnes in propriis ipsorum ædibus tanta vi incantamentorum, ut per duos solidos dies repagula non potuerint perrumpi, neque januæ extrahi, nec denique ipsi parietes perfodi: donec hortatu mutuo exclamarent unanimiter jurantes per sanctissima quæque, se non illaturos manus violentas in illam, et præbituros ei opem salutiferam, si aliqui attentarent aliud in eam. Et

men *ejus* addidi fide Mstorum, et Edd. vetustarum, quod exciderat primum ex Ed. Elmenh. dein Scriverii et seqq. In Par. *totam ei domum.* Mox Pith. *cum suo sene.* Oud.—9 Idem liber *deuserat.* Colv.—1 Bert. *u. inde t.* Elmenh. Mox. *proxime cunctos in* desunt Fux. Regio, et *proxime cunctos* Bert. Pro *in suis* Pith. *jussit. Cunctos ut in s.* Edd. Junt. utraque et Aldi. Statim videbimus leg. *ita in suis s. d.* Oud.—2 *Tanta cantionum.* Florent. *numinum violentia.* Elmenh.—3 Ex Manuscr. Ven. Ald. addidimus *evelli:* aliis deerat. *Colv.* Exciderat Ed. Beroaldi, et hinc Colin. Basil. &c. *Oud.*—4 *Quiverunt.* Palat. *perquiverint.* Elmenhorstius. Immo *perquierint.* In Guelf. *perquiverint perfovarari* a m. pr. vitiose. Ed. Scal. seu Vulc. sec. *quiverunt.* Mox *quod* Ed. Junt. post. Sed vide supra pag. 38. 'Quoad me Fortuna perduxit.' Item *cohortatione* in Oxon. non male. *Admoliturus* et *laturas* Fux. *Oud.*—5 *Si qui a. cogitavit.* Vulg. *si quid aliud cogitarent. Si qui;* vulgo 'si quis.' Lib. VI. 'Si qui cœtu cœlestium defuisset.' Paulus lib. II. Sentent. 'Si qui debitum quocumque modo confessus docetur.' Sic *aliqui* Tertul. de Anima: 'Aliqui Chrysippi assentator illudit ea.' *Colv. Agitarint.* Pal. *cogitaret.* Bertin. et Rom. *cogitarint.* Elmenh.—6 Ita in marg. Bas. sec. At Edd. a me visæ ante Colvium cum Pithœano præponunt *et.* Mox *actorem*

NOTÆ

ignis eam cum patre et regia consumsit. Diodorus ait Medeam, magicis artibus in aliud animal mutatam, noctu ingressam esse regiam, incendisseque igne ex quadam radice magica facto, cujus ea vis est, ut extingui nequeat. Plinius et Apuleius noster, quibus astipulatur Hyginus Fab. 25. coronam fuisse affirmant, quam Medea ad sponsam Jasonis miserit, et cujus veneno ipsa cum regia cremata sit. Venenum illud Plin. lib. II. putat fuisse naphtam, quod genus ait esse bituminis igne eminus conspecto incendium trahens.

[d] *Devotionibus sepulcralibus in scrobem, &c.*] Diis Superis in erectis aris, Terrestribus in terra, Inferis vero in scrobe sacrificia fiebant. Sic Ulysses, referente Homero lib. II. Odyss. scrobem cubitalem fodit, in quam mul-

pitiata totam civitatem absolvit. At vero cœtus illius auctorem nocte intempesta, cum tota domo, id est, parietibus, et ipso solo, et omni fundamento,[7] [e] ut erat clausa, ad centesimum lapidem in aliam civitatem summo vertice montis exasperati sitam, et ob id ad aquas sterilem,[8] transtulit. Et, quoniam densa inhabitantium ædificia locum novo hospiti non dabant, ante portam projecta domo discessit.[9] Mira, inquam, nec minus sæva,[1] mi Socrates, memoras. Denique mihi quoque non parvam incussisti solicitudinem, immo vero formidinem, injecto non scrupulo, sed lancea,[f] ne quo[2]

illa hoc modo placata liberavit totam urbem. At vero media nocte transportavit suasorem illius conspirationis, cum universa domo [id est, cum parietibus, et ipso solo, et universis fundamentis] clausa quemadmodum erat, in aliam urbem illinc distantem centum milliaribus, positam in supremo cacumine montis ardui, et propterea laborantem aquæ penuria. Et, quia ædes incolarum inter se stipatæ non relinquebant locum huic novo advenæ, abjecit ædes ante portam urbis, et abiit. Stupenda, inquam, narras, mi Socrates, neque minus crudelia. Denique affecisti me etiam non mediocri anxietate, immo vero metu, (immisisti enim mihi non scru-

male in Regio.—7 Dele Glossema, *id est, &c. fundamento.* Wower. Dele glossema cum Wowerio. *Elmenh.*—8 Bertin. *steriles:* sed vulgatum probavi Suspect. Lect. IV. cap. 6. Gruter. et Dousa F. *ab aquis sterilem.* Sciopp. in Symb. Bertin. *o. i. ad aquas steriles.* Vide Gruteri Suspiciones (l. III. c. 13.) et Scioppium Suspect. Lect. lib. IV. c. 6. *Elmenh.*—9 Ms. *An port. p. d. d.* Ro. Ald. Col. *ante portam pr. d. discedit.* Ven. *discedit.* Bas. 1. *disedit.* Ego, ante scriptum exemplar visum, putabam scribendum, *ante portam projecta domus desedit.* Sed jam in veteri scriptura acquiesco. Postquam domum illam ante portam civitatis projecisset, abiit. *Colv.* Alii *dissedit.* Vera lectio *desedit.* Elmenh. Mihi magis arridet *discedit.* Brant.—1 Mang. *sceva* ubique. *Putean.* Sic conjecit Wasse, ut pag. 13. 'Scæva et gravia somniare,' et alibi sæpius: ut videbimus. Confer et Juret. ad Symm. l. I. ep. 25. Tum *vir Socrates* Fux. Mox *quoque* abest a Palat. et Fux. *Oud.*—2 *Ne iniquo.* Aldus *ne quo.* Roaldus. *Iniquo* est in solis Edd. Bas. sec. et Lugd. *Minus* Reg. *Mysterio* Ed. Bas. pr. male. Tum *simul* pro *similiter* Pith. *Oud.*—

NOTÆ

sum, merum, aquam, sanguinemque victimarum infudit ad evocandos mortuorum, præcipueque Tiresiæ, Manes. Vide ejusmodi sepulcrales devotiones apud Heliodor. Æthiop. lib. VI. sub finem, et Canidiam Horatii.

[e] *Id est, parietibus, et ipso solo, et omni fundamento*] Hæc Glossema redolent. Merito ergo delet Wower.

[f] *Injecto non scrupulo, sed lancea*] Scrupi, et scrupuli lapilli sunt, qui in calceum illapsi solicitudinem faciunt pedem premendo et urendo. Hinc sæpe scrupulus pro solicitudine sumitur. His autem verbis nihil aliud significat Aristomenes, nisi se, oratione Socratis, non levi aliqua solicitudine, sed gravi formidine fuisse perculsum.

numinis ministerio similiter usa sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaque maturius quieti nos reponamus: et somno levata lassitudine noctis[g] antelucio[3] aufugiamus istinc quam pote[4] longissime. Hæc adhuc me suadente, insolita vinolentia[5] ac diurna[6] fatigatione pertentatus bonus Socrates sopitus jam stertebat altius. Ego vero adducta fore[7] pessulisque firmatis, grabatulo etiam pone cardines[8] supposito, et probe aggesto,[9] super eum me recipio. Ac primum præ metu aliquantisper vigilo, dein circa tertiam ferme[1] vigiliam[h] paululum conniveo.[2]

pulum, sed hastam,) ne illa vetula, utens similiter alicujus Dæmonis famulatu, resciat hæc nostra colloquia. Itaque tradamus nos ocyus somno, et, cum minuerimus defatigationem nostram sopore noctis, proripiamus nos hinc ante diluculum quam longissime poterimus. Dabam adhuc hæc monita, cum bonus Socrates jam dormiens canoris ronchis strepebat oppressus temulentia insueta, et lassitudine diei. Ego vero, postquam clausi ostium, et obfirmavi pessulos, opposuique ac recte obdidi cardinibus meum lectulum, reclino me in illum. Ac primo quidem maneo paulisper insomnis propter timorem: deinde claudo tantillum oculos circa mediam fere

3 Vulg. *ante lucem.* Infra: 'Antelucio volo ire.' Lib. IX. 'Nam et antelucio, recubans adhuc, subjungi machinæ novicium clamabat asinum.' De hoc etiam monuit Lipsius posterioribus Electis. (l. II. c. 21.) Est et pro eodem in Nostro reperire 'anteluculo.' *Colv.* Vulgo *ante lucem*, male. Τὸ *nocte* recte delet Daniel Bucretius. *Elmenh.*—4 Vulg. *quam putas.* In Ms. *quam puta.* Censui olim emendandum, *quam potest:* ut ibidem Lipsius etiam rescribit. Cujus fretus auctoritate non dubitavi reponere *quam pote.* Glossæ veteres: 'Ὡς δυνατὸν, Quam potest.' Plautus Menæchmis: 'Concede huc, mea nata, ab istoc quam potest longissime:' et Sticho: 'Libros inspexi: tam confido quam potest.' Milite: 'Quam potest, tum verba confer maxime in compendium:' et alibi. Non aliter etiam hunc locum correxit in Quæst. Plaut. elegantissimus Gulielmius meus: cujus ut vita mihi jucundissima semper, sic mors acerbissima accidit. *Colv.* Rom. et Ald. *quam putas:* male. Vide Colvium. *Elmenh.*—5 In Mss. *violentia.* Colvius. Palat. et Colvius *violentia.* Elmenh. Sic Fux. Guelf. et Oxon. pessime. Poculis eum mitigaverat Aristomenes p. 5. *Oud.*—6 *D. f.* Mss. Ald. Ven. Bas. 1. *diuturna.* Intelligo de die fatigatum Socratem, de nocte somno se reficientem. *Colv.* Flor. et Pal. *diuturna f.* Elmenh. *Diuturna* alias, non male. *Brant.*—7 *Forte* [illegible] *Id.*—8 Plerique libri *cardinem.* In Manuscr. *cardine.* Aldum secuti sumus. *Colv.*—9 Bert. *probe adjecto:* forte *attecto.* Sciopp. in Symbola. Bert. *adjecto.* Sciopp. *adtecto.* Elmenh. Vide et Susp. Lect. IV. 6. sed satis inepte. In Pith. *adjesto.* Fux. *ac congesto.* Lips. *oggesto.* Oud.—1 Deest τὸ *ferme* Edd. Ber. Col. Bas. pr. *Id.*—2 Pal. et Flor. *conhibeo*, male. *Elmenh.* Malim con-

NOTÆ

[g] *Somno levata lassitudine noctis*] Vel dele *noctis*, vel lege *somno noctis levata lassitudine.*

[h] *Circa tertiam ferme vigiliam*] Seneca in Troade: 'Partes fere nox alma transierat duas, Clarumque septem verterant stellæ jugum: Ignota tandem venit afflictæ quies,' &c.

Commodum quieveram: et repente impulsu [9] majore, quam ut latrones crederes, januæ reserantur, immo vero fractis et evulsis funditus cardinibus prosternuntur. Grabatulus[3] alioqui breviculus, et uno pede mutilus[4] ac putris, impetus tanti violentia prosternitur: me quoque evolutum atque[5] excussum humi recidens universum[6] cooperit ac tegit. Tunc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium provenire. Nam, ut lacrymæ sæpicule[7] de gaudio prodeunt, ita[8] et in illo nimio pavore risum nequivi continere, de Aristomene testudo factus.[i] Ac, dum, in infimum[9] dejectus, obliquo aspectu quid rei sit grabatuli solertia munitus opperior, video mulieres duas altioris ætatis. Lucernam lucidam gerebat una, spongiam et nudum gladium altera.

noctem. Vix eram sopitus, cum subito fores aperiuntur majore impetu, quam ut credas esse fures; quin immo dejiciuntur humi, effractis et extractis penitus cardinibus. Lectulus, qui aliunde erat brevior et truncus uno pede ac putridus, dejicitur vi tam validæ impulsionis, et cadens in inversum operit ac contegit me devolutum et deturbatum. Tunc ego expertus sum quosdam animi motus excitari causis contrariis. Quemadmodum enim lacrymæ sat sæpe oriuntur ex lætitia, ita et ego in illa graviori formidine non potui cohibere risum, cum me viderem factum testudinem ex Aristomene. Dumque humi prostratus expecto quid rei sit, oblique aspiciens, protectus industria lectuli, aspicio duas fœminas grandioris ævi. Una gestabat lampadem accensam, altera spongiam et gladium districtum. Hoc ornatu

ireo. Brant.—3 Vulgo *grabatus.* Colv. *Grabatulus* cum Mss. jam edidit Bern. Philomathes Pisan. in Ed. Junt. post. *Oud.*—4 Bert. *mutilatus.* Elmenh. —5 *Et.* In Manuscr. *atque.* Colv. Recte, confirmantibus Pith. Fux. Palat. Par. Edd. Junt. post. Scriv. *Oud.*—6 *In inversum.* Alii scribunt, *universum.* Lib. Palat. ignorat voculam *in.* Lege *inversus:* nempe grabatulus. *Wower.* Placet Rittershusii lectio: *universum.* Sciopp. in Symb. Rittersh. *universum.* Wower. *inversus:* recte. *Elmenh.* Bemb. *universum.* Putean.—7 Margarita Poëtica, in qua etiam ex hoc scriptore quædam laudantur, legit *sæpiuscule.* Opus est ita inscriptum, e lectissimis probatorum auctorum locis collectum. Aliquoties in hisce Notis citabimus. Et 'sæpicule' et 'sæpiuscule' alibi in Apuleio legas. Itaque nihil hic mutandum. *Colv.*—8 Abest *ita* ab Ed. Ber. *Aristomeno* Ms. Reg. *Oud.*—9 Plures impressi præpositionem *in* ignorant. Lipsius malebat *in sinum dej.* Tamen Seneca Epistola XCII. 'Non video enim quomodo non in infimum agatur e fastigio suo dejecta virtus.'

NOTÆ

Circa tertiam noctis vigiliam est, circa mediam noctem. Nox enim antiquis in partes quatuor divisa, quæ vigiliæ atque etiam custodiæ dictæ sunt castrensibus vocabulis.

[i] *De Aristomene testudo factus*] Sicut enim domum suam testudo, ita ipse grabatulum suum portabat, quo veluti testa erat opertus.

Hoc habitu Socratem bene quietum circumstetere. Infit [1] illa cum gladio: Hic est, soror Panthia, carus Endymion: [2] [k] hic catamitus meus,[l] qui diebus ac noctibus ætatulam meam illusit: [3] hic est qui, meis [4] amoribus insuper habitis,[5] non solum me diffamat probris, verum [6] fugam instruit. At ego scilicet, Ulyxi astu deserta, vice Calypsonis [7] [m] æternum

circumdederunt Socratem alte sopitum. Tunc quæ habebat gladium dixit: Iste est, o soror Panthia, dilectus Endymion, iste est Ganymedes meus, qui dies noctesque ludibrio habuit meam juventam: hic est qui, aspernatus meos amores, non tantum me differt maledictis, sed etiam comparat se ad fugiendum. Verum ego nempe derelicta sum astutia hujus Ulyssis, et velut altera Calypso lugebo viduitatem æter-

Colv. Fux. *in infim. d.* Roald.—1 Fux. *jussit.* Oud.—2 Margo Bas. 1. Col. Ven. *Endosmion.* Ms. *Enosmion.* Ald. *Endromion.* Beroaldus varie. Vide ipsum. Juvenalis Satyra x. (vs. 318.) 'Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter Matronæ.' *Colv.* Fux. *carus Endosonion:* delicium verbi. Aldus corrupte *Endronion.* Roaldus. Florent. et Roman. *c. Endosymon.* Aldus *Endromion.* Beroaldus *Hedyosmion,* inepte. *Elmenh.*—3 Pal. Fux. Pith. *meam ill. ætat.* Wass. *meam illuxit æt.* Edd. Vett. *illusit æt. meam.* Oud.—4 *Hic qui meis.* In Manuscr. *hic est, qui meis.* Colv.—5 *Subterhabitis.* Repone *insuperhabitis.* Sic enim in veteribus libris esse testis Muretus Var. Lect. (l. xi. c. 17.) et de conjectura emendavit Verisimil. Gulielmius meus (l. ii. Veris. c. 4.) Hoc verbum primus eruit doctor noster J. Cujacius literatissimis Observationibus suis: ubi illi ex Nostro hoc jurisque nostri auctoribus, aliisque collecta exempla. *Colv.* Flor. *superhabitis.* Rom. et Ven. *subterhabitis:* male. lib. iv. 'Lacrymis istis insuperhabitis.' *Elmenh.* Nil muto. *Groslot.*—6 Manuscr. et excusi quidam, *verum etiam.* Colv.—7 Vulg. *sum et Cal.* non æque bene. Multa hujusce locutionis passim in hoc scriptore obvia exempla. Dixisset etiam, 'vicem Calypsonis deserta,' promiscue, ne quis putet ubique hoc vel illud duntaxat reponendum. *Colv.* Idem Becichemus ex vet. lib.

NOTÆ

[k] *Carus Endymion*] Endymion filius fuit Æthlii et Calyces, cujus egregia forma captam Dianam fabulati sunt ad eum in Latmum Cariæ montem descendisse, dormientemque osculari solitam. Sunt, qui concubuisse quoque dicant, atque ex eo quinquaginta peperisse filias; alii, tres tantum. His fabulis occasionem datam inde aiunt, quod studiosus fuerit Lunæ observator Endymion, ejusque phases varias primus attente consideraverit.

[l] *Hic catamitus meus*] Pro Ganymede veteres Romani Catamitum dixerunt. De Ganymede a Jove rapto ob egregiam formam fuse Mythologici. Socratem formosorum illorum nomine insignit Meroë per amaram ironiam.

[m] *Ulyxi astu deserta, vice Calypsonis, &c.*] Comparat Meroë Socratem se fugientem Ulyssi Calypsonem deserenti. Fuit autem Calypso nympha, Oceani et Thetidis filia, quæ naufragum Ulyssem, sociis omnibus ob mactatos Solis boves amissis, hospitio excepit in Insula Ogygia, vel, ut Hygino et Melæ placet, Ææa, in qua regnabat; eumque per septem annos in antris voluptariis detinuit, amore ejus capta. Ab ea tamen divulsus

solitudinem flebo. Et porrecta dextera,[8] meque Panthiæ suæ demonstrato, At hic, inquit, bonus consiliator Aristomenes, qui fugæ hujus auctor fuit, et nunc morti proximus, jam humi prostratus grabatulo succubans jacet, et hæc omnia conspicit,[9] impune se relaturum[1] meas contumelias putat. Faxo eum[2] sero, immo statim, immo vero jam nunc, ut et præcedentis[3] dicacitatis et instantis curiositatis pœniteat. Hæc ego [10] ut accepi, sudore frigido miser[4] perfluo, tremore viscera quatior; ut grabatulus etiam succussus et inquietus[5] super dorsum meum palpitando saltaret. At bona Panthia, Quin igitur, inquit, soror, hunc primum bacchatim discerpimus,[n] vel, membris ejus destinatis,[o]

nam. Et extendens manum dextram meque ostendens suæ Panthiæ, At hic, inquit, egregius suasor Aristomenes, qui consilium dedit hujus fugæ, et qui nunc jacet vicinus leto, jam stratus humi, cubans sub lectulo, quique videt hæc omnia, credit sibi impune fore probra quæ in me dixit. Curabo ut pœniteat eum, sed tardius, immo mox, immo vero nunc jam, et suæ prioris maledicentiæ, et præsentis curiositatis. His auditis, ego infelix madui totus sudore gelido; mea viscera cœperunt exagitari metu; adeo ut lectulus etiam agitatus et inquies subsultaret super dorsum meum trepidando. Sed humana illa Panthia: Quidni ergo, ait, o soror, dilaniamus primum hunc more Bacchantium, aut colligatis ejus artubus amputamus

deserta vitæ Calypsonis, &c. Id. in Add. Homerus Odyss. E. *Elmenh.*—8 Sic Edd. Vett. hic et infra, non *dextra*. *Pantheæ* Fux. Tum Palat. et Wass. *inquit; at hic.* Abest *inquit* a Fux. In Pal. etiam *actor*. Prave. *Oud.*—9 Vulgarii omnes, *et hæc omnia conspexit*. Colvius. *Et si omnia conspicit i. s. r. m. c. p.* Totus autem iste locus legendus cum nota interrogandi, ut cum lectione Ms. quadret. *Roald.* Male. Est enim indignantis. Vide Animadversionem hujusce libri primam. In Edd. ante Colv. excepta Junt. post. est *hic:* in Fux. *si.* Forsan: *Et sic o. conspicit.* In Mss. enim omnibus est præsens, ut debet, præterquam in Pith. *Oudendorp.* 1 Vulcanius conjecit *laturum.* Id certe frequentius est; et l. VII. p. 151. 'Impune se laturum.' Contra 'acceptum ferre' aliquando occurrit pro, referre. Vide ad Hirt. B. Alex. C. 50. *Se* abest a Pithœano. *Id.*—2 In Manuscr. *cum.* Colv.—3 Palat. *præsentis.* Elmenh. Perperam. *Immo statim* desunt male Edd. Junt. Ald. Dein *Hic ego* Pith. *Oud.*—4 In Regio et Fux. *sudore insuperfluo timere.* Id.—5 Vulg. *adeo ut grabatulus etiam inquietus.* Col-

NOTÆ

Ulysses jussu Jovis rate confecta rursus mari se commisit, viduam et flentem deserens. Vide Homerum, 'Ὀδυσσ. lib. I.

[n] *Bacchatim discerpimus*] Ut Pentheum et Orpheum Bacchæ olim discerpsisse dicuntur. Vide Ovid. Metam. lib. III. et II. Hinc 'bacchari' furere, et ipsa Bacchi sacra 'Orgia' ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est, a furore, dicta sunt.

[o] *Destinatis*] Ligatis. Hoc significatu Vitruv. lib. V. 'Si autem propter fluctus aut impetus aperti pelagi

virilia desecamus?[6] Ad hæc Meroë, sic enim reapse[7] nomen ejus, tunc[8] fabulis Socratis convenire sentiebam, Immo,[9] ait, supersit hic saltem, qui miselli hujus[1] corpus parva[2] contumulet humo. Et, capite Socratis in alterum[3] dimoto latus, per jugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei demergit,[4] et sanguinis eruptionem utriculo[5] admoto excipit diligenter, ut nulla stilla compareret usquam. Hæc ego meis oculis aspexi. Nam[6] etiam, ne quid demutaret,[7] credo, a victimæ religione,[p] immissa dextera per vulnus illud ad viscera penitus,[8] cor miseri contubernalis mei[9]

ei genitalia? Ad ea Meroë, (nam sic tunc intelligebam nomen ejus reipsa congruere cum narrationibus Socratis) Immo, inquit, hic certe restet qui levi terra operiat corpus hujus infortunati. Et, reclinato capite Socratis in alteram partem, condit in ejus corpus totum gladium ad manubrium usque per sinistram colli partem, suscipitque studiose cruorem erumpentem parvo vase supposito, adeo ut nusquam gutta ulla cerneretur. Ego hæc vidi meis oculis. Enimvero humana illa Meroë inferens manum dextram per plagam illam ad intima usque præcordia, et illa rimans, ne immutaret aliquid a ritu hostiæ (ut arbitror), depromsit cor infelicis

vius.—6 Alii *resecamus*. Elmenh. *Res.* est in Bertin. sed infra 'desecti' et 'desectum;' ac passim apud optimos scriptores. Reddendum quoque Solino c. 30. p. 41. 'Ita somno obsitis capita desecant.' Sic Mss. Vulgo *obsopitis, e capitibus exsecant lapides.* Mox *At hoc* Fux. *Enim* deest Bertin. *Oud.*—7 *Reabse.* Corrigo *reapse*, hoc est, re ipsa; Veteres dicebant. Pacuvius: 'Si non est ingratum, quod reapse feci.' Sensus est: Ex re ipsa, inquit, magis, quam ex fabulosa Socratis sermocinatione cognovi Meroën merito nominari a mero, f. cujus esset avidissima. *Beroald.* *Re esse* Wass. *Re abse* Palat. Fux. cum Edd. pp. sed Becichem. quoque Ep. 73. bene correxit. In Apol. p. 317. Ed. Elm. 'Quod reapse intelligetur.' L. x. 'Ut reapse cognoscere potui:' ubi idem error.—8 Vulg. *quam.* Colv. Correxit ita jam Becich. Ep. 73. Junt. post. et marg. Bas. pr. *Tum fab.* Pith. *Oud.*—9 Fux. *primo.* Id.—1 Pith. *hoc.* Id.—2 Pith. et Fux. *parvo.* Id.—3 Fux. *altum* cum Guelferb. *Id.*—4 Manuscr. *demersit.* Colv.—5 *Uterculo.* Idem *utriculo.* Idem. Ald. et Bertin. *utriculo.* Flor. *vasculo.* Elm.—6 Bert. *ac.* Sciopp. in Symbola. Lege *tum etiam.* Wower.—7 Negligenter Floridus edidit *immutaret*, ac contra Appuleii stylum. Est et hoc compositum frequens Plauto, aliisque. *Dextera* rectius Mss. et Edd. Vett. *Oud.*—8 In Manuscr. *ptinus.* Num *protinus?* Sed vulgarem lectionem non solicitaverim. *Colv.*—9 Idem Ms. non habet

NOTÆ

destinatæ arcæ non potuerint contineri,' &c. et apud eundem 'destinæ' sunt, trabiculæ, seu asseres, quibus illæ arcæ revinciuntur.

[p] *Ne quid demutaret a victimæ religione*] Quia in sacrificiis, quemadmodum hic Socratis cor, ita victimarum educebantur viscera, ut ex eorum contemplatione liqueret litatumne esset, an non: quin et futura prædicebat haruspex iis inspectis.

Meroë bona scrutata protulit: cum[1] ille, impetu teli præsecata gula, vocem, immo stridorem incertum per vulnus effunderet, et spiritum rebulliret.[2] Quod vulnus, quam[3] maxime patebat, spongia offulciens[4] Panthia, Heus tu, inquit, spongia, cave in mari nata per fluvium[5] transeas. His editis, ab imo[6] remoto grabatulo, varicus[7] super faciem meam residentes vesicam exonerant, quoad me urinæ spurcissimæ madore perluerent.[8] Commodum limen evaserant: et fores ad pristinum statum integræ[9] resurgunt: cardines ad foramina resident, postes ad repagula[1] redeunt,[q] ad

mei sodalis; cum ille interim, præsecto gutture ictu gladii, emitteret per plagam vocem, vel potius stridorem confusum, et effunderet animam una cum bullis sanguinis. Quam plagam Panthia obturans spongia per totum ejus hiatum, Heus tu spongia, ait, vide ne tu, quæ orta es in mari, transeas per flumen. His dictis, sublato e terra meo lectulo, divaricatis cruribus conquiniscentes super vultum meum evacuant vesicam, donec me totum perfunderent humore impurissimi lotii. Vix ostio excesserant, cum januæ integræ eriguntur in statum priorem, vectes redeunt

mei. Colv.—1 Idem *cumque.* Colvius. Reg. Fux. *cum illo.* In Pith. *c. i. i. tele præsentata.* Oud.—2 F. *ebulliret.* Groslot. Et sic clare in Pithœano. *Oud.*—3 Sic Basil. I. Reliqui omnes: *qua.* Quod rectum. Lib. IV. (p. 70. Ed. Pr.) 'Qua clavis immittendæ foramen patebat, sensim immissa manu:' et alibi. Fuit tempus cum alteram lectionem magis probarem. *Colv.* Scribo ex Pal. *qua.* Wowerius. *Quamvis.* Aldus non tam bene *qua maxime.* *Quam maxime* pro, quantum plurimum, ut est in l. Si ita 5. de Leg. 2. *Roald.* *Qua m.* Vulgo, *quam m. p.* Bertin. *quod m. p.* Elmenh.—4 Ex Ms. et Ro. Alii omnes *effulciens.* Lib. IV. 'Multis laciniis obfulto vulnere, ne stillæ sanguinis vestigium proderent.' Princeps Jurisconsultorum legit *effingens* Observat. lib. XIII. (c. 13.) *Colvius.* Bert. Bas. 2. et Rom. *effulciens.* Cujacius *effingens,* inepte. *Elmenh.* Non enim purgare et curare voluit vulnus, sed obturavit atque implevit, ne pateret. *Offulciens* bene jam edidere Beroald. et Ed. Junt. post. In aliis Vett. et Pith. *effultiens.* Palat. *offulgiens.* Vide ad l. IV. p. 66. *Oud.*—5 Vulg. *per flumen ne.* Colv. Ante ipsum *ne* Mss. recte jam omisit Ed. Junt. post. ac *fluvium* exhibet. Quis nescit, elegantius omitti *ne?* Vett. tamen editionibus conspirat Bertin. An fuit olim *per flumina?* In Pith. *post fl.* Oud.—6 Iidem: *ab una.* Colvius. Bemb. *his edictis.* Putean.—7 Manuscr. *variciis.* Colvius. Ms. *varicus.* Lego *varicitus.* Ex adverbiis in *us,* quæ passim occurrunt, 'publicitus,' 'primitus,' 'mordicus,' 'imitus.' 'Divaricari' legas apud M. Tull. Verr. IV. 'Hominem divaricari ac religari jubet,' apertis cruribus distendi. *Brant.*—8 Bertin. *proluerent,* recte. *Elmenh.* Immo male. *Oud.*—9 In Bertino non est *integræ.* Sciopp. in Symb. Et abesse poterat. *Wower.* Τὸ *integræ* abest a Palat. et Bertino. *Elmenh.* Adi et Sciopp. Susp. l. IV. 6. Hinc Scriverius et seqq. uncis inclusere. Sed videtur addidisse hanc vocem, ut ostendat non fractas fuisse fores; licet tanta vi reseratæ et prostratæ forent. *Oud.*—1 Idem Ms.

NOTÆ

[q] *Postes ad repagula redeunt*] Immo, *repagula ad postes.* Hi enim immoti stant ab utraque parte ostii, cum contra repagula moveantur modo in

claustra pessuli[r] recurrunt. At ego, ut eram etiam nunc[2] humi projectus, inanimus,[3] nudus, et frigidus, et lotio perlutus,[4] quasi recens utero matris editus, immo vero semimortuus, [11] verum etiam ipse[5] mihi supervivens et posthumus,[s] vel certe destinatæ[6] jam crucis candidatus,[t] Quid, inquam, de me fiet,[7] ubi iste jugulatus mane paruerit?[8] Cui

ad postes, pessuli revertuntur ad claustra. Ego vero eo statu quo eram adhuc prostratus humi, exanimatus, spoliatus, gelidus, et urina perfusus, velut infans recenter egressus ex ventre matris, quinimmo semimortuus, vel potius superstes mihi ipsi, et post mortem meam renatus, aut saltem brevi subiturus patibulum mihi jam paratum, Quid fiet de me, inquam, quando hic jugulatus visus fuerit primo dilu-

cardines et for. resident, postes et repag. Colvius. Lege: *ad postes rep.* nisi hypallage usus sit Auctor. Adi Floridum. *Oud.*—2 Ro. Ven. *etiam nunc.* Alii *etiamnum*, quod se reposuisse testatur Beroaldus ipse. Maluissem saltem *etiam nunc.* Lib. IV. 'In vallem proximam etiam nunc spirantem præcipitant.' Nihil hoc passim in Apuleio frequentius, et Plauto. Epidico: 'Patrem videre senem non vult etiam nunc.' Restituerim lubens Menæchmis: 'Me. Dic, quid est id, quod negem quod fecerim? Er. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris. Me. Etiam nunc nego.' Editum ubique, *Sed jam nunc nego.* Colv. In Mss. et Edd. Vett. item Junt. Ald. Vulc. recte, ut passim, *etiam nunc.* Vide Beroald. In Pith. *etiamne.* In Bas. sec. et Colv. *nunc etiam.* Adi et ad p. 12. Ed. Pric. '*Etiam nunc semisomnus.*' Davis. ad Minuc. Fel. p. 42. *Oud.*—3 *Inanis.* Jusseram excudi *inanimus.* Male illud legitur in Basileensibus libris. Ald. *inanimis.* Colvius. *Inanimis.* Palat. *inanis.* Gruterus, *in pannis.* Alii, *inanimus.* Elmenh.—4 *Perlitus.* Legendum fortean videatur: *perlutus.* Ante enim: 'Quoad me urinæ spurcissimæ odore perluerent:' et de Mundo: 'Imbribus perlutas esse totas regiones.' Sed alterum illud etiam habet, quo nitatur. Lib. II. 'Anhelans et sudore perlitus:' ubi tamen quoque *perlutus* in antiquis libris legitur. Paulus noster Sententiarum lib. V. 'Si quis fimo correpto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinuerit.' *Colv. Perlutus.* Alii, *perlitus.* Lib. II. 'Anhelans et sudore perlitus.' Sic Rom. Codex. *Elmenh.*—5 Abest *ipse* ab Oxon. *mihi* a Palat. Guelf. Codd. Male Barth. ad Claud. IV. Cons. Hon. 477. 'Sibi superstes,' legit *verius et.* Oud.—6 In Manuscr. *damnatæ.* Plautus Milite: 'Contubernalis cruci.' *Colv.* Palatinus *damnatæ*, quomodo etiam Lipsius (l. I. de Cruce c. 2.) conjecit. *Elmenh.*—7 Imitatus eos, qui dixere, 'quid me fiet,' ideoque præpositionem expellendam credo. Terentius Phorm. 'Quid te futurum est? Ce. Nescio hercle.' Lucilius l. XXVIII. Satyrarum: 'Quid me fiet? siquidem non vis te improbis committere.' Plautus Epidico: 'Quid illa fiet fidicina igitur? N. Aliqua res reperibitur.' Idem Casina: 'Tuo quid fac-

NOTÆ

hanc, modo in illam partem, aperiendæ vel claudendæ januæ causa.

[r] *Ad claustra pessuli*] Claustra hic sunt illa postium foramina, in quæ pessuli immittuntur. Alias claustra sunt ipsa repagula, atque etiam septa et sepes.

[s] *Ipse mihi supervivens et posthumus*] Posthumi sunt liberi mortuis jam patribus nati. Se autem posthumum sibi facete dicit, quasi sibi post mortem suam renatum.

[t] *Crucis candidatus*] Candidati dicebantur petitores magistratuum, a to-

videbor verisimilia dicere, proferens[9] vera? Proclamares[1] saltem suppetiatum,[2] si resistere vir tantus[3] mulieri nequibas. Sub oculis tuis homo jugulatur,[4] et siles? Cur autem te simile latrocinium non peremit? Cur sæva crudelitas, vel propter indicium sceleris,[5] arbitro pepercit?[6] Ergo,

culo? Quis me putabit loqui verisimilia, tametsi vera dicam? Dicent, Debebas saltem efflagitare auxilium, si tu tam magnus vir non poteras obsistere fœminæ. Quid? homo jugulatur in tuo conspectu, et tu taces? Quare vero non fuisti interfectus eadem cæde? Cur fera sævitia non peremit te inspectorem hujus homicidii, saltem ne indicares auctorem sceleris? Quia igitur effugisti necem, nunc ad

tum est pallio?' Cic. Terentiæ lib. XIV. Epist. quarta: 'Sed quid de Tulliola mea fiet? jam id vos videte.' Auctoritate membranarum tollo etiam hinc τὸ *de:* quod genus loquendi, nisi in ipso Cicerone repertum foret, explodere voluissent nescio qui pueri. Ennii versum apud Festum in *me* pro *mihi* non semel suspectavi, ut corruptum: 'Si quid me fuerit, humanitus ut teneatis.' Restituendum existimabam: *Si quid me fuat, hum. ut ten.* Stewechius. *Quid, i. me f.* Vulg. *Quid, inquam, de me fiet.* Comica locutio, et Plautina præsertim; tamen restituenda Pœnulo: 'Quin mea quoque iste habebit, si quid me fuat.' Perperam enim etiam vulgarunt, *si quid de me fuat.* Exempla alia non congero, quæ cuique in mundo. *Colv.* *De me fiet.* Basil. 2. Colvius, et Stewechius particulam *de* ut superfluam male inducunt. Nam et 'me fiet,' et 'de me fiet,' utrumque bene Latine dicitur, ut alii jam monuerunt. *Elmenh.*—8 In Manusc. *patuerit.* Colvius. Palat. et Aldus, *patuerit.* Male. *Elmenh.*—9 Insisto vestigiis lectionis vulgatæ, et corrigo: *Cui videbor verosimilia deferre, prof.* Stewechius. *Cui v. verisimilia dicere, prof.* Bas. 1. *Cui v. veris. differentiæ proferens:* et in marg. *differens.* Alii, *cui vid. ver. dicere perf. v.* Manuscr. *perferens:* ex quo scripsi *proferens.* Plautus Amphitryone: 'Quæ neque fieri Possunt, neque fando unquam accepit quisquam, profers, carnifex.' *Colv.* Alii libri, *veros. differentiæ.* Forte: *verisimilia disserere, etiam proferens vera.* Sciopp. in Symb. Cr. et Susp. Lect.—1 Oxoniensis, *Diceret aliquis, mi Aristomene, procl.* Wass. *dicet aliquis, in Aristomini, procl.* e glossa. *Oud.*—2 Manuscrip. *suppetiarum.* Colvius. Palat. *suppetium.* Lib. IV. 'Suppetiatum decurrunt anxii.' Lib. VII. 'Omnem viciniam suppetiatum convocans.' *Elmenh.* In Palatino et Guelferb. est *suppetiatim,* non *suppetium.* Edd. Bas. pr. Vulc. *suppetiarum* vitiose. Lib. VIII. 'Suppetiatum ciens:' suppetior, ari, quod et Noster usurpavit. *Oud.* —3 Repono, *vir natus;* quasi dicat: Robore vir es, et sexus fortem magis te fecit, quam ut non posses mulieri resistere. Facit huc Petronii locus: 'Sed, ne quid tristius expectarem, comitatus faciebat. Tres enim erant mulierculæ, si quid vellent conari, infirmissimæ scilicet contra nos, quibus, si nil aliud [aut, ut alii legunt, *scilicet contra quas si nihil aliud*], virile sexus esset, quod auxiliaretur.' Aristoteles lib. IX. de Animal. 'Fœminæ, quam mares, minus sunt animosæ.' Unde Nausistrata Chremetis apud Terentium Phormione, minabunda, 'Virum me natam vellem; Ego ostenderem.' *Brant.*—4 Ven. *jugulatus.* Colvius. Mox a m. pr. Guelferb. *et tamen siles.* Oud.—5 Oxon. *ind. scel. vitandum a. p.* Pricæus. Item Coll. Wass. *Oud.*—6 Manuscr. *arbitro non pep.* Colvius. Palat. *arbitrium.* Male. *Elmenh.*

NOTÆ

ga candida quam induebant. Quod verbum translatum est ad eos omnes, qui aliquid vel petunt, vel expectant propediem, ut hic crucem.

quoniam evasisti[7] mortem, nunc illo redi. Hæc identidem mecum replicabam:[8] et nox ibat in diem. Optimum itaque factu[9] visum est anteluculo[1] furtim evadere, et viam, licet trepido vestigio, capessere. Sumo sarcinulam meam, et[2] subdita clavi pessulos reduco. At illæ probæ et fideles januæ, quæ sua sponte reseratæ[3] nocte fuerant, vix tandem et ægerrime tunc clavis suæ crebra immissione patefiunt. Et, Heus tu, ubi es? inquam, valvas stabuli absolve: antelucio volo ire. Janitor pone stabuli ostium humi cubitans, etiam nunc semisomnus, Quid tu, inquit, ignoras latronibus infestari vias,[4] qui[5] hoc noctis iter incipis? Hem, etsi[6]

cam regredere. Hæc subinde revolvebam apud me, et nox vergebat ad diem. Existimavi ergo consultissimum esse me proripere clanculum ante lucem, et ingredi iter quamvis passu trepidanti. Capio meum fasciculum, et retraho pessulos subinserta clave. At illæ bonæ et fidæ fores, quæ ultro apertæ fuerant nocte, ægre demum et summo labore tunc reserantur frequenti insertione et versatione suæ clavis. Et, Heus tu, inquam, o Janitor! ubinam es? Fac pateant fores diversorii: volo exire antelucano tempore. Ostiarius recumbens humi post januam diversorii adhuc semisopitus, Quid, inquit, an tu nescis itinera obsideri a prædonibus, qui viam capessis hac hora noctis? Quamvis enim optes mori, urgente sci-

—7 Ms. Wass. *Ego q. evasi*, unde ipse conjecit *evasti.* Oud.—8 *Hæc id. mecum replicabam.* Tale illud etiam libro decimo de Asino: 'Sic ipse mecum replicabam.' Nihilominus tamen utrobique adulterinum videbitur scriptoris hujus stylum consideranti, apud quem nimis quam usitata hæc: 'Et sic mecum,' 'Et sic ad illum mecum,' alia similia sexcenta. *Stewech.* Bemb. *replicans.* Putean.—9 *Factum.* Vulg. *factu.* Nos scriptam probamque lectionem expressimus. Plautus Aulularia: 'Nunc hoc mihi factum est optimum, ut ted auferam, Aula, in Fidei fanum.' Modestinus J. C. 'Optimum factum est, curatorem ei potius adjungi,' l. IX. D. de suspect. tutor. Non bene aliter legit Lambinus Pseudolo: 'Nunc adeo hoc factum est optimum, ut nomine quamque appellem suo:' vel Camerarius Pœnulo: 'Bonum hercle factum, pro se quisque ut meminerit.' Legerim etiam in Gellio lib. I. cap. 3. 'Quod mihi optimum factum duxerim; diversum ejus aliis suasisse:' ubi in Parisiensi postrema etiam editione *optimum factu.* Sic *æquum factum* reposuerim Truculento: 'Si eget, necesse est nos patiatur ali. Ita æquum factum est.' Tertullianus de Pudicitia: 'O edictum cui ascribi non poterit: BONUM FACTUM!' Plautus alibi: 'BONUM FACTUM, edicta ut servetis mea.' Ex qua formula suspicari est hunc loquendi modum manasse. *Colv.* *Factu.* Sic omnes Manuscripti et editi legunt. Colvius, *o. i. factum.* Elmenh.—1 Bertin. *ante diluculo.* Male. *Elmenh.*—2 Copula non est in vulg. *Colv.* Nec in Mss. Pith. Fux. Pro *clavi* in Ed. Pricæi est *clave*, perperam. Supra in abl. 'convalli:' crebro 'navi,' 'igni,' 'fusti,' &c. quæ nemo nescit. *Oud.*—3 *Deseratæ.* In Manuscripto *reseratæ.* Colvius. Alii *reseratæ.* Elmenh. *Reseratæ* cum Vulc. Scalig. Wouw. Pricæo prætuli, quia sic dant etiam Flor. Oxon. Fux. Guelf. Pith. Par. Bertin. Palat. Supra: 'Januæ reserantur:' et passim. *Deseratæ* probat Tollius. *Oud.*—4 Bert. *vicis.* Forte *vicos.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. II. 20. Bert. *i. vicis*, unde alii, *i. vicos.* Elmenh. Sopingius malit *vicinias*, *γειτονίας.* Sed nullam

tu, alicujus facinoris tibi conscius scilicet,[7] mori cupis: nos cucurbitæ caput[u] non habemus, ut pro te moriamur. Non longe, inquam, lux abest. Sed[8] et præterea, quid viatori de summa pauperie latrones auferre possunt? An ignoras, inepte, nudum nec a decem palæstritis despoliari[9] posse?

licet te conscientia alicujus sceleris, nos tamen non habemus caput cucurbitæ, ut moriamur tuo loco. Diluculum appetit, inquam, et insuper quid prædones possunt eripere viatori de maxima inopia? An nescis, o stulte, hominem nudum ne a decem

propter corruptam unius Ms. lectionem video mutandi causam. *Oud.*—5 Plerique vulg. *quid.* Plautus Amphitryone: 'Qui hoc noctis solus ambulem.' *Colv. Elmenh.* *Qui* edidere jam Junt. post. et Bas. pr. in marg. Distinguebant vulgo *vias? quid:* ut infra olim in l. II. 'Parcitis quid indicatis,' pro *qui.* Oud.—6 Manuscrip. *nemetsi.* Colv.—7 Non incommode videtur scribi posse *ilicet.* *Ilicet* pro, statim, Plauto, Terentio, Sallustio placuisse, pueri sciunt. Tum usu illud pro comperto est, invicem has voces sæpe commutatas. Apud eundem libro quarto: 'Vestem stragulam subductam scilicet jactare destinaret.' Postulat sententia, *ilicet.* Iterum eodem lib. IV. 'Quanquam satis cupidi, tamen sine mora parabunt ilicet idoneam sui sanguinis redemtionem:' et hic in vulgatis sedet *τὸ scilicet.* Stewech. Mihi secus videtur, et interpungendum potius: *Hem etsi tu, alicujus f. t. c. scilicet, mori cupis:* q. d. janitor ille. Qui sibi alicujus sceleris sunt conscii, velut furiis inquietati, mortem quærunt. Et fortasse tu talis es, et vis fores tibi aperiri, ut in latrones incidas. Sed non aperio, quia valvis de nocte reseratis fieri posset, ut latrones in vicis irrumperent, nosque tecum pariter interimerent. Evidenter jam vides, confirmari superiorem correctiunculam meam *τοῦ vias* in *vicos.* Sciopp. Susp. Lect. II. 20.—8 Pal. *τὸ Sed* recte inducit. *Elmenh.*—9 *Te spoliari.* Plauti imitatorem esse Apuleium nemo nescit: unde scribendum suspicor, *despoliari.* Plaut. Asinaria, sc. 'Unumquodque:' 'Aliam nunc orationem despoliato prædicas, Longe aliam præbes, inquam nunc atque olim, quom dabam.' Glossæ veteres: ''Εκδύτης, despoliator.' Cicero Terentiæ: 'Illud doleo, qua impensa facienda est, in ejus partem te miseram et despoliatam venire.' Lib. XIV. Epist. 11. Quin et ipse Apuleius lib. II. et secunda Apologia sua dixit, 'tegmine despoliare,' 'despoliare pudore.' Petronius de fabis loquens: 'Dentibusque folliculos perite spolias.' Malim, *despolias.* Præterea non hic primum est, cum in mutuum locum immigrarint hæ literæ D et T. Nam infra apud eundem hunc libro III. de Asino: 'Luctantem me ac diu renidentem:' an quis ambigat, quin scribendum sit *renitentem?* Itidem libro tertio Floridorum emendo hæc: 'Quippnon promte veniam impertire rarenter adeunti, necessitatem ejus requirentis est.' Male in hunc usque diem edidere *adeundi.* Stewechius. *Despoliari.* In Manuscrip. *spoliari.* Vulgati fere omnes, *te spoliari.* Ald. secuti sumus. *Colv.* Cum Stewechio facit Manuscriptus noster, absque quo esset scriberem: *an ignoras, inepte, te nud. n. a d. p. spoliari posse.* Nec assentio Stewechio, dum apud Petronium *despoliat* reponit pro *spoliat, &c. &c.* Sciopp. Susp. Lect. II. 20. *Despoliari.* Roman. *te spoliari.* Elmenh. *A d. palæstritis*

NOTÆ

[u] *Cucurbitæ caput*] Hoc est, crassum ut est cucurbita, proindeque stolidum. Stoliditatis enim notantur capitones. Cucurbitæ caput proverbium est.

Ad hæc[1] ille marcidus et semisopitus, in alterum latus evolutus,[2] Unde autem, inquit, scio, an convectore[3] illo tuo,[w] cum quo sero deverteras, jugulato, fugæ mandes præsidium? Illud horæ memini me, terra dehiscente, [12] ima Tartara, inque his canem Cerberum prorsus esurientem mei[4] prospexisse. Ac recordabar profecto, bonam Meroën[5] non misericordia jugulo meo pepercisse, sed sævitia cruci me reservasse.[6] In cubiculum itaque reversus, de genere tu-

quidem athletis posse spoliari? Ad hæc ille languens et semisomnus convertens se in alterum latus, Sed qui scio, inquit, an interfecto tuo illo comite, cum quo huc deveneras heri vesperi, nunc fuga saluti consulas? Recordor me illo momento vidisse tellure hiante infimum Avernum, et in eo canem Cerberum mei edendi cupidissimum. Et certe veniebat mihi in mentem bonam Meroën non abstinuisse manus a collo meo ex commiseratione, sed crudelitate sua me reservavisse ad patibulum. Cum ergo rediissem in cubiculum, disquirebam apud me genus aliquod mortis subi-

spoliari tantum est in Ed. Junt. post. Sed *despol.* cum Aldo, Stew. &c. habent Mss. quoque Petr. Palat. Flor. Oxon. Reg. Wass. lib. IV. p. 78. 'Ursæ despoliavit latronem.' Ed. Elmenh. male *dispol.* Vide d. l. In Oxon. ridicule *Palæstinis.* Oud.—1 Palat. Pith. *Ad hoc,* ut passim in illis Mss. Vide infra. *Inquit* post *evolutus* ponunt Fux. Guelf. et Par. Codd. Pro *unde* in Fux. *unum.* Id.—2 Malit Salmasius *revolutus.* Id.—3 Nulli hic viatoribus equi aut currus. Quare adhuc in sententia permaneo, corrigendum videri: *combitore.* Bitere, id est, ire, notum ex Festo: immo Bitienses hinc ut assidue peregrinantes dicti. Varroni autem inde compositum 'combito' pro, comeo, libro sexto de Lingua Lat. et multa ab eodem verbo aliis Grammaticis priscis. *Stewech.* Mihi invitis libris aliquid mutare religio est, &c. Et sane si quid mutandum omnino sit, malim *convictore:* qui tecum heri in cœna fuit, quique tecum huc devertit. Et *combitor,* præter quod ipsa novitate sua mihi suspectum est, tum et a scriptæ receptæque lectionis vestigiis nimium quantum recedit. *Sciopp. Susp. Lect.* II. 20. *Convenone.* Ita Scaliger. In Manuscriptis et editis omnibus est *convectore.* Gruterus Suspicion. lib. I. cap. 8. *conventore* legit. Stewechius *combitore,* alii *convictore.* Elmenhorstius.—4 Manuscr. *exurientem me.* Colvius. Flor. *esurientem me.* Elmenh. Adde Palat. Petr. Oxon. Fux. Par. in quo itidem *exurientem,* ut conjungatur non cum *esur.* sed cum *memini:* adeoque videtur mutatum ab illis, qui crediderunt *me* post *memini* necessario adesse. *Oud.*—5 Oxon. *Meucem.* Pal. *mira.* Abest *pepercisse* ab Oxon. *Id.*—6 Vulg. *serrasse.* Illud melius et sæpius Apuleio usurpatum. Sed tædet hæc talia pluribus persequi. Simili sententia Epigrammatarius Græcus lib. I. Anth. Εἰ μὴ νῦν σε μεθῆκα θανεῖν, θάνατον

NOTÆ

[w] *Convectore illo tuo*] Convectores sunt, qui simul vehuntur; estque dictio propria nauticorum. Hic tamen convector pro comite viæ sumitur. Legunt quidam *convictore,* alii *convivone* seu *combibone.* Scaliger *convennone.* Gruterus Suspicion. lib. I. c. 8. *conventore.* *Conventore* dixerit Noster, ut dixit 'adventores,' supra: 'Et nunc senex ille, dolium innatans vini sui, adventores pristinos in fæce summissus officiosis ronchis raucus appellat.'

multuario[7] mortis mecum deliberabam. Sed, cum nullum aliud telum mortiferum Fortuna, quam solum mihi grabatulum subministraret, Jam jam grabatule, inquam, animo meo carissime, qui mecum tot ærumnas exantlasti,[x] [8] conscius et arbiter quæ nocte gesta sunt, quem solum in meo reatu testem innocentiæ citare possum; tu mihi ad Inferos festinanti subministra telum salutare. Et cum dicto restim, qua erat intextus,[9] aggredior expedire: ac tigillo quod fenestræ[1] subditum altrinsecus[2] prominebat, injecta atque obdita[3] parte funiculi, et altera[4] firmiter in nodum coacta,[5] ascenso grabatulo, ad exitium sublimatus, et immisso[6] ca-

tarium; sed, cum Fortuna nulla alia arma mihi suppeditaret, quibus possem mihi mortem consciscere, præter solum lectulum, Nunc, o lectule, inquam, mihi dilectissime, qui perpessus es mecum tot labores, particeps et testis eorum quæ acta sunt hac nocte, quem unum testem meæ innocentiæ adducere possum in mea accusatione; tu mihi suppedita arma utilia properanti descendere ad orcum. Et hoc dicto incipio solvere funem quo erat constrictus; et immissa circumvolutaque parte resticulæ parvæ trabi quæ fenestræ supposita erat et extabat alteram partem versus, altera vero ex parte constricta firmo nodo, conscendo lectulum, attollens me ad mortem,

----

μὲν ἄλυπον Νῦν ἔφυγες, σταυρῷ δ' ἴσθι φυλαττόμενος. Colv. Bertin. *servasse.* Elmenhorstius. Idem Pith. cum Edd. ante Colv. *Oud.*—7 Pal. *tumultuariæ m. g.* Ita vocat mortem, quæ non ex natura nec fatalis. Plin. lib. I. Epist. 12. *Elmenh.* Secutus est Palatinum Cod. Scriverius. *Tumultuari* Fux. et Guelferb. *Oud.*—8 *Exantl.* Manuscr. al. *exaudisti.* Forte *exhausisti*, et glossema fuerit. *Colv.*—9 Putavi aliquando scribendum: *erat is tentus.* Observaram enim olim restibus, funibus lectos vinctos et tentos: et sic scriptum memineram a Lucilio Satyrarum l. VI. 'Tres a Deucalione grabati restibus tenti.' Eundem corrigere jam nitor lib. XXX. 'Unus cum sternitur lectus restibus aptus.' Apud Nonium est: 'Unus consternit novis vetus restibus aptus.' Thucydides: *Διέφθειρον σφᾶς αὐτοὺς οἱ μὲν ἀπὸ κλίνων σπάρτας, οἱ δὲ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες*: apud Suidam. *Colv.* *Is tentus* vel *intentus* malebat etiam Scriverius in Anecdotis pag. 6. Prave. *Intextus* est, implexus, constrictus, implicatus. L. XI. 'Corona amœnis rosis INTEXTA.' Virg. Georg. II. 22. 'Intexet vitibus ulmos.' In Wass. *intestus.* Pro *expedire* in Regio et Fux. *expetere.* Oud.—1 Vulgo *fenestra.* Colv. Non nisi in Edd. Colin. et Bas. pr. *Oud.*—2 Manuscr. *altasecus.* Colv. Vide ad l. II. 'utrumque secus.' *Oud.*—3 Bertinianus, *obducta*, i. e. circumducta. *Sciopp. in Symb. et Susp. Lect.* III. 18. *Wower.* *Obducta:* alii *obdita.* Elmenh.—4 Flor. *a latera:* inepte. *Elmenh.*—5 Palat. *aucta.* Elmenh. Posses hinc conjicere *acta*, vel potius *ancta*, seu arctata, ab 'angere.' Vide ad lib. IV. p. 65. 'Dolore alvus arctata.' *Angere* et *augere* aliquoties confusa. Vide Drak. ad Liv. l. IV. c. 51. *Oud.*—6 *Misso.* Malim *demisso* vel *immisso.* Colvius. *Et immisso.* Ita Palat. Rectius tamen Bertin. *et emisso.* Wowerius. *Et misso.* Malim *emisso*, id est, collo protenso. *Sciopp. in Symb.* *Et immisso c.*

NOTÆ

[x] *Tot ærumnas exantlasti*] Illa nempe nocte, cum sagarum validissimo impetu subversus est una cum janua et ipso Aristomene.

pite laqueum induo. Sed, dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar, repello, ut ponderis deductu restis ad ingluviem [7] astricta spiritus officia discluderet; repente putris [8] alioquin et vetus funis dirumpitur.[9] Atque ego de alto recidens,[1] Socratem, nam juxta me jacebat, superruo,[2] cumque eo in terram [3] devolvor. Et ecce in ipso momento janitor introrupit, exerte clamitans: Ubi es tu, qui alta nocte immodice festinabas, et nunc stertis [4] involutus? Ad hæc, nescio an casu nostro, an illius absono clamore experrectus Socrates exsurgit prior: et, Næ, inquit, merito [5] stabularios hos omnes hospites detestantur. Nam iste curiosus [6] dum importune irrumpit,[7] credo studio rapiendi aliquid, cla-

et inserto capite circumdo collum meum laqueo. Sed, dum rejicio altero pede fulcrum quo sustentabar, ut funis constrictus circa fauces depressione ponderis interciperet functiones halitus, restis putrida ceteroquin et vetustate labefactata subito abrumpitur. Et ego ex sublimi ruens delabor super Socratem, (cubabat enim prope me,) et cum illo deturbor humi. Et ecce eo ipso puncto temporis ostiarius irrupit in cubiculum clamans alta voce: Ubinam es tu, qui nimium properabas nocte adhuc profunda, et nunc altum dormis involutus stragulis? Ad hæc verba Socrates surgit prior, expergefactus, haud scio an meo lapsu, an incondita illius vociferatione: et, Profecto, ait, omnes adventores jure execrantur hos caupones. Nam hic curiosus moleste huc introrumpens, animo, ut arbitror, quidpiam furandi, excitavit me, licet

Ald. et Rom. *Et misso c.* Bert. *emisso c.* recte. *Elmenh.*—7 *Ad gulam.* Vulg. *ad ingluviem.* Certe glossæ antiquæ: 'Ingluvies, *τράχηλος, λῖπος, ἀποδερματισμός.' Colv.* *Ad ingluviem.* Fux. *ad gulam:* sed glossa est. *Roald.* *Ad ingluviem.* Ita omnes Manuscripti, quod falsi et audaces emendatores inepte mutarunt *ad gulam*, vel *ad jugulam*. Festus: 'Ingluvies a gula dicta. Hinc et ingluviosus et gluto et gulo.' *Elmenh.* Codd. Guelf. Fux. etiam Reg. et Petr. cum Edd. Colv. et Vulc. prave et ex glossa dant *ad gulam*. Vide supra p. m. 23. 'Ad occipitium per ingluviem subit.' *Jugulam* ex conjectura Modii profluxit. *Astricte* Fux. *Officio* Pith. *Oud.*—8 Manuscr. *putrix.* Sic etiam 'locuplex' alibi. *Colv.*—9 *Disrumpitur.* Rom. *dirumpitur.* Elmenhorstius.—1 *Decidens.* Vulgo *recidens.* Colvius. Rom. Bas. 1. et Aldus, *recidens.* Elmenh. Recte Scriverius et Pricæus non paruere Lips. Codici, licet consentiat Regius in *decid.* quod prave alii secuti sunt. Vide loco per Pricæum allato p. m. 451. 'Recidens in universum cooperit.' *Oud.*—2 Oxoniensis hic non *superruo*, sed *supino* habet. Melior procul dubio vulgata lectio. Infra lib. IV. 'Ruunt aliæ superque aliæ sepedum populorum undæ.' *Pric.* *Socraten* Guelf. *Supino* etiam Coll. Wass. quæ habet, *cumque ego f.* pro *cum quo ego.* Oud.—3 Manuscr. *intextum.* Colvius.—4 Vulg. *stratis.* Colvius. Flor. *stertis inv.* Elmenh.—5 Bas. 1. et Ber. *immerito.* Colvius. *Immerito.* Vulgo *merito.* Vide indicem. *Elmenh.* *Næ, inquit, immerito.* Sic rescripsi ex Florentinis. Possumus etiam legere, *nec immerito:* sine causa. *Idem in Add.* —6 Alii *furiosus.* Elmenh. Schikeradum intelligit. Et ita margini alleverat Groslotius. Sed vide ad p. m. 17. *Curiosius* Oxon. Guelf. *Ille cur.* Pith. Fux. *Oud.*—7 Manuscr. *irrupit.* Colv. Item Palat. *Oud.*—8 Male

more [13] vasto, marcidum[8] alioquin me altissimo somno excussit. Emergo lætus atque alacer, insperato gaudio perfusus: et ecce,[9] janitor fidelissime, comes et pater meus,[1] et frater[y] meus, quem nocte ebrius occisum a me calumniabaris. Et cum dicto Socratem deosculabar amplexus. At ille, olore[z 2] alioqui spurcissimi humoris percussus[3] quo me Lamiæ illæ infecerant, vehementer aspernatur. Apagete, inquit, fœtorem extremæ latrinæ. Et causas cœpit hujus oloris[4] comiter[5] inquirere. At ego miser, afficto ex tempore absurdo joco, in alium sermonem intentionem ejus denuo derivo:[6] et,[7] injecta dextera, Quin imus, inquam,[8]

valde sopitum, ex profundissimo somno, suo immani boatu. Exsurgo gaudens et hilaris, delibutus inexpectata lætitia, et, O fidissime ostiarie, inquam, ecce comes, et parens, et germanus meus, quem tu vinolentus hac nocte falso insimulabas a me interfectum. Et hoc dicto amplectebar Socratem, et suaviabar. Ille porro offensus fœtore impurissimi liquoris, quo veneficæ illæ me perfuderant, magnopere me aversatur. Aufer te hinc, inquit, o putor imæ cloacæ; et cœpit blande rogare unde sic olerem. At ego infelix, excogitato statim cavillo inepto, converto iterum ejus animum ad aliam orationem, et amplexus illum, Quin procedimus, inquam, et

vulgo *marcidus.* De Socrate enim intellexerim. *Colv.* Fux. *marcidum autem me.* Roaldus. Accedunt Mss. O. ut jam vidit vir doctus ad marg. Ed. Junt. esse legendum. *Alloqui* est in Edd. Vett. item Colv. et Vulc. *Altos* Palat. *Oud.*—9 *Et ecce, inquam.* Abest *inquam* a Manusc. et Bas. 1. *Colv.* Τὸ *inquam* abest a Palatino. *Elmenh.*—1 Deleo *et pater meus* ab hæsitante librario repetitum. *Salmas.* Qui ad oram Ed. Colv. alleverat variantes Pithœani Cod. lectiones: ac probo. *Oud.*—2 *Ol.* Manuscr. Ald. Bas. 1. *odore.* Arnobius adversus Gentes lib. II. 'Amara sunt enim elementa, vel dulcia: odoris sunt alicujus vel oloris, ut ex eorum concretione credamus partitas esse in nascentibus qualitates, quibus aut suavitas nascitur, aut sensibus offensio comparatur.' Hinc est odorari, quid 'odor,' quid 'olor.' *Colv.* *Olore.* Sic Bertin. In Florent. et Pal. *odore.* Elmenh. Item Pith. Fux. Guelf. Oxon. Edd. Vic. Junt. utraque, et mox *odoris* prave. Olor est malus odor, fœtor. Gloss. Isidori: 'Olacitas, fœtulentia, olor.' Edd. Vicent. Ber. Junt. *alioquin* cum Guelf.—3 *Perfusus.* Vulgo *percussus.* Male. Infra: 'Non sanguine, sed lotio perfusus es.' *Elmenh.*—4 Flor. *odoris.* Elmenhorstius. Guelf. *hujusmodi odoris.* Oud.—5 Quomodo *comiter*, qui aspernabatur, et 'Apage' dicebat? F. *obiter.* Burm.—6 Suspicor legi potius debere: *At ego mi e re efficto ex t. abs. j. i. a. s. int. ejus derivo,* Terentii exemplo: 'Nam mi e re quendam offendi ibi militem, Ejus noctem orantem.' Tum hæc apud Apu-

NOTÆ

[y] *Et pater meus, et frater, &c.*] Hæc sunt blandientis. Sic apud Athenæum lib. VI. Ἐγὼ σὲ πάντων ἀνθρώπων ἠγάπησα μᾶλλον. καὶ σὺ εἶ μοι καὶ παῖς καὶ υἱὸς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα.

[z] *Olore*] Quidam habent *odore;* sed *olor* idem sonat, estque a verbo 'oleo' inclinatum nomen, sicut et adjectivum 'olidus.'

et itineris matutini gratiam capimus?[9][a] Sumo sarcinulam: et, pretio mansionis stabulario persoluto, capessimus viam. Aliquantulum[1] processeramus: et jam jubaris exortu[b] cuncta collustrantur; et ego curiose sedulo[2] arbitrabar ju-

fruimur amœnitate incessus matutini. Capio manticam meam, et, persoluta cauponi mercede nostræ pernoctationis, mandamus nos viæ. Progressi eramus tantisper, et jam omnia refulgebant propter solis ortum. Et ego observabam studiose ac

leium memineram libro quarto: 'Ex re nata consilium capere:' iterum libro prædicto: 'Remedium ex re nata comminisci.' Similiter dixit quoque libro quinto: 'Sed e re nata juvenem esse quendam confingit.' Cæsar lib. tertio Bell. Civilis: 'Ex tempore capto consilio.' Iterum emendandus Apuleius lib. x. de Asino: 'Habes solitudinis plenam fiduciam, habes capax necessarii facinoris otium:' in libris duobus erat, *Habere solitudinis;* quod ego leviter immutandum censeo: *Habes e re sol. &c.* neque Beroaldum aliter sentientem sequor. Solinus de Ascitis: 'Quibus e re nata datum nomen est:' quam scripturam non est, cur spernere debeamus. *Stewech. Miser.* Vulgo *mire.* Ingeniose J. Gulielmius (in Plauti Asin. c. 8.) *mi e re:* sed scripta lectio certo vera. *Colv.* Rom. et Ald. *mire,* Gulielmus *mi e re.* Elmenh. Sic etiam l. VIII. p. 170. 'Mire repertum.' Colvius volebat *mi e re.* Oud.—7 Bas. 1. *diruo.* Copula deest vulgo. *Colv.* Fulvius: *interrogationem ejus denuo derivo.* Sciopp. in Symbola Critica. Bertin. *diruo.* Fulvius: *interrogationem ei denuo derivo.* Elmenh.—8 A Fux. abest *imus.* Oxon. *imus in viam.* Pro *et* in Palat. *etiam.* Oud.—9 *Carpimus.* Flor. Fulv. *capimus.* Minus recte. Statius lib. I. Thebaid. 'Sublimes raptim per inane volatus Carpit.' Ovid. I. Trist. Eleg. 10. 'Remige carpit iter;' et 'Placuit pede carpere campos.' *Elmenh.*—1 Sic Mss. et margo Ed. Bas. sec. cum Colv. et seqq. In Edd. prioribus *aliquantum.* Mox *ego* abest a Bertin. *Dilapsum* in Fux. et Guelferb.—2 Adverbia bina *curiose sedulo* non faciunt palato meo, et aptior exibit sententia, si reponam, *curioso oculo:* quo modo loquitur libro II. 'Cuncta curiosius [*curiosis oculis:* vid. loc.] arbitrabar:' et libro x. 'Subinde curiosos oculos patente porta spectaculi conspectu gratissimo reficiens.' Simile mox ita effert: 'Intentiore acie aspiciens.' 'Arbitrari' hic idem, quod, designate videre, monere supersedeo. Nam supra fuit: 'Cur sæva crudelitas vel propter indicium sceleris arbitro pepercit?' et nos alibi ad Plautum. *Gruter. Suspic.* l. IV. c. 2. Sed nil mutandum. Nam lib. II. etiam adverbia duo 'undique omnifariam' copulat, et Cicero lib. II. Epist. ad Brutum: 'Tandem aliquando Romæ esse cœpimus.' Vide Indicem. *Elmenh.*

NOTÆ

[a] *Et itineris matutini gratiam cap.* [*carpimus*] Virgil. III. Georgic. 'Luciferi primo cum sidere frigida rura Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.'

[b] *Jubaris exortu*] Virgil. 'It portis jubare exorto Trojana juventus.' Jubar, testibus Varrone et Festo, est stella Luciferi, sic dicta, quod splendor ejus diffunditur in modum jubæ leonis; unde et quicquid jam splendet jubar dicitur, ut jubar auri, argenti, gemmarum, et Solis ipsius. Quapropter hic jubaris exortum intellige, Solis: eo enim ait Noster cuncta collustrari; quod stellæ Lucifero convenire nequit.

gulum comitis, qua parte gladium delapsum videram: et mecum, Vesane, aio, quin poculis et vino sepultus extrema somniasti. Ecce Socrates integer, sanus, incolumis: ubi vulnus? spongia[3] ubi? postremo cicatrix tam alta, tam recens?[c] Et ad illum, Næ, inquam, merito[4] medici fidi[5] cibo et crapula distentos scæva[6] et gravia somniare[d] autu-

diligenter collum mei comitis ea parte qua conspexeram immergi gladium, et sic aiebam apud me: O stulte, certe somniasti absurdissima, quia obrutus eras vinolentia et crapula. En Socrates illæsus, salvus, et incolumis. Ubi est plaga? Ubi spongia? Ubi denique cicatrix adeo profunda, adeo recens? Et alloquens illum, Profecto, inquam, medici fideles jure optimo censent dapibus et mero saturos pati

—3 *Spongia* deest in scripto libro. *Colv.* Item in Fux. et *spongia ubi* absunt a Regio; *postremum* Oxon. *spongia* Guelf. *Oud.*—4 *Næ merito, inquam.* Manuscr. et Col. *Ne immerito*, ut et Beroal. Basil. 1. *Non immerito.* Nos Basil. 2. sequimur. Sed fortasse *Ne immerito*, id est, non immerito. *Colv.* Scriver. rursus et Elmenh. dedere *Næ immerito.* In Lips. Pal. Oxon. Reg. Fux. Pith. Guelf. *Ne, inquam, immerito* pro *Non immer.* ut quidam rursus rescribit. V. supra ad p. 55. 'Næ, inquit, merito stabularios detestantur.' *Oud.*—5 Poterat locum habere *medici viri.* Sic lib. IV. Floridor. dixit 'propinquis etiam hominibus invitis,' pro ipsis propinquis: nisi forte ibidem legendum *omnibus:* quod vix putarim: præcipue cum lib. II. Metamorph. scribat: 'Credo quidam nomine negotiator accessit.' Id enim proclive est emendare *quidam homo neg.* qua locutione nihil apud Gellium frequentius. Plautus quoque Mercatore: 'Nescio quæ mulier est hic intus ædibus. D. Quid mulier? S. Mulier meretrix.' Sed et expresse Lucius ipse lib. VIII. de Asino: 'Rati sc. vere quempiam hominem servulum ministerio suo paratum.' *Gruter. Suspic.* l. IV. c. 3. Lips. *medicifices*, ut 'significes,' et similia. *Colv.* Lipsius fidis illis medicis parum habet fidei, putatque arcessendam rariorem aliquam vocem; nempe *medicifici.* Ego conjeci: *medici filii*, vel *Medicum filii*, *ἰατρῶν παῖδες*, Luciano, 'Ασκληπιαδῶν παῖδες, Athenæo. *Sciopp. in Symb.* Bert. *medici ficticilo.* Gruterus, *medici viri.* Lipsius, *medicifici* vel *medicifices:* alii *medicum filii.* Hallucinantur. *Medicum fidum* lib. X. Metamorph. appellat, 'compertæ fidei,' id est, spectatissimum, boni nominis, et consummatæ peritiæ. E contra medico malo et malitioso 'notæ perfidiæ' nomen imponit. *Elmenh.* Parum bonæ fidei hic locus, quem emendare multi sunt conati. Justus Lipsius, eximium illud Belgarum ornamentum, volebat *medicifici* vel *medicifices.* Joannes Isacius (in Anal. II. 19.) *medicini*, aut potius *medici filii.* Omnium optime Gasper Scioppius, *medicum filii*, ut Græc. *ἰατρῶν παῖδες*. *Brant.* —6 *Sæva.* Manuscrip. *sevia.* Forte *scæva:* quomodo sese scriptum reperisse Lovanii in quodam veteri libro Defloratorum, in quo ex nostro etiam excerpta quædam, indicavit amicissimus Theodor. Canterus noster. Sed de

NOTÆ

[c] *Cicatrix tam alta, tam recens*] Cicatrix proprie nota est in cute ex vulnere relicta. Hic tamen pro ipso vulnere sumitur.

[d] *Cibo et crapula distentos scæva et gravia somniare*] Cicero de Divination. l. I. 'Vera quidem multo plura [somnia] evenirent, si ad quietem integri iremus; nunc onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus.'

mant. Mihi denique,[7] quod poculis vesperi minus temperavi,[8] nox acerba diras et truces imagines obtulit; ut adhuc me credam cruore humano[9] aspersum[1] atque impiatum. Ad hæc ille subridens, At tu, inquit, non sanguine sed lotio perfusus es: verumtamen et ipse per somnium jugulari visus sum. Nihil non[2] et jugulum istum dolui, et cor ipsum mihi avelli putavi: [14] et nunc etiam spiritu deficior,[3] et genua quatior, et[4] gradu titubo, et aliquid cibatus refovendo spiritu[5][e] desidero. En, inquam, paratum tibi adest[6] jentaculum.[7] Et cum dicto manticam meam humero exuo; caseum cum pane propere ei porrigo: et juxta platanum istam residamus,[8] aio.[9] Quo facto, et ipse aliquid indidem

somnia crudelia et molesta. Nam, quia nimis bibi vini heri vespere, nox aspera exhibuit mihi simulacra immania et atrocia: adeo ut putem adhuc me esse perfusum et maculatum humano sanguine. Ille subridens ad hæc verba: At tu, inquit, conspersus es non cruore, sed urina: attamen visum est quoque mihi inter dormiendum gulam mihi præsecari. Dolorem enim sensi in his faucibus, et credidi mihi extrahi cor ipsum, et nunc quoque destituit me animus, et genua mihi labant, vacillo incedendo, et cupio aliquid cibi quo reficiam animam. Ecce, inquam, præsto adest tibi jentaculum. Et hoc dicens depono ex humero peram meam; offero ei statim caseum cum pane: et, Sedeamus, inquam, prope istam platanum. Quod

hoc post latius. *Colv.*—7 Scribe ex Palat. *Mihi quoque.* Wower. Non ita in Palat. sed *Mihi quoque denique:* et sic Guelferb. eamque vocem amat Appuleius, ut mox, 'Sic denique.' l. III. p. 46. 'Unus denique:' p. 56. 'Hactenus denique:' &c. &c. *Oud.*—8 In Regio et Fux. mire *quod vespera minus compereram.* Dein *ut* deest Regio, et Fux. *me* Bertin. Pith. Pro *obtulit* in Pith. est *detulit.* Id.—9 *Cruore esse humano.* Bertin. *coctiore h.* male. *Elmenh.* Abest *τὸ esse* a Pal. Bert. Fux. Edd. Vic. Ber. Junt. utraque, Ald. Colinæi. Bene. *Oud.*—1 Idem Ms. *asperum.* Colv. Scribe ex Palat. *respersum.* Wower. Nil variant ceteri. De *asperso* adi ad Suet. Aug. C. 18. Dein *et ipse* desunt in Palat. Guelferb. ac *per somnum* perpetua ex variatione in Edd. Ald. et utraque Juntina. *Oud.*—2 *Visus sum mihi. Nam et j.* Manusc. Ber. Rom. Ven. *visus sum, nihil nam.* Col. *nihil non.* Colvius. Fux. *nihil non et jugulum.* Roald. Idem Bert. non agnoscit particulam *mihi.* Elmenh.—3 *Def.* Manusc. Bas. 1. *deficio.* Colv. Item Fux. *Spiritum deficio* Wass. prave. *Oud.*—4 *Et* exulat a Fux. *Id.*—5 Vulgo *spiritui.* Non sic Veteres. Vide Gell. lib. IV. cap. 16. et reliquum Grammaticorum gregem. *Colv.* In Wass. *spiritum.* Mox Ed. Vic. *Et inq.* Reg. Fux. *Est inq.* Oxon. Wass. *Hem inq.* Ed. Pric. vitiose *inquit.* Oud.—6 Tò *adest* delet Bertin. *Elmenh.* Hinc Scriver. et seqq. uncis inclusere. Elegantius certe abesse videtur, sed l. II. p. 35. 'Adest custos paratus.' Bas. pr. *abest.* Oud.—7 Manuscr. *jantaculum.* Et sic non semel. *Colv.* —8 *Resideamus.* Vulg. *residamus.* Colvius. Pal. Roman. et Aldus, *residamus.* Elmenh.—9 Bas. pr. ut supra, *animo.* Lipsius aliquando conjecit, *ambo.* Oud.

NOTÆ

[e] *Refovendo spiritu*] Spiritui. Nominum quartæ declinationis dativus apud antiquos sæpe effertur similis ablativo.

sumo. Eumque avide esitantem aspiciens aliquanto intentiore acie,[1] atque[f] pallore buxeo[g] deficientem video. Sic denique eum vitalis color turbaverat,[2 h] ut mihi præ metu nocturnas etiam Furias illas imaginanti, frustulum panis, quod primum sumseram,[3] quamvis admodum modicum, mediis faucibus inhæreret, ac neque deorsum demeare, neque sursum remeare posset. Nam et crebritas[4] ipsa commeantium metum mihi cumulabat. Quis enim de duobus comitem alterum sine alterius noxa peremtum crederet?

cum fecissemus, ego quoque aliquid mihi sumo ex eadem pera. Et intuens oculis paulo magis attentis eum cupide comedentem, video illum statim deficere lurore buxeo. Denique ita turbatus fuerat in eo color nativus, ut mihi, recogitanti lamias istas nocturnas, buccella panis, quam primum in os ingesseram, licet valde parva, hæreret in media gula præ formidine, nec posset descendere infra, neque redire sursum. Nam frequentia ipsa transeuntium augebat mihi supra modum formidinem. Quis enim crederet alterum ex duobus comitibus interfectum esse absque

—1 Vulg. *interiore macie.* Scripta lectione nihil visum elegantius. Ego, inquit, cum Socratem intentus conspicerem comedentem, statim eum jam pallidum deficere vidi. 'Atque,' id est, statim, mox. Ennius: 'Atque atque ascendit muros Trojana juventus.' Similiter, ut Noster, Plautus Bacchidibus: 'Dum circumspecto, atque ego tum lembum conspicor.' Mercatore: 'Postquam illic quod volui transegi, atque ego conspicor Navem ex Rhodo.' Sic accipio Amphitryone: 'Malum quod tibi Dii dabunt, atque ego hodie dabo.' *Colv.* Rom. et Aldus, *interiore macie*, male. *Elmenh.*—2 Restituere conor genus sermonis non inelegans, non insolens: *Sic denique tum vitalis color turbaverat.* Sciunt, qui Latine sciunt, multa terminatione activa accepisse Veteres significatione passiva. Sic Livius, alii dixere 'mores mutarunt' pro, mutati sunt. Sic *color turbasse* dicitur, qui valde turbatus et mutatus esset a priore. Qua phrasi hic Noster paulo post: 'Nam et illa urit perpetuum,' de ea quæ jugi amore ardeat. Itidem libro de Deo Socratis: 'Et prope exesa mansuetudine generis sui immane efferarunt.' *Stewech.*—3 Manuscrip. *sumserat.* Colv. Supra *frustum* in Pith. *Oud.*—4 *Brevitas.* Omnino emendandum ex Fulviano: *crebritas.* Wower. Recte V. C. *crebritas.* Sciopp. in Symbola. Flor.

NOTÆ

[f] *Atque*] 'Atque' hic sonat, statim, illico, confestim, ut et in hoc Virgilii versu, auctore Gellio lib. x. c. 29. 'Si brachia forte remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.'

[g] *Pallore buxeo*] Cujusmodi colorem habet buxi lignum.

[h] *Sic eum vitalis color turbaverat*] Nisi aliud quid latet καταχρηστικῶς et ἀρχαϊκῶς simul positum, 'vitalis color eum turbaverat,' pro, in eo turbatus fuerat, quemadmodum sum interpretatus. Certe non hic solum activum pro passivo usurpavit Noster. Lib. de Dogmate Platonis: 'Talis igitur ac de talibus Plato non solum Heroum virtutibus præstitit, verum etiam æquiparavit Deum potestatibus,' hoc est, æquiparatus est.

Verum ille, ut satis detruncaverat cibum, sitire impatienter cœperat. Nam et optimi casei bonam partem avide devoraverat: et haud ita longe radices platani lenis fluvius in speciem[5] placidæ paludis ignavus[6] ibat, argento vel vitro æmulus in colorem.[7] En, inquam, explere latice fontis lacteo.[8] Assurgit: et, oppertus paululum ripæ marginem, complicitus in genua appronat se, avidus affectans poculum. Necdum satis extremis labiis summum aquæ rorem attigerat, et jugulo ejus vulnus dehiscit in profundum patorem: et illa spongia de eo repente[9] devolvitur, eamque parvus admodum comitatur cruor. Denique corpus exanimatum in flumen pæne cernuat,[i] [1] nisi altero ego ejus pede

culpa alterius? At ille, cum multum devoravisset cibi, cœperat urgeri siti vehementissima. Comederat enim cupide magnam partem casei præstantissimi; et non ita procul a radicibus platani placidus fluvius labebatur tardus in morem stagnantis paludis, certans colore cum argento aut vitro. Ecce, inquam, satia te liquore candido hujus fontis. Exsurgit ille, et, amictus suo palliolo, inclinat se in partem æquabiliorem ripæ, complicatis genibus, avide captans potum. Vixque contigerat primoribus labris supremam aquæ superficiem, cum plaga gutturis ejus aperitur in altum hiatum, et spongia illa ex ea subito delabitur, perparumque sanguinis una cum illa defluit. Postremo cadaver exanimum fere ceciderat in amnem, sed ego,

brevitas. Elmenhorstius. Bemb. *crebritas.* Putean.—5 Reg. Fux. *in specie.* Par. his omnibus [sc. *in s. p. p. i.*] caret. *Ignavius* Pith. *Oud.*—6 Vulg. *ignavius.* Lib. IV. 'In modum stipati maris vel ignavi fluminis cuncta cohibebat.' Sic enim ibi ex ejusdem libri auctoritate scripsimus. *Colv.* Bert. et Rom. et Bas. 1. *ignavius ibat.* Ovid. Metamorph. v. 456. 'Ibat, et attritas versabat vivus arenas.' *Elmenh.*—7 Bert. *æ. in colore.* Elmenhorstius. Fux. *eminus in colore.* Sed vide ad pag. 23. 'In mollitiem decorus.' *Oud.*—8 Manuscr. *laqueo*, al. *laceto.* Colvius. Mss. vice *lacteo* habent vel *laceto* vel *laqueo*: et profecto latex iste vix potuit esse *lacteus*: cum præcedat, æmulum fuisse argento vel vitro in colorem. Quid si *expl. latice fontis: tacito assurgit, et opp.* ut corrumpendo fuerit adverbium paulo remotius a populari ratione loquendi? *Gruter. Susp.* IV. 2. Forte *fontis, ille atque assurgit. Atque* pro, statim. *Sciopp. in Symb.* Pal. *explete l. f. l.* Janus Gruterus *e. l. f. tacito.* Isacius Pontanus (ad Macrob. p. 434.) *e. l. f. bracteo.* Errant. *Laticem lacteum* dicit puram et candidam aquam. Seneca Œdip. vs. 495. 'Niveique lactis fontes.' Et Virgil. VIII. Æneid. 'lactea colla,' et Suetonius, 'lacteam cervicem' pro pulchra et candida posuerunt. *Elmenh.* Idem ille Isacius *bracteo.* Bracteam laminam quandam tenuissimam ex Isidoro scimus. Hinc 'bracteus' et 'bracteum,' quod politie et lævigatura probe et decenter exasciatum sit: qualis in speciem vel hic amnis depingitur Appuleio. 'Bracteata felicitas' apud Senecam Epist. CXV. *Brant.*—9 *Repente de eo.* Idem Ms. *de eo repente.* Quid si *derepente?* Sic 'derepentino' l. III. Floridor. et de Deo Socratis.

NOTÆ

[i] *Cern.* [*corruerat*] Sic optime Aldus et Mss. codices plurimi. Male solicitant hunc locum Elmenhorst. et Pricæus, qui *cernuat* reponunt. Scio

retento vix et ægre ad ripam [15] superiorem attraxi; ubi defletum pro tempore comitem misellum arenosa[2] humo in amnis vicinia sempiterna contexi. Ipse trepidus, et eximie metuens mihi, per diversas et avias solitudines aufugi: et, quasi conscius mihi cædis humanæ, relicta patria et Lare, ultroneum exilium amplexus, nunc Ætoliam, novo contracto matrimonio, colo. Hæc Aristomenes. At ille comes ejus, qui statim initio obstinata incredulitate sermonem ejus respuebat, Nihil, inquit, hac fabula fabulosius, nihil isto mendacio absurdius. Et ad me conversus, Tu autem, inquit, vir, ut habitus et habitudo demonstrant, ornatus,[3] [k]

firmiter apprehenso uno ex ejus pedibus, difficulter et magno cum labore retraxi ipsum ad superiorem partem marginis; ubi, delamentatus infortunatum socium prout tempus ferebat, contumulavi eum terra sabulosa juxta fluvium, cui adjacet æternum vicinus. Ego vero pavidus, ac mirum in modum mihi timens, fugæ me dedi per deserta varia et inaccessa: et, veluti reus apud me homicidii, cedens in exilium spontaneum, deserto patrio solo, et domo mea, nunc habito in Ætolia, inito ibi novo connubio. Hactenus Aristomenes. Sed ille comes ejus qui ab ipso principio repudiabat ejus narrationem pertinaci incredulitate, Nihil est, ait, falsius hoc commento, nihil ineptius hoc mendacio. Et ad me respiciens, Tu vero, ait, qui es vir excultus, quantum facies et forma corporis tui indicant, habesne fidem huic fa-

Colv.—1 Vulg. *corruerat.* Glossæ veteres: 'Cernuat, κυβιστιᾷ.' Seneca Epistola VIII. 'Non evertit fortuna, sed cernuat et allidit.' Prudentius contra Symmachum l. I. 'Cernuat ora senex barbatus et oscula figit:' ut in veteribus libris ibi recte scriptum. Sic Sidonius Panegyrico Aviti: 'Curvato cernua collo, Ora gerens.' *Colv.* Fux. *cernuat.* Roaldus. *Cernuat.* Sic Flor. Bas. 2. et Scaliger. Bertin. Bas. 1. Roman. et Aldus *corruerat*, male. Vide Indicem. *Elmenh.*—2 Vulg. *arenosæ.* Colvius. *Arenosa humo.* Bert. *arenosæ humi.* Elmenh.—3 Lego *cordatus:* quomodo ipse Apuleius l. v. 'Mater autem tu, et præterea cordata mulier.' Pari phrasi vetus poëta Ennius: 'Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus.' *Stewech.* Vox *ornatus* videtur delenda: quasi dicat: Miror te virum sic instar mulieris esse credulum. Sic lib. IX. p. 167. 'Quidam procerus, et, ut indicabat habitus atque habitudo, miles.' *Sciopp. in Symb.* Godescalcus Stewechius, ut est ipse egregie cordatus homo,

NOTÆ

'cernuum' esse, inclinatum, et demisso capite quasi terram cernentem. Sed frustra Apuleius bis idem repeteret. Jam enim Socratem cernuasse dixit supra: 'In planiorem ripæ marginem complicitus in genua appronat se avidus affectans poculum,' &c. Vides illum jam cernuum. At, ubi delapsa spongia exanimatus est, cadaver ejus, ut erat inclinatum, in flumen pæne delapsum erat, ni Aristomenes pede retraxisset. Planus est sensus. Vox *corruerat* proba. Itaque miror cur eam repudiare voluerint.

[k] *Vir, ut habitus et habitudo demonstrant, ornatus*] Onomasticon vetus Pricæo laudatum: 'Habitus; σχῆμα.'

accedis huic fabulæ? Ego vero, inquam, nihil impossibile arbitror; sed,[4] utcumque fata decreverunt,[5] [1] ita cuncta mortalibus provenire. Nam et mihi, et tibi, et cunctis hominibus multa usu venire[6] mira, et pæne infecta,[7] quæ tamen ignaro[8] relata fidem perdant. Sed ego huic et credo hercules, et gratas gratias[9] memini, quod lepidæ fabulæ festivitate nos[1] avocavit;[2] asperam denique ac prolixam

bulæ? Quantum ad me, inquam, existimo nihil non posse fieri, sed omnia contingere hominibus, prout fata constituerint. Puto enim mihi, tibique, et universis mortalibus plurima vulgo accidere admiranda, et quæ fere nunquam contigerint, quæ tamen, narrata cuipiam inexperto, amittant fidem. Ast ego profecto et huic habeo fidem, et grates habeo maximas, quia nos tenuit attentos venustate facetæ fabulæ: postremo emensus sum scabrum et longum iter absque lassitudine et fastidio.

ita sane nimis quam ingeniose legendum contendit *cordatus*, adhibito Appuleii loco l. v. Est quidem optima ista emendandi ratio, cum auctoritatem Auctor ipse suam accommodat. Sed et Apol. II. 'Præsens est quæstor publicus, cui depensum est, Corvinus Celer, vir ornatus.' Festus sive Paullus: 'Ornatus dicitur et bonis artibus instructus, et honores adeptus.' Nihil caussæ ut videam, quamobrem vulgatam voculam aut mutemus, aut, ut Scioppio (Susp. Lect. III. Ep. 18.) sic hoc videri video, deleamus etiam, præsertim cum ea vis quædam et pondus verbis Appuleii accedat: Viri enim ornati 'auctoritatem nullam debent nec fidem commentitiis rebus adjungere,' ut auctor est M. Tullius II. de Divinatione. *Brant.*—4 In Bert. deest particula, *sed:* recte. *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. III. 18. At nimis hiulca sic foret oratio. *Incumque* Pith. *Oud.*—5 Iidem vulg. *decreverint.* Colv.—6 Beroald. *evenire.* Manuscr. *venire.* Idem. Rom. *usu evenire.* Elmenh.—7 Pith. *p. forte inf.* Oud. —8 In Bert. *ignaruro.* Correxi: *ignaruri.* Sic enim Plautus loqui solet, quem Appuleius imitatur, non Sidonium. Qui me temere correxisse dicunt, Latine prius loqui discant. *Sciopp. in Symb. et Susp. Lect.* III. 18. Bertin. *ignaruro r.* unde corrigunt alii, *ignaruri relata.* Ego a vulgatis non discedo. *Elmenh.* At meliori judicio *ignaruri* edidit Scriverius; et quasi primus emendavit sic vir doctus (Cl. Wasse) in Miscell. Obs. Vol. II. p. 390. 'Gnaruris' et 'ignaruris' pro gnaro et ignaro aliquoties Plauto et aliis. Vide Paræi Lexicon v. 'Gnaruris.' Glossæ: 'Ignarures, ἀγνοοῦντες.' Hinc forsan legendum l. v. p. 109. 'Tunc illæ gnarures.' Mox *huic* male deest Ed. Floridi. *Oud.*—9 Bert. *grates gratas.* Elmenh.—1 Perperam Ed. Aldi *vos.* Oud. —2 Manuscr. *advocavit.* Colvius. Palat. et Bert. *advocavit*, male. Vide Indi-

NOTÆ

'Habitudo: ἕξις.' Hæc ad corpus, ille ad ea quæ propter corpus, hoc est, ad vestimenta, proprie pertinet. Similiter utrumque usurpat Noster infra, lib. IX. 'Quidam procerus, et, ut indicabat habitus et habitudo, miles e legione,' &c.

[1] *Utcumque fata decreverunt*] Fatum, inquit Gellius lib. v. cap. 2. ex Chrysippi sententia, 'est sempiterna quædam et indeclinabilis rerum series.' Hyginus Fatum ex Nocte et Erebo natum ait. Fulgentius vero Parcas ipsas Fata vocat, eaque tria esse ait, quem vide Mythol. lib. I.

viam sine labore et tædio evasi. Quod beneficium [3] etiam illum vectorem meum credo lætari, sine fatigatione sui me usque ad istam civitatis portam non dorso illius, sed meis auribus pervecto.[4] Is finis nobis et sermonis et itineris communis fuit. Nam comites utrique ad villulas proximas lævorsum [5] abiere. Ego vero quod primum ingressu [6] stabulum conspicatus sum, accessi, et de quadam anu caupona [7] illico percontor: Estne, inquam, Hypata hæc civitas? Annuit.[8] Nostine Milonem quendam e primoribus? [9] Arrisit. Et vere, inquit, primus istic perhibetur Milo, qui extra urbem [16] totam pomœrium [m] colit.[1] Remoto,[2] in-

Ob quod benefactum arbitror hunc quoque meum equum gaudere, cum pervectus fuerim ad hanc usque portam urbis non dorso ejus, sed meis auribus. Ibi terminus fuit et colloquii nostri, et viæ communis. Nam ambo viæ socii deflexerunt ad propinquos pagos sinistram partem versus. Ego autem veni ad primum diversorium, quod subire potui: et quæro e vestigio a quadam vetula stabularia: Estne, inquam, hæc urbs Hypata? Illa affirmavit nutu capitis. Agnoscisne Milonem quendam inter primarios hinc cives? Ad hæc illa risit: et, Merito, ait, iste Milo primarius dicitur, qui habitat extra pomœrium, et extra totam civitatem. Seclusa,

cem. *Elmenh.*—3 *Quo beneficio.* Vulg. *quod beneficium.* Colvius. *Quod beneficium.* Fux. *quo beneficio.* Roald. Repone antiquam lectionem ex Bertin. Florent. Roman. et Aldo: *quod beneficium.* Elmenh.—4 *Provecto.* Bert. *pervecto.* Id. —5 Ald. *seorsum.* Colvius. *Seorsum* Aldus verius. *Roald. Seorsim.* Rom. *lævorsum* Elmenhorstius. *Seorsum* quoque Ed. Junt. pr. *Abierunt* Coll. Wass. *Oud.* —6 Manuscript. *ingressus.* Sic alibi supra. *Colv. Ingressui.* Alii *ingressu.* Bertin. *ingressus.* Elmenh.—7 Rursus Scal. sive Vulc. Ed. sec. *caupa.* Prave. Respice ad p. 6. 'Quandam cauponam Meroen anum.' Dein *inquam* deest Oxon. et *hujus civitas* pro *hæc c.* in Wass. *Oud.*—8 Bert. *concurrit.* Elmenh. Forsan invenerat librarius iste *congruit.* Mox *Nonne Mil.* Reg. *Oud.*—9 Genuina scriptura est *primoribus.* Turpilius Pedio: 'Nuptias abjeci; amicos utor primores viros.' Sic et auctor noster hoc eodem: 'Jam et de patria et ejus primoribus explorant.' Rursum et libro secundo de Milonis conjuge agens: 'Magna,' inquit, 'primi nominis et omnis carminis sepulcralis magistra creditur.' Itidem lib. quarto 'summatem puellam,' et libro undecimo Deam Isidem 'summatem' vocavit. Pari genere loquendi Byrrenam fœminam 'primatem' lib. II. et Democharem appellavit virum 'primarium,' libro quarto. *Steweck.* Vulgo *prioribus.* Fere semper et ubique corrupta hæc dictio, et huic auctori non semel a nobis restituta. *Colv.* Bert. *prioribus.* male. *Elmenh.*—1 *Extra urbem totam, et pomœrium colit.* Vulg. *qui extra pomœrium et urbem totam colit*, quam certe nunc præferendam censeo. Is est, inquit, Milo, qui, quamvis extra pomœrium habitet, tam amplis ædibus deversatur, ut urbem possidere videatur. Et hæc εἰρωνικῶς. *Colv.* Solertissimus juvenis scriptæ lectioni vulgatam censet præferendam, quæ habet, *qui extra pomœ-*

NOTÆ

[m] *Pomœrium*] Pomœrium ex Tito Livio lib. I. locus fuit tam intra quam extra urbis murum, quem antiqui in condendis urbibus augurato conse-

quam, joco, parens optima, dic, oro, et cujatis sit, et quibus deversetur ædibus. Videsne, inquit, extremas fenestras, quæ foris urbem prospiciunt, et altrinsecus fores proximum respicientes angiportum?[n] Inibi iste Milo deversatur, ampliter nummatus,[3] et longe opulentus; verum extremæ avaritiæ et sordis infimæ infamis homo: fœnus denique copiosum sub arrhabone[o] auri et argenti[p] crebriter[4]

inquam, cavillatione, dic, quæso, mater optima, et cujus sit, et in qua domo habitet. Cernisne, ait, has ultimas fenestras, quæ forinsecus spectant ad urbem, et januam istam ex altera parte, quæ respicit proximum angustum vicum? Illic habitat Milo iste valde pecuniosus, et maxime locuples, sed laborans infamia summæ parcitatis, et extremarum sordium: denique sæpe exercens usuram uberrimam acceptis pig-

rium et urbem totam colit: tanquam dicat anus *εἰρωνικῶς*: Is est Milo, qui, quamvis extra pomœrium habitet, tam amplis diversatur ædibus, ut urbem possidere videatur. Pace ejus quod fiat, defenderim antiquiorem scripturam: ut respiciat anus ad interrogationem Appuleii: 'Nostine Milonem quendam e primoribus?' subjiciatque: Vere inter primores est iste Milo: utpote cujus domus prima tibi objicietur longius extra urbem, ejusque pomœrium. Hac forma Plautus Trinum. 'Atque etiam modo versabatur mihi in labris primoribus.' Bacchid. 'Sic hoc tu digitulis duobus sumebas primoribus.' Cicero Orat. 'Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.' Sed ohe jam satis est. *Grut. Suspic.* IV. 2. *Extra urbem totam pomœrium colit.* Sic Florent. 1. Secundus legit: *qui extra pomœrium et urbem totam colit.* Palat. vocem *pomœrium* inducit. Lucianus: Οἱ δὲ εἰδέναι τὸν Ἵππαρχον τοῦτον ἔλεγον, καὶ ὅποι τῆς πόλεως οἰκεῖ, καὶ ὅτ' ἀργύριον ἱκανὸν ἔχει. καὶ ὅτε μίαν θεράπαιναν τρέφει, καὶ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν μόνας· ἔστι γὰρ φιλαργυρώτατος δεινῶς. Ἐπεὶ δὲ πλησίον τῆς πόλεως ἐγεγόνειμεν, κηπός τις ἔνδον ἦν καὶ οἰκίδιον ἀνεκτὸν, ἔνθα ὁ Ἵππαρχος ᾤκει. *Elmenh.*—2 Bertin. *Semoto.* Sciopp. in Symb. Idem Susp. Lect. III. 12. se hoc *Sem.* ut efficacius præferre ait, recepitque Scriverius. Nullo, ut mihi videtur, jure; præsertim cum inveniatur apud Ciceronem l. VII. ad Famil. Ep. II. 'Remoto joco, tibi hoc amicissimo animo præcipio.' *Oud.*—3 Bertin. *ampliter munitus.* Sciopp. in Symb. Male. *Elmenh.*—4 Male Edd. Colv. Vulc. Elm. et Pric. *crebiter*, hic et alibi, ut l. IV.

NOTÆ

crabant, neque in eo ullum exstrui ædificium patiebantur. Unde factum, ut, quotiescumque Roma amplior facta est, pomœrium prolatum fuisse dictum sit.

[n] *Angiportum*] Et 'angiportus' est vicus angustior, et plerumque curvus. Fuit autem 'angiportum' vel pervium, quod exitum haberet in aliquam viam, vel impervium, quod careret exitu. Sic enim apud Terentium in Adelphis: 'SYR. Est ad hanc manum sacellum; ibi angiportum propter est, &c. hac pergito. DEM. Id quidem angiportum non est pervium.' Unde liquet fuisse et pervia et impervia. Angiportus impervios fundulas vocatas fuisse ait Varro lib. IV. de Lingua Latina.

[o] *Sub arrhabone*] Græcum est vocabulum ἀῤῥαβών. Melius dici Latine 'arram' quam 'arrhabonem' ait Gellius, lib. XVI.

[p] *Auri et argenti*] Vasorum et or-

exercens: exiguo Lare inclusus, et ærugini[q] semper intentus, cum uxore etiam calamitatis suæ comite habitat.[5] Neque præter unicam pascit ancillulam, et habitu mendico[6] semper incedit. Ad hæc ego risu[7] subjicio: Benigne, inquam, et prospicue[8] Demeas meus in me consuluit, qui peregrinantem tali[9] viro conciliavit, in cujus hospitio nec fumi nec nidoris nebulam vererer. Et cum dicto modico[1] secus progressus, ostium accedo, et januam firmiter oppessulatam pulsare vocaliter[2] incipio.[r] Tandem ado-

noribus auri et argenti, conclusus angusta domuncula, et perpetuo incumbens rubigini suorum nummorum, cum conjuge etiam participe suæ miseriæ. Neque alit quenquam præter unam famulam: et semper ambulat ornatu mendici. Ego respondeo ad illa verba cum joco: Demeas meus liberaliter et splendide mihi providit, qui me peregre euntem commendavit ejusmodi homini, apud quem dum diverterem, non metuerem caliginem fumi, neque odorem culinæ. Atque hoc dicto paululum procedo, et venio ad januam, cœpique cum clamore tundere fores valide occlusas

p. 81. x. p. 210. in verbo *crebuit* pro *crebruit*. Item vulgo p. 33. *percrebuit*: p. 102. *increbuit*. Adi ad Suet. Cæs. c. 79. Dein Ed. Beroald. *erogini*. Oud.—5 Vulg. *cum uxore et. cal. s. comite habitat*. Colvius. Fux. *comitem habeat*. Forte *comite*. *Habeat*, ἀντὶ τοῦ habitet, ἀρχαϊκῶς, ut apud Plautum multis locis. *Roald.* Malo cum Palat. *cum uxore et. c. suæ comite habitat*. Wower. Sic rescripsi ex Flor. Bert. et Rom. Vulgo: *cum uxorem e. c. s. comitem habeat*. Elmenh.—6 Vulg. *mendicantis*. Ennius Telepho: 'Regnum reliqui septus mendici stola.' *Colv.* Fux. *habitu mendico*. Roaldus. Bert. et Rom. *h. mendicantis*. Alii, *habitu mendici*. Elmenh. Scilicet 'in divitiis inops, quod genus egestatis gravissimum est,' ut scribit Seneca Epist. LXXIV. *Brant.*—7 Manuscript. *risum*. Colvius. *Ad hoc* Pith. *Ego* abest a Palatino. *Oud.*—8 *Perspicue*. Lege ex Aldino et Bertin. *prospicue*. Wower. Diu est, cum ex Bert. lego *prospicue*, id est, bene mihi prospexit. *Sciopp. in Symb. Prospicue*. Ita Bertinus. Alii *perspicue*, inepte. Vide Indicem. *Elmenh.* Adde Schikker. et Sciopp. Susp. Lect. III. 12. Immo Pith. Fux. Oxon. et alii cum Edd. ante Colvium, qui *per* tacitus intrusit, habent *prosp.* ut bene Pricæus cum Heraldo ad Tertull. Apolog. p. 52. restituit. Adi ad l. VI. p. 122. 'Sic turris illa prospicua.' l. XI. p. 251. 'Deferre PROSPICUE curassent,' ut legendum videbimus. *Oud.*—9 *Peregrinantem cum tali*. Vulg. *peregrinaturum tali*. Colvius. Bertin. *peregrinaturum*. Elmenh.—1 Manuscr. non agnoscit τὸ *modico*. Colv. Lego *modico sequius*, ut superius monui. *Brant.* Vide ad p. m. 21. 'Offulam MODICO SECUS grandiorem.' Fux. *modicum*. Dein *pessulatam* Reg. Fux. *Oppress.* Coll. Voss. *Oud.*—2 Prave Oxon. et Par. *velociter*. Id.—3 Vulg.

NOTÆ

namentorum ex auro et argento.

[q] *Ærugini*] 'Ærugo' proprie est rubigo æris (*verd de gris*), sicut 'ferrugo,' ferri. Sumitur hic pro ipso ære, sive pecunia longo situ rubiginosa.

[r] *Januam pulsare vocaliter* †*incipio*] Id est, pulsare januam, et simul aliquem evocare qui aperiret. Qui mos erat pulsantium. Nil frequentius in Comœdiis, [quam eos, qui pulsant fores, simul clamare: 'Ecquis in

lescentula quædam procedens, Heus tu, inquit, qui tam fortiter[3] fores verberasti, sub qua specie mutuari cupis?[s] An tu solus ignoras, præter aurum argentumque nullum nos pignus admittere? Meliora, inquam,[4] ominare,[t] et potius responde, an intra ædes herum tuum offenderim. Plane, inquit: sed quæ causa quæstionis hujus? Literas ei a Corinthio Demea duumviro[5] scriptas ad eum reddo. Dum annuntio, inquit, hic[6] ibidem me opperiminor.[7] Et, cum

pessulis. Tandem puella quædam progreditur, et, Heus tu, ait, qui pulsavisti tanto impetu nostram januam, quo pignoris genere dato vis mutuum sumere? Tune unus omnium nescis nullam nos recipere arrham, nisi aurum et argentum? Dic meliora verba, inquam, et responde potius, an inveniam domi tuum herum. Maxime, ait; sed cur hoc rogas? Affero, inquam, ad eum epistolam ipsi scriptam a Demea Corinthio. Expecta me, inquit, hoc ipso in loco, interim dum hæc ipsi refero.

tam firmiter. Colv. Confer Lucianum, ex quo ad verbum hæc mutuatus est Appuleius noster. Rom. Bert. et Ald. *firmiter.* Elmenhorstius. Item Edd. Vic. Ber. Junt. post. crebra variatione. *Fores* exulat a Palat. *Oud.*—4 *Inquam* abest a Manuscripto. Vulg. *et potius responde, an intra ædes, &c.* Colvius. *M. i. ominare, et potius responde, an, &c.* Bertin. *Meliora, inquam, nomina, et potius respira.* Illa *dic, oro* ignorat. Ex his, ut arbitror, veram scripturam expressi. *Wowerius.* Fux. *Et potius r. dic oro, an intra.* Roaldus. Lego ex Bert. *Meliora, inquam, nomina, et potius responde, an.* Sciopp. in Symb. Susp. Lect. III. 12. Magis placet Bertini Codicis lectio: *Meliora, inquam, nomina, et potius responde, an intra ædes.* Elmenhorstius. Bemb. *Mel. inquit, nominare, et potius responde, an int.* Deest *dic oro.* Putean. —5 Ms. *C. D. viro.* Colvius. Manuscr. *Demea viro.* Forte: *Demea duumviro.* Scriptum erat IIVIRO, aut quid tale. Magistratus erat, qui Coloniis et Municipiis præerat, a numero ita dictus. Duumvir Madauræ fuit Theseus, Appuleii pater. *Brant.*—6 Male *hæc* Ald. cum seqq. præter Wowerium edidit. *Hic* habent Edd. priscæ et Mss. nisi quod utrumque det Regius et Fux. *Ann. hæc, inquit, hic ibidem.* At vide Pricæum. *Oud.*—7 Elegantius leges: *operitor*: quod significat, expecta et præstolare. *Beroald.* *Opperitor.* Sic Ber. et saniores alii libri. Mss. *operi minimo.* Ven. *operiminor.* Colvius. Tuetur veterem lectionem Becichemus *opperiminor*, et ad Appuleium famulumque ejus dictum numero multitudinis putat. *Idem in Add.* *Operitor* Aldus.

NOTÆ

ædibus est?' 'Heus ecquis hic est?' 'Ecquis hoc aperit ostium?' 'Ecquis exit?'

[s] *Sub qua specie mutuari cupis*] D. Hieronymus in Matthæum, cap. 21. 'Posuerant nummularios, qui mutuam sub cautione darent pecuniam, proque usuris accipiebant varias species.'

[t] *Meliora, inquam, ominare*] Omen præsagium est ab aliqua hominis actione; locutione puta, incessu, sternutatione, aut similibus, quæ omnia superstitiosa antiquitas diligenter observabat. Ancillulæ verba hic tanquam mali ominis Lucius aversatur, et, ut proprie loquar, abominatur, monetque ut meliora dicat. Qui mos erat antiquorum, quotiescumque verba mali ominis audierant. Con-

studio, curiose singula[5] considerabam. Nec fuit in illa civitate, quod aspiciens, id esse crederem quod esset: sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata; ut et lapides quos offenderem, de homine duratos,[c] et aves quas audirem, indidem plumatas,[d] et arbores quæ pomœrium ambirent, foliatas similiter, et fontanos latices de corporibus[6] humanis fluxos crederem. Jam statuas et imagines incessuras, parietes locuturos, boves et id genus pecua[e] dicturos[7] præsagium; de ipso vero [21] cœlo et jubaris orbe subito venturum oraculum. Sic attonitus, immo vero cruciabili desiderio stupidus, nullo quidem initio[8] vel omnino vestigio cupidinis meæ reperto, cuncta circuibam. Tamen[9] dum, in luxu nepotali, temulento similis[1] [f] ostia-

desiderio aliquid mirum videndi, et diligentia in illo investigando. Nec quicquam fuit in illa urbe, quod, cum intuerer, putarem revera id esse, quod erat: sed credebam cuncta esse transmutata in aliam formam Magico susurramine; adeo ut existimarem saxa, quæ inveniebam, obriguisse ex hominibus, et volucres, quas audiebam, ex eadem humana forma plumas induisse, atque arbores, quæ cingebant pomœrium, eadem amissa natura, fuisse amictas frondibus, et aquas fontium fluxisse ex corporibus hominum liquefactis. Jam putabam signa et simulacra ambulatura esse, parietes locuturos, boves et similia pecora vaticinatura; oraculum vero allatum iri derepente ex ipso cœlo et disco Solis. Hoc modo suspensus, aut potius stupefactus vehementissima cupiditate, percurrebam singula, nullum inveniens rudimentum, ac ne indicium quidem eorum, quæ cupiebam. Dum tamen per-

Colv. *Singula.* Alii *cuncta.* Elmenh. Lipsiani et Pith. libri scripturam expressere etiam Vulcan. et Wower. sed *singula* rectius dant ceteri Mss. et Edd. *Curiose* abest a Pith. *Oud.*—6 Fortassis rectius, *cruoribus.* Wowerius. Alii, *cruoribus h.* Recte. *Elmenh.*—7 *Id g. p. dictura.* Ms. *id genus* ignorat. Ceterum in eodem etiam *dicturas.* Colvius. Lipsii Codex *id genus* ignorat. *Elmenh.*—8 Lipsius malit *indicio.* Colv. Elmenh. Quo facit Fux. Cod. in quo *indio.* Oud.—9 F. *Tandem.* Grosl. Nil muto. Sæpe hæc particula præfigitur. Vide ad Cæs. et Suet. *Oud.*—1 *Dum luxu tem. sim.* Scripta hæc lectio. Vulgaria: *dum in luxu nepotali simul.* Sic lib. VIII. 'Indignanti similis.'

NOTÆ

bis Hypatæ narrare cœperat Aristomenes quæ sibi mira in illa contigerant, ut videre est initio libri primi.

[c] *Lapides de homine duratos, &c.*] Quid de istis magicis portentis sit credendum vide apud D. Augustinum, lib. XVIII. de Civitate Dei, cap. 18.

[d] *Indidem plumatas*] Frustra Pricæus reponere cogitat *ibidem.* Probum est *indidem.* Significat *ex iisdem,* nempe, hominibus, ex quibus existimabat duratos lapides. Utitur et lib. III. hoc vocabulo: 'Et impertire nobis unctulum indidem,' id est, ex eadem pyxide, unde Pamphilen sumentem viderat.

[e] *Pecua*] Nonius: 'Pecua, et pecuda, ita ut pecora veteres dixerunt.' Plaut. Mercatore: 'Mi senex, non

tim singula pererro,[2] repente me nescius[3] forum cupedinis intuli. Et ecce, mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione[4] ibidem gradientem, accelerato vestigio comprehendo. Aurum in gemmis,[5 g] et in tunicis, ibi inflexum,[6 h] hic intextum,[7 i] matronam profecto confitebatur.[k] Hujus adhærebat lateri senex, jam gravis in annis,[8 l] qui, ut primum me conspexit, En, inquit, Hercules, Lucius:[9 m] et

vagor totum oppidum ab ostio ad ostium, gressu ebrium referens, deveni subito incogitans in forum cupedinarium. Atque ibi grandito gradu assequor quandam fœminam cinctam magno servorum numero, illic ambulantem. Aurum, quod habebat in genis, et in vestibus, in illis intortum, in his vero intextum, ostendebat profecto fœminam esse primariam. Huic astabat senex jam grandævus, qui statim atque me vidit, Hic est certe Lucius, ait, et me osculatur. Et statim insusurravit

Floridis: 'Canenti similis.' Gellius: 'Oscitans et hallucinanti similis.' *Colv.* Palat. *dum incessu t.* Fortassis Appuleius scripserat: *Tamen dum lixæ temulento s.* Wowerius. Fux. *Tamen dum in luxu temulento hostiatim simul s. pererro*, apertius. *Roald.* Scalig. *dum lixæ temulento similis.* Palat. *dum incessu t. s.* Cod. Lipsii: *dum luxu temulento similis.* Ego retinui Bertini et Florentini Codicis lectionem: *dum in luxu nepotali simul.* Elmenh.—2 Reg. *percurro.* Oud.—3 Pal. *inscius.* Elmenhorstius. Guelferb. *nescium f. cupidinis.* Oud.—4 Flor. *famulitione.* Elmenh.—5 Recte Bertin. *genis.* Sciopp. Symb. *Genis.* Ita Bertinus. Alii, *gemmis.* Elmenh.—6 Mavult Lipsius *implexum.* Colvius. Brantius. Flor. *inflessum.* Elmenh.—7 *Intextus* Palat. Fux. *Oud.*—8 *In annis.* Sic Flor. et Aldus. Horat. lib. I. Satyr. I. 'Gravis annis Miles.' *Elmenh.*—9 *Hic Lucius.* Dele τὸ *hic* ex Flor. *Elmenh.*—1 *Quid.* Rom.

NOTÆ

didici bajulare, nec pecua ruri pascere,' &c. Est a singulari 'pecu.' Idem Plautus, Truculento, dixit 'squamosum pecu,' de piscibus.

[f] *In luxu* [*incessu*] *temulento similis, &c.*] Lectionem hanc editionis Scriverianæ, et Manuscripti Palatini, ut planioris ac minus remoti sensus, libens præfero ei, quam oggerit Scaliger, et post illum Pricæus, *lixæ temulento, &c.*

[g] *Aurum in gem.* [*genis*] Sic malo, ut in vulgatis est, quam quod emendant, *in gemmis.* *Aurum in genis* sunt inaures aureæ, quæ ex auribus in genas dependent.

[h] *Ibi inflexum*] In genis nempe. Inaures enim ex auro in fila ducto atque intorto fiunt.

[i] *Hic intextum*] In tunicis. Ovid. lib. Metamorphos. III. 'Et pictis intextum vestibus aurum.'

[k] *Matronam profecto confitebatur*] Id est, ostendebat, profitebatur, demonstrabat. Juvenal. similiter: 'Mors sola fatetur Quantula sint hominum corpuscula.'

[l] *Jam gravis in annis*] Τὸ 'in' hic non ex communi usu positum abundare videtur, at familiare est Apuleio: sic infra hoc libro dixit: 'Vini cadum in ætate pretiosi,' et, 'In aspectu micantes;' quod semel monuisse satis sit.

[m] *En, inquit, Hercules, Lucius*] Ex hoc loco male a librariis et exscriptoribus intellecto factum est, ut quidam Mss. Codices hunc titulum

offert osculum, et statim, incertum, quidnam,[1] in aurem mulieris ogganniit.[2] Quin, inquit etiam, vel ipse parentem tuam[n] accedis et salutas?[3] Vereor, inquam, ignotæ mihi fœminæ.[o] Et statim rubore[4] suffusus, rejecto[5] capite[p]

in aurem matronæ nescio quid. Quidni, inquit, adis, atque salutas matrem tuam? Non audeo, inquam, salutare mulierem quam non novi. Et subito erubescens re-

Codex, *quidnam*. Elmenh. Male sic notat Elmenhorst. *Quidnam* est vulgare. Sed *quid* est in Edd. Rom. Junt. utraque, et Aldi. In Oxon. Cod. *inc. quid sit*. In Pith. *incurrit quidnam*. Oud.—2 Scriptus liber, *oggannit*. Colvius.—3 *Quin, inquit, etiam, ipse parentem t. accedis et saluta*. Vulg. *vel ipsam parentem*. Colvius. Fux. *Cum, inquit, etiam vel ipsam prope parentem t. a.* non male, ut infra. *Roald*. Bert. *etiam vel ipsam parentem*. Pal. et Fl. *accedas et saluta*. Elmenh.—4 Aldinus Codex: *in rubore*. Num, ut supra: 'Senex gravis in annis:' et lib. VIII. 'In hebeti pigritia ferox?' *Colv*. *In rubore*. Sic Aldus. Τὸ *in* non agnoscit Flor. et Rom. Supra tamen dicit: 'Senex gravis in annis:' et lib. VIII. 'In hebeti pigritia ferox:' et lib. II. 'Vini cadum in ætate pretiosi.' *Elmenh*.—5 Putavi legendum: *dejecto*, ut lib. III. 'Capite in terram, immo ad ipsos inferos jam dejecto:' et: 'Dejecto itaque et quassanti capite, ac demussata temporali contumelia.' *Colv*. Lego *retecto*. Wowerius. Præcessit proxime jussum eum accedere ad parentem suam salutandi gratia. Itaque Stewechius ibidem non credit, tam liberaliter educatum, ut iste erat Lucius, *caput rejecisse*: et, cum summa humanitate opus erat, maxime inhumanum et incivilem se præbuisse. Ideo substituit *retecto*: ante Wower. at alii legendum putant, *dejecto*. Ego inveteratæ scripturæ fidem non forcillaverim. Nam tantum vult Appuleius, negasse se capitis abnutu ad mulierem accedere ignotam. Rejicere autem nos caput eo casu etiam hodie sciunt quibus oculi. Hincque pro vera defenderim lectionem Manusc. codicis lib. X. ubi de se jam asino Noster: 'Et primum me quidem mensam accumbere suffixo cubito, dein alluctari, et insultare primoribus pedibus perdocuit: quodque esset apprime mirabile, verbis nutum accommodare, ut quod nollem, rejecto capite, quod vellem, relato monstrarem.' Bene tibi sit, ubicumque es, Giseline, virorum optime, cujus beneficio membranæ illæ in amicissimi utriusque nostrum Lipsii pervenerunt manus. Nam absque iis esset, legeremus adhuc: *quod nollem, relato, quod vellem, rejecto ca. m.* quo nihil naturæ rei magis contrarium. Nam de eo ita Gellius lib. X. cap. 4. 'Sicut, cum annuimus et abnuimus, motus ille quidem vel capitis vel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret,' &c. Sane capite inclinato approbasse homines, haurimus ex fabula illa lepida Suetonii Caligula cap. 38. cujus appingam verba: 'Nota res est: Aponio Saturnino, inter subsellia dormitante, monitum a Caio præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi præteriret: nec dicendi finem factum, quoad XIII. gla-

NOTÆ

præferant, LUCII APULEII HERCULIS MADAURENSIS, &c. ubi Apuleio cognomen attribuitur *Herculis*: putarunt nimirum vocem, *Hercules*, quæ hic asseverantis est et jurantis per Herculem, unum esse ex Apuleii nostri nominibus.

[n] *Parentem tuam*] 'Parens' hic amoris et venerationis vox est, non cognationis.

[o] *Vereor ignotæ mihi fœminæ*] Ἀρχαϊσμὸς pro, ignotam fœminam.

[p] *Rejecto capite*] Dum oblatum osculum vitat præ verecundia.

restiti. At[6] illa obtutum in me conversa, En, inquit,[7] sanctissimæ Salviæ matris[q] generosa probitas:[8] sed et cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia,[9] inenormis

mansi immotus, capite reclinato in alteram partem. Verum illa oculis in me defixis, Ecce, inquit, generosa soboles castissimæ ejus parentis Salviæ; sed et reliquum corpus respondet ipsi mirum in modum, et ad amussim, altitudo modum non

diatores H. S. nonagies ignoranti addicerentur.' De utroque modo strictim Quintilian. lib. II. cap. 3. Orat. Instit. ubi agit de superciliis: 'Annuendi quoque et renuendi ratione dimittuntur aut allevantur.' *J. Gruter. Suspic.* (l. IV. c. 4.) Bert. et Colvius *dejecto.* Elmenh.—6 Ms. D'Orv. *ac.* Vide p. m. 75. *Oud.*—7 Ed. Vicent. *Et inq.* Fux. *rem inq.* Id.—8 *Proles.* Rom. et Flor. *probitas.* Elmenh.—9 Vide, quæso, num recte restituerim: *sed et cetera corporis ex. ad reg. q. d. aliquid affiunt:* [sic.] Omnia, inquit, lineamenta maternæ formæ in filio observata, non secus atque si ad regulam, ad amussim hic factus sit, ad quam examinare et formare sua solent diligenter architecti. Pariter lib. II. extremo emendandum videbatur et illud, 'Sed cum primam plateam vadimus,' geminatione videlicet unius syllabæ, et rescribendum, *plateam invadimus:* qua phrasi dicet lib. III. 'Populum sic adorat:' alibi alia. *Stewech. Inexplicabiliter.* Sic membranaceus liber: in cujus margine notatum, alias legi *inexecrabiliter.* Debebat esse *exæquabiliter*, quod passim vulgo legitur. Ro. Bas. I. *æqualiter.* lib. XI. 'Inexplicabili voluptate divini simulacri perfruebar.' Pro *affingunt* vulg. *affigunt.* Abest *sunt* a Ms. Colvius. *Qua diligenter aliquid affingunt.* Haud dubie hæc ab aliena sunt manu. *Woweriis.* Aldus pro *exæqualiter* habet *exæquabiliter*, et pro *affingunt*, *affigunt*, quod est in Ms. Verum tamen audeo reclamantibus libris delere illa postrema, quæ sunt a mala manu vocem *regulam* explicante, *qua d. aliquid affingunt.* Roald. Quod viderim ab optimo Ms. abesse voculam *sunt*, probabili conjectura præcedentibus quoque verbis quatuor *q. d. a. a.* status controversiam movebam; et suspicor sane adulterina esse; ineptum scilicet alicujus additamentum, qui *regulam* nobis, si Diis placet, describere volebat. Audacter igitur rescripserim: *sed et cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia.* Ea qualis sit, Seneca proponit Epist. LXXII. 'Hoc nec remitti nec intendi posse non magis quam regula, qua rectum probari solet: quam si flectes, quicquid ex illa mutaveris, injuria est recti.' Usum etiam ejus ita explicat Vitruvius lib. VII. ubi de tectorio opere: 'Longitudines ad regulam et lineam: altitudines ad perpendiculum: anguli ad normam respondentes exiguntur.' Videndus et Galenus lib. I. de Temperam. et Nonius in 'Examussim,' et ceteri. Nam non excudo commentaria. *Grut. in Suspic.* l. IV. c. 5. *Sed et cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia.* Sic edidit Vulcanius, suadentibus Scaligero et Grutero. Rom. et Aldus: *s. e. c. c. inæquabiliter a. r. qua diligenter aliquid affingunt, sunt congruentia.* Flor. I. *sed et cuncta corporis execrabiliter.* Flor. 2. *sed et cetera inexecrabiliter a. r. qua diligenter aliquid affingunt.* Bertin. *c. c. execrabiliter quam diligenter aliquid assignant.* Male. A fabris sumsit metaphoram. Zachar. c. 4. 1. vocatur γεωμετρικὸν σχοινίον. Esai. 33. vs. 2. σπαρτίον γεωμετρίας. *Elmenh. Inexplicabiliter.* Ita Ms. et in margine, *inexecrabiliter.* In vulgatis est *exæquabiliter.* Malim propius Appuleianum stylum *inexæquabiliter.* Brant. Lego: *en! exæquabiliter.* Putabam aliquando *exasciabiliter.* Forte non male. Illa vero, quæ in Mss. nonnullis leguntur, *q. d. al. effingunt* (sic lego, non *affingunt*), glossema

NOTÆ

[q] *Salviæ matris*] Quam fuisse ex Plutarchi Chæronensis genere dixit, lib. I.

proceritas,[r] succulenta[1] gracilitas, rubor temperatus, flavum et inaffectatum[2] capillitium; oculi cæsii quidem,[3] sed vigiles, et in aspectu micantes prorsus aquilini,[s] quoquo versum floridi:[4] speciosus et immeditatus[5] incessus. Et adjecit: Ego te, o Luci, meis istis manibus educavi: quidni?[6] parentis tuæ non modo sanguinis, verum alimoniarum etiam socia.[7] Nam ex[8] familia Plutarchi ambæ prognatæ

excedens, corpus ita gracile, ut tamen sit succi plenum, rubor moderatus, coma flava, et absque affectatione; oculi cærulei quidem, sed experrecti, et acie tam perspicaci, quam sunt aquilarum, denique omni ex parte speciosi; gressus decorus, et inaffectatus. Et addidit: Ego te nutrivi, o Luci, his meis manibus. Nec mirum tibi videri debet, siquidem particeps fui cum tua matre non tantum sanguinis ejusdem, sed etiam educationis. Nos enim ambæ ortæ sumus ex stirpe Plutarchi, una

sunt verborum superiorum. *N. Heinsius.*—1 *Succulenta.* Flor. *suculenta.* Elmenh. Ita et *sucus* semper exarari in Mss. optimis, sexcenties monuerunt eruditi. Male in Edd. pp. *inenormis succul. procer.* Vide Comm. et Abreschium ad Aristæn. Epist. p. 115. *Oud.*—2 Sine nimia cura, ac suo ingenio flexum capillitium, ut bene Petronii verbis exponit Pricæus. Male ergo Scriverii Ed. *ineffectatum.* Sic 'inaffectata gesticulatione' lib. x. pag. 234. *Id.*—3 Ms. *cæci siquidem.* Colvius. Sic et Palat. Pith. Fux. Guelf. *Celsi siquidem* D'Orvill. *Oud.*—4 *In aspectus micantes prorsus aquilinos, quoquo versum floridi.* Ms. *in aspectu micantes, prorsus aquilini, quoque flor.* Vulgati: *in aspectus m. p. aquilinos, floridus, speciosus, et immediatus incessus.* Et quidem ego etiam scribi posse putabam: *in aspectu micantes: prorsus aquilini, quoquoversum floridi.* Hoc magis appositum oculis. Vulg. *quoq. floridus,* tanquam de incessu. *Colv.* Emenda: *in aspectu m. p. aquilino.* Wowerius. Fux. *in aspectu minores prorsus aquilini, quoquo versum floridi,* magis ad rem. *Roald. In aspectu micantes prorsus aquilino.* Sic edidit Colvius. In Flor. est: *in aspectu m. p. a.* Aldus: *in aspectus m. p. aquilonis.* Rom. *i. a. m. p. aquilinos.* Roaldus: *in aspectu minores p. a.* Male. Pro *floridi* Flor. *floridum.* Bertin. *floridus.* Elmenh.—5 Ven. Bas. 1. et 2. *immediatus.* Colvius. Quid si *immetatus?* Petron. [c. 126.] 'Quo incessus tute [f. *scite*] compositus, et ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia?' Et alioquin infra lib. IX. pro *metqtorum, meditatorum* in Ms. erat, *mediatorum* in vulgatis. *Brant.*—6 Ms. *quid tu.* Colvius.—7 *Socia fui.* Τὸ *fui* ex scripto libro a nobis additum. *Colv.* Radit aures meas vox *fui:* quia tamen in Ms. reperitur, reformabam leviter: *etiam socia, quoniam ex fam.* Si tamen meo modo agere liceret, foras in malam rem extruderetur. *Grut. in Susp.* l. IV. c. 7. Dele τὸ *fui* ex Bert. et Flor. *Elmenh.*—8 Vulg. *Nam et.* Colvius. Bertin. *n. de f.* Bas. pr. *n. et*

NOTÆ

[r] *Inenormis proceritas*] Tacit. lib. XII. Annalium: 'decoram proceritatem' dixit. Contra Sueton. de Vitellio: 'Erat enim in eo enormis proceritas.'

[s] *In aspectu micantes prorsus aquilini*] Sic recte scribendum monet Pricæus. Sic lib. x. 'oculis in aspectu minacibus,' ubi 'in' abundare videtur; ut paulo supra monui. Nota aquilæ perspicacitas et vigor oculorum, ad Solem ipsum non conniventium.

sumus, et eandem nutricem simul bibimus, et in nexu[9] germanitatis una[1] coaluimus: nec aliud nos quam dignitas discernit: quod clarissimas illa,[2] ego privatas nuptias fecimus.[3] [22] Ego sum Byrrhæna[4 t] illa, cujus forte sæpicule nomen inter tuos frequentatum educatores retines.[5] Accede itaque[6] hospitium fiducia, immo vero jam tuum proprium Larem. Ad[7] hæc ego, jam sermonis ipsius mora rubore digesto, Absit, inquam, parens, ut Milonem hospitem sine ulla querela deseram: sed plane, quod officiis integris potest effici, curabo sedulo. Quoties itineris hujus ratio nascetur, nunquam erit ut non apud te devortar. Dum hunc et hujusmodi sermonem altercamur,[8 u] paucis admo-

suximus lac ejusdem nutricis, et simul adolevimus in vinculo consanguinitatis. Et nihil distinguit nos præter gradum honoris: quia scilicet ipsa nupsit clarissimo viro, ego vero privato. Ego sum illa Byrrhæna, cujus nomen fortasse recordaris, utpote quod sæpius celebratum fuit inter tuos nutritores. Diverte ergo confidenter in nostras ædes, quæ tibi erunt instar propriæ domus potius quam hospitii. Ego dissipata jam verecundia spatio temporis, quod insumserat loquendo, ad ea sic respondi: Absit, o mater, ut discedam ab hospitio Milonis absque ulla querelæ causa. Sed faciam diligenter quicquid poterit a me fieri, salvis officiis hospitalibus. Quotiescumque orietur occasio veniendi in hanc urbem, semper utar tuo hospitio. Dum hæc et similia verba ultro citroque commutamus, post paucos passus peractos deve-

similia. Oud.—9 Lege ex Romano *innexu*. Elmenh. in Add. Sic etiam Beroald. At amat Auctor simplex nomen *nexum*. Vide Indicem. *Oud.*—1 Pro *una* Bert. habet *ambæ*. Sciopp. in Symb. *Elmenh.* Abest τὸ *una* a Regio, et Fux. *Oud.*—2 Mss. D'Orv. Fux. Pal. et Ed. Junt. post. *illa clar.* Id.—3 Vulg. *fecerimus*. Colvius. Ms. *fecimus*. Roaldus. Sic et Pal. D'Orv. Reg. &c. Sed Flor. Bertin. Pith. cum Edd. pp. et Vulc. *fecerimus*. Oud.—4 *Byrrhena*. Scribe *Byrrhæna*. Βύῤῥαινα. θεὸς, θέαινα. πύῤῥος, πύῤῥαινα. *Wower.*—5 D'Orvill. *ret. freq. educ.* Reg. Fux. *educ. frequenter ret.* Oud.—6 Vitiose *ita* Lips. *inquam* Pal. et mox, *immo jam vero jam*. Dein *tuum* non comparet in Bert. *Id.*—7 Ed. Vic. *At*. Junt. pr. *At hic*. Male. Pag. 28. ‘Ad hæc ego:’ ubi vide. *Adhoc* Pith. *Id.*—8 Alteram hanc et non bonam scripturam puto; probe emendare videor, *alternamus*: ad eum modum dicti Horatio ‘alterni sermones,’ ἀμοιβαῖοι λόγοι. Festum audi: ‘Altercatio [inquit], jurgatio, alternatio, per vices successio.’ Appuleius hoc eodem libro: ‘Sequensque, et tertium inter nos vicissim, et frequens alternat poculum.’ Corrigendum similiter, mea opinione, lib. IX. ‘Atque illos, qui meæ tutelæ pervigiles excubias agitaverant, ausculto de meis alternare fortunis.’ Nam, quod ibi editur, *altercari* non placet. Iterum dicto libro nono frequentatum in omnibus editi-

NOTÆ

[t] *Ego sum Byrrhæna*] Ut a Θεὸς fit Θέαινα, Dea, sic a Πύῤῥος Πύῤῥαινα, et inde, tenui mutata in medium, Βύῤῥαινα.

[u] *Sermonem altercamur*] Ultro citroque serimus, hæc invitando, ego recusando. Quod dicit Arnob. ‘sermonem altercabilem conserere.’ Me-

dum confectis passibus,[9] ad domum Byrrhænæ pervenimus. Atria longe pulcherrima,[w] columnis quadrifariam per singulos angulos stantibus, attolerabant[1] statuas Palmaris Deæ.[x] Facies quaqua[2] pinnis explicitis,[y] sine gressu[3]

nimus ad ædes Byrrhænæ. Atria erant munificentissima, quæ sustentabant signa Deæ Victoriæ columnis erectis quadripartito in singulis angulis. Simulacra, ex-

---

onibus: 'Jam his poculis mutuo altercantibus,' repono, *alternantibus*. Rursus apud eundem libro v. 'Sic secum altercantes, Qui, soror, dicimus,' &c. malim *alternantes*. Stewech. Putavi aliquando scribendum, *s. alternamus*. Sed jam nihil muto. *Altercare* seu *altercari* nihil aliud Appuleio, quam, fabulari, verbigerare: et quandoque idem, quod *alternare*. Colv. *Altricamur* perpetua scriptura in Ms. itaque conservanda. *Roald.* Male Stew. *alternamus*, Roald. *altricamur*. Vide Indicem. *Elmenh.* Adde Pricæum. *Altercari* non solum significat, rixari, sed et alternos sermones jacere. Reg. Fux. hic quoque, et alii l. II. p. 40. v. p. 98. VI. p. 197. l. IX. p. 178. 200. l. X. p. 220. dant *altric.* Frustra. *Oud.*—9 Tempus fuit, cum legerem *spatiis;* cum scirem parum Latine dici *passus conficere*. Sed, sensu postulante, vulg. lect. retineo, ut ad προϊόντα potius referatur, quam περιπατοῦντα. *Roald.*—1 *Attollebant.* Ms. *attolerabant*, et in marg. al. *ac tolerabant*. Colv. Fux. *attolerabant statuas*, ut ex τῶν τοῦ Λυκίου: ut infra pag. 171. 'Mensula reliquias tolerans:' et pag. 240. 'Parvulum quendam sinu tolerans.' *Roald.* Flor. et Lipsii liber, *attolerabant*. Elmenh. Bene, ut inf. 'Mensula cœnæ totius honestas reliquias tolerans.' *Brant.*—2 *Palmaris Deæ facies quæque.* Emendo; *quaqua*. Itidem lib. v. 'Convalles lacunosæ cavæque nimium spinetis aggeratæ et quaqua versus repositæ.' Perperam enim in vulgatis codicibus supposuere *quanquam versus*. Similiter et lib. XI. De Asino, ipso principio libri, scribo: 'Quoquo ritu, quaqua facie, te fas est invocare:' in Parisiensi editione et Beroaldina retinuerunt *quaque facie*, non recte, ut opinor. *Stewech.* *Quaqua pinnis.* Vulg. *quæque pinnis*. Ven. *primis*. Colvius. *Pinis* Par. Ms. *Oud.*—3 *S. g.* Ms.

NOTÆ

lius ergo *altercamur* legas, quam *altercamus*.

[w] *Atria longe pulcherrima*] In Magnatum domibus post vestibulum sequebatur atrium, introëuntibus obvium, ex Vitruvio, forma oblonga, columnis circumdatum alas constituentibus. In medio erat impluvium seu spatium quoddam, per quod aqua pluvia ex ceteris ædium tectis in subjectam areolam derivabatur, ope colliquiarum, et stillicidiorum. Illud impluvium lumen habebat in summo latum non minus quarta, nec magis tertia parte latitudinis atrii: quod lumen fiebat deficiente hinc inde tecto, sicque atrii medium sub dio erat, qua parte lux in totum atrium diffundebatur. Plura vide apud eundem Vitruvium, lib. VI. c. 3.

[x] *Palmaris Deæ*] Victoriæ, cujus insigne palma, item et laurus. Porro Deam Victoriam fecerunt antiqui, ut Concordiam, Pacem, Libertatem, et multas alias.

[y] *Pinnis explicitis*] Hic erat Victoriæ habitus. Claudian. de Laudibus Stilichonis: 'Ipsa duci sacras Victoria panderet alas, Et palma viridi gaudens, et amicta tropæis.' At Νίκην ἄπτερον, alis carentem Victoriam, Athenienses solerti commento formaverant, ne scilicet ex Athenis evolaret, quemadmodum refert Pausa-

pilæ volubilis,[4] [z] instabile vestigium plantis roscidis decitantes;[5] nec ut maneant inhærent, et jam[6] volare creduntur. Ecce[7] lapis Parius[a] in Dianam factus tenet libratam totius loci medietatem: signum perfecte luculentum, veste reflatum,[b] procursu vegetum, introëuntibus obvium, et majestate numinis venerabile. Canes utrimque[8] secus Deæ latera muniunt; qui canes et ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent,[9] nares hiant, ora sæviunt; et, sicunde de proximo latratus[1] ingruerit, eum putabis de faucibus lapideis[2] exire: et,[3] in quo summum specimen operæ

pansis in utramque partem alis, instabilem gressum leviter figentia pedibus rorulentis absque motu sphæræ volubilis, cui insistunt, non inhærent quasi mansura, sed jam putantur volare. Marmor vero candidum exsculptum in Dianæ effigiem collocatum est in ipso totius loci medio; quæ statua omnino splendida est, laciniis veluti ventorum arbitrio volitantibus, sic disposita, ut videatur currere, occurrens intrantibus, veneranda ob majestatem divinitatis, quam repræsentat. Canes stipant latera Deæ ab utraque parte, qui canes erant quoque marmorei. Hi habent oculos truces, aures arrectas, nares apertas, rictum ferocem: et, si latratus auditus fuerit alicunde ex vicinia, credes eum prodire ex gutturibus lapideis illorum canum. Et, cum

supergressu: recte. *Roald. Elmenh.*—4 Male quidam *volubiles.* Pila volubilis, non facies statuarum. *Colv.* *Instabilis* Pith. *Oud.*—5 Non capio illud *decitantes*, nec satis integrum mihi visum. Malebam *delibantes.* Vestigium plantis delibare videbantur ipsæ statuæ Palmaris deæ: hoc est, summatim duntaxat contingere terram in lapide videbantur. *Colv.* Lego *deicitantes,* sive quod idem est, *dejicitantes*, id est, dejicientes. *Brant.*—6 Pric. *at jam.* Edd. Ber. Bas. pr. *etiam.* Deest *jam* Ms. Lips. ex Coll. Voss. Forte, *et avol.* Sed nil muta. 'Evolare' et 'provolare' dicuntur quæ eminent et protenduntur. Vide Salm. ad Solin. p. 233. *Oud.*—7 Vulg. *E contra.* Elmenh.—8 Ms. *utriusque.* 'Secus' antiquis pro, sexus, indeclinabile, vulgo notum ex Scaligero ad Ausonium. *Roald. Utriusque.* Bene. *Elmenh.*—9 *Rigant. Rigent* Aldus. *Roald.* Ut debet. Nam operarum vitio est in Ed. Beroald. *rigant.* Deest id verbum cum voce *nares* in Ed. Bas. pr. *Oud.*—1 *S. lat.* Bert. *sic unum lat.* Male. *Elmenh.* D'Orv. *seu unde.* Par. *si cum.* Adverbio hoc pro, si alicunde, usi Cicero, Livius, Suetonius, alii. Tum Palat. Fux. Pith. Guelf. Par. et Edd. ante Colv. *sic. de proximo latratus.* Oud.—2 *Lapidis.* Malo cum Pal. *lapideis.* Wowerius. *Lapideis.* Vulgo *lapidis.* Elmenh.—3 Copula deest Ms. *Colv.* Item

NOTÆ

nias in Atticis.

[z] *Pilæ volubilis*] Div. Chrysost. Oratione I. de Dea ista: Οἱ μὲν ἐπὶ ξυροῦ ἕστησαν αὐτήν, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς σφαίρας. Et post: Ἡ δὲ σφαῖρα (μηνύει) ὅτι εὔκολος ἡ μεταβολὴ αὐτῆς. Hanc (Victoriam) alii in novacula statuunt, alii in sphæra: sphæra autem ostendit promtam esse et facilem ejus mutationem.

[a] *Lapis Parius*] Marmor candidum e Paro Insula, una ex Cycladibus, ubi ingens ejus copia.

[b] *Veste reflatum*] Sic lib. IV. 'Vibratis hinc inde laciniis, et reflato sinu.'

fabrilis [4] egregius ille signifex [5] prodidit, sublatis canibus in pectus [6] arduis pedes imi resistunt, currunt priores. Pone tergum Deæ saxum insurgit, in speluncæ modum muscis [7] et herbis, et foliis, et virgulis, et sicubi pampinis, et arbusculis alibi de lapide florentibus. Splendet [8] intus umbra signi [23] de nitore lapidis. Sub extrema saxi margine poma et uvæ faberrime politæ [9] dependent, quas ars æmula naturæ veritati similes [1] explicuit. Putes ad cibum inde quædam, cum [2] mustulentus autumnus [c] maturum co-

canes illi erecti sint, et elati in pectus, posteriores eorum pedes hærent immoti, anteriores vero videntur currere; in quo præstans ille statuarius edidit exemplum absolutissimum artis sculptoriæ. Post dorsum Deæ rupes est erecta, in modum cavernæ, vestita musco, et gramine, et frondibus, et ramusculis, hic vitibus, illic fruticibus e marmore nitentibus. Umbra simulacri fulget intus propter splendorem marmoris. In extremo margine rupis pendent poma et racemi elegantissime elaborati, quos ars imitatrix naturæ exhibuit consimiles veris. Credas aliqua ex iis posse legi ad esum, postquam autumnus vini largitor aspiraverit ipsis colorem maturitatis.

D'Orvill. Oxon. Fux. Guelf. *Oud.*—4 Palat. Guelf. *opera*. Par. *ope fabrili*. Fux. *o. fabrili*. Id.—5 Ms. Bas. Col. *signifer*. Arnobius lib. VI. 'Inter significes ille memoratus Phidias.' Sidonius: 'Quem Græciæ suæ cementariis, pictoribus significibusque illustris, sacratis templis formavit statuis.' Sic 'ædifex:' Tertullianus de Idololatria. *Colv.* Flor. et Lipsii liber et Rom. *signifer*. Elmenh. Hinc firmatur locus in lib. de Deo Socratis: 'Sed non pudet me non esse significem.' *Putean.* Idem est error in Mss. Pith. Fux. Guelf. Palat. Oxon. Edd. Vicent. Vide etiam Becichemum et Beroald. Mart. Cap. L. I. 13. 'Cum vivos etiam vultus æri aut marmori signifex inspirat.' *Oud.*—6 *C. in p.* Vulgati, *can. impetus*. Nihil rectius scripta lectione. Aliquando tamen, illam emendare nitens, legebam: *canib. in pectus rabidis*. Colvius. *Impetus arduus, &c.* Sensum Appuleii teneo, verba non teneo. Quid enim est *impetus arduus?* Ait statuarium effingere voluisse currentibus similes canes, quod expressit verbis illis, 'pedes imi resistunt, currunt priores.' Sed satis non constat sententia sine Ms. in quo est, *sublatis canibus impetus arduis p. i. r. c. p.* Merum Appuleianum hoc est, merus Latinismus. Hercules non tam secundum naturam canes illæ ab artifice currentes factæ, quam illud divine expressum his verbis: *canibus in pectus arduis p. i. r. c. p.* Ita enim legenda sunt, sublata glossa *sublatis*. Simile illud Arati de Cane Orionis: *Αὐτὰρ ὅγ' αἰεὶ Σείριος ἐξόπιθεν φέρεται μετιόντι ἐοικώς. Roald.* Rom. et Aldus, *impetus arduus*. Male. *Elmenh.*—7 Scriptus *mustis*. Colvius. Bert. *meiacis et h.* Flor. 1. *mustis et h.* Elmenh.—8 Sic recte cum Becichemo Ep. LXXI. correxit Beroald. In Edd. Vicent. Ven. Bas. pr. *Splendor*, quæ et mox vitiose præbet *lapis*. Oud.—9 Palat. *polita*. Quod per syllepsin, de qua alibi, posset defendi. Sed is codex tanti non est. Dein *silens* pro *similes* Fux. D'Orvill. Item mox *efflavit*. Id.—1 Ms. D'Orvill. *silens*. Id.—2 Lege *ceu*; sæpe in *cum* corruptum. lib. II. p. 42. 'Cum æmulatione virium.' Scribunt e v. c. *cumul.* Sed lege, *ceu*. N. Heins. Inepta est vocula *cum*. Non enim uvæ hic alium colorem emittunt ceteris anni tempestatibus, alium

NOTÆ

[c] *Mustulentus autumnus*] Ovidio, 'calcatis sordidus uvis.'

lorem afflaverit, posse decerpi. Et, si fontes,[3] qui Deæ vestigio discurrentes[4] in lenem vibrantur undam,[5] pronus aspexeris, credes illos, ut vite[6] pendentes racemos, inter cetera veritatis, nec agitationis officio carere. Inter medias frondes lapideus Actæon simulacrum,[7][d] curioso obtutu in dorsum[8] projectus, jam in cervum ferinus,[9] et in saxo simul et in fonte loturam Dianam opperiens visitur. Dum hæc identidem rimabundus[1] eximie delector, Tua sunt, inquit[2] Byrrhæna, cuncta quæ vides. Et cum dicto ceteros omnes sermone secreto[e] decedere præcipit.[3] Quibus dis-

Et, si tu reclinatus in pectus inspexeris latices, qui labentes sub pedibus Deæ impelluntur in tenues fluctus, putabis illas uvas quasi pendulas ex palmitibus, inter reliqua quæ habent conformia veris uvis, esse etiam præditas dote mobilitatis. In mediis foliis lapideis statua Actæonis conspicitur, qui rejecto in tergum capite curiose inspiciens, jam indutus forma ferina cervi, conspicitur et in marmore simul, et in fonte expectans Dianam lauturam. Dum hæc studiose contemplans subinde mira voluptate perfruor, Omnia, quæ cernis (inquit Byrrhæna) tua sunt; et, cum hoc dixisset, jussit demissa voce reliquos omnes discedere. Quibus omnibus semotis,

autumno. Legendum est *ceu* pro, ac si, quasi, ut bene vidit N. Heinsius. *Oud.*—3 Bert. *fomites.* Sciopp. in Symb. Elmenh. Corruptum hoc esse e *fontes* opinor, licet aliud quid latere suspicaretur Sciopp. in Susp. Lect. l. III, Ep. 10. *Oud.*—4 Oxon. Par. *vestigia.* In iisdem et Lips. ex Coll. Voss. Fux. Reg. D'Orvill. *discurrunt et.* Palat. *discurrent.* Id.—5 Bertin. *umbram.* Sciopp. in Symb.—6 Manuscriptus codex, *rue.* Ven. et Bas. pr. *rure.* Colvius. *Rure. Vite* Aldus idem. *Roald.* Alii, *vite.* Elmenh. Lego levicula mutatione *vere.* Quasi 'cum ipsius naturæ veritate certantes,' ut Petron. loquitur. Martialis de Issa catella Publii: 'Issam denique pone cum tabella, Aut utramque putabis esse veram, Aut utramque putabis esse pictam.' *Brant.*—7 Dele vocem *simulacrum:* aut scribe, *Actæonis simulacrum.* Wowerius. Flor. *Actæon simulacrum.* Lege, *Actæonis simulacrum.* Elmenh.—8 Ms. *inde jam.* Colvius. Flor. 1. *in dam versum prolectus.* Flor. 2. *inde jam projectus.* Male. *Elmenh.* Ms. *inde jam proj.* Legerim, *in Deliam:* seu potius *in Deam:* ut supra hoc lib. 'At illa obtutum in me conversa.' Deliæ Deæ mentio Horatio l. IV. Oda 6. *Brant.*—9 Sic recte Becichem. Ep. LXXI. et Beroald. emendarunt primarum editionum vitiosam lectionem, *ferinus.* Dein Palat. *in fontem.* Oud.—1 Forte *mirabundus;* ut post paulo: 'Isto aspectu defixus obstupui, et mirabundus steti.' *Brant.*—2 Idem Ms. *ait.* Colvius. Et Oxon. Malim post *per hanc, inquit, &c.* reponere *ait* cum Palat. et Ed. Scriv. Infra: 'Heus tu scholastice, ait,' &c.—3 *Decedere præcepit.* Fux. *discedere.* Roaldus. Bert. *præcipit.* Elmenh. *Discedere præcipit* etiam in Regio. Ultimum bene,

NOTÆ

[d] *Actæon simulacrum*] Appositio. Hoc est, Actæon sculptus. Vide Ovid. lib. III. Metamorph. Hygin. Fab. CLXXXI. et Fulgent. Mythol. lib. III. ubi exponit quid dederit locum Actæonis fabulæ.

[e] *Sermone secreto*] Quid, si legas, *sermoni secreto?* hoc est, ad sermonem secretum, ut posset mecum secreto loqui?

pulsis omnibus, Per hanc, inquit, Deam, o Luci carissime,[4] ut anxie tibi metuo, et, utpote[5] pignori meo, longe provisum cupio. Cave tibi, sed cave fortiter a malis artibus et facinorosis[6] illecebris Pamphilæ[7] illius, quæ cum Milone isto, quem dicis hospitem,[8] nupta est. Maga[9] primi nominis, et omnis carminis sepulcralis magistra creditur, quæ surculis, et lapillis, et id genus frivolis[1] inhalatis, omnem istam[2] lucem mundi sideralis[3] imis[4] Tartari et in vetustum chaos summergere novit.[5] Nam, simul[6] quenquam conspexit speciosæ formæ juvenem, venustate ejus sumitur,[7][f] et illico in eum[8] et oculum et animum detorquet. Serit

Per hanc Deam, inquit, o Luci dilectissime, quam vehementer tibi timeo! quamque opto tibi bene consulere! quippe qui mihi es instar filii. Prospice tibi, sed strenue prospice a scelestis artibus et blandimentis nefariis illius Pamphiles, quæ juncta est connubio cum isto Milone, apud quem ais te divertere. Perhibetur saga insignis, et primæ notæ, et peritissima omnis incantamenti necromantici, quæ potest demergere in profundum Tartarum atque in antiquum chaos hoc omne lumen astrorum ramusculis, lapillisque, et vanis ejusmodi rebus afflatis carmine magico. Nam, statim atque vidit adolescentem quempiam formosum, capitur ejus pulchritudine, et e vestigio intendit in eum aciem oculorum et mentis. Abblanditur, occupat animum, irretit

confirmante D'Orvilliano, Fux. Pith. uti jam edidit Scriverius. *Oud.*—4 Ms. D'Orv. hic et frequenter exhibet hanc vocem per K, ut fit sæpe in Inscriptionibus. Vide et Ciof. ad Ovid. l. I. Met. 486. *Oud.*—5 Roald. *ut prope.* Vide ad p. 21. 'Ipsam prope parentem tuam.' *Id.*—6 Non male repetit Pithœanus præpositionem *a*, ut statim, 'in saxa et in pecua:' ac millies. *Id.* —7 *Pamphiles.* Idem Ms. *Pamphile.* An *Pamphilæ?* Colv.—8 *Hospitem.* Delet Palatin. *Elmenh.* Uncis inclusit Scriverius. *Oud.*—9 Edd. Bert. Bas. pr. frequenti errore *Magna*, et mox *maistra* pro *magistra* Oxon. *Id.*—1 *Fr.* idem. Al. *fribolis.* 'Frivusculum' et 'fribusculum' apud Isidorum et Jurisconsultos nostros. *Colv.* Palat. Guelf. *fribulis.* Oud.—2 Fux. *illam l.* Id. —3 Idem, *siderealis.* Colvius.—4 Cod. Ful. *in ima.* Wowerius. Fux. *in ima.* Roaldus. Ms. *in ima.* Sciopp. in Symb.—5 *Mergit.* Vulgati, *submergere novit.* Colvius. Fux. *submergit.* Roaldus. *Submergere novit.* Colvius *mergit* legit, sed contra fidem Manuscriptorum omnium. *Elmenh.*—6 *Cum q.* Iidem, *simul q.* Colvius. Bertin. *simul q.* Elmenh.—7 *Capitur.* Fux. *sumitur*, ut Aldus; sed glossa. *Roald.* Quid dicam? an *sumi venustate alicujus* idem valere, quod vulgo est *consumi*, quo modo videtur usurpasse Lucilius lib. XXVIII. 'Omnia viscatis manibus leget, omnia sumet, Crede mihi, presse auferet omnia:' et Plaut. Pseudol. sc. finali: 'Hoc ego modo atque herus minor hunc diem sumsimus, Prothime?' An autumem literam vocis ascitæ ultimam priori adhæsisse parti, et olim exaratum; *ejus uritur?* Quicquid est, usurpabo illud jurisprudentiæ nostræ: 'Non liquet.' *Grut. in Suspic. l.* IV. *c.* 7. *Sumitur.* Basil. 1. *capitur.* Gruterus, *uritur.* Elmenh.—8 *Et eum* et mox *aterni* D'Or-

NOTÆ

[f] *Venustate ejus sumitur*] Observa *sumitur* satis inusitate hic positum pro, capitur, incenditur, aut simili amatorio vocabulo. Gruterus reponebat *uritur.*

blanditias, invadit spiritum; amoris profundi pedicis æternis alligat. Tunc minus morigeros et[9] viles fastidio, in saxa, et in pecua,[1] et quodvis animal puncto reformat:[g] alios vero [24] prorsus extinguit. Hæc tibi trepida cavenda[2] censeo. Nam et illa urit perpetim,[3] et tu per ætatem et pulchritudinem capax ejus es. Hæc mecum Byrrhœna satis anxia. At ego curiosus alioquin,[4] ut primum[5] artis magicæ semper optatum nomen audivi, tantum a cautela Pamphiles[h] abfui, ut etiam ultro gestirem, tali magisterio me volens ampla cum mercede tradere, et prorsus in ipsum barathrum saltu concito præcipitare. Festinus denique et vecors animi,[6] manu[7] ejus velut catena quadam memet expedio: et, SALVE propere addito, ad Milonis hospitium

laqueis sempiternis alti amoris. Tunc contemnens eos, qui sibi non satis obtemperant, et vulgares: mutat illos momento temporis in lapides, in pecudes, et in quaslibet bestias: alios autem penitus interficit. Metuo tibi ab his malis, et suadeo, ut præcaveas ab iis. Nam et illa incendit æterno amore, et tu ea es ætate et forma, ut ei convenias. Hæc mihi dixit Byrrhæna valde solicita. Verum ego alias avidus sciendi, simul ac audivi nomen scientiæ Magicæ a me semper expetitum, tantum abfuit ut mihi caverem a Pamphile, ut sponte quoque impatienter cuperem me dare in talem disciplinam, vel cum ingenti pretio, ac me penitus dare præcipitem accelerato saltu in ipsam voraginem Magiæ. Postremo properanter et turbata mente libero me ex ejus manu tanquam ex aliquo vinculo; atque Vale dicto festinanter,

vill. *Oud.*—9 Quin reponam, *ut viles fastidiens?* Dicta enim hæc de Pamphile Milonis conjuge, hospita ipsius Lucii, quæ, ut quemque juvenem conspexisset forma liberali, illico in eum et oculum dete[illegible]queret et animum; statimque amoris pedicis irretire conaretur: si quos vero reperiret, quorum mens occalluisset ad blanditias; eos ut spretos a se, et vilia capita, magicis artibus misere exerceret. *Stewech.* *Fastidiens.* Scriptum, *fastidio.* Colvius. Fux. *fastidio.* Roaldus. Palat. et Flor. *fastidio.* Elmenh.—1 Palat. Guelf. *specua.* Dein *alios non* D'Orvill. *Oud.*—2 Fux. *hæc tibi trepida alias trepidanda.* Roaldus. *Trepido.* Aldus, *trepidanda.* Elmenhorstius. Mang. *hæc tibi trepidanda, &c.* Putean. *Et cavenda.* Tò *et* male omittit Flor. *Elmenh.* Bas. pr. *cavenda et.* Oud.—3 *Perpetuum.* Bert. *perpetim.* Sciopp. in Symbola. Alii, *perpetim.* Elmenh.—4 Rursus Edd. Aldi, Junt. post. *alioqui.* Oud.—5 D'Orvill. *ut primus.* Dein *ultra* Fux. et *maisterio* Oxon. *Id.*—6 D'Orvill. *animæ.* Sed l. III. p. 54. 'Pamphile, vecors animi:' ut debet. *Id.*—7 Ms. *et manu.* Colvius. Forte, *ex m.* Brantius. In Fux. etiam, *et manu.* Par. sive Coll. Wass. *manus.* *Et* posset defendi per polysyndeton. *Veluti* Palat.

NOTÆ

[g] *Et viles fastidio, in saxa, et in pecua, &c. reformat*] Sic Circe apud Homerum, 'Οδυσσ. K.

[h] *A cautela Pamphiles*] Passive: sic Phædrus de cervo: 'Ut venatorum fugeret instantem necem.' Sic Terent. Andria, 'Patris pudor.'

perniciter evolo. Ac, dum amenti similis celero [8] vestigium, Age, inquam, o Luci, evigila, et tecum esto. Habes exoptatam occasionem, et voto diutino poteris fabulis miris [9] explere pectus. Aufer [1] formidines pueriles; cominus cum re ipsa gnaviter [2] congredere; et a nexu quidem Venereo hospitis tuæ tempera, et probi Milonis genialem torum [i] religiosus suspice. Verum enimvero [3] Fotis famula petatur enixe.[4] Nam et forma scitula,[5] et moribus ludicra, et prorsus argutula est. Vesperi quoque cum somno concederes,[6] et in cubiculum te deduxit [7] comiter, et blande lectulo [8] collocavit, et satis amanter cooperuit: et, osculato tuo capite, quam invita discederet, vultu prodidit; denique sæpe retrorsa respiciens substitit.[9] QUOD BONUM,

confero me celerrime ad ædes Milonis. Et, dum maturo gradum ad instar furiosi, Eia, inquam, o Luci, expergiscere, et attentus esto ad teipsum. Occasio toties cupita offertur tibi, et poteris satiare animum fabulis admirandis secundum desiderium, quo pridem teneris. Apage metus pueriles. Aggredere strenue rem ipsam propius, et abstine quidem a stupro tuæ hospitis, et intuere cum reverentia lectum conjugalem boni Milonis. Verum aggredere omni conatu ancillam Fotidem; est enim eleganti vultu, moribus facetis, et pollet mira dicacitate. Heri quoque vespere, cum ires dormitum, deduxit te officiose in cubiculum, et suaviter composuit lecto, et contexit valde amanter, et osculata tuum caput ostendit vultu suo quam repugnanter a te abiret: postremo restitit sæpe se convertens, et post se respectans.

Oud.—8 *Accelero.* Vulg. *celero.* Colvius. Pal. et Bert. *celero.* Elmenh.—9 Ms. *fab. mis'is.* —— mihi parum sanus videtur. Medeborne legens, *miscellis?* At —— aliud huic loco quæro aptum magis, nec placet hic Beroaldi divinatio. *Colv.* *Miseris*, δειναῖς. Malim tamen cum quibusdam libris *miris*. Wowerius. *Miseris*, δειναῖς; quanvis libri varient; et hi *miris*, alii *Milesiis* legant. Probo *Milesiis*, sicut in principio libri hujus dixerat: 'At ego tibi sermone isto Milesio varias fabellas conseram.' *Sciopp. in Symb.* *Miseris.* Sic Flor. Ald. et Ro. Vulc. et Colv. *miscellis.* Beroald. *f. Milesiis:* quod placet Scioppio. *Elmenh.*—1 *Aufers* Pith. *Oud.*—2 D'Orvill. *graviter.* Fux. *naviter* et *annexu.* Palat. Pith. et Edd. quædam Vett. *Venerio.* Mox pro *suspice* perverse D'Orvill. *suscipe:* et Pith. *religionis suscipe.* Id. —3 Idem Ms. V. *enim puero.* Colvius. Bemb. *Verum enim puto.* Putean.—4 *Annixe.* Idem *enixe.* Æque bene. *Colv.* Flor. et Lipsii liber, *enixe.* Elmenh.—5 Addit D'Orv. *est.* Contra mox pro *argutula est. Vesp.* In Fux. legitur, *arg. En vesp.* Oud.—6 Par. *condederis.* Id.—7 *Te dux.* Plerique, *te deduxit.* Colvius. Lege cum Pal. *deduxit.* Wow.—8 Oxon. Guelf. pr. *lecto te.* Par. *lecto.* Dein *invicta* tralatitio errore D'Orvill. *Oud.*—9 *R. r. sustinuit.* Emenda, auctore Ms. Bertin. *retrorsus r. substitit.* Wowerius. *Retrorsum r.* Fux. *retrorsa respiciens.* Roaldus. Bert. *retrorsus.* Scioppius

NOTÆ

[i] *Genialem torum*] Maritalem. Gloss. 'Genialis, γαμήλιος.'

FELIX, ET FAUSTUM[k] itaque, licet salutare non erit,[1] Fotis illa tentetur.[2] Hæc mecum ipse disputans[3] fores Milonis accedo: et, quod aiunt,[4] pedibus in[5] sententiam meam vado.[l] Nec tamen domi Milonem,[6] vel uxorem ejus offendo, sed tantum caram meam Fotidem: quæ[7] suis [25] dominis[8] parabat viscum[9] fartim concisum,[m] et pulpam[n]

Igitur, quod bonum felix fortunatumque sit (quanquam non futurum sit salubre) petamus illam Fotidem. Hæc apud me disserens devenio ad ostium Milonis, et (sicut dicitur vulgo) eo pedibus in meam sententiam. Nec tamen invenio in ædibus Milonem, aut ejus conjugem, sed solum dilectam meam Fotidem, quæ præparabat suis heris pulmentarium ex viscere congestim secto, et pulpam concisam frustillatim

in Symb.—1 Locus hic antea misere depravatus. Plerique vulgo, *Quod bonum, felix et faus. sit itaque, licet insalutare non erit.* Basileensis 1. *τὸ licet* non habet. Scripturam veteris libri expressimus. Posset etiam distingui: *Quod bonum, fel. et faus. sit itaque, licet mihi salutare non erit. Photis illa, &c.* Et sic lib. XI. 'Quod felix itaque, ac faustum, salutareque tibi sit, animo gaudiali rursum sacris initiere, Diis magnis auctoribus.' *Colv.* Vide Brissonii Formulas lib. III. p. 275. et seq. Rom. et Ald. *l. insalutare non erit.* Male. *Elmenh.*—2 *Tentetur* exulat a Regio et Fux. *Oud.*—3 Pal. *ipsæ d.* Pith. *disp. ipse.* Id.—4 *Quod aiunt.* Par. *ut aviter.* Guelf. sec. *quod aviter.* Id.—5 *In* deest Guelf. pr. *Id.*—6 *Mil.* Ms. Al. *Milonei.* Colvius. Edd. Vett. et Pith. hoc ordine, *Mil. domi.* Fux. *domum Mil.* Oud.—7 Bertin. non habet pronomen relativum. Nec male. Consule disputata ad p. 18. l. I. Ed. Pric. 'Seniculum. In angulo sedebat.'—8 Idem Ms. non agnoscit *τὸ dominis,* et cum eo aliquot impressi. *Colv.*—9 *Juscum.* Quod Auctorem in diminuendis vocibus libenter ludere animadvertissem, quod testantur hæc pauca e plurimis, 'mensula,' 'anicula,' 'seniculus,' 'basiolum,' 'unctulum,' 'specula' a, spes, 'recula' a, res, restituere putabam *jusculum:* nisi verius sit *iscium;* de quo nos alibi. *Stewech.* *Viscum fartim concisum.* Vulg. *Juscum fartim circumcisum.* Isidorus Originum l. xx[illegible]pa est caro sine

NOTÆ

[k] *Quod bonum, felix, et faustum, &c.*] Solennis præfatio in rebus agendis adhiberi solita, mali ominis averruncandi bonique procurandi gratia. 'Valere enim censebant voces, quas vocant omina,' inquit M. Tullius, lib. I. de Divinat.

[l] *Pedibus in sententiam meam vado*] Facete alludit ad morem Romanum. Cum enim quis in Senatu quidpiam proponeret statuendum, nec posset ob temporis angustias rogari uniuscujusque sententia, hoc compendium inventum est. Qui proposuerat quæ decerni cuperet, peracta oratione sic astantes alloquebatur: 'Quibus hæc salutaria videntur, agitedum, in dextram partem pedibus transite.' Qui transibant, dicebantur pedibus ire in ejus sententiam.

[m] *Viscum fartim concisum*] Charisius lib. I. docet, 'viscus' secunda et tertia declinatione Veteribus usurpatum fuisse, 'viscus' 'visceris' et 'visci.' Porro 'viscera' (inquit Isidor. Origin. lib. II.) 'non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio est, a visco, quod est inter cutem et carnem.'

[n] *Et pulpam*] Idem Isid. lib. XX.

frustatim consectam in cacabum ad pascua jurulenta:[1] [o] et quod naribus jam inde hariolabar[2] tucetum [p] perquam sa-

in abaco ad faciendum ferculum jurulentum. Et jam quidem divinabam olfactu

pinguedine, dicta quod palpitet, resilit enim sæpe. Hanc plerique et viscum vocant.' Arnobius lib. VII. 'Et, quoniam tauris pinguibusque se dapibus atque opimis inferciunt escis, ne quod stomachi tramite male transvoratum substiterit viscus.' Nec putem aliud esse 'viscus aprugnum' apud Lucilium, quod ponitur a Charisio lib. I. ubi docet, 'viscus' et secundo et tertio inclinatu Veteribus usurpatum fuisse. *Colv.* *Circumcisum.* Fux. *concisum.* Roaldus. *Viscum.* Scaliger, *viscus.* Rom. et Aldus, *juscum.* Vide Colvii Notas. *Elmenh.*—1 *Pulpam frustratim collectam ad pascua virulenta.* Hæc scripta lectio. Bas. 1. et Ven. *et pulpam fr. consectam. Abacum pascue hirulentam.* Beroaldus scribit: *Abacum pascue virulentam.* Hieronymus Groslotius Lislæus, literas has bene doctus, amicusque meus, legebat: *et pulp. frust. consectam in cacabum ad pascua jurulenta.* Sed omnibus istis, quæ posui, Lipsianam lectionem antetulerim: *et pulpam frust. consectum in abacum ad pascua jurulenta.* Jurulenta, quæ alibi jussulenta. Varro lib. I. de Lingua Latina: 'Vasa in mensa escaria, ubi pultem aut jurulenti quid ponebant.' Sidonius: 'Convivium per edulia nunc assa, nunc jurulenta variatum.' Locus hic non parum nobis negotii exhibuit. Quem puto vix aliter, quam ut Lipsius voluit, ab ipso Apuleio olim scriptum. *Colvius.* Vim negotii concitavit hic locus viris eruditis, qui eum variis modis sanare conati sunt. Horum emendationes commodum recitare non fert instituti ratio. Insistere libuit antiquæ scripturæ vestigiis, atque ita emendare: *frustratim consectam ad p. jurulenta:* vel, *adipatam ac jurulentam.* Wowerius. *Ad pascua virulenta,* Fux. *Roaldus.* Locus mendo non caret. Flor. legunt: *p. jujurenta et amba compascuæ i.* Scal. *p. f. c. adiposam et jurulentam.* Bert. *p. f. conjectam ambas compascue jurulentam.* Vulcan. *p. f. c. adipatis jurulenta.* Roman. *abacum ad pascuæ hyrulenta.* Nos Lipsianam emendationem ceteris prætulimus. *Elmenh.*—2 *Jam mihi hariolabar.* Fux. *j.*

NOTÆ

Orig. 'Pulpa est caro sine pinguedine, dicta, quod palpitet; resilit enim sæpe. Hanc plerique et viscum vocant, propterea quod glutinosa sit.' Donatus ad Hecyræ Act. III. Scen. 4. aliud etymon affert. 'Pulpa,' inquit, 'proprie ea [caro] quæ manducatur, eo quod pulsetur ac conscindatur.' Certe, quicquid sit de etymo, pulpa est caro musculosa.

[o] *Ad pascua jurulenta*] Hæc est Lipsii lectio, quam secutus sum, meliorem non nactus. Tria genera ciborum vel (ut cum Apuleio loquar) pascuorum potissimum fuerunt, scilicet assorum, elixorum, et jurulentorum, sive ex jure; quibus addi possunt et fricta.

[p] *Tucetum*] Fulgentius, de Prisco Sermone: 'Tuceta dicuntur escæ regiæ. Callimachus Pisæis: 'Ambrosio redolent tuceta sapore.'' At Scholiastes Persii ad hunc versum Satyræ II. 'Sed grandes patinæ, tucetaque crassa,' &c. 'Tuceta,' inquit, 'apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur condimentis quibusdam crassis oblita ac macerata, et ideo toto anno durat. Solet etiam porcina eodem jure condita servari, aut assaturarum jure. Hinc Plotius Virgilii amicus in eadem regione nominatus est Tucca.' Lubinus vero ad eundem locum Persii ait tucetum ge-

pidissimum. Ipsa linea[3] tunica[q] mundule[4] amicta, et russea[5] fasciola prænitente altiuscule sub ipsas papillas succinctula, illud cibarium vasculum floridis palmulis rotabat in circulum; et in orbis[6] flexibus crebra[7] succutiens, et simul membra sua leniter illubricans, lumbis sensim vibrantibus, spinam mobilem quatiens placide, decenter undabat.[8] Isto aspectu[9] defixus obstupui,[1] et mirabundus steti; steterunt[r] et membra, quæ jacebant ante. Et tandem ad illam, Quam pulchre, quamque festive,[2] inquam, Fotis mea, ollulam istam cum natibus intorques? quam melli-

illic esse minutal præstantissimi saporis. Ipsa puriter induta veste linea, et paulo altius succincta sub ipsas mammas parva fascia rubra valde splendente, agitabat in orbem vas illud cibarium suis formosis manibus; et sæpe succussans illud inter rotandum, simulque placide movens artus suos lumbis paulatim fluctuantibus, succutiens leniter spinam dorsi flexilem, venuste agebat in undas illam carnem concissam. Huic spectaculo infixus attonitus fui, et restiti præ admiratione. * * * * * * * * * * *Et tandem ad ipsam aio:* * * * * * * * *Quam*

inde hariolabar. Roaldus. Flor. *j. inde hariolabar.* Elmenh.—3 Palat. *lintea,* æque bene. *Elmenh.*—4 Fux. *nidule.* Forte *nitidule.* Roaldus. Apud Plaut. est *mundulus.* Dein *et* exulat ab Ed. Bas. pr. *Oud.*—5 Ms. et Ro. *rursus sea.* Ex quo recte olim Beroaldus *russea.* Non contemnendum plane tamen, quod in postrema editione est *rubea.* 'Russeus' et 'rubeus' idem. Glossarium vetus: 'Πυῤῥὸς, russeus, rubeus, rufus.' Varro de Re Rustica lib. II. 'Colore potissimus nigro, dein rubeo, tertio helvo, quarto albo.' Petronius: 'Videmus senem calvum tunica vestitum russea.' *Colv.* Fux. *rursus se a f.* Lege *russea,* ut in Ald. et Beroald. *Roald.*—6 Forte *orbicis.* Brantius. Cur? dum flectebat orbem sive vasculum illud. *Oud.*—7 B. M. *crebre.* Puteanus. Item D'Orvill. Fux. Guelf. uterque. Sed vide supra ad p. 24. 'Retrorsa respiciens.' Virg. G. III. 498. de equo: 'Terram crebra ferit.' *Oud.*—8 Vulgati omnes, *inundabat.* Quidam legunt *nudabat,* teste Beroaldo. *Colv. Inundabat.* Sic Msti. Beroald. *nudabat.* Vulgo *undabat.* Male. *Elmenh.*—9 Ald. Ven. *aspecto.* Colvius. Rom. et Ald. 1. *aspecto.* Florent. 1. *affectu.* De Philos. Morali: 'Ea stupore defigit immobili.' Lib. IX. 'Familiæ totius ad extremum stuporem dejecerunt.' *Elmenh. Illo* Fux. *Aspecto* quoque Edd. Vicent. Ber. Junt. pr. Perperam. Vide Pricæum. Cic. l. IV. de Div. c. 23. 'Ejus aspectu cum obstupuisset.' Virg. l. v. Æn. 90. 'Obstupuit visu.' *Oud.*—1 Ald. *obstipui.* Elmenh. Sic et Edd. Junt. et prætulit Wasse; ut passim exarari noverunt eruditi in vetustissimis Mss. Terentii, Virgilii, Ovidii, item Lucani l. IV. 748. *Oud.*—2 Palat. *festine.* Elmenhorstius. Fux.

NOTÆ

nus esse farciminis e carnibus suillis minutim concisis.

q *Tunica*] Vestis fuit brevior absque manicis, viliorum hominum. Juven. [Horat.] 'Vilia vendentem tunicato scruta popello.'

r *Steterunt, &c.*] Honestis verbis genitalia sibi arrecta fuisse designat. *Beroaldus.*

tum[3] pulmentum[s] apparas? Felix, et certius beatus, cui permiseris illuc digitum intingere. Tunc illa lepida alioquin et dicacula[4] puella, Discede, inquit, miselle, quam procul a meo foculo,[5] discede. Nam si te[6] vel modice meus igniculus afflaverit, ureris[7] intime: nec ullus[8] extinguet ardorem tuum, nisi ego; quæ, dulce condiens, et ollam et lectulum suave quatere[t] novi. Hæc dicens, in me respexit, et risit. Nec tamen ego prius inde discessi, quam diligenter omnem ejus explorassem habitudinem. Sed[9] quid ego de ceteris[1] aio? cum semper mihi unica[2] cura fuerit caput capillumque sedulo et publice prius intueri, et domi postea perfrui;[3] sitque judicii hujus apud me certa

*dulce pulmentum præparas! Fortunatus ille erit, et procul dubio beatus, quem siveris immittere digitum in illud. Tum illa utpote faceta puella et cavillatrix, Apage te, inquit, miser: abscede longissime a meo igniculo. Nam, si meus ignis te contigerit vel tantillum, conflagrabis penitus, nec quisquam poterit restinguere tuum incendium præter me; * * * * * * Hæc loquens intuita est me, et risit. Neque tamen inde abii, antequam inspexissem studiose totum habitum corporis ejus. At quare ego memorem reliqua? cum semper mihi fuerit singulari curæ, primum considerare diligenter et palam caput, comamque, ac deinde domi*

justine, et mox *illam*. Oud.—3 Oxon. Par. *quam pulchre mell.* D'Orv. *mollitum.* Id.—4 Ms. *diducula.* Colvius. Item Fux. *Dicatula* D'Orv. Mox *inquit* abest ab Oxon. *Oud.*—5 *A me foculo.* Vulg. *a me, a foculo.* Ms. *a meo foc.* Postremam editionem hic non mutavimus. *Colv.* Scribe: *meo foculo.* Wowerius. *A meo oculo.* Bert. et Ald. *a me, a foculo.* Elmenh.—6 *Nam iste si te* Palat. Guelf. sec. *Vel* exulat male ab utraque Junt. et Ald. Edd. *Modicus* Pal. *Oud.*—7 Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. *urereris.* Id.—8 Vulg. *nullus.* Colvius. *Nullus.* Fux. *nec ullus.* Roaldus. Et sic reliqui, excepto Pithœano, Mss. cum Ed. Junt. post. et sequentibus Colvium. *Tuum* ignorat D'Orvill. *Nisi* haud comparet in Pal. *Oud.*—9 Iidem: *Vel.* Colvius. *Vel.* Fux. *Sed.* Roald. Accedunt Flor. Oxon. Par. Reg. D'Orv. et sic jam olim e suis codicibus emendandum monuerat Becichemus Epist. LXXI. *Oud.*—1 F. *de cæsarie.* Groslotius. Male. *Oud.*—2 D'Orv. *muta.* Oud. —3 Ms. *perstrui.* Colvius. Pith. quoque et Edd. ante Beroald. qui bene

NOTÆ

[s] *Pulmentum*] Varroni et Isidoro a pulte dictum; sive enim sola puls, sive quid aliud ejus permixtione sumeretur, proprie pulmentum erat. Videtur tamen Horatius per pulmenta intelligere frusta seu bucceas, aut certe minutal ex frustis constans. Sic enim habet lib. II. Satyra 2. 'Laudas, insane, trilibrem Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse est.'

[t] *Et lectulum suave quatere*] In colluctatione Venerea. Catullus: 'Tremulique quassa lecti Argutatio inambulatioque.' *Beroald.*

et statuta[4] ratio, vel quod præcipua pars ista corporis, in aperto et perspicuo posita prima nostris luminibus occurrit; et[5] quod in ceteris membris[6] floridæ vestis hilaris[7] color, hoc in [26] capite nitor nativus operatur. Denique pleræque, indolem gratiamque suam probaturæ, lacinias[8] omnes exuunt, amicula dimovent:[9] nudam pulchritudinem suam præbere se gestiunt: magis de cutis roseo rubore, quam de vestis aureo colore placituræ. At[1] vero, quod nefas dicere, neque sit ullum hujus rei tam[2] dirum exemplum: si cujuslibet eximiæ[3] pulcherrimæque fœminæ caput capillo exspoliaveris,[4] et faciem nativa specie nudaveris; licet illa cœlo dejecta,[5] mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni[6] Gratiarum choro[u] stipata, et toto Cupidinum populo comitata,[7] et bal-

potiri. Et sic obfirmatus sum in hac sententia, vel ob hoc unum quod ista pars potissima corporis, sita in propatulo et conspicuo, prima obvia est nostris oculis, et naturalis splendor capillorum idem efficit in capite, quod vividus color pulchri vestimenti in reliquis artubus. Denique maxima pars mulierum volentes demonstrare nativam pulchritudinem illecebrasque suas, deponunt pallas omnes, rejiciunt vestimenta, avent ostendere formam suam nudam, scientes se gratiores futuras ob rubedinem roseam suæ pellis, quam ob fulgorem aureum sui indumenti. Verum (quod ne dicere quidem licet, utinamque nullum sit tam crudele specimen hujus rei) si exueris sua coma caput cujusvis mulieris egregiæ et formosissimæ, et spoliaveris vultum ejus naturali decore; quamvis illa fuerit demissa e cælo, producta e pelago, nutrita in undis, quamvis, inquam, fuerit ipsa Venus, quamvis cincta universo cœtu Charitum, et stipata universa gente Amorum, accincta suo cesto, olens cinnama,

perfrui corrigi jussit. *Peruri* conjecit Groslotius. *Oud.*—4 Vereor, ne genuinum sit *stata:* eamque scripturam pluribus postea locis recipiendam. *Stewech. Sicque judicii, &c. ratione.* Vulgati quidam: *sicque jud. hu. ap. m. c. et st. ratio.* Col. *sitque judicii hujus, &c.* Lib. v. 'Et quamvis statuto consilio et obstinato animo jam tum facinorosas manus admovens.' Nec aliter lib. VII. et alibi. *Colv.* Fux. *sitque judicium, &c. ratione.* Roaldus. *Statuta ratio est.* Ita Mstus Florentinus et Bertin. Alii, *s. ratione.* Elmenh.—5 Toll. *vel.* Oud.—6 Ms. *quod cet. m.* Ven. Ald. *quidem est mem.* Colvius. *Et quidem in cet.* Aldus perperam. *Roald.* Vicent. quoque et Junt. pr. *quidem;* sed Beroaldus jam monuit *quod* legendum. *In* abest a Fux. *Oud.*—7 Quid velit margo Palat. Cod. *prolaris color*, nescio. Plin. l. XXIII. c. 8. 'Hilarioremque colorem facit.' *Id.*—8 Vitiose *lacinia* D'Orv. et *amiculam* Pal. *Oud.*—9 Bert. *remorent.* Elmenh.—1 Ms. D'Orv. de more, *Ac.* Oud.—2 *Neque sit hujus rei ullum tam.* Vulgati: *ne quod sit ullum hujus rei tam.* Infra lib. x. 'Et in pace placida tam dirum sæculo proderetur exemplum.' *Colv. Durum.* Fux. *dirum.* Roaldus. B. M. *tam dirum.* Putean.—3 Ald. Ven. *eximiæque.* Colv. —4 Vulgo, *spoliaveris.* Colvius. *Spoliaveris.* Vulgo, *cap. exspoliaveris.* Elmenh.—5 Male Gruterus alleverat margini *delecta.* Lib. x. pag. 234. 'Corpus [Veneris] candidum, quod cœlo demeat.' Guelf. pr. a m. sec. *de c. dej.* Oud.—6 Fux. *omnium.* Roaldus. Ms. *omnium.* Sciopp. in Symb.—7 Palat.

teo suo cincta,[8 w] cinnama fragrans, et balsama rorans, calva processerit: placere non poterit nec Vulcano suo.[x] Quid? cum[9] capillis color[1] gratus, et nitor splendidus illucet, et contra Solis[2] aciem vegetus fulgurat, vel placidus renidet,[3] ac[4] in contrariam gratiam[5] variat aspectum? et nunc ut aurum coruscans in levem mellis deprimitur umbram,[6 y] nunc corvina nigredine cœrulos[7] columbarum

diffluens balsamo; si prodierit calva, nec Vulcano quidem suo poterit probari. Quid, quando capillus emicat jucundo colore, et splendore coruscanti, et refulget viride adversus radios solis, aut sublucet lenius, variatque aspectum in diversum decorem: et modo, fulgurans instar auri, obscuratur in tenuem umbram mellei coloris; modo nigrore corvino imitatur flores cæruleos colli columbarum; aut

communicata. Elmenh. Quasi fuerit *continuata*, de quo dixi ad l. I. pag. 17. 'Egredientem continuatur:' et plura ad l. v. in f. 'Eam Juno et Ceres continuantur.' *Oud.*—8 Scriverius contra Mss. O. edidit: *b. succincta.* Sed signatius *suo* addidit, ut intelligatur clarius eximius ille Veneris cestus, seu cingulum, Martis donum: nisi quis putet abundare ob seq. 'Vulcano suo.' *Id.*—9 Pith. *tunc.* Id.—1 Temere Putschius libri sui oræ appinxit, 'F. *odor.*' *Splendide* D'Orv. quæ vox cum seqq. usque ad *fulg.* omissa est in Par. et Guelf. pr. Sed Guelf. sec. habet quidem *spl. illucet.* At cetera illi usque ad *vel plac.* desunt. *Id.*—2 *Et contra Solis.* Bas. 1. Venet. *ecce Solis.* Ceterum hæc male ubique ante interpuncta. *Colv.* *Et contra*, bene emendarunt Becichem. Ep. LXXI. ac Beroaldus, edens tamen cum prioribus *ecce.* Vide sæpius supra. *Oud.*—3 Fux. *ut placitus renitet.* Recte. *Roald.*—4 Vulg. *at.* Colv.—5 Alii, *gravem.* Elmenh. Scil. in Pith. Cod. et Ed. Vicent. Hinc legebat ibi vir doctus, *in contrarium.* Sed correxit jam Becichem. Ep. LXXI. et Beroald. *Oud.*—6 *Nunc ut aurum coruscans in levem deprimitur umbram.* Veteris libri hæc scriptura. Vulgata: *nunc aurum coruscans in lenem mellis depr. umbr.* Et certe τὸ *mellis* jam non putem tollendum. *Colv.* Pal. *lenem.* Reponenda *mellis* ex antiquis editionibus, hoc modo: *in lenem mellis deprim.*

NOTÆ

[u] *Gratiarum choro*] Tres fuerunt Gratiæ, seu, ut Græci vocant, Charites: Aglaia, Euphrosyne, et Thalia, filiæ Jovis et Eurynomes, ut ait Hesiodus in Theogon. Orpheus tamen Charitum matrem vocat Eunomiam, non Eurynomen. Alii alia de Charitibus fabulantur, quæ omnia longum esset exequi. Vide Lil. Gyrald. Syntag. XIII. et Natal. Comitem lib. IV. Mythol.

[w] *Balteo suo cincta*] Homerus, Iliad. lib. IV. facit Venerem accinctam balteo, quem κεστὸν vocat, discolori et variegato, cui insunt blanditiæ, suavitas, dulcia colloquia, benevolentia, suasiones, fraudes, veneficiaque amatoria, quæ vel sapientis mentem deliniant. De hoc Martial. Epigram. 207. lib. XIV. 'Sume Cytheriaco medicatum nectare ceston: Ussit amatorem balteus iste Jovem.'

[x] *Vulcano suo*] Qui Venerem suam, licet toties adulteram, efflictim deperibat. Unde apud Statium Venus Martem dehortans, ne bellum adversus Thebas concitet: 'At non eadem Vulcania nobis Obsequia; et læsi servit tamen ira mariti. Illum ego perpetuis mihi desudare caminis Si

colli flosculos æmulatur; vel cum [8] guttis Arabicis [z] obunctus,[9] et pectinis arguti dente tenui discriminatus, et pone [1] versum coactus [2] amatoribus oculis occurrens, ad instar [3] speculi, reddit imaginem gratiorem? Quid? cum frequenti sobole spissus [4] cumulat verticem, vel prolixa

nunc delibutus myrrha, et distinctus exiguo dente pectinis acuti, et constrictus a tergo, obvius oculis amatoris, reflectit speciem jucundiorem in modum speculi? Quid? cum densus multa propagine agglomeratur in summa parte capitis, aut

umb. Wowerius.—7 *Cærulos* ex eodem libro: in cujus margine ascriptum, alias legi *cæruleus* pro *cærulos.* Porro vulgati libri: *cærulus columbarum collis flosc.* Colvius.—8 *Vel nunc.* Excusi omnes, *vel cum.* Colvius. Secuti sunt Colvium ceteri, perperam et contra Mss. Guelf. utrumque, Palat. Bert. Pith. Fux. Oxon. Reg. D'Orv. quare reposui *cum* sive *quum,* referendum ad præcedentia: 'Quid? cum capillis.' *Oud.*—9 *Omictus* prave D'Orvill. *Id.*—1 Iidem: *discriminatur.* *Et pone.* Male scribunt, male interpungunt. Nec pluribus hæc hujusmodi persequi instituimus. *Colv.* Lipsiano Cod. accedunt reliqui, cum Edd. eum seqq. *Oud.*—2 *Coarctus.* Iidem, *coactus.* Colv. Malo ex Palat. *coactus.* Wowerius. *Coactus.* Vulgati, *coartus.* Elmenh.—3 Alii, *instar.* Elmenh. *Instar speculi.* V. L. *ad instar.* Brantius. Bene Elmenhorstium secuti sunt ceteri, addentes *ad,* ut inveni quoque in D'Orvill. et Ed. Junt. post. Estque in Bertin. Pith. Fux. Guelf. utroque, et Oxon. Plura vide ad l. VII. p. 135. *Oud.*—4 *Cum frequente s. s.* Ms. *cum fr. sob. spissus.* Bas. 1. et Venet. *spiritus.* Rom. et posterior Bas. *spirisus.* *Spissus* primus reposuit Beroaldus, quod certe etiam in scripto libro ita esse videtur. Sed etiam non male posse scribi existimabam *sparsus.* B. Ambrosius l. III. de Virginibus: 'An quicquam est tam pronum ad libidinem, quam inconditis moribus ea quæ vel natura abscondit, vel disciplina nudavit, membrorum operta nudare? ludere oculis, rotare cervicem, comam spargere?' Et facit huc Lucianus: 'Η κόμη καὶ εἰς τοὐπίσω ὁ πλόκαμος συνεσπειράμενος οὐκ ἐλευθέριον φησὶν αὐτὸν εἶναι. 'Coma et cincinnus retro sparsus haud ingenuæ conditionis esse hominem loquitur.' Quod spectat etiam ad illud, quod statim, 'Vel prolixa serie porrectus dorsa permanat.' Vide et Pollucem lib. II. c. 15. Soboles in arboribus sunt, αἱ παραφυάδες: quod ad Virgil. docte notat Scaliger. Hinc arbitrari possumus, quid etiam soboles in capillis. Varro Παππαπάππῳ περὶ ἐγκωμίων: 'Ante aures modo ex sobolibus parvuli intorti dimittebantur, sed cincinni oculis suppætulis, nigellis pupillis.' *Colv.* *Spiritus.* Fux.

NOTÆ

jubeam, vigilesque operi transmittere noctes, Gaudeat, ornatusque novos, ipsique laboret Arma tibi.' Itaque si calva Venus ipsi placere non potuisset, multo minus ceteris.

[y] *In levem mellis deprimitur umbram*] Cum nimirum flavus desuper capillus est, et intus subniger. Sic Anacreon ad Pictorem, de Bathyllo suo: Λιπαρὰς κόμας ποίησον, Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας, Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας: hoc est, ut vertit Henricus Stephanus: 'Nitidas comas fac illi, Intus quidem nigrantes, At aureas superne.'

[z] *Guttis Arabicis*] Ovid. Heroid. Epistola XXIII. 'Non Arabum noster dona capillus olet.' Guttæ Arabicæ sunt myrrhæ lacryma, stacte dicta, quam myrrha exsudat antequam incidatur. Laudatissima in Arabia progignitur.

serie porrectus dorsa permanat? Tanta denique est capillamenti dignitas, ut,[5] quamvis auro, veste, gemmis, omnique[6] cetero mundo exornata mulier incedat, tamen, nisi capillum distinxerit,[7] ornata[8] non possit audire.[9] Sed in

extensus in longum ordinem explicatur per dorsum? Postremo tantus est honor capillitii, ut, quanquam mulier prodeat instructa auro, vestimentis, lapillis pretiosis, reliquoque omni ornatu muliebri, nihilominus non poterit videri decenter exculta,

---

spissus. Et ita Beroald. Scaliger legit *spirisve.* Roaldus. Variant mire excusa exempla. Manu descripta habent *spissus.* Sed ita, ut aliquid tertiæ literæ superpingant. Cum ipsam rem perpendo, et editionem Basileensem posteriorem, in qua est *spirisus,* vix ambigo, quin commode correxerim: *frequenti sobole spirosus.* Loquitur enim de triplici capillamenti dispositione: effuso et circum caput rejecto, in nodum coacto, et plurimis cinnis sparso. *Capillus spirosus* est, cum in circulos torquetur: qui et spiræ apposite dicuntur a forma: quoniam ad eum fere modum involvuntur, quo nautici funes. Hac de causa et Plinio spiræ vocantur in arboribus, ubi se convolvunt venæ atque nodi. Etiam spiræ anguium volumina. Virgil. II. Georg. 'Squameus in spiram tractu se colligit anguis.' Claudianus Præfatione in Rufinum de Pithone: 'Qui spiris tegeret montes, hauriret hiatu Flumina.' Quæ etiam alias orbium nomine veniunt. Auctor Ætnæ de Gigantibus: 'His natura sua est, alvo tenus: una per orbes Squameus intortos sinuat vestigia serpens.' Ovid. III. Metam. 'Ille voluminibus squamosos nexibus orbes Torquet, et immensas saltu sinuatur in arcus.' Quod ita enodat mox: 'Ipse modo immensum spiris facientibus orbem Cingitur, interdum longa trabe rectior astat.' Sed et nominatæ sinus Ciceroni lib. II. de Nat. Deor. 'Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen, Torvu' Draco serpit subter supraque revolvens Sese, conficiensque sinus e corpore flexos.' Quin etiam collectio ista comarum orbium voce intelligitur. Claud. l. I. de Raptu Proserpinæ: 'Illi multifidos crinis sinuatur in orbes, Idalia divisus acu.' Et Juv. Sat. VI. 'Altera lævum Extendit, pectitque comas, et volvit in orbem.' *Grut. Sobole spissus.* Colvius: *s. sparsus.* Gruter. Susp. l. IV. c. 7. *s. spirosus.* Rom. edit. *s. spirisus.* Vera est emendatio Yvonis Villiomari sive Scaligeri l. III. c. 7. in Locos controversos Titii, *sobole spirisve,* quem vide. *Elmenh.*—5 *Et.* Copula caret Guelf. sec. *Oud.*—6 Fux. *cumque.* Pro *cetero in* Guelf. sec. *certo.* Id.—7 Præpono lectionem Ald. Ven. et posterioris editionis, *distrinxerit.* L. XI. 'Variis floribus sublimem distrinxerat verticem.' Tamen Tertullianus: 'Cedo acum crinibus distinguendis:' et Claudianus de Nuptiis Mar. et Honor. 'Ipsa caput distinguit acu, substringit amictus.' *Colv. Distrinxerit.* Ita Aldinus Codex. Rom. Flor. et Bertin. *distinxerit.* Vide Colvii notas. *Elmenh.*—8 Fux. *ornate.* Roaldus. Item Reg. *Oud.*—9 *Abire.* Ms. *adire,* ex quo substitui, quod vides. Lipsius legebat, eandem lectionem secutus, *audire.* In vulgatis omnibus est, *videri.* Sed, ut nos, ipse etiam de Deo Socratis: 'Ut neutra pars vestrum, nec qui Græce, nec qui Latine petebatis, dictionis hujus expertes abiretis.' Et recte emendatum ab eodem Lipsio Plauti Pseudolo: 'Profecto ædepol ego nunc probe abeo madulsa.' Promam et ego sententiam meam de alio ejusdem Plauti loco, in quo hoc dicendi genus restituendum etiam putarim. Legitur in Camerarii editione, Mercatore: 'Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo, Suapte culpa genere capiunt, genus ingenuum improbant:' nec melius apud Lambinum. In veteri Editione Parisiensi, quam quidam Simo Carpentarius procuravit, posteriorem versum sic scriptum reperi: *Suapte culpa de genere capiunt, genus ingenium improbant.* Unde divinatio mea, corrigendum videri: *Suapte*

mea Fotide, non operosus, sed inordinatus ornatus addebat gratiam. Uberes enim crines, leniter [27] emissos, et[1] cervice dependulos, ac deinde[2] per colla dispositos,[3] sensimque sinuato patagio[a] residentes, paulisper ad finem conglobatos,[4] in summum verticem nodus astrinxerat. Nec diutius quivi[5] tantum cruciatum voluptatis eximiæ sustinere; sed pronus[6] in eam, qua fine summum cacumen capillus ascendit, mellitissimum illud savium impressi. Tum[7] illa cervicem intorsit, et ad me conversa limis et morsicantibus[8] oculis, Heus tu, scholastice,[b] ait,[9] dulcem et amarum gustulum[1] carpis.[c] Cave, ne nimia mellis dulcedine

*nisi discriminaverit comam. Verum in mea Fotide non laboriosus, sed neglectus cultus conciliabat venustatem. Nam ejus capilli spissi, paulatim promissi, et pendentes a posteriori parte colli, dehincque distributi per collum, et paulatim recumbentes flexuoso limbo summæ tunicæ, aliquantum conglomerati in extremitate, revincti erant nodo ad summum caput. * * * * Tum illa inflexit collum, et in me respiciens obtuto obliquo et mordaci, Heus tu, novicie, inquit, degustas simul dulce et amarum. Vide ne ex nimia suavitate mellis compares tibi diuturnam*

culpa degeneres abeunt: genus ingenio improbant. Opposita hæc inter se. Genus bonum, malum ingenium. Hoc qui præditi, illud improbant, et corrumpunt. Non dissimile Truculento: 'Verum qui improbus est, aquam si bibit, Sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio est improbus.' *Colv.* Pal. *possit videri.* Wowerius. Scio ferri posse: fuit tamen, cum mallem: (in Susp. Lect. III. 10.) *aberi* seu *haberi.* Sciopp. in Symb. *Videri.* Sic Mss. omnes. Lipsius *audire* legit, Colvius *abire.* Elmenh.—1 Oxon. et D'Orv. carent copula. *Oud.*—2 Guelf. pr. Ed. Junt. post. *dein:* ut ubique variatur. Pag. 28. 'Dein cœnæ dedimus.' *Id.*—3 D'Orv. *despotos.* Id.—4 Fux. *conglomeratos.* Roaldus. Adde Ms. Regium; et Ennium apud Nonium; sed l. v. p. 102. 'Pererrantium crinium globos decenter impeditos.' Mox male in Ed. Junt. post. *attraxerat.* Pith. *et in summ.* Oud.—5 Pith. *qui.* Fux. Palat. *quitum.* Edd. Elmenhorst. et Scriv. *quivi tunc:* sed uncis inclusa voce *tunc.* Idem.—6 *Protinus.* Flor. 1. Alii, *pronus.* Elmenhorstius. —7 D'Orvill. *Tunc.* Par. Guelf. pr. *Tum autem.* Id.—8 Ms. *morsitantibus.* Colvius. Fux. *mersitantibus.* Roald.—9 Lips. D'Orv. Edd. Colv. Vulc. Wow. *ait h. tu sch.* Oud.—1 *Dulce et amarum gustulum.* Bertin. *osculum.*

NOTÆ

[a] *Patagio*] Festus: 'Patagium est, quod ad summam tunicam assui solet, quæ et patagiata dicitur, et patagiarii, qui ejusmodi opera faciunt.'

[b] *Scholastice*] Scholasticus hic pro inepto juvene, et rerum adhuc imperito sumitur, non pro illo, qui scholæ operam dat, ut perperam putat Beroaldus. Vide Casaubonum, ad Lampridium, pag. 416.

[c] *Dulcem et amarum gustulum carpis*] Plaut. Cistell. Act. I. Scen. 1. 'Namque Ecastor amor et melle et felle est fœcundissimus: Gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.'

diutinam bilis[2] amaritudinem contrahas.[3] Quid istic,[4] inquam, est, mea festivitas,[d] cum sim paratus, vel uno saviolo[5] interim recreatus, super istum ignem porrectus assari? Et, cum dicto arctius eam complexus, cœpi saviari. Jamque æmula libidine in amoris parilitatem congermanescenti[e] mecum, jam patentis oris inhalatu[6] cinnameo, et occursantis linguæ illisu nectareo[7] prona cupidine allubescenti.[8] Pereo, inquam, immo jamdudum perii, nisi tu[9] propitiaris.[f] Ad hæc illa, rursum me deosculato, Bono animo esto,[1] inquit. Nam ego tibi mutua voluntate mancipata sum: nec voluptas nostra differetur ulterius, sed prima face[2][g] cubiculum tuum adero.[3] Abi ergo, ac te compa-

fellis amaritudinem. * * * * * * * *His et similibus colloquiis inter nos*

Sciopp. in Symbola. Bert. *d. e. a. jusculum cape.* Elmenh.—2 In D'Orvill. solita confusione, *diuturnam vilis.* Oxon. *bibas;* quando *trahas* vel *contrahas* esset pro glossemate habendum. *Oud.*—3 Vulg. *trahas.* Supra l. I. 'Annosam et pestilentem contraho.' *Colv.* Fux. *contrahas.* Roald.—4 Vir Doct. in marg. Ed. Vic. *istuc.* Oud.—5 Fux. *sabiolo.* Roaldus. *Saviolo.* Rom. *basiolo.* Elmenhorstius. *Basiolo* male Pith. et Edd. Colvianam præcedentes. *Sabiolo* etiam D'Orv. et Guelf. ut statim *sabiari.* Flor. *suaviolo.* *Vel uno* desunt D'Orv. Mox *semper* Pith. et *eam congressus* in Palat. et Guelf. sec. *Oud.*—6 Oxon. *inlatu.* Id.—7 Palat. *nectarei.* Id.—8 *Allubescente.* Flor. *allivescente.* Male. *Elmenh.* Sic etiam Ed. Vicent. sive *allibescente.* Oxon. *allubescente.* *Allivesc.* Pith. Optime D'Orvill. *allubescenti*, ut primus tacite edidit Pricæus. Non ipse illisus *allubescebat*, sed Fotis, quæ congermanescebat, et allubescebat nectareo linguæ illisu; cuique hæc agenti aiebat cetera. Sic lib. VII. pag. 140. 'Illa basiare volenti promtis saviolis allubescebat.' L. IX. p. 178. 'Aquis allubescerem.' Passim hoc verbo utitur et Martianus Cap. ut pag. 11. 12. 'Suada, quo allubescat nisibus,' ut e Mss. plurimis est reponendum. *Oud.*—9 Male exulat *tu* ab Oxon. *Id.*—1 Suavius ad aures accedere visum, *es*, pariter ut loquitur apud Nonium Lucilius in, 'Es,' pro, Esto: 'Conjice te intro, ac bono animo es.' Item Plautus Amph. 'Bono animo es.' Nec aliter Apuleius libro proximo: 'Bono animo es, quod ad hujus rei curam pertinet.' Iterum libro septimo: 'Bono animo es, inquit, Charite dulcissima.' *Stewech.* Grosiot. *es tu, inq.* Contra Mss. Nil muta. Nam et l. IV. p. 82. 'Bono animo esto, mi herilis:' ubi itidem *es* reponit Stewech. Sed et lib. VII. p. 141. Mss. aliquot dant *esto.* Oud.—2 *Facie*

NOTÆ

[d] *Mea festivitas*] Plaut. Casina: 'Mea vita, mea festivitas, sine, amabo, ted amari, Meus festus dies.' *Pricæus.*

[e] *Congermanescenti*] Congermanescere est quod apud Philonem (de Eva loquentem) γάννυσθαι, καὶ ἀντιπροσφθέγγεσθαι. lib. περὶ Κοσμογρ. *Pricæus.* Congermanescens libido eleganter pro coalescenti et consociata usurpatur. *Beroald.*

[f] *Propitiaris*] Placata sis et propitia. *Beroald.*

[g] *Prima face*] Horam vespertinam

ra:[4] tota enim nocte tecum fortiter et[5] ex animo præliabor.[h] His et talibus oggannitis[i] sermonibus inter nos,[6] discessum est. Commodum meridies accesserat, et mittit mihi Byrrhæna xeniola,[7][k] porcum opimum,[8] et quinque gallinulas, et vini cadum in ætate pretiosi.[9][l] Tunc ego, voca-

habitis discessimus. Vix meridianum advenerat, cum Byrrhæna mittit ad me munera hospitalia, pinguem suem, et quinque pullos, et cadum vini commendabilis

inepte in Mss. aliquot. Paulo ante in Palat. *differtur.* Id.—3 *Cub. tuum adiero.* Ita correxit veteris libri vestigia secutus. Vulg. *in cub. tu. adero.* *Colv.* Et Bertin. et Pal. scribunt *adero.* Wowerius. Sic infra pag. 74. (Ed. Colv.) *Sciopp. in Symb.* Flor. et Bert. *cubiculum t. adero.* Elmenh.—4 *Præpara.* Vulg. *compara.* Colvius. Fux. *præpara.* Roaldus. Flor. *compara.* Elmenh.—5 Copulam a Bertin. exulantem uncis inclusit Pricæus. *Oud.*—6 *I. n.* Pith. a m. pr. *in tuum.* Ascripsit vir doctus: Forte, *ita tum.* Dein *commodius* prave Guelf. sec. *Id.*—7 *Xen.* Per *s* exhibent Palat. Guelf. et Oxon. *Id.*—8 *Optimum.* Restituendum videri et hic et infra sæpius *opimum,* in Conjectaneis ad Frontinum indicavi. Male quoque distinctum, quod mox præcessit de capillis Fotidis: 'Quid cum frequenti sobole spiritus cumulat verticem,' &c. Interpungo: *Quid? cum frequenti:* eamque phrasim nimis sæpe Apuleio periisse observavi; sed longum mihi sit commemorare, tibi legere tædiosum. Proponere malo, quod paulo superius hoc eodem libro monere propemodum oblitus eram: 'Quin, inquit, etiam vel ipsam parentem tuam accedis et salutas. Vereor, inquam, ignotæ mihi fœminæ: et statim rubore suffusus rejecto capite restiti.' Tam liberaliter educatum ut iste erat Lucius, caput rejecisse, et, cum summa humanitate opus erat, maxime inhumanum, incivilem se præbuisse, non credimus, eoque restituendum, *retecto capite.* Quod autem interpres ad superiora illa: 'Vereor, inquam, ignotæ mihi fœminæ,' extrinsecus subintelligendum putat, me offerre vel tradere, vel aliquid simile; errorem animadvertis, quod illi in mentem non fuerint hæc Varronis, Sardis Venalibus: 'Non te tui saltem pudet, si nihil mei revereatur.' Item Afranii illud Compitalibus: 'Si non vereare, nemo vereatur tui.' Item alia ejusdem Afranii, Accii, et Pacuvii, quæ apud Nonium Marcell. de Numeris et Casibus. *Stewech.* *Porcum opimum.* Vulg. *porc. optimum.* Colvius. Flor. et Pal. *p. optimum.* Elmenh.—9 Fux. *v. c. invectorati p.* sed falso. *Roald.* Flor. *v. c. jam æ. p.* Sed nihil mutandum. *Elmenh.* Vide Pricæum, et supra, 'Gravis in annis.' Palat. Guelf. sec. inepte *speciosi,* ex frequenti etiam harum vocum confusione. *Oud.*

NOTÆ

significat, qua faces accenduntur. *Beroald.*

[h] *Præliabor*] Prælio scilicet Venereo. Martial. 'O quæ prælia, quas utrimque pugnas, Felix lectulus et lucerna vidit!' *Beroald.*

[i] *Oggannitis*] 'Oggannire' et 'gannire' obmurmurare est. Et 'gannitio' apud Festum est 'querula canum murmuratio.'

[k] *Xeniola*] Munera hospitibus mittere mos fuit, quæ a ξένος, quod hospitem significat, ξένια, et voce Latina civitate donata, xenia, et xeniola, hoc est, hospitalia, dicta sunt.

[l] *Vini cadum in ætate pretiosi*] Cadus vas fuit vinarium, duodecim congiorum capax, figura turbinis, seu nucis pineæ, quales fere videmus amphoras in cauponis ligneas ferreis

ta Fotide, Ecce, inquam, Veneris hortator et armiger Liber [m] advenit ultro. Vinum istud sorbeamus hodie [1] [28] omne, quod [2] nobis restinguat [3] pudoris ignaviam, et alacrem vigorem [4] libidinis incutiat. Hac enim sitarchia navigium [5] Veneris [n] indiget sola, ut in nocte pervigili, et oleo lucerna, et vino calix abundet. Diem [6] ceterum lavacro, ac dein [7] cœnæ dedimus. Nam [8] Milonis

sua vetustate. * * *Reliquam partem diei tradidimus balneo, ac deinde cœnæ:*

—1 *Sorb. hod.* Inverso ordine Pith. Palat. et Fux. *Sorbamus* Bert. Pith. Guelf. sec. *Id.*—2 Edd. Junt. utraque, et Aldi, *qui:* quod deberet valere, quo, sive, ut. Ad Liberum enim hæc non retrahenda videntur. *Id.*—3 Pal. *restringat.* Elmenh. Item D'Orvill. Oxon. Guelf. uterque solito errore. Adi Drakenb. ad Liv. l. x. 13. 'Studia verecundia legum restinguenda:' et alibi. *Oud.*—4 Fulvii V. C. *acrem virorem.* Sciopp. in Symb.—5 *Navigio.* Fux. *navigium.* Est ita o. p. 23. Beroald. *Roald.* *Navigium.* Bert. *navigio.* Sciopp. in Symb. *Elmenh.*—6 Margo scripti codicis: Al. *Demum.* Colvius. Palat. Bertin. *D. ceterumque:* et in marg. Guelferb. sec. *Oud.*—7 D'Orv. Fux. *ac dem.* Edd. ante Colvium, excepta Junt. post. habent cum Pith. *dehinc.* Pag. 30. 'Ac dehinc tunc demum Deophanes,' &c. *Id.*—8 Emendo: *Jam.* Simile Plauti Mercat. 'Jam addicta, atque abducta erat, cum ad portum

NOTÆ

circulis revinctas. Quanto autem in pretio fuerint apud antiquos vina vetera, videre est passim apud Plautum, Horatium, et alios.

[m] *Veneris hortator et armiger Liber*] Ovid. 'Vina parant animos Veneri.' *Pricæus.* Augustinus, quod annotatu dignum est, lib. VI. de Civitate Dei, Liberum ex eo dici refert, quod mares in coëundo per ejus beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant, et hinc Libero virilem corporis partem in templo poni, fœmineam Liberæ: et ob hoc addunt, mulieres attributas Libero, et vinum propter libidinem concitandam. *Beroald.*

[n] *Hac enim sitarchia navigium Veneris, &c.*] Sensus est per metaphoram a navigantibus ductus, Venerem egere hac sola annona et alimento. Sitarchiam enim dici voluerunt pro commeatibus et re annonaria: ut illud ex lib. Regum I. 'Panis deficit in sitarchiis nostris, et sportulam non habemus.' Dictio ex Græco ducta: siquidem apud Græcos σιτὸν, cibus, σῖτος, frumentum, σῖτος, esculentus significat, &c. Ut autem sitarchiæ, id est, commeatus ratio cumprimis habetur in navibus a nautis: sic Veneris navigium eget vino et oleo, perinde ac sitarchia. Nam vino libido exstimulatur; oleo lucernæ lumen alitur, qua amatores gaudent: tanquam pleniores sint voluptates nocturnæ, quas lucerna ardente oculis quoque usurpant. *Beroaldus.* Utuntur voce ista (sitarchiæ) Hieronymus in De Malchi Vita, Interpres vetus I. Samuel. IX. 7. Chrysologus sermone XXXIX. Scholiastes ad Sat. XII. Juvenalis. *Pricæus.*

boni concinnatitiam [9] mensulam rogatus accubueram, quam pote tutus ab uxoris ejus aspectu, Byrrhænæ monitorum memor; et perinde in ejus faciem oculos meos ac si in Avernum lacum [1] [o] formidans [2] dejeceram. Sed, assidue respiciens præministrantem Fotidem, inibi recreabar animi; [3] cum, ecce, [4] jam vespera, lucernam intuens, Pamphile, Quam largus, [5] inquit, imber aderit crastino. [p] Et percontanti marito qui comperisset istud, respondit, sibi lucernam prædicere. Quod dictum ipsius Milo risu secutus, Grandem, inquit, istam lucernam Sibyllam [q] pascimus, [6] quæ [7] cuncta

nam, invitatus a bono Milone, assederam modicæ mensæ ejus, securus, quantum fieri poterat, ab intuitu ejus conjugis, recordatus scilicet consiliorum Byrrhænæ: et inspexeram ipsam trepidans eodem modo quo aspexissem Infernum ipsum. Sed, cum perpetuo intuerer Fotidem, quæ nobis ministrabat, exhilarabar animo in ea contemplanda. Oborta jam nocte Pamphile aspiciens lampadem, Quam copiose pluet cras, inquit; interrogantique viro suo, unde hoc norisset, respondit, hoc sibi prænuntiari a lampade. Quæ ejus verba Milo excipiens risu, Magnam, ait, vaticinatricem alimus hanc lampadem, quæ prospicit e candelabro tanquam e specula

venio.' *Stewech.*—9 Idem codex: *concinnaticam.* Colvius. Alii: *concinnaticam.* Elmenh. *Concinnaticam* etiam in Palat. *Contumaciam* Fux. Reg. Mox vitiose *cuberam* Oxon. *accubam* Palat. *accuberam* Guelf. duo. *Oud.* —1 Pal. *in latus curvum.* Male. *Elmenh.* Deest *in* Editioni Junt. pr. *Jam unum l.* Par. *In aduxum latu* Guelf. pr. *In Avernum latus cumum* Guelf. sec. Supra *monitionum* Oxon. *Oud.*—2 Idem codex, *reformidans.* Colvius. *Reformidis* in Guelf. pr. *Formidinis* Oxon. Reg. Fux. *Oud.* —3 *Animo.* Æque placet vulgata lectio, *animi.* Colvius. *Animi.* Sic recte Mssti. Alii: *r. animo.* Male. *Elmenh.*—4 Concinnior visa lectio Palat. *cum esset.* Wow.—5 D'Orv. et Fux. *large,* et mox *percunctanti* cum aliis. *Imbris* Guelf. sec. *Oud.*—6 *Lucernæ Sibyllam pascimus.* Manuscriptus: *lucernam Sibyllam dicamus.* Vulgati veteres: *l. Sib. parcimus.* Colvius. Ex eodem Pal. codice scripseris, *Sibyllam dicamus.* Wowerius. Fux. *S. dicamus.* Omnino recte. *Roald.* Bert. *lucernæ fibram.* Sciopp. in Symbola. *Lucernam S. pascimus.* Alii, *lucernæ S.* Bert. *lucernæ fibram.* Palat. Lipsii codex, Wowerius, et Roaldus, *dicamus.* Elmenh.—7 In Guelf. pr. a m. pr. *qui.* Oud.—

NOTÆ

[o] *In Avernum lacum*] Avernus lacus fuit Campaniæ prope Baias, sic dictus quasi ἄορνος, hoc est, avibus carens, eo quod tetris suis exhalationibus supervolantes aves enecaret. Hunc Plutoni dicatum, et limen esse Inferorum creditum est, et sæpe sumitur pro ipso Inferno, quemadmodum hic.

[p] *Lucernam intuens, Pamphile, Quam largus, inquit, imber aderit crastino*] Nempe, ' testa ardente videbat Scintillare oleum, et putres concrescere fungos,' quod imbris imminentis signum est apud Virgil. lib. I. Georgic. et apud Avienum in Arati Prognostica. Cujus rei rationem affert Plin. quod, cum aër humidus esse cœperit (quod fit imminente pluvia) favilla, quæ cum fumo solet egredi, prohibita aëris crassitate, in lucernis residet, et quasdam velut fungorum imitatur imagines.

[q] *Sibyllam*] Sibyllæ dictæ fuerunt

cœli negotia et Solem ipsum de specula candelabri[8] contuetur. Ad hæc ego[9] subjiciens, Sunt, aio, prima[1] hujuscemodi[2] divinationis experimenta: nec mirum, licet modicum istum[3] igniculum, et manibus humanis laboratum, memorem tamen[4] illius majoris et cœlestis ignis, velut sui parentis, quid esset editurus[5] in ætheris vertice, divino præsagio et ipsum scire, et nobis enuntiare. Nam et Corinthi[6] nunc apud nos passim Chaldæus quidam hospes miris totam civitatem responsis turbulentat,[7] [r] et arcana fatorum stipibus emerendis edicit in vulgum: qui dies copu-

quæcumque geruntur in cœlo, ipsumque adeo solem. Ego excipiens hæc verba, Sunt hæc, inquam, prima specimina hujusmodi vaticinationis. Nec mirabile videri debet, quod hæc flammula, quamvis admodum parva, et producta humano artificio, recordata tamen ignis illius majoris et ætherii, tanquam sui genitoris, præsagiat divinitus, nobisque significet quid ille sit producturus in fastigio cœli. Corinthi enim apud nos advena quidam Chaldæus perturbat nunc totam urbem admirandis prædictionibus, et exponit secreta fatorum apud plebem nummorum lucrandorum

8 D'Orvill. rursus *candelarri*. Id.—9 Τὸ *ego* delet Florent. *Elmenh.*—1 *Plurima* forte. *Priva* Colv. Quod nec rejicio. Cyprian. 'Quando statuerim nihil,' &c. 'mea priva sententia gerere.' *Brant.*—2 *Hujusce.* Vulg. *hujuscemodi.* Colvius. Bert. *hujuscemodi.* Elmenh.—3 Ms. *istud.* Sic eodem genere 'unctulum,' 'gustulum,' et similia. *Colv.*—4 Bas. 1. et 2. *tum.* Colvius. Fux. *tamen:* quod magis ad sensum. *Roald.* Et vere. *Tamen* abest a Palat. Dein *et* deest Oxon. Guelf. pr. *Oud.*—5 Flor. *quis e. e.* Elmenh. Cum Guelf. pr. In Pith. *quis editur.* Oud.—6 *Corinthi.* Reg. Fux. *eorum.* Tum Palat. et Guelf. sec. *C. et apud nos.* A Regio et Fux. exulat *passim*, a Pith. *hospes.* Id.—7 *Turb.* Ms. Ven. Bas. 1. *turbulenta.* Lib. IX. 'Adeo me strepitu turbulentat.' *Colv.* Mss. etiam Guelferb. Palat. Par. Reg. Fux. cum Edd. Vicent. &c. dant *turbulenta*, quod bene correxit Beroald. Adde Stewech. ad Vegetii l. III. c. 15. et Ind. *Oud.*

NOTÆ

fatidicæ mulieres, quasi Σιόβουλαι, hoc est, Dei consiliorum participes. Milo hic Sibyllam jocose vocat lucernam futuri præsagam. Decem fuerunt Sibyllæ, quarum nomina vide apud Isidorum, Origin. lib. VIII. De Sibyllis expecta eruditissimam clarissimi Viri Petri Petiti Dissertationem, in lucem propediem prodituram.

[r] *Chaldæus quidam hospes miris totam civitatem responsis turbulentat*] Horat. 'Irritat, mulcet, falsis terroribus implet, Ut Magus.' Assyriorum Magi Chaldæi dicebantur, ex gentis vocabulo: est enim Chaldæa regio Asiæ, Arabiæ contermina, in qua Babylon magna civitas. Romæ genethliaci, qui et mathematici, futurorum prænuntiatores, somniorumque interpretes, Chaldæi vulgo dicti fuerunt: sive quod soli Chaldæi artes illas profiterentur: sive, quod eas professi se mentirentur Chaldæos, quo majorem sibi compararent auctoritatem. Horum quoque æruscatorum ars Firmico ars Chaldaica dicitur. Vide Gell. lib. XIV. cap. 1. et Sextum Empiricum.

las nuptiales[8] affirmet, qui[9]* fundamenta mœnium perpetuet: qui negotiatori commodus, qui viatori celebris, qui navigiis opportunus: mihi denique proventum hujus peregrinationis [29] anquirenti,[1] multa respondit, et oppido mira, et satis varia. Nunc enim gloriam satis floridam, nunc historiam[2] magnam, et incredendam fabulam, et libros me futurum.[3] Ad hæc renidens Milo, Qua,[4] inquit, corporis habitudine præditus, quove nomine nuncupatus hic iste Chaldæus est? Procerus, inquam, et suffusculus,[5] Diophanes[6] nomine. Ipse est, ait, nec ullus alius. Nam et hic apud nos multa multis similiter effatus, non parvas stipes, immo vero mercedes opimas[7] jam consecutus,

causa: verbi gratia, quis dies corroboret vinculum jugale; quis reddat fundamenta murorum æterna; quis dies sit opportunus mercatori; quis solennis peregrinanti; quis idoneus navigationibus. Denique, cum sciscitarer ab eo quid mihi esset eventurum ex hoc itinere, plurima mihi respondit valde admiranda et multum diversa. Dixit enim nunc me comparaturum laudem præclaram, nunc scripturum amplam historiam, et fabulam incredibilem, et libros. Milo ridens ad ea, Quam, inquit, corporis staturam habet iste Chaldæus, et quomodo vocatur? Grandis est, inquam, et subniger, vocaturque Diophanes. Ipse est, inquit Milo, nec alius quisquam. Hic enim, cum plurima prædixisset multis ad eundem modum in hac urbe, comparavissetque nummos non paucos, quinimmo mercedes amplissimas, infeliciter ex-

—8 *Copulam nuptialem.* Ms. *copulas nuptiales.* Colv.—9 *F. mœnium* exulat a Palat. Mox *colubris* in Pith. *Oud.*—1 *Inquirenti.* Flor. *anq.* recte. *Elmenh.* Non ita, sed *acquirenti* in membranis Florentinis esse, e Coll. Lindenbrogii enotavit Celeb. Wolfins. Quicquid sit, *anquirenti* bene ediderunt Scriverius et Floridus. Dein *vana* Pith. *Oud.*—2 Palat. *nunc enim h.* Pro *incredendam* D'Orvill. *incredulam.* Pith. *incredundam.* Id.—3 *Facturum.* Flor. *futurum.* Elmenh.—4 *Quia* Guelf. a m. pr. Haud ineleganter est in Oxon. *Qua, inquit, qua c.* Vide supra. *Proditus* Fux. *Ille Chald.* in Reg. qui caret cum Fux. mox τῷ *inquam.* Oud.—5 Ms. *suffulculus.* Colvius. Sic fere Guelf. prim. Pith. *insuffus.* Palat. cum Guelf. sec. *suffuculus.* Par. *suffultus.* Item Pal. et Guelferb. sec. *Id.*—6 *Diafones.* Pith. *Diaphanes,* et mox *ē̄i* pro *est.* Dein edidi, *similiter effatus,* ut in Mss. et Edd. Vett. non *eff. sim.* Sed Pal. et Guelf. sec. *affatus simul.* Id.—7 *Optimas.* Assentior Beroaldo scribenti, *opimas.* Colvius. Bert. et Pal. *optimas jam c.* Wowerius. Flor. *optimas jam c.* Elmenh. Vide supra, ad 'porcum opimum,' J. Rhoër. in Fer. Dav. p. 226. Mss. tamen plurimi conspirant in vitiosum *optimas.* Reposui etiam *jam,* auctoribus Mss. et Edd. antiquis. Exciderat ex Edd. Colv. et Vulc.

NOTÆ

* *Qui dies copulas nuptiales affirmet, qui, &c.*] Cicero pro Muræna: 'Erant in magna potentia qui consulebantur, a quibus dies tanquam a Chaldæis petebatur,' &c.

Fortunam scævam, an sævam [8] verius dixerim, miser incidit. Nam die quadam, cum, frequentis populi circulo conseptus,[9] coronæ circumstantium fata donaret,[t] Cerdo quidam [u] nomine negotiator accessit eum, diem [1] commodum peregrinationi cupiens. Quem cum electum destinasset illi,[2] jam deposita crumena, jam profusis nummulis, jam dinumeratis [3] centum denariis, quos mercedem divinationis auferret; [4] ecce quidam de nobilibus adolescentulus, a tergo arrepens, eum lacinia prehendit,[5] et conversum amplexus [6]

pertus est sortem sinistram, vel (ut verius loquar) crudelem. Quodam enim die, cum, circumdatus magna plebis corona, fata distribueret toti circulo se ambientium, mercator quidam, nuncupatus Cerdo, venit ad eum, poscens diem idoneum itineri suscipiendo. Quem cum selegisset, et designavisset ei, discincto jam marsupio, jam depromta pecunia, jam numeratis centum denariis, quos ipse tolleret in pretium vaticinationis; ecce quidam juvenis ex primariis, penetrans se pone ipsum per mediam turbam, arripit eum veste, cumque ipse se vertisset, amplexatur eum, et

Oud.—8 Vulg. *Fortu. severam, an sævam.* Ms. *scenam.* Colvius. Bert. et Rom. *f. severam, an s.* Elmenh. Bene Colv. cum in plerisque libris sit, *sævum an sævam*, solito errore: unde simpliciter in Oxon. Reg. et Par. *forsan sævam miser incidit.* Fux. *fort. sævam jam m. i.* Abest *verius* a D'Orv. In Bert. est *melius.* Oud.—9 Vulgo, *septus.* Elmenh.—1 *Eum d.* Mire hæc corrupta. Putarim recte restitui posse hoc modo: *coronæ c. fata enodaret, Cerdo quidam negotiator accessit eum, diem com. pereg. cupiens prævidere.* Vocem *prævidere* reposui ex Bertin. *Wow.* *Enodaret.* Flor. *f. donaret.* Male. Lib. v. 'Conjugi præcepta sortis enodat infaustæ.' *Elmenh.* *Cerdo quidam nomine, &c.* *Credere nequeo τὸ nomine* ab ipso Apuleio esse, quippe assutum ab eo, qui dignus cerdoni Martialis servire perpetuum. Subdit ipsemet Apuleius paulo postea: 'Hæc eo narrante adhuc mœsto, cerdo ille negotiator nummulis suis correptis,' &c. Festus: 'Cercopa vocant Græci lucrari undique cupientem, quasi κέρδονα, quem nos quoque lucrionem vocamus.' *Stewech.* Sic etiam Wowerius; quare uncis inclusere alii. *Oud.* *Eum d. c. p. cupiens.* Ignorat *eum* Ms. Colvius. Bert. *p. sibi cupiens providere.* Elmenh.—2 Idem: *eum cum electum destinasset ille.* Colvius. Pal. Par. Fux. Guelf. sec. *Qui cum,* et *ille* iidem cum Guelf. pr. et D'Orv. sc. Cerdo. *Illis* Pith. Tum Pal. *dispos. cr.* item *prorsus.* Oxon. *profusus.* Oud.—3 Pal. Guelf. ambo, *denum.* Par. *denunciatis.* Id.—4 Ms. *quos in merc. div. afferret.* Roaldus. *Mihi cede div. au.* Bas. 2. editionem expressimus. Colvius.—5 *Apprehendit.* Vulgo, *prehendit.* Elmenh. Sic quidem Palat. Guelf. pr. ac Par. At Mss. ceteri et Edd. ante Elmenhorst. *preh.* quod æque probum esse, nemo sanus negaverit. *Oud.*—6 Vulg. *conversus amplexusque.* Ita, ut in veteri libro

NOTÆ

[t] *Fata donaret*] Elmenhorst. *enodaret.* At *donaret* melius longe exprimit plenariam illam, quam Magi sibi arrogant, potestatem: et fata quidem *donare* merito dici poterat Diophanes ille, cum dies suscipiendis negotiis prosperos designabat.

[u] *Cerdo quidam*] Hoc loco Cerdo nomen est proprium mercatoris. Alias appellativum est viliorum artificum, sutorum puta, atque aliorum hujusmodi lucro inhiantium, a Græca

exosculatur [7] arctissime. At ille, ubi primum consaviatus [8] eum, juxtim [9] se ut assideret [1] effecit, attonitus et [2] repentinæ visionis stupore, et præsentis negotii, quod gerebat, oblitus,[w] infit ad eum: Quam olim [3] equidem exoptatus nobis [4] advenis? Respondit ad hæc ille alius: Commodum vespera oriente. Sed vicissim tu quoque,[5] frater, mihi memora, quemadmodum exinde, ut [6] de Eubœa insula [x] festinus enavigasti, et maris et viæ confeceris iter. Ad hæc Diophanes ille Chaldæus egregius, mente viduus, necdum suus, Hostes, inquit, et omnes [7] inimici nostri, tam

basiat strictissime. Verum ille vicissim eum osculatus, simul atque jussit sedere prope se, perturbatus est admiratione qua ipsum affecerat subitus conspectus amici; nec recordatus rei, quam tunc temporis gerebat, dixit ipsi: Quam pridem huc desideratus accedis, amice? Ille alter ad ea respondit: Sub ipsum vesperæ ortum. Sed tu quoque, frater, narra mihi invicem, quomodo tam celeriter navigaveris ab Eubœa usque Insula in hanc urbem, quaque ratione emensus fueris iter tum maritimum, tum terrestre. Ad hæc Diophanes ille vates eximius, ratione destitutus, et nondum ad se reversus, Inimici nostri, inquit, omnesque qui nobis infensi sunt,

scriptum, divinavit ante legendum Beroaldus. Colvius. Fux. *et conversum amplexus.* Roaldus. Adde Mss. Reg. Flor. Guelf. ambos, Oxon. D'Orvill. &c. *Oud.*—7 *Osculatur.* Vulg. *exosculatur.* Colvius. *Exosc.* Sic Bert. Alii, *osculatur.* Elmenh. Editio Basil. *exosculatur*, quod magis placet. *Brant.*—8 *Consabiatur. Consuaviatus* Fux. *Roald.* Et sic Edd. Col. Scriv. *Consabiatus* de more D'Orvill. Guelf. et Palat. qui caret τῷ *eum.* Supra *prius* in Oxon. et Guelf. pr. *Oud.*—9 *Juxta.* Liber vetus noster, *juxtim se*, quod jam reposuerim. Vide Nonium, de quo nos etiam monuit amicissimus Canterus. *Colv. in Add. Juxtim.* Alii, *juxta.* Elmenh. Fux. *juxta se ut ascideret.* Roald.—1 Ms. *assideat.* Al. *assidat.* Colvius. Flor. *assidut.* Elmenh.—2 *Est.* Bert. *et.* Recte. *Elmenh.*—3 *Quam olim.* Idem (Ms. Lips.) *q̄n.* Al. *q₃. q̄n.* Puto *quando.* Colvius. Male. Belgice, *Hoe lang is het geleeden, dat, &c.* Oud.—4 Pal. *e. a nobis.* Elmenh. In eo non comparet *equidem.* Mox Pith. *illis aliis commode.* Dein *ad hoc* Guelf. pr. *Oud.*—5 *Sed v. tu q.* Hic in Msto Bertin. tres versus desiderantur. *Elmenh.*—6 *Exinde ut. E. urbe* Oxon. et Par. *De Euboica ins.* Tum *festine navi* male D'Orvill. Guelferb. pr. *Id.*—7 In Par. est *hospes et omnis, &c.* Oud.—8 *Duram.* Bert. *diram.* Sciopp. in

NOTÆ

voce κέρδος, lucrum. Cerdo Latine verti posset, lucrio.

[w] *Præsentis negotii, &c. oblitus*] Scilicet, se vendere Cerdoni diem peregrinationi commodum.

[x] *De Eubœa Insula*] Maxima hæc est ex Maris Ægæi Insulis, adjacens Bœotiæ, atque ab ea divulsa angusto freto, quod Euripum dixere, vocitata olim Chalcodontis, et Macris, aut Macra, et Chalcis ob æs ibi repertum. Item Abantias, ejusque incolæ Abantes apud Homerum, et Asopis. Item Straboni Oche et Ellopia. Hodie vero *Negroponte.* Est et Eubœa Siciliæ urbs Straboni; item alia urbs in ipsa Insula Eubœa, sed a mari absorpta.

diram,[8] [y] immo [30] vero Ulyxeam peregrinationem [z] incidant. Nam et navis ipsa,[9] in qua vehebamur, variis turbinibus [1] procellarum quassata, utroque regimine [2] amisso,[a] ægre ad ulterioris ripæ marginem detrusa, præceps [3] demersa est: et nos, omnibus amissis, vix enatavimus. Quodcumque vel ignotorum miseratione,[b] vel amicorum benivolentia contraximus,[4] id omne latrocinalis invasit manus: quorum audaciæ repugnans etiam,[5] cui nomen est Arisuatus,[6] unicus frater meus, sub istis oculis miser jugu-

incurrant in peregrinationem tam sævam, immo vero prorsus Ulysseam. Nam et navigium ipsum, quo ferebamur, fractum diversis vorticibus tempestatum, destitutum ambobus gubernaculis, difficulter compulsum in adversum littus, absorptum est voragine, nosque, omnibus bonis nostris perditis, ægre emersimus. Quicquid potuimus corradere aut misericordia extraneorum, aut benignitate nostrorum amicorum, illud totum rapuit turba prædonum, quorum etiam impetui resistens unicus germanus meus, Arisuatus nomine, trucidatus est infelix ante hos meos oculos.

Symb. et Susp. I. III. 4. *Diram.* Vulgo *duram*, male. *Elmenh.* B. M. *tam diram.* Putean. Adde Guelferb. utrumque, Flor. D'Orv. et Edd. ante Colv. cum Vulc. et Wow. ac Flor. reponentem *duram* e Lips. cui consentit Oxon. Vide ad p. 26. Ed. Pr. 'Dirum exemplum.' Dein *Ulyxeam*, ut supra, rescripsi fide Mss. et Edd. Vett. pro *Ulyss.* Fux. *ultriceam.* Palat. Guelf. sec. vitiose *inciderant*, Fux. *inciderat.* Oud.—9 Palat. Pith. Fux. Par. carent τῷ *ipsa.* Id.—1 Ms. *tribulationibus.* Colvius. Unde suspicor *turbinationibus.* Sed suspicor tantum. *Brant.*—2 Mang. *remige.* Putean.—3 Vulgarii, *præcipitio.* Colvius. *Præcipitio.* Fux. *præceps.* Roaldus. *Præceps.* Bertin. Ald. et Rom. *præcipitio.* Elmenh. Malim cum edit. Basil. *præcipitio.* Brant.—4 *Extraximus.* Scriptus, *traximus:* quod videtur esse *contraximus.* Colvius. Fux. *contraximus.* Roaldus. Bert. et Flor. *contraximus.* Elmenh. —5 *Etiam* deest Lips. Oxon. Palat. D'Orvill. Fux. Guelf. pr. *Oud.*—6 *Cui n. est a.* Vulg. *nomine Arisuat.* Scriptus etiam *Arysnotus.* Colvius. Bert. *Arismutus.* Flor. et Palat. *Trisnotus.* Lipsii liber, *Arisnotus.* Elmenh.

NOTÆ

[y] *Hostes, inquit, tam diram, &c.*] Solenne, mala, quorum mentio incidisset, hostibus imprecari. Ovid. 'Hostibus eveniant convivia talia nostris.' Virgil. 'Erroremque hostibus illum.' Euphemismi genus erat malum omen averruncantis.

[z] *Ulyxeam peregrinationem*] Noti sunt decennales Ulyssis errores, quorum spatio ea omnia, quæ Homerus in Odyssea canit, mala perpessus est: ut merito ab Ulyssea peregrinatione Apuleius laboriosi periculosique itineris exemplum desumserit.

[a] *Utroque regimine amisso*] Malo scilicet, et gubernaculo, quibus navis regitur.

[b] *Vel ignotorum miseratione*] Solebant naufragi victum rogantes tabulam, in qua depictum esset suum naufragium, circumferre, quo obvios quosque ad misericordiam facilius commoverent. Vide Interpretes Horatii, ad initium Artis Poëticæ: et Phædrum, lib. IV. Fab. de Simonide.

latus est. Hæc eo[7] adhuc narrante mœsto, Cerdo ille[8] negotiator, correptis[9] nummulis suis, quos divinationis mercedi destinaverat, protinus aufugit. Ac dehinc, tunc demum Diophanes expergitus sensit imprudentiæ[1] suæ labem; cum etiam nos omnes circumsecus astantes[2] in clarum cachinnum videret effusos. Sed tibi plane, Luci domino, soli omnium Chaldæus ille[3] vera dixerit; sisque felix, et iter dexterum porrigas.[4] Hæc Milone diutine sermocinante, tacitus ingemiscebam, mihique non mediocriter succensebam,[5] quod ultro[6] inducta serie inopportunarum[7] fabularum, partem bonam vesperæ, ejusque[8] gratissimum fructum amitterem. Et tandem denique devorato[9] pudore, ad Milonem aio: Ferat suam Diophanes ille Fortunam, et spolia populorum[c] rursum[1] conferat mari pariter ac ter-

Dum is adhuc referret ista valde tristis, Cerdo ille mercator resumtis propere suis denariis, quos decreverat dare in pretium prædictionis, statim se conjecit in pedes. Quo facto Diophanes tum denique excitatus agnovit quantum damnum sibi creavisset sua stoliditate, cum cerneret quoque nos omnes, qui eum circumstabamus, solutos in risum canorum. Verum opto, domine Luci, ut Chaldæus ille vera prædixerit tibi uni inter omnes, et ut sis fortunatus, et perficias peregrinationem tuam prospere. Milone narrante hæc prolixius gemebam apud me, et irascebar non leviter, quod, illato sponte mea contextu incommodarum fabularum, male perderem optimum partem vesperæ jucundissimumque fructum ejus. Postremo, insuperhabita verecundia, respondeo Miloni: Diophanes ille habeat sibi suam sortem, exponatque iterum tum mari, tum terra prædam populorum. At permitte mihi

7 *Eo* deest a m. p. in Guelferb. pr. *Oud.*—8 Pith. *illis*. Id.—9 Ms. *reptis*. An *raptis?* Colv.—1 *Impud.* Col. *imprudentiæ*. Bas. 1. et Ven. *impudicitiæ*. Colvius. *Impr.* Fux. *impudentiæ*. Roaldus. Bertin. et Ald. *imprudentiæ*. Arnobius lib. IV. 'labem flagitiorum' dicit. *Elmenh.*—2 *Nos o. circ.* Vulg. *nos o. circ. astantes*. Expunxi postremum illud, jubente ita libro scripto. Sic legendum arbitror lib. III. 'Inter tot millia populi circumsecus.' Græcismus est: *πάντες οἱ πέριξ*. *Colv.* *Circumsecus astantes*. *Τὸ astantes* additum ex Flor. et Bert. *Elmenh.*—3 Fux. *iste*. Pith. *illis*. Oud.—4 Ita Ms. Beroaldus olim reposuit: *it. d. pergas*: quam lectionem pleræque præ se ferunt editiones. Frustra. lib. VI. 'Iter retrorsum porrigens.' *Colv.* *Iter dextre pergas*. Fux. *dextere porrigas*. Roaldus. Bertin. *dexter porrigas*. Sciopp. in Symb. *Dextrum pergas*. Rom. et Bert. *d. porrigas*. lib. VI. 'Iter retrorsum pergens.' *Elmenh.*—5 *Mihique non m. succ.* Hæc absunt a Florentinis. *Elmenh.*—6 Ms. *ultra*. Colvius. Item Palat. Guelferb. uterque, Pith. Fux. a quo abest *quod*. Oud.—7 *Importunarum*. Vulgatum, *inopportunarum*. Colvius. Pal. *inopportunarum*. Elmenh.—8 Ms. *vespera ejus*. Colv.—9 Reg. Fux. *denotato*. Oud.—1 *R.* idem. Al. *tursum*. Colvius. Fux. *et cursum*. Dein *ac terræ par.* in eodem. *Oud.*—

NOTÆ

[c] *Spolia populorum*] Pecuniam, quam suarum præstigiarum ope populis emunxerit.

ræ: mihi vero fatigationis hesternæ etiamnunc saucio,[2] da veniam maturius concedam cubitum. Et cum dicto facesso, et cubiculum meum contendo:[3] atque illic deprehendo epularum dispositiones satis concinnas. Nam et pueris extra limen, credo, ut arbitrio nocturni gannitus ablegarentur, humi quam procul [31] distratum fuerat: grabatulum meum[4] assistit[5] mensula cœnæ totius honestas reliquias tolerans: et calices boni,[6] jam infuso latice semipleni, solam tempe-

adhuc laboranti ex lassitudine hesterna, ut citius eam cubitum. Et hoc dicto abeo, et peto meum cubiculum. Atque ibi offendo convivium ordinatum elegantissime. Lectus enim erat stratus servulis humi extra ostium longissime, puto, ut removerentur ab auditu nocturnarum vocularum. Astabat meo lectulo parva mensa onusta lautis reliquiis totius cœnæ, et crateres duo jam semirepleti infusa aqua, expec-

2 D'Orvill. *non f. h. cum jam m. s.* Par. Guelferb. ambo, *externæ.* Guelf.
uterque et Oxon. *modo* pro *mihi*. Ed. Junt. post. *etiamnum.* Sed vide supra.
Id.—3 Fux. *conscendo.* Roald.—4 *Nam et p. e. l. c. ut a. n. g. a. h. q. p. dis-*
tractum fuerat meum grabatulum. Corrigendum autumo, atque in ordinem
redigenda verba: *Nam et pueri e. l. c. ut a. n. g. a. q. procul. Humi distratum*
fuerat meum grabatulum. Quod ad verbum *distratum* verbo non contendam.
Nam et in Vegetio pro *equis distratis* suppositum fuisse *distractis*, ibidem os-
tendi. Addidi mendi originem inde esse, quod consonantem *c* multis locis
inserere vel adimere solent librarii. Sciunt, qui membranas antiquas volu-
tarunt. Ad hoc testis mihi Festus in 'Dumecta,' in 'Deblectare.' Eodem
modo seu more *s* literam inserebant, attestante eodem Festo in 'Dusmosum.'
Quinimmo et typographos Germanos, præsertim priores illos, id religiose
secutos in variis codicibus observavi: adeo ut non tantum ob inventam
præstantissimam atque utilissimam artem typographicam, verum eo quoque
honorem habendum censeam, quod codices Manuscriptos Germana fide ex-
primere, quam in excudendis iis suo arbitrio maluerint uti. An non hinc in
uno Apuleii exemplari Basileensi, *præfactio, blactero, victricus, inchoactus*, pro,
præfatio, &c. et contra *conditum* pro, condictum: tum illa *honustus, hostiatim,*
cohortus, itidem *clangulo, grassus*, in quibus *G* pro *C*. Similiter et consonantes
non geminatæ, in *polutus, inacessus, penatus.* Præterea non levia quoque in-
dicia scripturæ vetustæ typis fideliter reddita in *benivolus, malivolus*, in *omnis,*
tris, puerilis, pro, omnes, &c. in *ansius* pro, anxius; contra in *existimatio*, pro,
æstimatio; in aliis sexcentis, quæ in illa Editione diligens lector facile de-
prehendat. *Stewech.* Bapt. Pius in Sidonium testatur veteribus libris legi:
Nam et pueri ipsius ad limina, credo ut a. n. g. a. humi quam procul distractum
fuerat grabatulum. Sensus tamen, quem ex hac lectione elicit, idoneus non
videtur. Sed magis est, ut assentiar Beroaldo, cujus sententiam hic secutus
sum, quam vide apud ipsum. *Colv.* Locum hunc totum sic emendari recte
putat Becichemus: *Nam et puero extra limen*, id est, famulo suo, quem uni-
cum babebat, *credo ut a. n. g. ablegaretur, humi quam procul distractum fuerat*
grabatulum, et meum assistit: &c. 'Meum,' grabatulum scilicet. Nostram lec-
tionem veriorem puto. Vide Notas. *Idem in Add.* Sic et Schickeradus.
Oud. *Ablegarentur.* Ald. *oblegar.* Male. *Elmenh.* *Alegar.* Guelf. pr. *allegar.*
D'Orv. Par. prave: et mox *hami* Oxon. *Oud.*—5 Ms. *astitit* Colvius. Fux.
astitit. Roald.—6 Bene Lipsius, *bini.* Bini, frigidæ et calidæ scilicet. Lu-
cianus enim: Τράπεζα δὲ τῇ κλίνῃ παρειστήκει, ποτήριον ἔχουσα. καὶ οἶνος αὐτοῦ
παρέκειτο, καὶ ὕδωρ ἕτοιμον καὶ ψυχρὸν καὶ θερμόν. *Colv.* Omnino scribendum,

riem sustinentes: et lagena[7] juxta[8] orificio cessim dehiscente[9] patescens, facilis hauritu, prorsus[1] gladiatoriæ Veneris antecœnia.[2][d] Commodum cubueram: et ecce Fotis mea, jam domina cubitum[3] reddita, jacta proximat rosa serta,[4][e] et rosa soluta in sinu tuberante.[f] Ac me pressim deosculato, et[5] corollis revincto, ac flore persperso,[6] arri-

tantes tantum admixtionem vini: et prope erat lagena, quæ dilatabatur ore paulatim patescente, et ex qua facile hauriri vinum poterat. * * * * * * * *Forte*

bini. Veram hanc emendationem præstabit Lucianus, cujus hæc verba: Τῷ δὲ παιδὶ ἔξω ὑπέστρωτο· τράπεζα δὲ, κ. τ. λ. Bini igitur calices ad temperiem frigidæ et calidæ. *Wower.* *Cal. bini.* Sic vere magnus Lipsius. In Mstis et editis *boni* est, male. Bini inibi erant calices ad temperiem frigidæ et calidæ aquæ. Lips. Elect. I. c. 4. *Elmenh.*—7 Palat. et Guelf. sec. Codd. *laguna:* ut sæpe in Inscript. Vide T. Fabr. et Gud. &c. ad Phædr. F. XXVI. *Oud.*—8 *Juxta.* Ms. *urē.* Nescio quid sibi velit. *Colv.* Notat Colvius pro *juxta* legi in manusc. vetere *urē.* Et nescit quid sit. Ego inde lego *Lura.* *Et lagena lura cessim dehiscente patescens.* *Lura* est os culei vel utris, teste Festo: ut illud *orificio* sit glossema τοῦ *lura.* Brant. Apage istam *luram*, quam ipso pro utre sumsit Lucilius. *Juxtim* potius esset refingendum; sed nihil opus. *Oud.*—9 *O. sensim d.* Ita hunc locum correxit olim Beroaldus. Ms. Ro. *officio cessi in deascento.* Bas. 1. *orificio cessui de ascento.* Verum putarim: *cessim dehiscente.* Cessim, id est, retro. Alfenus JC. 'Interim superius plostrum cessim ire cœpit.' l. LII. D. ad L. Aquil. Martianus Capella L. VIII. 'Cessimque formidantes Abeunt pedes tremore.' *Colv.* *Sensim.* Fux. *cæsim*, recte. *Roald.* *Cessim dehisc.* Flor. *cesim d.* Rom. *officio cesim deascento.* Aldus, *a. sensim d.* male. Vide Indicem. *Elmenh.*—1 *Prorsus* exulat a Palatino. *Oud.*—2 *Antecœna* mavult Lipsius, quem adi Cent. I. Epist. LXV. ad Bonavent. Vulcanium. *Brant.* Corrupte D'Orvill. *gladiatorem V. ancœnia.* Præfero terminationem *ia.* Nam apud Macrob. l. II. S. c. 9. sunt duæ voces: 'Ante cœnam.' Guelf. pr. *ancœnia.* Oud.—3 *Cubito.* Flor. et Rom. *cubitum.* Elmenh.—4 Omnes editiones, excepta Bas. 1. *jacta pr. rosæ ser.* Colvius. Schickeradus: *tacita p. r. s.* Lucianus: Τῶν δὲ στρωμάτων ῥόδα πολλὰ κατεπέπαστο· τὰ μὲν οὕτω γυμνὰ καθ' αὑτὰ, τὰ δὲ λελυμένα, τὰ δὲ στεφάνοις συμπεπλεγμένα. *Rosæ serta.* Flor. et Bert. *r. serta.* Elmenh.—5 Abest copula a Fux. *Oud.*—6 *Prosperso.* Lege, *persperso.* Wower. Fux. *persparso.* Roaldus. Vulgo, *prosperso.* Elmenh. *Persperso* etiam in meis. *Perplesso* Palat. et Guelf. sec. Ex veteri lectione *prosperso* facere etiam possis, et forsan rectius, *præsperso.*

NOTÆ

[d] *Antecœnia*] Novator verborum non minus eleganter quam licenter appellat lagenam Veneris antecœniam, tanquam prægustatio quædam sit, et præludium, ac præparatio ad palæstram Veneriam exercendam. *Beroaldus.*

[e] *Jacta proximat rosa serta, &c.*] Locus varie vexatus. Legendum forsan *juxtim proximat.* Infra hoc libro, 'Dumque jam juxtim proximamus.' Serta et soluta hic, ut et IV. 'Floribus sertis et solutis apprecantur.' Sertis in coronam intellige. *Pricæus.*

[f] *Tuberante*] Tumescente. *Beroald.*

pit poculum, ac desuper aqua calida injecta porrigit bibam:[7] idque modico prius quam totum exsorberem,[8] clementer invadit: ac relictum[9] paulatim[1] labellis minuens, meque respiciens, sorbillat[2] dulciter: sequensque et tertium inter nos vicissim et frequens alternat poculum. Cum ego jam vino madens, nec animo tantum, verum etiam corpore ipso ad libidinem inquies[3] alioquin et petulans, etiam saucius paulisper inguinum fine,[4] lacinia remota,[g] impatientiam

Oud.—7 *Porr. uti bibam.* Fux. *porr. bibam.* Eleganter, et ita in Ald Roald. Sola Ed. Bas. pr. inserit *ut*, contra Mss. O. ac morem et elegantiam Nostri aliorumque, de qua sæpius dictum est. *Oud.*—8 *Idque modicum. Prinsquam totum exsorberem.* Sana hic omnia esse possunt, sed aliis: non etiam mihi, cui nusquam non hæret aqua. Quid ergo? Nihil certi queo: tantum transposuerim interpunctiones ad hunc modum: *porrigit bibam: idque modicum, priusquam exsorberem, clem. i. Modicum* hic non proletario ponitur intellectu: sed pro, statim, et paulo post. Utitur sæpius. Supra l. I. 'Et cum dicto rursum foribus oppessulatis intro capessit. Modico deinde regressa, patefactis ædibus, Rogat te, inquit: inteculi me.' Sic enim eum locum constituo. Nam vulgo, quod legitur, *inutili me*, natum ex eo, quod præteritorum in compositis augmentum ignorarent verveces isti librarii. *Grut. in Susp.* IV. 9. Gruterus ita hunc locum interpungit: *p. bibam: idque modicum, priusquam totum exsorberem.* Elmenh. Lego, *bibam. Idque modico priusquam totum exsorberem.* Brant.—9 *Reliquum* in D'Orvill. *Oud.*—1 Ms. *pillulatim.* Al. *pullulatim.* Arbitror scriptum fuisse antiquitus, *pollulatim.* Titinnius: 'Pollum addito ad laudem præfiscini.' *Colv.* Fux. *pillulatim*, sed corrupte, ut videtur. *Roald. Paulatim.* Palat. *pullatim.* Rom. *pullulatim.* Recte. Plautus Asinaria, Scena: 'Unumquodque istorum,' &c. 'Ubi quid dederam, quasi columbæ pulli in ore ambæ meo usque eratis.' Matius apud Agellium Noct. Attic. lib. XX. c. 11. 'Columbatim labra conserens labris:' ubi Scaliger *columbulatim* sive *columbiatim* legit. *Elmenh.*—2 Ms. *sorbilla.* Editio vetus *sorbilat.* l. III. 'Sorbillantibus saviis.' Glossæ veteres: 'Ῥοφῶ, sorbillo, voro.' *Colv.* Palat. Pith. *sorbilla.* Par. *sorbrillia*, inepte. *Oud.*—3 *Inquietus.* Sic emendat Beroaldus, et ei astipulatur scriptus codex. *Col. inquies.* Bas. 1. Ven. et Rom. *inquiens.* Faciebam *inciens.* Notat alibi Festus de scropha inciente, id est, cujus uterus, ni fallor, jam incipit incitari. Nec latius explicare me ætatis meæ verecundia sinit. Postea etiam legi *inhians.* Ut l. VII. 'Et, humi prostratis illis inhians, illicitas atque incognitas tentat libidines:' item alibi similiter. *Colv. Inquies.* Beroaldus: *inquietus.* Priapeia: 'Et inquietus inguina arrigat tumor.' Colvius, *inciens*, male. Vide Indicem. *Elmenh.*—4 *Fin.* Ms. Bas. 1. et Beroaldus ipse, *sane:* quem secuti alii. Venet. *sine.* Denique optime posteriores, *fine.* Legebat ex corrupta illa lectione etiam Lipsius, *sanie.* Colvius. *Sane lacinia remota.* Fux. *sine lascinia remota.* Sed frustra. *Roald.* Vulgo, *sane.* Lipsius, *sanie.* Sed nihil mutandum. Sallustius in Fragmentis Histor. l. v. 'Fine inguinum ingre-

NOTÆ

[g] *Paulisper inguinum fine, lacinia remota*] Illud 'inguinum fine' rectissime ex Sallustio (cujus et nos locum annotaveramus) Elmenhorstius explicavit. Sumsit ab eodem scriptore Noster et vocem 'inquies,' id est, inquietus: sic 'Impes, impetus' in Vet. Glossario. *Pricæus.*

Veneris [h] Fotidi meæ monstrans, Miserere, inquam, et subveni maturius. Nam, ut vides, prælio, quod nobis [5] sine feciali [6] officio [i] indixeras, jam proximante vehementer intentus, ubi primam sagittam [7] sævi Cupidinis in ima præcordia mea delapsam excepi, arcum meum en! ipse vigor attendit,[8] [k] et oppido formido, ne nervus rigoris [9] nimietate rumpatur.[1] Sed, ut mihi morem plenius gesseris, ineffusum [l] laxa crinem, et, capillo fluenter undante,[2] ede [3] complexus amabiles. Nec mora, cum omnibus illis cibariis vasculis [4] raptim remotis, laciniis cunctis [5] renudata, crinibusque [6] dissolutis ad hilarem lasciviam, in speciem Veneris, quæ marinos [32] fluctus subit,[7] pulchre reformata; paulisper

diuntur mare.' *Elmenh.*—5 *Nobis* deest Bertin. *Oud.*—6 Ita ex scripti libri auctoritate correximus: ut et quosdam suo tempore legisse, testis Beroaldus. Vulgati, *finali.* Proverbialis hic sermo. Arnobius l. I. 'Hoc enim primum efficiendum est ei, qui nos arguit, perpetuas et jugas calamitates fuisse has, nunquam omnino respirasse mortalia, et sine ullis, ut dicitur, feriis, multiplicium formas sustinuisse discriminum.' Prælium, quod sine feriali officio indixeras; id est, sine induciis. Varro lib. Rerum Humanarum: 'Induciæ sunt belli feriæ.' *Colv.* Ingeniosissimus vir et omni laude major, Dominicus Baudius, animæ dimidium meæ, legendum sibi videri aliquando significavit: *fecialis.* Wow. Malim *feciali.* Sciopp. in Symbola. *Fecialis.* Sic recte disertissimus Baudius. In Flor. est, *feciali,* in Rom. *fænali.* Bert. *feriali:* in Aldo, *finali.* Elmenh. Leg. videtur *feciali.* Putean. —7 Pal. Oxon. *sagiptam:* et Pal. *Cup. sævi.* Guelf. pr. *scævi.* Fux. *dilapsam.* Oud.—8 Vulgati, *vigore tetendi.* Colvius. *Vigore tet.* Fux. *vigor attendit.* Roaldus. *Vigor attetendit.* Bert. Rom. et Aldus; *ipse vigore tetendi.* Elmenh. —9 Pith. *vigoris.* Oud.—1 *In effusum.* Conjunge *ineffusum.* Putean.—2 Vulg. *cap. fluente undanter.* Colvius. Fux. *fluenter undante.* Roaldus. Rom. Bert. et Ald. *c. fluente undanter.* Elmenh.—3 Palat. *edas complexus.* Elmenh. Guelf. sec. *edcs.* Oud.—4 *Cum cib. v.* Idem, *cum omnibus illis cib. vas.* Colvius. Bertin. *o. i. c. vasantes.* Male. *Elmenh.*—5 *Cunctis suis.* *Suis* deest in Ms. *Colv.* Τὸ *suis* abest a Pal. *Elmenh.* Delevi τὸ *suis* auctoritate Mstorum, in quibus et D'Orv. Oxon. Par. Fux. *Oud.*—6 Pith. *crinibus quam.* Id.—7 Rom.

NOTÆ

[h] *Impatientiam Veneris*] Juvenal. 'Tunc prurigo moræ impatiens.' *Pricæus.*

[i] *Sine feciali officio*] Ritum belli per Feciales denuntiandi vide apud Livium, lib. I. cap. 33.

[k] *Arcum meum, &c. vigor attendit*] Hinc 'tentum αἰδοῖον' in veteri Onomastico. *Pricæus.*

[l] *Ne nervus rigoris nimietate rumpatur*] Bene hic 'rumpatur.' Donatus ad Phormionem: 'Immoderatæ plerumque vires, adducendo arcu, non telum incitant, sed nervum rumpunt.' Et alibi ad eandem Comœdiam: 'In nervum ibit. Proverbio tracto a sagittariis, cum vis conatusque tendentis arcum non in volatum teli, sed in ruptionem nervi expetatur.' *Pricæus.*

etiam glabellum feminal rosea palmula[m] potius obumbrans de industria, quam tegens verecundia,[8] Præliare, inquit, et fortiter præliare: nec enim tibi cedam, nec terga vertam.[9] Cominus in aspectum,[1] si vir es, dirige; et grassare[2] navi-

subitat. Colvius. Elmenh.—8 *Glabella femina, vel rosea palla (potius) obumbrans de industria, &c. Verecunda.* Si quid video, scripsit Apuleius, absque illa particula (*potius*): *obumbrans de industria, quam tegens verecundia.* Stewech. *Glabellum feminal.* Sic hunc locum eleganter elegantissimus Lipsius restituit: et nos illum sequi non dubitavimus. Poterat nos eo etiam fere ducere veteris libri scriptura, *glabellum,* al. *glavellum, feminea;* vulgatorum quorundam, *glabella femina vel rosea, &c.* Usus hoc Noster etiam Apologia prima. Sed adi Lipsium Elector. l. II. Beroaldus primus pro *verecundia* reposuit *verecunda.* Sed eum corrupta lectio in prioribus decepit. Putavit enim ad illud 'glabella femina' referendum: et genitalia muliebria denotari non animadvertit. Mecum hic sentit et doctrina et genere maximus vir, J. Dousa a Noortwyck, qui idem antea sibi notatum indicavit. *Colv. Glabellum feminal rosea palmula.* Ms. Fulvii: *glabellum femen vel rosea palm.* Wowerius. *Glabella femina vel rosea palmula potius, &c. verecunda.* Fux. *glavellum fœminea, vel &c. verecundia.* Corrigo, *glabellum interfeminium velamento roseæ palmulæ, &c. verecundia.* Hunc locum notavit idem Apuleius pag. 181. his verbis: 'Sed enim feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit, quia, ut e quodam meo libro legit, interfeminium tegat et femoris objectu et palmæ velamento.' Errat Lipsius, qui hoc loco *feminal* legit, et *rosea palmula,* adducto etiam in suam rem eodem Apuleii testimonio ex Apologia: sed plane liquet, eum suo sibi ferro jugulum petere. *Roald. Glabellum feminal rosea palmula p. o.* Elegans sane lectio, hoc est, auctore suo Lipsio digna. Sed Ms. legit: *glabellum femen vel rosula palmula, &c.* Sciopp. in Symbola. *Glabellum feminal rosea palmula.* Sic est in Florentino, quod etiam in mentem venit Lipsio Elect. II. cap. 21. Bertinus legit, *glabella vel rosea p.* Rom. et Aldus, *glabella fœmina vel rosea.* Fulvii liber, *glabellum fœmen vel rosea palmula.* Roaldus, *glabellum interfeminium velamento roseæ palmulæ.* Quod non sperno. *Elmenh.*—9 D'Orvill. *vertam,* male. *Oud.*—1 Videri possit *Cominus* sufficere, et illud *in aspectum* ut glossema removendum. Pro *dirige* Bas. 2. et Ber. *dirigere.* Colvius. *Cominus in aspectum dirigere.* Antiquissimi libri: *Cominus, si vir es, arrigere.* Alii: *Cominus dirige te.* In plerisque libris, quibus usi sumus, desunt illa, *in aspectum,* et sane glossema præferunt vocis *Cominus.* Liberabo igitur eruditos molestia, quam in emendandis illis verbis sustinuerunt. *Wow.* Tò *in aspectum* ignorat Palatinus, et poterit abesse. Si quis tamen retinere voluerit, omnino legat censeo, *Cominus in os spatham.* Vide Pithœum ad Petronium pag. 171. Gruterum Suspic. lib. IV. c. 11. *Elmenh.*—2 Scriptus liber, *crassare,* ἀρχαϊκῶς. Ex hoc multisque aliis similibus e vetustissimo codice descriptum nostrum hoc exemplar videmus. Ipsum ex vetustissimis non est. *Colv.* Item Pal. Oxon. et Guelferb. de more librariorum medii ævi. Vide Drak. ad Liv. lib. VI. c. 25. et millies. *Graviter* D'Orv. *gnaviter* Edd. ante Colv. ac Guelf. sec. a m. s. varietate etiam per-

NOTÆ

[m] *Glabellum fœminal rosea palmula*] Codex Ms. meus *glabellum fœminal vel ros. pal. &c.* quæ certe scriptio proxime a vero abest. Lege ex compendii vestigiis *velamento roseæ palmulæ.* Pricæus. 'Glabellum fœminal' intellige muliebre pudendum, quod Fotis meretricio more depilaverat.

ter, et occide moriturus.[n] Hodierna pugna[3] non habet missionem.[o] Hæc simul dicens, inscenso grabatulo, super[4] me sensim[5] residens, ac crebra[6] subsiliens, lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulæ Veneris fructu[7] me satiavit; usque dum, lassis animis et marcidis artubus defatigati, simul ambo corruimus inter mutuos amplexus[8] animas anhelantes. His et hujuscemodi[9] colluctationibus ad confinia lucis usque pervigiles egimus, poculis interdum lassitudinem refoventes, et libidinem incitantes, et voluptatem integrantes. Ad cujus noctis exemplar similes astruximus[1] alias plusculas. Forte quadam die[2] de me magno opere[3] Byrrhæna contendit apud eam cœnulæ[4] interes-

die quodam Byrrhæna me rogavit enixe ut adessem parvæ cœnæ apud se; cumque

petua. *Oud.*—3 Pal. *Hodiernum.* Elmenh. Immo in Palat. et Paræano ac Guelf. sec. a m. pr. est *Hodierna* sine *pugna.* Et forsan elegantius et quasi e formula omittitur. In Guelf. pr. *Hodiernam non habet m.* Oud.—4 Bert. *subter.* Elmenh. Paulo ante *anseriso* D'Orvill. vitiose. Adi Pric. et Comm. ad l. VIII. p. 163. et l. IX. non procul a fine. *Oud.*—5 *Sensim* nullius hic videtur usus. Vide, num substitui possit, *cossim residens,* id est, sarcinatorum in modum pedibus complicatis. Cur? cogites quisque secum. Addam tamen locum Pomponii Pocaria: ‘Hoc sciunt omnes, quantum est, qui cossim cacant.’ Ista poteram, fateor, tacuisse. Sed, si medicis licet partes, quas abscondit sinus, contrectare, sicubi remedium flagitant, quidni mihi liceat verba? *Grut. in Susp.* Assentior clariss. et eruditiss. viro Jano Grutero, qui legendum censet: *cossim residens.* Wow. Assentior eruditissimo Grutero rescribenti, *cossim residens,* quem vide Susp. l. IV. c. 21. *Elmenh.*—6 *Crebro.* Bas. 1. et Beroald. *crebra.* Al. *crebre.* Colvius. Bert. et Flor. *crebra.* Elmenh.—7 Flor. *frictu.* Id.—8 D'Orv. *complexus:* ut supra, frequenti permutatione. *Oud.*—9 Oxon. et Edd. Vic. Ber. Junt. utraque, Ald. Colin. *hujusmodi.* Pejus D'Orv. *hujus.* Vide supra ad p. 28. Ed. Pric. *Id.*—1 Reg. Fux. perperam *astrinximus,* et pro *plusc.* Palat. *poculas,* q. *paucul.* Id.—2 Exulat *die* ab Ms. Par. et Ed. Junt. post. per seq. *de,* ut legendum videbimus. *Id.*—3 *De me magnopere.* Alii, *mecum m.* Bertin. *de mecum magno opere.* Elmenh. Sic etiam Pith. *De me mag.* rescribendum omnino, auctoribus Mss. Flor. Reg. Fux. D'Orv. Lips. ex Coll. Voss. Palat. Oxon. Par. et Ed. Junt. post. *Mecum* rescripsere, quia exciderat *de,* ob præcedens ‘die:’ uti contra *de me contendit* dicitur, ut l. VI. p. 120. ‘Petit de te Venus:’ ubi vide.

NOTÆ

[n] *Et occide moriturus*] Non intelligit locum hunc Pricæus, qui *aut* loco *et* vult reponi, et *occide,* penultima correpta, legi. Nodum in scirpo quærit. Occidit moriturus qui suo telo mortem illam Veneream amicæ simul et sibi consciscit.

[o] *Non habet missionem*] Antiqui vocabant pugnam sine missione, cum gladiatores ea lege descendebant in arenam, ut neutri fas esset petere missionem, sed necessum eo usque dimicare, dum alter caderet. Lipsius Saturnal. II. cap. 21.

sem: et, cum impendio excusarem, negavit veniam. Ergo igitur[5] Fotis erat adeunda, deque nutu ejus consilium, velut auspicium,[p] petendum. Quæ, quanquam invita quod a se ungue latius[6] digrederer, tamen comiter amatoriæ militiæ brevem commeatum[q] indulsit.[7] Sed heus tu, inquit, cave regrediare cœna maturius.[8] Nam vesana factio nobilissimorum juvenum pacem publicam infecit:[9] et passim

valde me excusarem, dixit se non ignoturam mihi nisi venirem. Conveniendu igitur erat Fotis, petendumque erat consilium, tanquam auspicium, ab ejus voluntate. Quæ, licet ægre ferens quod ab ipsa discederem latius ungue, benigne tamen mihi concessit exiguas inducias belli amatorii. Verum heus tu, ait, vide ut cito redeas a cœna; nam furiosa cohors primariorum adolescentum perturbavit tran-

* * * * * * * * * * * *

Oud.—4 Ms. *cæ. ejus.* Colvius. Inserunt *ejus* quoque Reg. Fux. uterque Guelf. Pal. Par. D'Orvill. *Interesse* Reg. Par. Fux. Pith. Guelf. uterque. *Oud.*—5 Fux. *Ergo tibi F. Ergo* mihi παρέλκον lepidissimum. *Roald.*—6 Ms. *lautius.* Infra l. x. 'Ungue latius a se discedere passa est:' et l. xi. 'Nec tamen sinebat me animus ungue latius indidem digredi.' Ex Plauto hic loquendi modus. Aulularia: 'Si hercle tu ex istoc loco Digitum transversum aut unguem latum excesseris.' Bene in hoc correxit Trinummum et Mostellariam, me judice, decus nostrum, Lipsius Antiq. Lect. lib. I. *Colv.* Mox *comiter* deest D'Orvill. *Amatorum* Edd. Ber. Bas. pr. *Amat vix* Coll. Voss. Cod. Lips. *Oud.*—7 B. *indixit.* Putean.—8 Ex mente Fotidis reponendum *immaturius.* Nolebat enim ipsa tardius redire Apuleium a cœna propter metum grassatorum. Itidem libro sexto Venus inquit: 'Sed haud immaturius redito.' Cicero III. Offic. 'Venit ipse mature.' Vide Nonium in 'Maturare.' Emendare conabar Accii versum Menalippo apud Nonium in 'Maturum:' 'Est res aliqua, quam præsente his prius maturare instituit:' qui vulgatur, *quæ præsente his prius mature ins.* Stewech. Ex Fotidis mente reponit ille *immaturius.* Nolebat enim ipsa tardius redire Apuleium a cœna propter metum grassatorum. Ratio equidem vera: sed et eadem manebit, quamvis sua sibi relinquamus Auctori verba. Quippe 'cave' positum videtur pro, vide et cautionem adhibe. Nec istud ex meo sensu pronuntio, sed auctoritate ipsius Lucii nostri subnixus. *Grut. Susp.* IV. 13. Stewech. *immaturius*, male. Vide Gruteri Suspiciones. *Elmenh.* Adde Sciopp. Susp. Lect. I. 6. et Pricæum. Infr. p. 36. 'Cave, cadaver probe custodias: i. e. vide, cura, ubi male vulgo inseritur *ut.* In Oxon. *regradiare.* Oud.—9 E membranis hæc lectio: quomodo etiam fere emendat Beroaldus. Bas. 1. et Rom. *pace publica infecta.* Col. *pace publ. infesta.* Etiam in prioribus exigua variatio; *vesana factione nob. juv.* Ald. et Basileensis editio postrema. Fux. *Nam v. f. n. j. p. publicum infecit et p.* Roaldus. Flor. Bert. et Roman. *pace pub-*

NOTÆ

p *Velut auspicium*] Sicut nihil gerere alicujus momenti solebant Veteres, quin prius auspicarentur; sic non audet noster Lucius cœnatum foras ire, quin Fotidis suæ nutum prius consulat, qui omnium avium ipsi instar est. De auspiciis ceterisque ad augures spectantibus, vide Rosin. Antiquit. Roman. lib. III.

q *Brevem commeatum*] Quo se ad Byrrhænæ cœnam conferret.

trucidatos per medias plateas videbis jacere; nec præsidis[1] auxilia longinqua levare civitatem tanta clade possunt. Tibi vero[2] fortunæ splendor insidias, contemtus etiam peregrinationis[3] [r] poterit afferre. Fac sine cura sis, [33] inquam,[4] Fotis mea. Nam, præter quod epulis alienis voluptates meas anteferrem, metum etiam istum tibi demam[5] maturata regressione. Nec tamen incomitatus ibo. Nam, gladio solito cinctus altrinsecus, ipse[6] salutis meæ præsidia gestabo. Sic[7] paratus cœnæ me committo. Frequens ibi[8] numerus epulonum,[9] et, utpote apud primatem

quillitatem publicam: et videbis hinc inde homines interfectos stratos in mediis viis, nec præsidia præfecti provinciæ, utpote longius distantia, queunt sublevare urbem tanta calamitate. Claritas autem tuæ fortunæ poterit tibi creare insidias, et peregrinitas tua poterit te reddere despicabilem. Secura esto, inquam, mea Fotis. Nam revertar mature, non tantum quia præpono mea gaudia conviviis aliorum, verum etiam ut auferam tibi istum timorem. Nihilominus non illuc proficiscar solus. Feram enim mecum tutamenta meæ vitæ, appenso nimirum consueto ense ad alterum latus. Sic instructus confero me ad cœnam. Multi aderant convivæ, iique principes urbis, quales decebat esse apud primariam mulierem.

lica infecta passim. Alii, *p. p. infestat.* Elmenh.—1 B. *præsidiis.* Putean.—2 Par. Cod. *Omnibus vero.* In Pal. *spendor.* Oud.—3 Scribe meo periculo: *peregrinatio.* Stewech. Jacet hic sermo. Forte ita sublevandus et interpungendus: *Tibi vero Fortunæ splendor insidias, contemtus etiam peregri natio poterit afferre. Natio peregri,* id est, natio peregrina et extraria: tu natus peregri, tu peregrinus. Peregri in loco, peregre ad locum est, ut scribit Charisius ex Plauti Persa. Præclara emendatio C. V. Jac. Cujacii Institut. Justin. lib. II. Tit. de Hæred. Instit. §. ult. 'Ii, quos nunquam testator vidit, hæredes institui possunt: velut si fratris filios peregri natos, ignorans qui essent, hæredes instituerit.' *Colv.* Forte: *splendor insidias, contemtus etiam peregrinato vis poterit afferre.* Sciopp. in Symb. et in Susp. Lect. I. 6. Puto legendum: *c. e. peregrinitatis.* Elmenh.—4 Mss. D'Orv. Pith. Palat. Reg. Fux. Guelf. uterque, et Edd. ante Colvium, *inquam, sis.* Guelf. sec. *mea Fotis.* Oud.—5 Pith. *demea.* Fux. *denostra.* Id.—6 Pith. *et ipse.* Id.—7 *Sicque.* Vulg. *Sic.* Colvius. Lipsiano Cod. accedit solus forsan Flor. cum Edd. Colv. Vulc. Wow. Perperam. Vide ad pag. 25. Ed. Pric. 'Sicque judicii,' &c. *Oud.*—8 In Oxon. *tibi.* Id.—9 Vulg. *epulorum.* Colvius. Non nisi, operarum vitio, in Edd. Colin. Bas. sec. *Epulantium* Fux.

NOTÆ

[r] *Contemtus etiam peregrinationis*] Pric. [tacite, parenthetice addit Oudendorpius, dum hæc citat,] mutat et legit, *contemtum etiam peregrinatio,* quod expressi in interpretatione. At nihil mutatu est opus, nisi forte pro *peregrinationis* reponas *peregrinitatis* (quod etiam video Elmenhorstio placuisse) ut sensus sit: Contemtus etiam, in quo vulgo sunt peregrini, poterit insidias tibi parare. Sic etiam apud Lucianum non ancilla hospitis, sed Abrœa matrona, Byrrhænæ Apuleianæ personam sustinens, Lucio dicit, Καὶ ξένος πρᾶγμα εὐκαταφρόνητον, 'Peregrinus facile contemnitur.'

fœminam, flos ipse civitatis. Et opipare citro [1] et ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti; [2] [s] ampli calices, variæ quidem gratiæ, [3] sed pretiositatis unius. [t] Hic vitrum fabre [4] sigillatum, ibi crystallum impunctum; [5] [u] argentum

Dapes erant copiosæ et lautæ, et lecti ebore splendentes, operti stragulis aureis, crateres valde capaces, diversæ quidem opulentiæ, sed ejusdem pulchritudinis. Hic est vitrum eleganter configuratum, ibi crystallus distincta variis punctulis;

Oud.—1 *Opipares cibi.* Iidem, *opipares citro.* Colvius. Fux. *opipares cibi citro et ebore n. l.* verissime, vel ingens fuisset τῆς λέξεως ἔκλειψις. *Roald.* *Et op. citro* legit unus Flor. et Bertinus. In aliis tamen est *cibi.* Elmenh. —2 *Intexti.* Bert. *intecti.* Elmenh.—3 Ms. *varii q. gratia.* Sciopp. in Symb. —4 Vulg. *affabre.* Plautus: 'Hoc lepidum est, hoc factum est fabre:' et Noster alibi. Antidamas Moralibus: 'Fabre compactum animal hominem quis ferat sic esse pecuatum? quis averruncassit arietinas hominum mentes:' quem locum, ut emendarem, hic protuli. Est autem apud Fulgentium Placiadem. *Colv.* *Affabre.* Fux. *fabre.* Roald.—5 Vulgati, *impictum.* Scripta lectio elegantissima. Glossarius liber: ''Εγκεντρῶ, impungo.' *Colv.* Fux. *impactum.* *Impactum,* κεκασσυμένον: crystallo enim et vitro contexti olim parietes camerarum. Seneca Epist. XCVII. 'Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserint; nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint; nisi illis undique operosa et in picturæ modum variata circumlitio præferatur; nisi vitro condatur camera, ut bibliothecarum.' Etiam Boëthius lib. I. de Consol. Phil. 'Nec bibliothecæ,' inquit, 'potius comtos ebore ac vitro parietes, quam tuæ mentis sedem requiro.' Denique speculorum et vitri non alius usus; quæ specula Seneca intellexit per 'magnos et pretiosos orbes:' ita enim appellat alio loco cap. ult. lib. I. Nat. Quæst. ubi de Hostio illo impuro homine. Horatium quoque speculato cubiculo scorta habuisse disposita scribit Suetonius. Hac de re loci sunt laudabiles Sidonii, quos, quia corruptissime hactenus circumlati sunt, non pigebit ascribere. Lib. II. Epist. 10. loquitur de Basilica Patientis, Episcopi Lugdunensis, in hunc modum: 'Intus lux micat, atque bractuatum Sol sic solicitatur ad lacunar, Fulvo ut concolor erret in metallo. Distinctum vario nitore marmor Percurrit cameram, solum, fenestras; Ac sub versicoloribus figuris Vernans herbida crusta sapphiratos Flectit per prasinum vitrum lapillos.' Et in Narbone: 'Non tu marmora,

NOTÆ

[s] *Int.* [*Intexti*] An intexuntur lecti vestibus? Lege, meo periculo, *intecti,* hoc est, Apuleiano loquendi modo, tecti, operti; neque enim particula, *in,* hic negat. Vel, si mavis, *injecti,* quod idem prorsus sonat Apuleio.

[t] *Variæ quidem gratiæ, sed pretiositatis unius*] At vitrum, crystallum, aurum, et argentum, quæ mox enumerat, quis unius ejusdemque pretii esse dicat? Repone igitur cum Priceo, juvante Oxon. Ms. in quo non *pretiositatis,* sed *speciositatis,* legitur; repone, inquam, *variæ quidem gazæ, sed speciositatis unius.* Hoc nempe vult Apuleius, multa ibi vasa fuisse, quæ, licet alia aliis pretiosiora essent ob materiam ex qua erant conflata, nihilominus ejusdem erant pulchritudinis. 'Variæ gazæ,' dicit etiam, lib. de Deo Socratis, 'Ex argento, et auro, et gemmis monilia variæ gazæ dependent.'

alibi[6] clarum, et aurum fulgurans, et succinum[7] mire cavatum in capides,[8] [w] ut bibas: et, quicquid fieri non potest, ibi est. Diribitores[9] [x] plusculi, splendide amicti: fercula copiosa puellæ scitule subministrare,[1] pueri calamistrati

alibi argentum nitidum et aurum coruscans; et electrum miro artificio excavatum in pocula ad potandum. Denique, quicquid creditur fieri non posse, ibi reperitur. Multi escarum distributores magnifice vestiti; dapes abundantes: virgines eleganter

bratteam, vitrumve.' Sic enim leg. ille locus ex lib. veteri, cujus varias lectiones utendas mihi dedit præses humanissimus et eruditissimus P. Faber, Aquinorum hominum flos delibutus. 'Marmora' πρὸς τὸ ἔδαφος spectant, 'brattea' ad lacunaria, 'vitrum' ad parietes. Sed pax. Variarum enim lectionum fines prætergressi, πλεῖον τοῦ καθήκοντος, nobis videmur. *Roald.* Bert. Ald. et Rom. *impictum.* Elmenh.—6 Ms. *albi.* Sciopp. in Symb. Prave. *Alibi* respondet prioribus 'Hic,' 'ibi.' Statim *et* exulat a Palat. ante 'aurum.' Intelligit purum, de quo vide Lips. ad Senec. de Tranquill. c. 1. *Oud.*—7 Flor. *sucinum.* Elmenh. Ut passim in vetustioribus membranis. *Oud.*—8 *Cav. in lapides.* Vulgati plerique: *cav. et lapides.* Ald. Ven. *lapidem.* Succinum cavatum in lapides, hoc est, in modum lapidum. Sic lib. IV. emendavi: 'Jacensque in mortuum;' cum antea legeretur, *in modum mortui.* Lib. VI. 'Jupiter mugivit in bovem.' Lib. X. 'In Deæ Junonis speciem similis.' Sed et hoc libro ipso supra: 'Lapis Parius in Dianam factus.' *Colv.* *Et lapides.* Fux. *in lapides.* Lectionem vulgatam equis virisque tuetur interpres, quam etiam firmant illa inferiora, 'Gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerre.' Et sane verior est: contra enim fidem est, succinum reperiri tanta magnitudine et crassitudine, quæ cavari posset in pocula, neque id prætermisisset Plinius, alias harum rerum quarumlibet etiam minutarum diligentissimus. *Roald.* Vereor ne me pudorem devorasse cogitent alii, qui in hisce suave fluentibus scruposum quid inesse suspicer. Sed quid vetat dicere, quod suspicor? nempe non paulo malle me pro illo, *cavatum in lapides,* minimissima rescribillari licentia, *in capides. Capis* idem cum capedine et capula. Priscianus lib. VI. 'Invenitur etiam hæc capis, capidis, cujus diminutivum est capidula.' Haruntius: 'Capis genus vasis est pontificale, diminutivum capidula.' *Gruter. Susp.* Forte rectius, *capides.* Festus. Quod et Grutero placuit. *Wower.* Flor. et Rom. *c. et lapides.* Gruterus Suspic. v. cap. 2. legit: *c. in capides.* Elmenh.—9 Flor. *diritores.* Elmenh. Sic et Palat. Pith. Guelf. D'Orvill. et Edd. omnes ante Colvium, ex solita confusione τῶν *b* et *v*. Inde male *diruitores* Lips. *duritores* Par. *dirimires* Fux. *Oud.*—1 *Fercula copiosa, puellæ scitule ministrantes.* Vulgati, *fercula copiosa scitule subministrata.* Non solum pueri, sed et puellæ Veteribus in conviviis ministrabant. Seneca Epist. CX. 'Hinc puerorum perspicuos cultu atque forma greges, hinc fœminarum.' Themistius Epita-

NOTÆ

[u] *Impunctum*] Vel punctis distinctum, ut vertimus, vel purum, et nullis asperum variegatumve punctis.

[w] *Capides*] Sic lege, ut est in Scriveriana Editione, et Gruteri Suspicionibus, non *lapides.* Capis, apud Festum, est 'poculi genus, a capiendo dictum.' Item Varroni lib. I. de Vita Populi Romani.

[x] *Diribitores*] Ministri distributores escarum. Diribitorium fuit locus, in quo stipendia militibus numerantur, a diribendo, hoc est, distribuendo.

pulchre indusiati,[2] gemmas formatas in pocula[3] vini vetusti frequenter offerre.[4] Jam illatis luminibus epularis sermo percrebruit:[5] jam risus affluens,[6] et joci liberales, et cavillus hinc inde. Tum infit[7] ad me Byrrhæna: Quam commode versaris in nostra patria? Quod sciam, templis, et lavacris, et ceteris operibus[8] longe cunctas civitates antecellimus: utensilibus[9] [y] præterea pollemus affatim. Certe

ministrantes: pueri cirrati, decore vestiti, crebro propinantes vinum vetus in lapidibus pretiosis configuratis in calicum formam. Postquam lucernæ importatæ fuerunt in triclinium, jam colloquia convivalia celebrari cœperunt, jam risus undique abundare, et honesta dicteria cavillationesque jactari. Tunc Byrrhæna sic me affatur: Rectene te habes in nostra patria? Ni fallor, multum superamus omnes alias urbes delubris, et balneis, atque aliis publicis operibus. Abundamus insuper

phio: Κατακλινεὶς δ' ἐπὶ στιβάδος ἐστρωμένης τάπησι καὶ πορφύρᾳ, καὶ τραπέζαν παραθέμενος Σικελικὴν, πίνει τε ἄδδην, καὶ εὐωχεῖται, κόρης αὐτῷ τινὸς Κορινθίας ἢ παιδὸς Ἰωνικοῦ διακονουμένων. Archestratus: Χέρνιβα δ' αἶψα θύραζε φέροι, στεφανώματα δ' εἴσω, Εὐειδὴς ῥαδινῇς χερσὶ Λάκαινα κόρη. Et supra Noster: 'Sed assidue respiciens præministrantem Fotidem inibi recreabar animi.' Colv. C. scit. *subministrata*. Ms. una voce auctior: *fercula copiosa, puellæ scitule subministrantes*. Roald. Palat. ignorat vocem *puellæ*. Bertinianus ita scribit: *fercula copiosa scitule subministrata, pueri calamistrati*. Wowerius. *Ferc. cop. scit. subministrata, p. calamistrati, gemmas, &c.* Ita Bert. *Sciopp. in Symb. et Susp.* I. 6. Bert. *p. copiosa scitate subministrata*. Flor. *p. s. subministrantes*. Elmenh.—2 *P. i.* Fux. i. *indusiati*. Roald. Hæc male inducit Bertinius. *Elmenh.* Ex crebro librariorum errore *cl* pro *d* in Edd. Vicent. Ber. Bas. pr. Corrigendum jam Beroaldus monuit. *Oud.*—3 Flor. *g. f. simpocula*, male. Supra: 'Lapis Parius in Dianam factus.' Claud. lib. I. de Raptu Proserpinæ: 'In celsas surgunt electra columnas.' *Elmenh.* Vide supra, 'succinum cavatum in capides.' Scilicet *s* male locum amisit in Flor. habente *gemma*. Oud.—4 *Offerentes*. Scriptum erat in veteri libro, *efferentes*. Vulgatis, *offerre*. Colvius. *Offerre*. Fux. *offerentes*. Roaldus. Bert. Flor. et Rom. *offerre*. Elmenhorstius. Bas. Ed. *offerre*: ut sit infinitivus pro indicativo. *Brant.* In nostris etiam *offerentes*. Guelf. pr. *efferentes*. Sed vide ad 'puellæ scitule subministrare.' *Oud.*—5 Sic bene Ed. Beroald. Vulgo *percrebuit*. Vide ad p. 16. Ed. Pr. 'crebriter.' *Id.*—6 Ms. *defluens*. Colvius. Ac Fux. Mox. *et* ante 'joci' excidit Ed. Floridi, ac *cavillis* excusum est vitiose in Edd. Colin. Bas. pr. *Oud.*—7 *Tum inf.* Bert. *En, inquit*. Elmenh. In collatione, quæ penes me est, *Tu, inq.* Creberrime Nostro adhibetur 'infit.' Vide Indicem Elmenh. et Flor. *Oud.*—8 Oxon. prave, *opibus*, et per incuriam ex Ed. Floridi elapsa est vox *longe*. Id.—9 Vulgo, *utensilium*. Colvius. *Utensilium*. Fux. *utensilibus*. Roaldus. Flor. et Bert. *utensilium*. Emendo obiter Senecam Ep. LXXXVII. 'M. Cato Censorius canterio vehebatur, et

NOTÆ

[y] *Utensilibus*] Utensilia proprie sunt res cibariæ, *provisions de bouche*. Tacit. Annal. lib. II. 'Quasque copias frumenti et omnium utensilium quæque natio penderet.' Et lib. XV. 'Subvectaque utensilia ab Ostia et propinquis municipiis, pretiumque frumenti minutum,' &c. Utilia etiam pro iisdem utensilibus usurpatum invenias.

libertas otioso, et negotioso[1] [a] quidem advenæ Romana frequentia, modesto vero hospiti quies villatica: omni denique provinciæ[2] voluptarii secessus[3] sumus.[a] Ad hæc ego subjiciens:[4] Vera memoras, nec usquam gentium magis me liberum quam hic fuisse credidi.[5] Sed oppido formido cæcas et inevitabiles latebras magicæ disciplinæ. Nam ne mortuorum[6] quidem sepulcra tuta dicuntur: sed et bustis et rogis[b] reliquiæ quædam [34] et cadaverum

cibariis. Hic est profecto libertas tranquilla, et hospes quidem negotiis gaudens potest hic reperire hominum multitudinem similem Romanæ; qui vero moderatus est et ambitionis expers, otium quale ruri. Denique tota provincia huc venit sese oblectatum. Respondi ad hæc: Vera sunt quæ dicis, nec putavi me fuisse liberiorem usquam terrarum quam hic. Sed valde metuo obscuras insidias artis magicæ, quas nemo potest effugere. Nam ne monumenta quidem defunctorum feruntur esse secura, sed residua quædam et frusta corporum mortuorum rapiuntur ex bustis et

hippophoris quidem impositis, ut secum utensilia portaret.' Nam ibi etiam in Lipsii editione *utilia* male legitur. *Elmenh.*—1 *C. l. otiosa, et neg. &c.* Non aliter hunc locum olim correxit Beroaldus, quam nunc eum ex scripto codice restituimus. Vulgo ubique lectum: *Certa libertas, otiosa et negotiosa quidem, adveniente Romana frequentia.* Colvius. Fux. *Cetera libertas otiosa et negotiosa quidem. Cetera* absolute, quod dicimus, recte, et ita Latinitas omnis. Horatius: 'Excepto, quod tu non eras, [Ergone ecastor 'eras' spondæum facit? At sic scripsit Horatius: 'Excepto quod non simul esses, cetera lætus.'] cetera sanus.' Tertullianus in libro de Anima c. 14. 'Certe ille Pythagoras, etsi bonus cetera.' Porro ad illa verba, *et negotiosa quidem*, pertinet quod memini illud ex eodem Septimio, eodem loco: 'Omnia jam pervia, omnia nota, omnia negotiosa.' *Roald.* Rom. *certa l. o. et n. q. adventi.* Flor. *negotioso.* Bert. *adveniente.* Elmenh.—2 Ed. Bas. pr. *omnique prov.* Edd. ceteræ ante Colv. *omnique denique pr.* contra Mss. Tum *voluptaris* D'Orv. *Oud.*—3 Scriptus liber, *successus.* Colvius. Scriptus liber, *successus*, Juvo et firmo loco uno et item altero Arnobii II. Adver. Gen. 'Aut quod structis domibus et lautioribus successibus institutis non antiquas adamaverint casulas.' Lib. v. ubi de Proserpina: 'Raptam virginem secum vehit, et terrarum absconditur successibus rursus.' Rursum l. VII. 'An hiatus aliquis, aut ex molibus inæqualiter aggeratis successus quidam et fornices, in quos intulit se raptim circumscripto tuentium visu?' Glossæ Græco-Latinæ: 'Successus: ὑποχώρησις.' *Brant.*—4 *Ad h. ego.* Scribe: *Ad h. ego subjiciens.* Sic enim est in Ms. et Beroaldi Editione. *Colv.* Addit ult. *Ad hæc ego subjiciens*, in Ald. *Roald.*—5 Præteritum istud admodum languet: nec satis hic convenit. An fuit, *crede mihi?* Burmann. margini allevit *memini.* Oud.—6 *Mortuo* Fux. Pal. non habet τὸ *quidem.* Vide ad l. I. p. 16. 'Ac ne sufficientem supellectilem.' In eodem male *dicantur.* Bas. pr. *dicant.* Id.—

NOTÆ

[a] *Neg.* [*Negotiosa*] Lege *negotioso.* Negotiosum advenam opponit modesto hospiti.

[a] *Omni denique provinciæ voluptarii secessus sumus*] Cassiodorus digressionem appellat ejusmodi secessum, lib. XII. cap. 22. de Campania loquens: 'Urbis regiæ cella penaria, voluptuosa nimis et delicata digressio.'

[b] *Et bustis et rogis*] Servius pyras,

præsegmina[7] ad exitiabiles viventium Fortunas petuntur. Et cantatrices anus in ipso momento choragii[c] funebris[8] præpeti[9] celeritate alienam sepulturam antevertunt. His meis addidit[1] alius: Immo vero istic ne viventibus quidem ullis parcitur. Et nescio qui,[2] simile passus, ore undique omnifariam[d] deformato[3] truncatus est.[4] Inter hæc, convivium totum in licentiosos cachinnos[5] effunditur: omniumque ora et obtutus in unum quempiam angulo secubantem conferuntur.[6] Qui cunctorum obstinatione confusus,

pyris ardentibus ad perniciem vivorum. Et vetulæ incantatrices præveniunt veloci festinatione humationem alienorum cadaverum in ipso tempore feralis apparatus. Alius adjecit his verbis: Immo vero hic ne a vivis quidem ullis temperatur; et quidam, perpessus aliquid ejusmodi, mutilatus est facie ex omni parte deturpata. Interea risus solutior pervagatur totum convivium. Et cuncti convertunt vultum et oculos in quendam hominem seorsim decumbentem in angulo, qui perturbatus

7 Idem Ms. *psegnia.* Colv. Sic et Oxon. *præsengma* Guelf. pr. *præsequia* Guelf. sec. *præsignia* D'Orvill. pessime. Adi Beroald. et Pric. 'Unguium segmina' Gell. l. x. c. 15. *Oud.*—8 *Funeris.* Emendabis ex Ms. Fulvii: *funebris præpeti c.* Wower. Vide quæ Andreas Schottus in Nodis Ciceronianis lib. IV. cap. 10. notat. *Elmenh.*—9 *Perpeti.* Recte Ms. *præpeti.* Sciopp. in Symb. Scioppius ex Msto Fulvii, *præpeti.* bene. *Elmenh.* Magis placet *præpeti,* id est, præeunte. 'Aves præpetes,' quæ prosperius prævolant, apud Agel. l. VI. c. 6. *Brant.* Vide illic Comm. *Oud.*—1 Reg. Edd. Ber. Bas. pr. *addit.* Pro *istic* in Oxon. *istuc.* Id.—2 Reg. Fux. *ne qui.* Pal. *nesci qui.* Edd. Colvio priores *quis,* contra Mss. et elegantiorum morem. Passus autem magicis artibus intelligitur, ut loquitur in Apol. p. 528. Ed. Flor. *Id.* —3 *Desermato* in D'Orvill. *Id.*—4 Pric. *adest,* male. 'Nescio qui' valet, nonnemo. Non enim designare vult. *Wass.* Per *adest* enim nimis aperte designaretur conviva, et inurbane. *Oud.*—5 *Per conv. totum illicentiosus cachinnus eff.* Vulgati, *conv. totum in licentiosis cachinnis eff.* Colvius. Bert. *conv. totum illicentiosis cachinnis e.* Elmenh.—6 Puto τὸ *conferuntur* expungendum, et paulo post scribendum *obtuitione* pro *obstinatione.* Stewech. Veteres editiones, *conferunt.* Colvius. Bert. *conseruntur.* Stewechius hanc vocem putat abundare, et legit *obtuitione.* Sed nihil mutandum. *Obstinationem* vocat aspectum illorum, qui obstinate eum intuebantur, ut jam aliis observatum.

NOTÆ

busta, et rogos ita discriminat: 'Pyra,' inquit, 'est lignorum congeries: rogus, cum ardere cœperit: bustum vero jam exustum vocatur.' Hæc tamen sæpe videas nullo discrimine usurpata.

[c] *Choragii*] Choragium, Græcis χορήγιον, instrumentum et apparatus pompæ cujusvis. Item locus in quo erat scenicus apparatus Vitruvio. Choragus χορηγὸς, qui suppeditat expensas, et instrumentum scenicum, et, latiore significatu, cujusvis rei suppeditator.

[d] *Undique omnifariam*] Apuleio familiare est adverbia geminare idem significantia. Quamplurima exempla apud eum reperias.

indigna murmurabundus,[7] cum vellet exsurgere: Immo, mi Telephron,[8] [e] Byrrhæna inquit, et subsiste paulisper, et more tuæ urbanitatis fabulam illam tuam [9] remetire, ut et filius meus iste Lucius lepidi sermonis tui perfruatur comitate. At ille, Tu quidem domina, ait, in officio manes[1] sanctæ tuæ bonitatis; sed ferenda non est quorundam insolentia. Sic ille[2] commotus. Sed instantia Byrrhænæ,[3] quæ cum adjuratione suæ salutis ingratis cogebat effari, perfecit ut vellet. Ac sic aggeratis in cumulum stragulis, et effultis in cubitum,[4] suberectusque [5] in torum, porrigit dexteram, et ad instar[6] oratorum conformat articulum; duobusque infimis conclusis digitis, ceteros eminentes porrigens,[7] et infesto pollice clementer subridens,[f] infit Thele-

omnium pervicacia, et murmurans cum indignatione, cum pararet illinc surgere, Ne hoc facias, mi Telephron, inquit Byrrhæna, sed mane tantisper, ac pro solita tua comitate resume ab initio tuam illam historiam, ut hic quoque filius meus Lucius potiatur jucunditate tuæ facetæ narrationis. At ille, Tu quidem, inquit, o domina, remanes semper intra terminos tuæ inviolatæ probitatis: sed intoleranda est quorundam protervia. Sic ille indignabundus locutus est. Sed urgentes preces Byrrhænæ, quæ eum per vitam suam obtestans cogebat eloqui etiam invitum, perpulerunt ut consentiret. Telephron, stragulis in cumulum congestis, innixusque cubito, et aliquantum erectus in lectum, extendit manum dexteram, et componit juncturas digitorum ad exemplum declamatorum: duobusque imis digitis constrictis, expandit reliquos prominentes, et protenso pollice, subridens leniter, incipit: Cum ego adhuc

Elmenh.—7 Ms. *mirabundus.* Colvius. Pal. *indigne.* Elmenh. B. *indignans.* M. *indigne.* B. *mirabundus* cum Colvio. *Putean.*—8 Idem Ms. *Thelyron.* Num *Thelyphron?* 'Ο Θηλύφρων. *Colv.* Flor. *Thelyron.* Colv. *Thelyphron.* Elmenh.—9 *F. illam.* Fux. *f. illam tuam.* Roald. Scilicet *tuam* exciderat ab Ed. Bas. pr. In D'Orv. et Edd. Vett. *tuam illam.* Oud.—1 Vulgati omnes, *mones.* Infra l. v. 'Vos quidem, carissimæ sorores, ut par est, in officio vestræ pietatis permanetis.' *Colv.* *In officio manes* Aldus, recte. *Roald.* Flor. et Bert. *mones sanctæ.* Elmenh.—2 Pith. *Sicut illis.* Oud.—3 Iidem, *instanti B.* Noto infra ad l. VII. *Colv.* *Sed instanti Byrrhænæ, quæ cum.* Vulgo, *sic instantia B. quæ cum.* Elmenhorst.—4 Restitue ex Palat. et Fulv. *Ac sic agger. in tumulum strag. et effultus cubitum.* Palat. *aggregatis,* non *aggeratis* scribit. *Wow.* Pal. *aggregatis.* Elmenhorst. Fulvius mavult *effultus.* Sciopp. in Symb. Elmenhorst.—5 Ven. Ald. *suberectisque.* Sed Beroaldi Editio, ut nostra. Margo Bas. 1. *subjectisque.* Colon. *subrectisque.* Colv. *Subrectisque.* Aldus. *suberectisque.* Roald.—6 *Et instar.* V. lib. *ad instar.* Brant.—7 *Eminentes porrigit.* Flor. et Bert. *eminus porrigens.*

NOTÆ

[e] *Telephron*] Nomen est admutilati illius.

[f] *Clementer subrigens*] Optime Pricæus ex Manuscripto Oxon. reponit *clementer subridens.* Exprimitur comis illa vultus compositio, qua auditorum benevolentiam Oratores jamjam dicturi captare solent.

phron: Pupillus[8] ego Mileto[g] profectus ad spectaculum Olympicum,[9 h] cum hæc etiam loca provinciæ famigerabilis[i] adire cuperem, peragrata cuncta[1] Thessalia, fuscis avibus[2] Larissam accessi. Ac dum, singula pererrans, tenuato admodum viatico, paupertati meæ fomenta conquiro;[3] conspicor[4] medio foro procerum [35] quendam senem. Insistebat lapidem, claraque voce prædicabat, SI QUI MORTUUM SERVARE VELLET, DE PRETIO LICERETUR.[5] Et ad

pupillus profectus essem Mileto, ad Ludos Olympicos spectandos, vellemque etiam venire in hæc loca provinciæ famosæ, lustrata jam tota Thessalia, malis auspiciis Larissam veni. Dumque pecunia, quam in viæ sumtus mecum asportaram, jam valde imminuta, omnia perlustro, quærens lenimen meæ inopiæ, video quendam senem altæ staturæ in medio foro. Stabat in saxo, et alta voce clamabat: Si quis vellet custodire cadaver defuncti, pacisceretur de mercede. *Tum ego con-*

Elmenh.—8 *Infit: Telephron pupillus.* Distingue: *subr. infit Telephron: Pupillus.* Wowerius. Prava illa distinctio irrepserat sero in Ed. Colv. retenta a Vulc. et Florido. *Oud.*—9 Bert. *Olympiarum.* Elmenh. Voluit *Olympiacum*, ut l. XI. p. 257. 'Olympiacam stolam.' *Olympicum* Mss. et Grammatici retinent in Horat. lib. I. O. 1. ubi tamen Cuningh. et alii malunt, uti passim dicitur, *Olympium.* Vide et Comm. ad Suet. Aug. c. 6. 'Jovis Olympii.' Et sic in Flor. N. 9. 'Certamine Olympio.' Dein in Pith. *tum hoc in l.* in D'Orvill. *frunigerabilis*, Fux. *famigeralis.* Oud.—1 Fux. *tota.* Roald. Alterum magis Appuleianum. Vide ad l. III. p. 45. 'Cunctæ civitatis singula p.' In Bas. pr. inepte *pergrata.* Oud.—2 Fux. *fusis ominibus.* Corrupte. *Roald.* Sic et Reg. In Oxon. *f. auribus.* Partim ex glossa, partim depravate. *Oud.*—3 D'Orvill. Par. *perquiro.* Guelf. pr. *præconq.* Fueratne olim *anquiro?* ut supra p. 28. *Id.*—4 Bas. 1. *conspicio.* Colvius. Palat. *conspicior.* Mox D'Orv. perperam *procerem.* Guelf. pr. *pro quorum.* Oud.—5 *Liceretur.*

NOTÆ

[g] *Mileto*] De hac urbe jam diximus, lib. I. initio.

[h] *Ad spectaculum Olympicum*] Quod edebatur quinto quoque anno in Jovis honorem, in Pisatide, Peloponnesi regione, Elidi contributa, ad urbem Pisam sive Olympiam, unde nomen traxit. De Ludorum Olympicorum intervallis, et tempore quo instituti sunt, nihil certi habemus ante Iphitum Praxaonidæ filium Eleum, qui illos instauravit anno 777. ante Æram Christianam, a Mundi Creatione 3208. ante Romam conditam 23. a quo prima Olympias initium habuit, et ipsi Ludi stati esse cœperunt, ut quinto quoque ineunte anno redirent: unde πενταετηρικοί, id est, quinquennales, dicti sunt. Quippe quatuor exactis annis in orbem recurrebant. Tempus horum peragendorum fere æstivum, sub ipsum solstitium. In illis Agonibus confluens ex tota Græcia juventus contendebat cestibus, cursu, saltu, disco, et pugilatu. Quintus dies certamini finem imponebat. Et victor, Olympionices et Olympionicus dictus, oleagina corona donabatur, aliisque honoribus, et præmiis, quæ videre est apud Auctores, qui de ea re fusius scripserunt.

[i] *Provinciæ famigerabilis*] Thessaliæ.

quempiam prætereuntium,[6] Quid hoc, inquam, comperior? hiccine mortui solent aufugere? Tace, respondit ille. Nam oppido puer, et satis[7] peregrinus[k] es, meritoque ignoras[l] Thessaliæ te consistere, ubi sagæ mulieres ora mortuorum passim demorsicant:[8] eaque sunt illis artis magicæ supplementa. Contra ego, Et quæ tu, inquam, dic sodes, custodela ista feralis? Jamprimum, respondit[9] ille, perpetem noctem eximie vigilandum est, exertis[1] et inconnivis[2] oculis semper in cadaver intentis; nec acies usquam devertenda,[3] immo ne obliquanda quidem. Quippe cum deterrimæ[4] versipelles,[m] in quodvis animal ore converso, latenter

versus ad aliquem ex transeuntibus, Quid est hoc, inquam, quod audio? An hic mortui consueverunt aufugere? Sile, inquit ille; nam multum juvenis es, et valde novus hospes, et nescis te versari in media Thessalia, ubi veneficæ fœminæ lacerant mordicus vultus mortuorum, eaque sunt ipsis præsidia artis Magicæ. Ego ad hæc, Dic oro, inquam, qualis est illa custodia funebris? Primum omnium, reponit ille, egregie vigilandum est per solidam noctem luminibus apertis, neque ullo pacto conniventibus, et perpetuo infixis in corpus mortui, nec avertendus est obtutus in ullam partem, ac ne leviter quidem deflectendus. Quoniam pessimæ illæ sagæ, mutata corporis forma in quamlibet bestiam, penetrant se clanculum; adeo ut facile fallant

Ms. *liceret*. Colvius. Fux. *liceret*. Roaldus. Alii, *liceret*. Elmenh.—6 Fux. *quendam prætereuntem*. Roald.—7 Idem Ms. *sanis*. Forte, *sane*. Colvius. Colvius et Gruterus, *sane*. Elmenh.—8 Reg. Fux. *demors. passim*. Oud.—9 Ed. Scriv. *respondet*. D'Orv. caret τῷ *noctem*. Id.—1 Bertin. *exertisque*. Haud male. De τοῖς *que et* diximus supra. Vide Ind. Notarum. *Id.*—2 Præclare hic locus emendatus e scripto libro. Vulgati, *inconversis*. Idem hic Auctor noster l. VI. 'Et longa colla porrecti sævi dracones, inconnivæ vigiliæ luminibus addictis, et in perpetuam lucem pupillis excubantibus.' Gellius l. II. c. 1. Noct. Atticar. 'Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu, perdius atque pernox, a summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconnivens, immobilis:' ubi forsan etiam scribendum, *inconnivus, immob.* Colvius. Bert. Rom. et Ald. *inconversis*, haud æque bene. *Elmenh.*—3 Bertin. *div.* Idem. Edd. Scriv. et Florid. dant *di*. Sed male. Avertenda significat. *Oud.*—4 *Deterrime*. Fux. *deterrimæ*. Roald. In sola Bas. pr. est *me*. Burmanno hic quoque placebat aliquando *teterrimæ*. Oudendorp.

NOTÆ

[k] *Satis peregrinus*] 'Satis' hic et alias sæpe in hoc opere, multum, sonat. Sic supra: 'Mihi denique proventum hujus peregrinationis inquirenti multa respondit, et oppido mira, et satis varia. Nunc enim gloriam satis floridam,' &c. Eandem vim habet Italis vox *assai*.

[l] *M.* [*Medioque*] *ign.*] Sic Pricæus emendat, pro *meritoque ignoras, &c.* optime sane. Sic initio libri hujus: 'Reputansque me media Thessaliæ loca tenere.'

[m] *Versipelles*] Nonio versipelles sunt 'quolibet genere se commutantes.' Plautus in Amphitr. 'Versipellem se facit quando lubet.' Vocabulum hoc a vertenda pelle formatum est. Ha-

arrepant;[5] ut ipsos etiam oculos Solis et Justitiæ[n] facile frustrentur.[6] Nam et aves, et rursum canes[7] [o] et mures, immo vero etiam muscas induunt. Tunc diris cantaminibus somno custodes obruunt. Nec satis quisquam definire[8] poterit, quantas latebras nequissimæ mulieres pro libidine sua comminiscuntur. Nec tamen hujus[9] tam exitiabilis operæ merces amplior, quam quaterni vel seni ferme[1] offeruntur aurei. Ehem,[2] et quod pæne prætexieram, si qui[3] non integrum corpus mane restituerit, quicquid inde decerptum deminutumque[4] fuerit, id omne de facie sua desectum sarcire compellitur. His cognitis,[5] animum

oculos Solis et Justitiæ. Convertunt enim se in volucres, et præterea in canes et sorices, quinimmo et in muscas. Tum opprimunt sopore custodes ope feralium carminum. Nec ullus potest enumerare quantas fraudes excogitent suæ libidinis gratia. Neque tamen promittitur majus pretium tam periculosæ vigiliæ quam quatuor aut sex nummi aurei. Ehem, et quod fere prætermiseram, si quis postero die mane non reddiderit cadaver illibatum, quicquid demorsum fuerit, et ablatum ex illo, cogitur reparare id totum abscissum ex suo vultu. Ego, his auditis, obfirmo

—5 Fux. *arrepant.* Roaldus: *obrep.* Flor. et Bertin. *arrepant.* Elmenh.—6 Oxon. *frustentur,* Palat. *sustentem,* Guelf. sec. *substententur.* Ed. Junt. post. *frustrarentur.* Oud.—7 *Et ursum, canes.* Vulgati omnes, *et rursum.* Colvius. Malo cum Palat. *et rursum canes.* Wowerius. Pal. Ald. et Venet. *et rursum.* Bert. *cursus,* inepte. *Elmenh.*—8 *Nec quisquam definire.* Ms. *nec q. satis def.* Quod reponendum. *Colv.* Lege ex Flor. *nec satis q. d.* Elmenh. Et tamen in contextu cum seqq. edidit, *nec quisq. satis.* Sed præcedit *satis* etiam in Pal. Reg. Fux. Pith. Guelf. pr. Bertin. D'Orv. Oxon. Pric. Edd. Junt. post. et Scriv. A ceteris male exulat. *Oud.*—9 Palat. *ejus.* A Bas. pr. abest *tam.* Reg. *inexitiabilis.* Mox *amplior* exulat a Lips. *Ampliori* Fux. *Id.*—1 Τὸ *ferme* non est in Palat. *Elmenh.* Hinc uncis inclusit Scriverius. *Oud.*—2 Ald. *Hem.* Colvius. *Hem, et quod pæne p.* Rom. *Ehem et q. p.* Elmenh. Sic Edd. O. cum Mss. præter Edd. Junt. In Pal. D'Orv. Guelf. *Et hem.* Oxon. *Hiem.* A Regio, Fux. abest *pæne.* Sed vide Pricæum. *Oud.*—3 Par. Cod. *si quis.* Male. Vide ad l. I. p. 3. 'Si qui velit.' *Id.*—4 *Dim.* Rectius Ed. Junt. post. *dem.* ut Ms. D'Orv. lib. IV. pag. 69. 'Duce deminuti.' Consule notata ad Sueton. Cæs. c. 5. *Id.*—5 Fux. *præcognitis.* Roald.—6 D'Orv. *an. merito*

NOTÆ

betur inter maledicta.

[n] *Oculos Solis et Justitiæ*] Lib. I. Solem vocat Noster videntem Deum. A Græcis quoque πανθ' ὁρῶν, omnia videns, dicitur. Justitiam autem ex Chrysippo sic describit Gellius Noct. Attic. lib. XIV. 'Imaginem Justitiæ fieri solitam ait [Chrysippus] forma atque filo virginali, aspectu vehementi et formidabili, luminibus oculorum acribus,' &c. Ab hoc exemplari desciscunt nostri Pictores et Plastæ, qui Themidi oculos fascia velant.

[o] *Aves, et rursum canes, &c.*] Sic Manuscripti Codices a Pricæo laudati. Vulgo *aves, et ursum, canes, &c.* male. Sub ursi enim forma, animalis

meum commasculo :[6] et illico accedens præconem, Clamare, inquam, jam desine. Adest custos paratus: cedo[7] præmium. Mille, inquit,[8] nummum[9] deponentur tibi. Sed heus juvenis, [36] cave diligenter principum civitatis[1] hujus filii cadaver a malis Harpyiis[p] probe custodias. Ineptias, inquam, mihi narras,[2] et nugas meras. Vides hominem ferreum, et insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo,[q] vel Argo,[r] et[3] oculeum totum. Vix finieram: et illico me producit[4] ad domum quampiam, cujus ipsis foribus obseptis, per quandam[5] brevem posticulam introvocat me, et conclave quoddam obseratis luminibus umbrosum,

viriliter meum animum, et adiens præconem e vestigio, Jam cessa vociferari, inquam; ecce tibi præsto custos; dic quæ merces erit. Accipies mille nummos, inquit; verum heus tu adolescens, cura sedulo ut bene serves a nequissimis Harpyiis corpus filii unius ex primariis hujus urbis. Absurda, inquam, mihi garris, ac puras nænias. Vides in me virum intrepidum, et profecto impervium sopori, clarius videntem ipso Lynceo, vel Argo, et totum ex oculis conflatum. Vix desieram loqui, cum me statim deduxit ad quasdam ædes, quarum quia janua erat clausa, introducit me per quoddam posticum angustum, et ostendit cubiculum quoddam obscurum con-

comm. Oud.—7 D'Orv. *cedo.* Fors. *mi* pro *mihi cedo.* Vide supra. *Id.*—8 Prave Ed. Junt. pr. *inquam.* Id.—9 *Nummi.* Flor. *nummum.* Elmenh. M. *Nummum.* Putean.—1 *Cave d. ut primatis civitatis.* Vulgati: *c. d. principium civitatis:* quod non rejiciendum. Sic 'principes A. U.' id est, Augustæ urbis, Floridis. Ubi vide, quæ notamus. *Colv.* Fux. *c. d. ut privatis hujus civitatis cadaver a m. H. p. c.* Roaldus. Flor. Rom. et Bert. *c. d. principium c. f.* Elmenh.—2 D'Orv. *varias.* Fux. *etiam ins.* Oud.—3 Ms. *i. Lynce vel Argo vel ocul.* Colv.—4 *Produxit.* Fux. *perduxit.* Roaldus. Flor. *producit.* Bert. *perduxit.* Pal. *perducunt.* Elmenh.—5 Ms. al. *q̄dam.* Colv.—6 *Intr. me, et c.*

NOTÆ

minime domestici, non bene Solis et Justitiæ oculos effugissent.

[p] *Harpyiis*] Incantatricibus mulieribus, quæ cadaverum frusta rapiebant, veluti Harpyæ escas Phinei. De Harpyiis vide Virgil. lib. III. Æneid. et, ad illum, Servium, et Lyl. Gyrald. Syntagm. VI.

[q] *Lynceo*] Valerius Flaccus, lib. I. Argonauticon Lynceum inter Argonautas memorat perspicacissimæ aciei virum. De hoc ille: 'Fluctibus et mediis terras dabit ille magistro, Et dabit astra rati, cumque æthera Jupiter umbra Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.' Nomen videtur traxisse Lynceus a Lyncibus, de quibus Plin. lib. XXVIII. c. 8. 'Peregrinæ sunt et Lynces, quæ clarissime omnium quadrupedum cernunt.'

[r] *Argo*] Ovid. lib. I. Metamorph. 'Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, Inque suis vicibus capiebant bina quietem, Cetera servabant, atque in statione manebant,' &c.

et demonstrat matronam flebilem,[6] fusca veste contectam:[7] quam propter[8] assistens, Hic, inquit, auctoratus[s] ad custodiam mariti tui fidenter accessit. At[9] illa, crinibus antependulis hinc inde dimotis,[1] etiam[2] in mœrore luculentam[3] proferens faciem, meque respectans,[4] Vide, oro, inquit, quam expergite[5] munus obeas. Sine cura sis, inquam; modo corollarium[t] idoneum comparas.[6] Quo placito, ociter[7]

clusis fenestris, ac mulierem lamentantem amictam vestimento nigro; prope quam stans ille, Hic, ait, audacter huc venit mercede rite obligatus ad servandum tuum conjugem. At illa, rejectis in utrumque latus capillis, qui ante ejus faciem pendebant, vultum ostendens in luctu quoque formosum, et me intuens, Cura, inquit, quæso, ut vigilanter perfungaris officio suscepto. Secura esto, inquam, et præpara mihi tantum aliquod auctarium congruens meo labori. Quibus verbis assensa,

q. o. liminibus. Umbrosam demonstrat m. f. Vulgati, *umbrosum demonstrat cubiculum, matronam flebilem.* Neutra lectio adhuc mihi satis concinna videtur. *Colv.* Lectionem hanc non satis concinnam fatentur alii; etiam ego, et, quoniam liberum est, sententiam suam, quod sine præjudicio fiat, proponere, divinabam fuisse, *introvocat me ad conclave quoddam obseratis luminibus umbrosum. Demonstrat matronam.* Liquido plane sensu. At, quod legitur *matronam fusca veste indutam*, notandum est respexisse Lucium nostrum ad ævum Romanorum vetus, cum albus tantum in usu promiscuo, spretis arcessitis coloribus, quo de more pensiculate alibi doctor Lipsius. Ab hac causa lanam fuscam Polentinam Martialis nominat lugentem. L. XIV. Epig. 157. 'Non tantum pullo lugentes vellere lanas, Sed solet et calices hæc dare terra suos.' *Grut. Susp.* l. v. c. 4. Vulgati libri: *umbrosum demonstrat cubiculum, m. f.* Recte emendabis: *per quandam br. posticulam introvocat me ad c. q. o. luminibus umbrosum, demonstrat m. f.* Wowerius. *Luminibus.* Sic recte Bert. et Florent. In vulgatis est *liminibus*, male. Vide Indicem. Bertin. *demonstrat cubiculum m.* Elmenh.—7 *Contextum* Ed. Vicent. *conteptam* Guelf. pr. *Oud.*—8 Q. *p.* Ms. al. *qua pp.* Colvius. Flor. *quam prope.* Elmenh.—9 D'Orv. *Ac* vitiose, ut sæpe. *Oud.*—1 Idem liber *demotis.* Colv. Item D'Orv. Par. prave. p. 26. 'Amicula dimovent:' ubi vide. *Comatis* Fux. *Oud.*—2 Par. Guelf. pr. *et.* D'Orv. *in mœrorem.* Id.—3 Idem Ms. *luctulentam.* Colv.—4 Rom. et Flor. *respiciens.* Elmenh.—5 Idem Ms. *expergite*, omisso *quam.* Colv. Male: *τὸ quam* ad emphasin passim Auctor jungit positivo; ut dicam latius infra. In Oxon. a m. pr. *obycis.* Oud.—6 *Compara.* Flor. *comparas.* Elmenh.—7 Vulg. *ocyus.* Colvius. *Ocyus.* Fux.

NOTÆ

[s] *Auctoratus*] Obligatus mercede ad aliquid periculosum. Hoc nomen proprie gladiatoribus militibusque competit, qui in hæc concepta verba auctoris adigebantur: 'uri, vinciri, secari.' Glossarium vetus Priceo laudatum: 'Auctoratus, ὁ πρὸς σίδηρον πραθεὶς, ad ferrum venditus.' Contra, exauctoratus dicitur miles, cui sacramentum remissum est (*cassé*) Auctoramentum merces et pretium obligationis. Tertullian. Apologet. cap. 39. 'Parasiti sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi.'

[t] *Corollarium*] Varroni corollarium est, si quid additum præterquam quod debitum erat. Vocabulum fictum a corollis, quod hæ, cum pla-

surrexit, et ad aliud [8] me cubiculum inducit. Ibi corpus splendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam septem testibus,[u] manu revelat; et diutine visu præfleto,[9] obtestata fidem [1] præsentium, singula demonstrat anxie, membra contecta [2] de industria quodam [3] tabulis prænotante. Ecce, inquit, nasus integer, incolumes oculi, salvæ aures, illibatæ labiæ,[4] mentum solidum. VOS IN HANC REM BONI QUIRITES [w] TESTIMONIUM PERHIBETOTE.[5] Et cum dicto, consignatis [6] illis tabulis, facessit. At ego, Jube, inquam, domina,[7] cuncta quæ sunt usui [8] necessaria, nobis

propere surrexit, meque intromittit in aliud cubiculum. Illic retegit manu cadaver velatum mundissimis linteaminibus, coram septem quibusdam testibus, qui inducti fuerant in cubiculum: et diu lacrymata, et obsecrata fide astantium, omnia studiose ostendit, cum interim quidam describeret in tabulis partes corporis, quas contrectabat eo consilio. Ecce, inquit, nasus illibatus, oculi sani, nares intactæ, labia inviolata, mentum integrum. Vos probi cives estote testes hujus rei. *Quo dicto, discedit obsigillatis illis tabulis. Ego vero, Præcipe, inquam, domina, ut nobis*

ocyter. Roaldus. *Ocius* habent Edd. Colvio priores. Sed Mss. O. præter solum Pithœanum, dant *ociter.* Adi me ad l. VI. p. 126. 'Ociter reducunt.' *Oud.*—8 Vulgo, *illud.* Colv.—9 *Duitine* [sic] *v. p.* Repertum in aliis codicibus, *usu præfleto:* unde forte quis effecerit *viso perfleto.* Sed verius esse existimo, *et duitino* [sic] *lausu præfleto*, eo quod hæc ante justum funus fierent. 'Lausus' meminit Nonius in 'Silicernium,' et pariter leges XII. Tabularum. Immo ante Tabulas istas a Decemviris vulgatas, lausum, vel, ut alii vocarunt, lessum in funere prohibitum a Solone, testes mihi Cicero secunda Tusculana, et Plutarchus in Solone. *Stewech.* Ms. *visu præfleta.* Bas. *usu perfleto.* L. V. 'Ibique deflebant oculos, et plangebant ubera.' *Colv.* *Visu præfleto.* Hæc est emendatio a Beroaldo; cum in suo vetere reperisset *usu perfleto*, quod est etiam in nostro. *Roald.* Rom. et Flor. *d. usu perfleto*, male. *Elmenh.*—1 Pal. *fide*, recte. *Elmenh.*—2 Sic Ms. Vulgo, *verba concepta.* Malebat Lipsius, *membra contacta.* Tangebat illa singula membra, dicens, Ecce nasus integer. *Colv.* *Anxie membra contacta.* Flor. et Bert. *a. verba, concepta.* Elmenh.—3 Male Fux. Edd. Bas. pr. et Colin. *quadam.* Pro *prænotante* in Guelferb. pr. *exnot.* Oud.—4 *Illibata labia.* Vulgati, *illibatæ labiæ.* Elmenh.—5 Palat. *perhibete.* Id. Adde Guelferb. sec. *Oud.*—6 Oxon. inepte, *cum digito signatis*, et mox D'Orv. *Ac ego.* Id.—7 Fux. *dona.* Id.—8

NOTÆ

cuerant actores, in scena dari solitæ.

[u] *Introductis quibusdam septem testibus*] Non pugnant τὸ *quibusdam*, et τὸ *septem*, ut nonnullis visum, qui postremum hoc delendum censebant. Noster infra hoc eodem libro: 'Tres quidam vegetis corporibus.'

[w] *Vos in hanc rem boni Quirites, &c.*] Solennis formula rogandi testimonii in testamentis aliisque instrumentis condendis. Testator apud Isidorum, lib. IV. cap. 24. 'Hæc uti in his tabulis cerisque scripta sunt, ita videtur, ita lego, ita dico. Itaque vos Cives Romani testimonium perhibetote mihi.'

exhiberi. At quæ, inquit, ista[9] sunt? Lucerna, aio,[1] prægrandis, et oleum ad lucem luci sufficiens,[2] et calida[3] cum œnophoris et calice, cœnarumque reliquiis discus [37] ornatus. Tunc illa capite quassanti,[4] Abi, inquit, fatue,[x] qui in domo funesta cœnas et partes requiris;[y] in qua totjugis[5] jam diebus ne fumus quidem visus est ullus.[z] An istic

præbeantur omnia, quæ opus sunt ad hoc munus. Sed quænam, ait, sunt illa? Lampas, inquam, perampla, et olei satis ad lucendum usque ad diluculum, et aqua calida cum vasis vinariis ac poculo, necnon et patina instructa reliquiis cœnarum. Tum illa concutiens caput, Apage te, ait, inepte, qui petis cœnas et frusta in domo plena luctus, in qua tot jam diebus ne ullus quidem fumus conspectus est. Putasne

Ms. *visui.* Colvius. Al. *visui.* Vir doct. in ora Ed. Vic. Dein inverso ordine *exh. nobis* Palat. et *lucernam.* Oud.—9 Reg. Fux. *illa.* Id.—1 *Aio* deest Fux. *Id.*—2 Hæc verba *luci sufficiens* P. Faber, idem ille vir amplissimus nunquam satis laudatus, glossema esse putat illorum 'ad lucem.' Verum is nunquam mihi persuaserit. Est enim perelegans allusio ad varias lucis notiones, ut et hoc loco primum diem, deinde etiam lucem significat, quod notavit interpres. *Roald. Luci sufficiens* desunt in B. *Putean.*—3 Vulgo passim, *aqua. Calida,* id est, calida aqua. Noster lib. IV. 'Et ex more calida tumultuario vestro lavacro præparata.' Seneca Epist. LXXVII. 'Et calida subinde suffusa paulatim defecit.' Vide alia et plura apud Lipsium Elect. II. Ad quæ addiderim Ulpianum L. Quæsitum, de Instruc. vel Instru. Leg. 'Vas æneum, in quo sapa coqueretur, et defrutum, et aqua ad bibendum lavandamque familiam paratur.' *Colv. Et aqua.* Fux. *et calida,* prorsus eleganter, ut infra de calida, quæ ad potum. *Roald.*—4 Flor. *quassato.* Elmenh. Quassare caput indignantis est. Lib. III. 'Dejecto itaque et quassanti capite ac demussata temporali contumelia durissimo meo casui serviens.' Lib. IV. 'Hæc horum translatio veræ Veneris vehementer incendit animos, et impatiens indignationis capite quassanti fremens altius,' &c. *Idem in Add.*—5 *Tot jugis.* Alii, *tot jugibus,* male. In Floridis (N. 18.) 'Tanta et totjuga invitamenta.' *Elmenh.* In Palat. Par. et Guelferb. utroque, &c. est *totjugibus.* Sed vide Flor. N. 9. de Deo Socrat. p. 678. In Apol. pag. 874. 'Totjuga sidera.' Dein male D'Orv. Guelf. pr. *nec fum. q.*

NOTÆ

[x] *Abi, inquit, fatue, &c.*] Abire jubentur, qui absurdum quid aut dicunt aut faciunt. Terent. Adelphis Act. II. Scen. 2. 'Nunquam rem facies, abi, nescis inescare homines, Sannio.'

[y] *Partes requiris*] Sic et Græcis partes, μοῖραι, sunt reliquiæ. Sic Noster, lib. VII. 'Ad puellam commeabat assidue, partesque subreptas clanculo et prægustatas a se potiones offerebat hilaris.' Et Petron. 'Ego quidem pæne projeci partem meam, nam videbatur mihi in pullum jam coiisse.'

[z] *In qua totjugis jam diebus ne fumus quidem visus est ullus*] Qui mos lugentium. Scholiastes Juvenalis ad illum versum Satyr. III. 'Tunc gemimus casus Urbis, tunc odimus ignem:' 'Nec focum,' inquit, 'in domo nostra fieri patimur, quod et lugentes observare solent.'

comissatum te venisse credis?[6] Quin sumis[7] potius loco congruentes luctus et lacrymas?[8] Hæc simul dicens, respexit ancillam:[9] et, Myrrhine,[1] inquit, lucernam et oleum trade confestim. Et, incluso custode, cubiculo protinus facesse. Sic desolatus[2] ad cadaveris solatium,[a] perfrictis[3] oculis et obarmatis[4] ad vigilias, animum meum permulcebam cantationibus.[5] Cum ecce[6] crepusculum, et nox provecta, et nox altior,[7] [b] et dein[8] concubia altiora, et jam nox

te huc venisse epulatum? Quin induis potius mœrorem et fletus convenientes huic loco? Hæc dicens simul se convertit ad famulam, et, Heus, Myrrhine, ait, præbe ipsi actutum lampadem et oleum. Meque custode concluso intra cubiculum, statim abit. Ego sic derelictus solus ad consolationem mortui, defrictis oculis, et instructis ad vigilandum, deliniebam animum meum cantilenis. Cum ecce crepusculum advenit, et prima fax, tum nox altior, ac mox concubium profundius; jamque

Pith. *ullis.* Oud.—6 B. *An istic comensatum te venisse in ædibus c.* M. *An istuc comensatum t. v. c.* Putean.—7 Ms. *simus*: al. *samus*. Colvius. 'Sumere luctus,' 'sumere lacrymas,' Latine dici posse, pertinaciter non negaverim: nec enim caput meum bibliotheca est, ut omnium meminerim: sed, cum suggerant Mss. alias *quin simus*, alias *quin samus*, quid vetat rescribere, *quin simulas?* quomodo fere Terent. Adelph. Sc. 7. Act. IV. 'Quid facias? si non re ipsa tibi dolet, Simulare certe est hominis.' Multa sunt in Apuleio, de quibus dici potest, quod de Imperatorum legibus: 'Omnium non reddi posse rationem.' *Gruter. Susp.* l. v. c. 4.—8 Reg. Fux. *lacrymans.* Ferri posset, si transponas: *lacrymans, et hæc simul d.* Sed nihil necesse. *Oud.*—9 Palat. Fux. Par. Guelf. uterque, *ancillulam*, ut bis libro pr. p. 16. 17. *Id.*—1 Flor. *Myrrene.* Elmenh.—2 *Trade c. et inc. c. c. pr. facessit desolatus.* Vulgo, *trad. c. et inc. c. c. prot. facesse: des.* Colvius. Flor. *facesse. Sic desolatus.* Elmenhorstius. B. *hic desolatus.* Putean.—3 Manuscriptum exemplar, *perstrictis.* Colv. Vulgo, *perstrictis*, male. Petronius: 'Pueri detersis paulisper oculis redierant ad ministeria.' *Elmenh.*—4 Idem, *sed obarmatus.* Colv. Eodem modo exaratur in Palat. et D'Orvill. ac Fux. *Sed* quoque in Guelf. pr. *Oud.*—5 Palat. *cantionibus.* Id.—6 Ed. Bas. pr. *cum statim ecce.* Id.—7 *Et nox a.* Omnino hæc delenda ut superflua. *Wower.* Wower. putat hæc verba abundare. Lindenbrogius legit: *et mox altior.* Vide Censorinum de Die Natali c. 28. *Elmenh.* Ego nihil muto. *Oud.*—8 *Et deinde.* D'Orv. *et dum.* Par. *et in.* Lege, *et dein*, cum Cod. Fux. Palat.

NOTÆ

[a] *Desolatus ad cadaveris solatium*] Observa lusum non invenustum in vocibus 'desolatus' et 'solatium.'

[b] *Crepusculum, et nox provecta, et nox altior, &c.*] Noctis et diei tempora propriis discreta nominibus hoc ordine exponit Censorinus, de Die Natali, cap. 24. 'Incipiam,' inquit, 'a nocte media, quod tempus principium et postremum est diei Romani. Tempus, quod huic proximum est, vocatur 'de media nocte:' sequitur 'gallicinium,' cum galli canere incipiunt. Dein 'conticinium,' cum conticuerunt. Tum 'ante lucem,' et sic 'diluculum,' cum, Sole nondum orto, jam lucet. Secundum diluculum vocatur 'mane,' cum lux videtur Solis.

intempesta, mihique oppido formido cumulatior[9] quidem: cum repente introrepens mustela[c 1] contra me constitit, obtutumque[2] acerrimum in me destituit,[3] ut[4] tantillulum animalis[5] præ nimia sui fiducia mihi turbarit animum.[6] Denique sic ad illam, Quin abis, inquam, impurata bestia, teque ad tui similes[7] musculos[8 d] recondis, antequam nostri vim præsentariam[9] experiaris? quin abis? Terga vertit,[1] et cubiculo protinus exterminatur. Nec mora, cum

intempesta nox, mihique sane metus multo major: cum subito mustela se penetrans in cubiculum stetit mihi ex adverso, et defixit in me aciem oculorum acutissimam; adeo ut tantula bestia conturbaverit mihi mentem nimia sua audacia. Tandem sic affatus sum illam: Quin discedis, fœdum animal, et te occultas cum muribus tui similibus, priusquam sentias validissimum nostrum impetum? Cur non abscedis hinc? Fugit illa, et confestim facessit extra cubiculum. Extemplo altus sopor

Guelf. sec. ut sæpissime. *Id.*—9 *Cumulatur* malim, ut lib. IV. 'Nunc etiam redintegratur, immo vero cumulatur infortunium meum.' *Brant.*—1 Fux. *mustula.* Oud.—2 D'Orv. *obtuitumque.* Sed vide Indic. et hic Pric. Solin. c. 40. 'Visum obtutu rigidi orbis intentat.' *Id.*—3 Fux. *destitit.* Rould.—4 Fux. *nec.* Oud.—5 Ms. *tantillula animalis.* Colvius. Flor. *tantillula animalis.* Bert. et Palat. *tantulum animal.* Sciopp. et Wower. ex Msto Fulvii: *ut t. a. præsentia sui fiduciam mihi turbarit et animum,* recte. *Elmenh.*—6 *Præ n. sui fid. mihi turbaverit an.* Nihili sunt hæc. Sed meliora, quæ Ms. habet: *præsentia sui fiduciam mihi turbarit et animum.* Sciopp. in Symb. Ms. Fulvii: *præsentia sui fiduciam mihi turbarit et animum.* Wower.—7 Idem Ms. *teque ac tui sim.* Colvius. Reg. *teque ac tuis sim.* Fux. *t. ac t. silens.* Guelf. Oxon. D'Orv. Palat. *teque atque tui s.* Edd. Vicent. Ald. *similis.* Pith. *simul.* Oud. —8 Flor. *musculos.* Pal. *mæstulos.* Elmenhorstius.—9 Idem Ms. *præsentem:* al. *præsentium.* Colvius. Sed vide Lexicon Plautin. et Comm. ad l. x. p. 212. 'Venenum præsentarium.' *Nostri* deest D'Orvill. *Nostrum* Fux. *mei* Pith. et pro *experiaris* in Regio ac Fux. *experias.* Oud.—1 Non ineleganter D'Orvill. *Et terga v.* Sed idem cum Ed. Floridi male *vertit.* Creberrime ἀρχα-

NOTÆ

Post hoc 'ad meridiem,' tunc 'meridies,' quod est medii diei nomen. Inde 'de meridie:' hinc 'suprema,' &c. Post supremam sequitur 'vespera,' ante ortum scilicet ejus stellæ, quam Plautus, vesperuginem; Ennius, vesperum; Virgilius, hesperum, appellant. Inde porro 'crepusculum;' sic fortasse appellatum, quod res incertæ 'creperæ' dicuntur; idque tempus noctis sit, an diei, incertum est. Post id sequitur tempus, quod dicimus 'luminibus accensis;' antiqui 'prima face' dicebant. Deinde 'concubium,' cum itum est cubitum. Exinde 'intempesta,' id est, multa nox, qua nihil agi tempestivum est: tunc 'ad mediam noctem' dicitur: et sic, 'media nox.'' Alia fuit noctis divisio apud castra, in vigilias nempe quatuor. De quibus alias.

c *Mustela*] Maga sub forma mustelæ.

d *Ad tui similes musculos*] Per contemtum hoc dicit, quasi gravi illam contumelia his verbis affecturus. Neque enim reipsa ex eodem genere

me [2] somnus profundus in imum barathrum [e] repente [3] demergit; ut ne Deus quidem Delphicus [f] ipse facile discerneret, duobus nobis jacentibus, quis esset magis mortuus. Sic, inanimis [4] et indigens alio custode, pæne ibi [5] non eram. Commodum noctis inducias cantus perstrepebat cristatæ cohortis.[6][g] Tandem expergitus, et nimio pavore perterritus, cadaver accurro; et, admoto lumine,[7] revelataque ejus facie, rimabar singula, quæ cuncta convenerant.[8] Ecce [9] uxor misella flens cum hesternis [1] testibus introrumpit [2] [38] anxia; et, statim corpori superruens, multumque ac diu deosculata, sub arbitrio luminis recognoscit omnia.

obruit me momento in profundam suam voraginem: ita ut, dum sic ambo jaceremus, vix ipse quidem Apollo dignosceret, uter esset magis mortuus. Ad hunc ego modum exanimis, et opus habens alio custode, non eram fere ibi. Vix cristata caterva gallorum annuntiabat finem noctis cantu strepero, cum ego demum excitatus, et vehementi formidine percitus, curro ad mortuum, adhibitaque lucerna, et discooperto ejus vultu, cuncta scrutabar, quæ omnia congruebant. Ecce infortunata conjux lacrymans ingreditur valde solicita, cum testibus diei prioris, et statim, effusa in cadaver, multisque et longis basiis ei impressis, investigat singula ad lucernæ testi-

ιιῶς vortit scripsit Appuleius. *Exterminatus* Guelf. pr. *Id.*—2 *Cum me.* Fux. *unime.* Id.—3 Pal. *repetem.* Id.—4 *Inan.* Exulat a D'Orvill. *Inanis* Pith. *Id.*—5 Male Edd. quædam distinguunt *custode pæne, ibi:* ut monuere Pric. et Wass. *Id.*—6 *Cristatæ gallorum coh.* *Gallorum* aberat ab omnibus impressis. *Colv.* Palat. ignorat vocem *gallorum.* Et sane rectius abesse poterat. *Wower.* Expunxi hoc loco auctoritate Mstorum codicum vocem *gallorum,* quam male hic Colvius, Vulcanius, et Bas. 2. inculcarant. *Elmenh.*—7 Bertin. *et amoto linteo.* Haud male. *Wower.* Bert. *am. linteo.* Elmenh.—8 Col. *convenerunt.* Bas. 1. *evenerunt.* Colv. Universæ ante Colvium Edd. dant præteritum. In Mss. tamen est plus quam perfectum. *Oud.*—9 Rursus hic Palat. præbet *Et ecce.* Vide ad l. IV. p. 78. *Miselle* D'Orvill. *Id.*—1 Fux. *exteris.* Roald. Immo *et c. hesteris.* Oud.—2 *Introrupit.* Flor. *introrumpit.* Elmenh. Nec aliter Fux. Palat. cum Ed. Scriverii; quod et hic præfero: licet alioqui haud sit necessarium. Nam sæpe hæc tempora junctim variari post alios docuimus multis locis ad Cæsarem et Suetonium. P. 50. 'Perduxit et solatur.' Vulgo *solabatur.* L. IV. p. 74. 'Adæquavimus et sepimus:' quod et illic mutarunt. L. V. p. 107. 'Emergit et petiit:' al.

NOTÆ

sunt mustelæ et mures.

[e] *Barathrum*] Locus est præceps, unde emergi non potest; dictum ab eo, quod est βαθὺς βαρὺς, ut Festus putat. Apud Athenienses barathrum locus erat, in quem noxii dabantur præcipites.

[f] *Ne Deus quidem Delphicus*] Apollo, qui apud Delphos colebatur, Phocidis urbem, ubi clarissimum habuit templum et oraculum celeberrimum.

[g] *Cristatæ cohortis*] Proprie dictum. Cohortales aves rei rusticæ Scriptoribus eæ sunt, quæ domi in cortibus aluntur.

Et, conversa Philodespotum[h] requirit actorem:[3] et ei[4] præcipit bono custodi redderet sine mora præmium. Et oblato statim, Summas,[5] inquit, tibi, juvenis, gratias agimus: et hercules[6] ob sedulum istud ministerium inter ceteros[7] familiares dehinc numerabimus. Ad hæc[8] ego insperato lucro diffusus in gaudium, et in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam, attonitus, Immo, inquam, domina, de famulis tuis unum putato; et,[9] quoties operam nostram desiderabis, fidenter[1] impera. Vix effatum[2] me statim familiares omnes nefarium[i] execrati, raptis[3] cujusquemodi telis,[4] insequuntur. Pugnis

monium. Et, se convertens, advocat Philodespotum procuratorem suæ domus, et ipsi imperat ut persolvat e vestigio mercedem probo custodi. Qua mihi exhibita incunctanter, Maximas, inquit, tibi grates reddimus, o adolescens: et certe propter istam operam diligenter navatam accensebimus te deinceps inter reliquos domesticos nostros. Ad illa verba, ego in lætitiam effusus, ob quæstum inexspectatum, et stupens aspectu micantium aureorum nummorum, quos subinde agitabam manu mea, Immo, inquam, hera, habe me instar unius ex servis tuis; et, quotiescumque indigebis nostro ministerio, impera audacter. Vix ea dixeram, cum domestici abominati malum omen meorum verborum, correptis armis omnis generis, persequuntur

petit. L. x. p. 211. 'Dirupit et præcipit.' *Oud.*—3 Vulgatum ubique *auctorem.* Actoris servi multa in libris nostris mentio. L. Quæsitum XII. §. Papinianus, et l. XX. §. prædia, D. de instrum. vel instr. legat. L. VIII. in principio D. Famil. ercisc. et sæpius. Salvianus de Providentia Divina: 'Pavent quippe actores, pavent silentiarios, pavent procuratores. Prope ut inter istos omnes nullorum minus servi sint, quam dominorum suorum.' *Colv.* Fux. *actorem.* Actores in servis jurisconsultis notum. *Roald.* Rom. *auctorem*, male. Vide Colv. *Elmenh.*—4 Vulgati, *eique.* Colvius.—5 Plerique, *sumas*, excepto Bas. 2. *Colv.* Exceptis etiam Juntinis et Aldi. In Ms. Fux. etiam *sumas.* *Juvenis tibi* D'Orv. *Gratias* abest ab Oxon. *Oud.*—6 Non inconcinne Ed. Scriv. *te Hercules.* Id.—7 *I. cet. f. num.* B. *i. nostros f.* Puteanus. D'Orv. *miramus.* Oud.—8 Oxon. *Ac hæc.* Pith. ut sæpissime, *Ad hoc.* Id.—9 Exulat copula a Pith. *Id.*—1 Palat. *defidenter*, Bas. pr. *confidenter.* Id.—2 Vulg. *Vix hæc eff.* Colvius. *Hæc* non additur, nisi Edd. Ald. Junt. post. Colin. Bas. *Oud.*—3 Iidem libri: *omnifariam exertis raptim.* Colvius. Fux. *omnes nefariam execrata raptis*, haud male. *Roald.* Bert. *omnifariam exertis r.* Grut. et Mercerus, *omen n. execrati*, probe. *Elmenh.*—4 *Raptis telis.* Rom. Bert. et Ald. *exertis raptim telis.* Id. Scilicet illi libri, qui *exertis* ha-

NOTÆ

[h] *Philodespotum*] Nomen proprium Procuratoris illius, ex duabus Græcis φίλος et δεσπότης conflatum, significat, quod Horatius ait, 'amicum Mancipium domino.'

[i] *Omnes* [*omen*] *nefarium*] Sic recte Gruterus et Mercerus ex corrupta scriptura *omnes nefarium.* *Omen* illud *nefarium* pete ex his verbis Telephronis: 'Quoties operam nostram desiderabis, fidenter impera.' Hoc est: Quotiescumque aut maritum alium,

ille malas offendere, scapulas alius cubitis impingere, palmis infestis [5] hic latera suffodere, calcibus insultare,[6] capillos [7] distrahere, vestem discindere. Sic in modum superbi juvenis Adoni,[8] [k] vel musteluatis pipletis laceratus [l] atque

me. Hic cœpit lædere maxillas pugnis, ille ferire humeros cubitis, alius pertundere latera infensis manibus, insultare pedibus, divellere comam, lacerare vestem. Sic ego laceratus conviciis, atque divulsus instar superbi adolescentis Adonidis, vel

bent, præferunt *raptim*. Sed aliter ceteri. Et vide Pricæum. *Cubitus* Guelf. pr. *Oud.*—5 Basileenses, *injectis*. Alibi: 'Tundebat faciem manibus infestis.' *Colv. Injectis.* Fux. *infestis*, in libro Aldus et infra. *Roald.* Vitiose *injectis* quoque in Ed. Beroald. *Oud.*—6 Fux. *insulcare*. Poëticum et Apuleianum. *Roald.* Sic et Regius, me tamen haud probante, de quo infra. *Oud.*—7 Palat. *capillo*. Elmenh. Nec aliter ambo Guelferb. *Oud.*—8 Scribo *Adonei*. Plautus: 'Ubi Aquila catamitum raperet, aut Venus Adoneum.' Sic Simonideus. Ausonius: 'Concedat Cei musa Simonidei.' *Vel musteluatis pipletis laceratus atque discerptus.* Hæc scripta lectio; hæc in Romana, hæc in Veneta et Basileensi antiqua editione. Beroaldus emendat *mustelatis peplis*, qui etiam in scripto codice legi testatur, *Musæi vatis Pimpleidos.* Quod et Pius Annotat. prioribus notat. Lipsius *Musæi vatis*. Gulielmius noster Verisimilibus scribit, *miselli acis piplis.* Ego quod meum hic promam non habeo. Certe hic locus sæpius me torsit, et necdum satis sanum eum habemus. *Colv. Mustelatis peplis.* Fux. *musteluatis pipletis.* Utrumque corruptum. *Roald.* Scripturæ varietas, quam libri veteres referunt, satis ostendit hujus loci difficultatem. Liber Fulvii, *musculosis peplis*, Palat. *mustelatis.* Deinde adjectum ab alia manu *musteluatus*. Sunt, qui emendent: *vel Musæi vatis piplis laceratus.* Aldina editio: *vel mustelatis peplis lacer.* Dubito an asserere ausim, *mustelata pipla* habere aliquid simile cum 'nænia soricina' Plauti. *Wower.* Simplicissima videtur lectio: *vel Musæi vatis pipulis laceratus.* Sciopp. in Symb. *Sup. juv. Adonæi velut mustelatis peplis laceratus.* Variæ hoc loco eruditorum conjecturæ, utinam non et vanæ. Flor. et Rom. legunt: *s. j. Adoni vel musteluatis pipletis.* Fulvii liber, *musculosis p.* Pal. *s. j. A. v. mustelatus p.* Lipsius et Scioppius, *Musæi vatis pipulis laceratus.* Gulielmius Veris. Lib. III. c. 4. 'miselli acis piplis.' Baptista Pius in Annotat. prioribus p. 108. et Beroald. *superbi j. Adoni vel musæ vatis Pimpleidos.* Nos

NOTÆ

aut affinem mortuum nocte custodiendum habebis. Quæ verba mali esse ominis nemo non videt.

[k] *Superbi juvenis Ad.*] 'Superbi' ob pulchritudinem, juxta illud Ovidii Fastorum, lib. I. 'Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.' *Adonei.* Plauto quoque Adonis dicitur Adoneus. De hoc vide Ovid. Metamorphos. lib. X.

[l] *Vel musteluatis pipl.* [*peplis*] *laceratus, &c.*] Omissis variorum in hunc locum commentis et emendationibus, ex Lipsii et Schoppii conjecturis lego, *vel Musæi vatis pipulis laceratus, &c.* Intelligoque Orpheum, Musæ Calliopes et Apollinis, vel, ut aliis placet, Œagrii fluvii filium; qui a Threïciis mulieribus Bacchi Orgia celebrantibus discerptus est, ut narrat Ovidius. Hæc lectio sensum satis commodum efficit: contusum scilicet pugnis Telephronem, et pipulis, hoc est, conviciis et maledictis proscissum fuisse a familiaribus illius matronæ, eodem modo quo Adonis

discerptus, domo proturbor.[9] Ac, dum in proxima[1] platea refovens animum, infausti atque improvidi sermonis mei[m] sero[2] reminiscor, dignumque[3] me pluribus etiam verberibus fuisse merito consentio, ecce jam ultimum defletus atque conclamatus[n] processerat mortuus, rituque patrio,[4] utpote unus[5] de optimatibus, pompa funeris publici ductabatur per forum. Occurrit ad latus[6] quidam mœstus in lacrymis,[o] genialem canitiem revellens[7] senex: et, manibus ambabus invadens torum, voce contenta quidem, sed assiduis singultibus impedita, Per fidem vestram, inquit, Quirites, per pietatem publicam, peremto civi subsistite,[8] et extremum facinus in nefariam scelestamque[9]

Poëtæ filii Musæ, quatior foras. Dumque reficiens animum in proxima via recordor, sed tarde, mei sermonis sinistri atque imprudentis, et agnosco me jure promeritum fuisse plures etiam plagas, ecce jam cadaver efferebatur deploratum novissimis lacrymis, et ultimo clamore; et ducebatur per forum cum magnifico apparatu funeris publici, more suorum majorum; erat enim unus ex primariis. Senex quidam lacrymans præ mærore advenit a latere, vellens suos nativos canos: et, injiciens utramque manum in feretrum, voce quidem exerta, sed interrupta perpetuis singultibus, Per fidem vestram, o cives, inclamat, per caritatem publicam, ferte opem concivi vestro interfecto, et ulciscamini graviter scelus atrocissimum adversus hanc

Aldinam lectionem expressimus. *Elmenh.*—9 Fux. *protrahor.* Roald. *Protrahor.* Alii, *proturbor.* Elmenh.—1 Guelf. pr. *in proximo.* Oud.—2 Fux. *sero.* Roald. In sola Ed. Bas. sec. est *serio.* Mox *rituque prævio* Fux. *Oud.* —3 Vulgo, *dignumque.* Colv. Scribe ex Fulviano *refoveo.* Wow. Et Ms. et contextus suadet legendum *refoveo;* si tamen mox legatur: *dignumque.* Sciopp. in Symb.—4 Guelf. pr. *patria.* Id.—5 Deest *unus* in Guelf. pr. *Id.* —*Ad latus* iidem. Vulg. *adanxius.* Colv. *Allatus* Fux. *Roald.* Bertin. et Rom. *adanxius,* male. Vide Indicem. *Elmenh.*—7 Ms. et Bas. 1. *invelleras.* Fortean *vellicans.* Colv. Fux. *revolvens.* Roaldus. Bert. *convellens.* Rom. *invellerans,* male. *Elmenh.* Ms. *invelleras.* Unde Colv. *vellicans.* Ego *involans.* Brant. Bene, si in crines alterius involasset, non suos ipsius lacerasset. Bene *revellens* correxit Beroald. cum corrupte ederetur *invelleras.* Unde Junt. pr. *invellens,* ut scribitur etiam in Pith. Si quid mutandum, mallem *intervellens* e Senecæ Ep. XIV. 'Barbam vellere aut intervellere.' Sed *revellens* servant Mss. ceteri et Edd. Junt. post. aliæque: ut passim pro, detrahere et extrahere, occurrit. *Oud.*—8 Ed. Vicent. *substite.* Vide ad Suetonii Vitell. c. 5. 'Fratri substitisset.' *Id.*—9 Palat. *scelesteque.* Id.—1 Vulgo,

NOTÆ

ab apro, et Orpheus a Bacchantibus fuerat laceratus. Sic 'pipulo,' differre, apud Plautum legitur.

[m] *Infausti sermonis mei*] Quo funestam suam operam fuerat pollicitus.

[n] *Defletus atque conclamatus*] Sic lib. I. 'Domi tuæ defletus atque conclamatus es.' Ad quem locum vide quæ diximus.

[o] *Mœstus in lacrymis*] Sic supra, 'senex gravis in annis.' Et Virgil. lib. v. Æneid. 'Horridus in jaculis.'

[39] istam fœminam[1] severiter vindicate.[2] Hæc[3] enim, nec ullus alius, miserum adolescentem sororis meæ filium, in adulteri[4] gratiam, et ob prædam hæreditariam extinxit[5] veneno. Sic ille senior[6] lamentabiles questus singulis instrepebat.[7] Sævire vulgus interdum,[8] [p] et facti[9] verisimilitudine ad criminis credulitatem[1] impelli. Conclamant[2] ignem, requirunt saxa;[q] parvulos ad exitium mulieris hortantur. Emeditatis[3] ad hæc illa fletibus, quamque sanctissime poterat, adjurans cuncta numina, tantum[4] scelus abnuebat. Ergo igitur senex ille: Veritatis arbitrium in divinam providentiam[5] reponamus. Zachlas[6] adest[r] Æ-

detestabilem et facinorosam mulierem. Hæc enim, nec alius quisquam præter ipsam, toxico sustulit hunc infelicem juvenem, filium meæ sororis, ut gratum faceret adultero suo, et simul ut invaderet ejus hæreditatem. Hoc modo ille senex edebat lamentationes querulas singultibus interruptas. Interim plebs cœpit commoveri ad iram, et induci ad fidem habendam sceleri, probabilitate rei ipsius. Flagitant ignem magno clamore, poscunt lapides; incitant pueros ad perniciem mulieris. Ad hæc illa confictis ejulatibus, obtestansque Deos omnes per sanctissima quæque, amoliebatur a se tam dirum facinus. Ille igitur senex, Permittamus, inquit, judicium veritatis consilio Deorum. Ecce Zachlas Ægyptius, vates præstantissimus, qui

mulierem. Colv.—2 Palat. prave *judicate;* de quo alias. Male exulat *in* a Fux. habente *illam* pro *istam.* Oud.—3 Par. *Hujus.* Reg. Fux. *Idem enim.* Id.—4 Bert. *adulterii.* Elmenh. Sic et Ed. Bas. pr. *Oud.*—5 D'Orv. *extruxit.* Id.—6 Fux. *senex.* Roald.—7 Q. s. i. Tuum judicium erit, veriorne sit conjectura mea scriptura vulgari: *questus singultibus interstrepebat.* Vide, quæso, quod modo præmissum est: 'Manibus ambabus invadens torum, voce contenta quidem, sed assiduis singultibus impedita.' Pari fere phrasi infra Libro quinto, 'Suscipit,' inquit, 'Psyche singultu lacrymoso sermonem incertans.' Simile plane illud Apuleii Libro sexto: 'Dum hæc identidem puella replicat, votisque crebros intermiscet suspiratus.' Simile quoque libro undecimo de Asino: 'Singultu crebro sermonem interficiens, et verba devorans.' *Stewech.* J. Gulielmius de conjectura, *singultiens strepebat.* Colv. Malim *singultim strepebat.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. lib. III. c. 6. *Singultim instrepebat.* Gulielm. *singultiens* i. Stewech. *singultibus* i. Vide Grut. l. v. Suspic. c. 6. *Elmenh.*—8 Bona est Fulvii conjectura legentis, *incertum.* Sciopp. in Symb. Recte Gulielmius Verisimil. lib. III. c. 4. *incertum* emendat. Virgilius in re simili: 'Scinditur incertum studia in contraria vulgus.' *Elmenh.*—9 *Facti.* Scriptus *fem.* Colv.—1 Idem, *crudelitatem.* Id. Rom. *crudelitatem,* male. *Elmenh.*—2 Fux. *clamant.* Oud. —3 Fux. *emendicatis,* ἐνεργητικώτερον. *Roald.*—4 *Numina, tantum.* Pith. *numantium.* Oud.—5 B. *in divinam, inquit, pr.* Putean. Certo indicio, verbum id e glossa irrepsisse. *Ponamus* Pith. *Oud.*—6 Ms. *Cathlas.* Colv. *Calchas* emenda-

NOTÆ

[p] *Sævire vulgus interdum*] 'Interdum' hic, ut et sæpe alias apud hunc Auctorem, significat, interim. Furentis plebis tela. Virgil. 'Sævitque animis ignobile vulgus; Jamque faces et saxa volant.'

[q] *Conclamant ignem, requirunt saxa*]

[r] *Zachlas adest*] Nomen est pro-

gyptius, propheta primarius,[5] qui mecum jamdudum grandi præmio pepigit, reducere paulisper ab Inferis [7] spiritum, corpusque istud [8] postliminio mortis [9] [t] animare. Et cum

constituit mecum jampridem ampla mercede, revocaturum sese tantisper ab Inferis animam hujus mortui, ipsumque rursus animaturum post mortem. Quod cum dix-

verim, ut respiciat ad illum vatem Trojanum. *Grut. l.* v. *Susp. c.* 6. Flor. *Tachas.* Pal. *Zattlas.* Lipsii liber *Cathlas.* Gruterus *Calchas.* Elmenh.—7 *Reducere ab inf.* Fux. *paulisper ab inf.* Roaldus. Palat. et Bertin. *ab inferis paulisper sp.* Wower. Sciopp. in Symb. et lib. III. Susp. L. cap. 6. Τὸ *paulisper* adjeci ex Flor. Bert. et Pal. *Elmenh.* B. M. *red. paulisper ab inf. spir.* Putean. Adde D'Orvill. Oxon. Pith. et egregiam illam Ed. Junt. post. Mortuorum ista resuscitatio fingitur semper facta in perparvum tempus. Sequitur ideo 'brevis lucis usura,' 'exiguum vitæ spatium,' 'momentaria vita.' Vide etiam Lucan. l. VI. In Mss. aliquot *pepegit.* Oud.—8 Palat. Fux. *illud.* F. *illuc* Putsch. in marg. *Id.*—9 Dicam, etsi forte audacior videbor, illud *mortis* suspectum mihi esse, tanquam ab aliena manu huc ascitum. Juvat me, quod libro tertio idem Auctor ita collocavit id verbi 'postliminium' absolute: 'Statimque,' ait, 'in meum Lucium postliminio redibis.' Jurisprudentes vero aliter ea voce usos non memini; juris quoque non imperitum fuisse Apuleium, adæque certum est. Præterea non alia mea opinio est, quam mendosum quoque esse, quod subjiciam ex lib. decimo: 'Surgentem postliminio (mortis) deprehendit filium.' *Stewech.* Non nemo est, cui penultima dictio suspecta, tanquam ab aliena ascita manu: quia et alias idem Auctor absolute id verbi collocet: Jurisprudentes vero aliter ea voce non usos: cujus quoque non imperitum fuisse Apuleium, adæque certum est. Itaque et ea est opinione, mendosum insuper esse, quod legitur lib. x. 'Surgentem,' &c. Acquiescerem et ego justis hisce rationibus, nisi constaret mihi, Madaurensem nostrum lib. IV. ita hoc vocabulum usurpasse, ut temere interpolari nequeat, sine internecione sensus. Verba sunt: 'Anus subiratior dicere jubebat, quid malum fleret: vel quid repente postliminio pressæ qui-

NOTÆ

primum Prophetæ illius. Lipsii liber habebat *Cathlas.* Gruterus suspicabatur *Calchas.*

[s] *Ægyptius, propheta primarius*] Ægyptii fuere ut superstitiosissimi mortalium, ita et peritissimi Astrologiæ et Magiæ; et eorum sacerdotes prophetæ habiti sunt, divinorum omnium conscii. Hos Plato, Pythagoras, et, si qui e Græcis Philosophi doctrinæ fama excelluerunt, consuluisse dicuntur. De Platone certe Laërtius in ejus Vita sic narrat: Ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον μαθημάτικον, &c. ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον, παρὰ τοὺς προφήτας. Et Noster in De Dogmate Platonis: 'Astrologiam ad usque Ægyptum petivit, ut inde Prophetarum etiam ritus addisceret.' Quatuordecim apud illos annis versatus fuisse fertur. Vide apud Philostratum in Vita Apollonii Tyanei plura de Ægyptiis, et Apollonii ad eos profectione. Literarum primos inventores Ægyptios facit Tacit. lib. II. Annal. 'Primi,' inquit, 'Ægyptii per figuras animalium,' quæ hieroglyphicæ dictæ sunt, 'sensus mentis effingebant; et antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur; et literarum semet inventores perhibent.'

[t] *Postliminio mortis*] Sic libro x. 'Surgentem postliminio mortis de-

dicto juvenem quempiam[t][1] linteis[2] amiculis intectum,[3][u] pedesque palmeis baxeis[w] inductum,[4] et adusque[5] deraso capite,[x] producit in medium. Cujus[6] diu manus deosculatus,[7] et ipsa[8] genua contingens, Miserere, ait, sacerdos: miserere, per[9] cœlestia sidera, per inferna[1] numina,[y] per

isset, protrahit in medium astantium juvenem quendam amictum vestibus lineis, cui pedes erant induti calceamentis ex palmis contextis, caput vero penitus rasum. Cujus cum diu basiasset manus, et prehendens ipsa genua, Miserere, inquit, o sacerdos, miserere, oro te, per astra cœli, per Deos Inferorum, per elementa naturæ, per

etis lamentationes licentiosas refricaret.' *Grut. l. v. Susp. c. 6. Postliminio mortis* bene defendit Gruterus; licet *mortis* absit quoque Lactantio lib. VIII. 22. Contra l. I. p. 8. 'Noctis antelucio.' *Oud.*—1 *Quempiam* deest Pith. *Id.*—2 Bert. *lineis.* Sciopp. in Symb. Elmenh. Vide ad p. 25. Ed. Pric. In Ms. Inc. quoque *lineis.* Oud.—3 Bas. 1. *illectum.* Num *injectum?* Sic infra. *Colv.* Pith. *in lectum.* Rom. Vic. Edd. *illectum.* Bene Beroaldus cum Mss. correxit *intectum.* Vide ad p. 33. 'Vestibus intecti.'—4 *Indutum.* Bert. *inductum.* Sciopp. in Symb. Palat. et Bert. *inductum.* Elmenh. Addantur D'Orvill. Guelf. sec. ac Pithœanus. *Oud.*—5 *Et ad usque.* Ms. *et obusque.* Emendabis: *et os usque.* Woweriûs. Ego rescribo: *et adusque cutem d. c. Adusque* Græcorum est ἐν χρῷ. *Elmenh.* Plaut. Bacchid. Scena, 'Ibo in Pyræeum:' 'Tondebo usque ad vivam cutim.' *Idem in Add.* Lindenbrogio primam notam sublegit Elmenhorstius. *Oud.*—6 *Cujus.* Sic tacite edidit Colv. et seqq. ut est in Mss. Flor. Lips. Reg. Fux. D'Orv. Pal. Par. et aliis. *Hujus* dant Edd. priores, cum Pithœano. Nec temere mutassem. *Oud.*—7 *Manus deosculatus.* Oxon. *uterum.* Guelferb. pr. *utrumque.* Prave; nisi aliud quid lateat. *Id.*—8 Palat. *ipse.* Id.—9 Quia in Edd. Bas. paulo post vitiose editur *per se nocturna sil.* putat Stewechius ad lib. IV. p. m. 337. (84. Ed. Pr.) legi hic posse, *miserere per te, per cœl.* Non persuadet. *Id.*

NOTÆ

prehendit filium.' Vide quæ de hac voce 'postliminio' diximus sub finem libri primi.

[u] *Linteis amiculis intectum*] Lineæ vestes Sacerdotum Isidis, ut lib. II. fusius declaratur. Causa videtur esse, quod, ut ait Martian. Capella de Nupt. Philol. lib. II. 'Isis lini usum sementemque monstravit.' Sed mire faciunt ad hunc locum hæc Nostri verba in Apologia: 'Quippe lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, jam inde Orphei et Pythagoræ scitis profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges inter optimas fruges terra exorta non modo indutui et amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur.'

[w] *Pedesque palmeis baxeis inductum*] Lib. II. Noster Isiacos Sacerdotes describens: 'Pedes ambrosiæ tegebant soleæ, palmæ victricis foliis intextæ.' Ὑποδήματα βίβλου vocat Philostrat. Baxeæ calceamenti genus. Plaut. Menæchmis, Act. II. Scen. 3. 'Quis est iste peniculus? Qui extergentur baxeæ?'

[x] *Adusque deraso capite*] Quod peculiare Ægyptiis Sacerdotibus. Herodotus: Οἱ ἱερέες τῶν Θεῶν τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ξυρέονται. Deorum sacerdotes alibi quidem comati sunt, in Ægypto vero detonsi. De his Martialis: 'Linigeri fugiunt calvi sistrataque turba.' 'Adusque deraso,' id est, penitus deraso. Sic

naturalia elementa, per nocturna silentia,[z] et adoperta Coptica,[2] [a] et per incrementa Nilotica,[b] et arcana Memphitica,[c]

silentia noctis, et sepimenta Copti, et per intumescentias Nili, et secreta Memphi-

—1 Ed. Beroald. *infirma.* Corrupte. *Id.*—2 *Et adepta Coptica.* Hæc absunt a Ms. Ro. *adepta coœptitica.* Ven. *conceptitica.* Scribo ego: *aggesta Coptica. Aggesta* pro nidis accipio. Congerere enim, nidificare. Virgilius: 'Aëriæ quo congessere palumbes.' Ceterum de re vide Beroaldum. *Colv.* Quidam, inquit Becichemus, e veteribus libris, *operta coptitica:* non pauci, *adepta:* alius cod. vetustissimus *comperta Niliadum* post verbum *cœptitica* habet: loco cujus quidam *coœptica*, nonnulli *comptitica.* Alios etiam testatur hic *chomata* legere ex Ulpiano: se vero *operata Coptica:* id est, operationes, ab operandi verbo, quod rem divinam facere significat. Ad quod illum duxit prior illa scriptura vetus, *operta coptitica.* E qua ego veram lectionem esse, jurare fere ausim, *operta Coptica. Operta:* id est, sacra, quæ tecta et secreta. Sic infra lib. xi. 'Ferebatur ab alio cista, secretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis.' *Idem in Add. Et adeptiva coptica.* Abest a Ms. sed frustra. Leg. *et adoperta Coptica:* nam vox *adepta* nulli rei esse unquam potuit, et vero notum solenne cacoëthes, pro *adoperta, adopta*, et alia multa hujusmodi. Geminum germanum errorem delevimus ex fragmento Cic. l. i. de Deo: quod citatur a Frontone his verbis: 'Ut ad eam urbem incolas possis adnare.' Corrigo, *Ut eam urbem, quam incolis, possis adnare,* i. *adornare.* Græca illa effinxit: Σπάρταν ἔλαχες· ταύταν κόσμει. *Roald.* Omnes fere libri antiqui diversimode hæc scribunt; sed plane incondite. Recte se divinasse existimabunt, qui legunt *adyta Coptica;* ne aliorum emendationes recenseam. Clemens Alex. Protrept. Ἄδυτα Αἰγυπτίων, καὶ Τυῤῥηνῶν νεκυομαντεῖαι. Nisi et illic rescribendum Ἄδυπτα, et in Apuleio *adypta chomata.* Sed *adepta* intelligit connexa et colligata, prisca significatione et origine. Quæ autem sint *adepta Coptica*, patet ex Plinii lib. x. *Wower.* Fulvius suspicatur legendum: *adyta Coptica.* Sciopp. in Symbola. *Adyta Coptica.* Ita

NOTÆ

Plautus Bacchid. Act. v. Scen. 2. 'Attonsæ hæ quidem ambæ usque sunt.'

[y] *Per inferna Numina*] Plutonem, Proserpinam, Manes, Parcas, Furias, et quicquid in Inferis colebatur timebaturque.

[z] *Per nocturna silentia*] Quæ magicis incantamentis et Ægyptiorum religionibus in primis apta.

[a] *Adop.* [*Adsepta*] *Coptica*] Colvius legit *aggesta*, alii *adyta.* Barthius lib. xxi. Advers. cap. 7. *adsepta*, melius; recedit enim minus a vulgata librorum lectione. *Adsepta Coptica* sunt sepimenta illa adversus Nili aquas ab hirundinibus facta, prope urbem Copton, de quibus sic Plin. lib. x. cap. 33. 'In eadem Ægypto juxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem [Nilus], muniunt [hirundines] opere, incipientibus vernis diebus, palea et stramento rostrum ejus *(la pointe de l'Isle)* firmantes, continuatis per triduum noctibus, tanto labore, ut multas in opere emori constet. Ea militia illis cum anno redit semper.' Quæ res religione non videbatur carere, ut merito per illa *adsepta* adjuraretur sacerdos Ægyptius.

[b] *Incrementa Nilotica*] 'In Ægypto,' inquit Plin. lib. xviii. c. 18. 'Nilus fluvius, coloni vice fungens, evagari incipit a solstitio [æstivo scilicet] aut nova Luna (solstitio proxima), ac pri-

et sistra Phariaca.[3] [d] Da brevem Solis usuram,[4] et in æternum conditis oculis modicam lucem infunde. Non obniti-

tica, et sistra Ægyptiaca. Redde huic mortuo exiguum usum diei, et fac ut breve lumen affulgeat ejus oculis clausis æterna nocte. Non resistimus fatis, neque

Flor. et Scal. In Palatino est *adopacta eptica.* Ro. *adepta cooptica.* Bap. Pius Ann. prior. p. 108. *adepta cooptica.* Col. *aggesta Coptica.* Ful. *adypta Coptica.* Al. *adepta Coptica,* quod retinent Bero. et Schickera. interpretanturque de illo sepimento et opere, quod muniunt hirundines, non sine aliqua religione, juxta Copton. Vide Plinium Natur. Hist. l. x. c. 33. *Elmenh.* B. *adepa et conceptica.* Putean.—3 Bert. *s. fasciata,* inepte. *Elmenh.* Male exulat copula ab Edd. Elmenh. Scriv. Pric. *Sinistra* corrupte Palat. Par. Guelf. bini, ac *fariata* Pal. *fariacha* Guelf. pr. *Oud.*—4 Par. *usum.* Tum

NOTÆ

mo lente, deinde vehementius, quamdiu in Leone Sol est. Mox pigrescit, in Virginem transgresso [Sole], atque in Libra residet. Si duodecim cubita non excessit, fames certa est. Nec minus, si sexdecim exsuperavit. Tanto enim tardius decedit, quanto abundantius crevit, et sementem arcet.' De Nilo plura habet idem Plin. lib. v. cap. 9. ubi ait, cum crescit, Reges aut Præfectos navigare eo nefas, judicatum fuisse, et incrementa ejus per puteos mensuræ notis deprehendi, seu potius per columnas quasdam. Has columnas Nilometra vocant.

[c] *Arcana Memphitica*] Id est, Ægyptiaca, parte totum denominante, more poëtico. Memphis enim civitas est Ægypti magna et frequens, pyramidibus, Regum sepulturis, nobilis, quondam arx Ægypti Regum, condita ab Epapho Jovis filio, ut quidam volunt, vel, ut plures, ab Ogdoo Rege, de cujus filiæ nomine appellata est. Hodie *le Caire* dicitur, ferturque frequentissima, non Ægypti modo, verum etiam totius orbis. Hujus sacerdotes, ut et reliquæ Ægypti, arcana cærimoniarum mysteriorumque nemini aperiebant, erantque ἀκοινώνητοι, id est, incommunicabiles. Unde 'invida Memphis' dicitur Statio in Sylvis.


[d] *Sistra Phariaca*] Ægyptiaca. Hic quoque pars totum denominat. Pharos insula Ægypti fuit, Julii Cæsaris colonia, olim Alexandriæ juncta ponte, ubi fuit etiam turris nominata quoque Pharos, a Ptolemæo Rege exstructa, quæ nocturnis ignibus cursum navium regeret. Est autem sistrum instrumentum æneum stridulum, Isiacorum peculiare gestamen, et insigne Deæ Isidis, manubrium habens, et laminam in modum baltei recurvatam, ac per eam trajectas aliquot ferreas aut æneas virgulas, quæ agitato manibus sistro sonum edebant. Curvamini sistri in vertice infixa erat feles humana facie, Lunam, ut vult Plutarchus, repræsentans, tum propter animalis illius varietatem, ac vim noctu agendi, et fœcunditatem, tum quod oculorum ejus pupillæ pro Lunæ modo crescant ac decrescant: humana autem felis facie innuebatur, Lunæ mutationes mente ac ratione gubernari. In ima parte infra virgulas facies erant hinc Isidis, illinc Nepthyos, quibus ortus et interitus rerum et elementorum mutationes adumbrabantur. Sed operæ pretium est Figuram ipsam sistri hic videre, qualem nobis conservarunt Marmora.

mur, nec terræ rem suam[5] denegamus;[e] sed, ad ultionis solatium, exiguum vitæ spatium deprecamur.[6] Propheta, sic propitiatus, herbulam quampiam ter ob os[7] corporis, et aliam pectori ejus imponit. Tunc Orientem obversus,[8] [f] et incrementa Solis augusti[g] tacitus imprecatus,[9] venerabilis scenæ facie [40] studia[1] præsentium ad miraculum tantum certatim arrexit. Immitto me turbæ socium,[h] et pone[2] ipsum lectulum editiorem quendam lapidem insistens cuncta curiosis oculis arbitrabar. Jam tumore[3] pectus extolli;

negamus humo quod ipsius est; sed tantum poscimus breve tempus vitæ, ad solamen vindictæ. Vates sic exoratus applicat ter herbulam quandam ori cadaveris, et aliam ejus pectori. Tunc conversus ad orientalem mundi plagam, et apud se precatus ascensiones venerandi Solis, attentos fecit certatim animos astantium ad rem adeo stupendam specie venerandi apparatus. Immisceo me multitudini, conscensoque quodam saxo altiore, quod erat pone feretrum ipsum, observabam inde singula curioso intuitu. Jam pectus cœpit intumescere respiratione; jam arteria index

meneternum et *obnuctimur* Guelf. pr. *Id.*—5 *Rem suam terræ* Guelf. pr. *Id.*—6 Bertin. *imprecamur.* Id.—7 *T. o. o.* Ms. al. *ad os.* Colvius. Bert. *ter in os corporis.* A Florentino vox *ter* abest. *Elmenh.*—8 Fux. *orientalem.* Palat. *obursus.* Oud.—9 Reg. Fux. *increpatus.* Id.—1 Vulgati, *venerabili scena facies et studia, &c.* Non reponendum hic jam arbitror, *ven. schemæ;* etsi id alibi faciamus. *Colv.* *Venerabili scenæ facies s.* Vulgo, *v. schemate f.* Elmenh.—2 Palat. et Oxon. Guelf. sec. *pene.* Oud.—3 Pal. Guelf. sec. *timore,* Oxon. et

NOTÆ



[e] *Nec terræ rem suam denegamus*] Cadaver nempe terræ debitum.

[f] *Orientem obversus*] Pacatus in Panegyr. 'Divinis rebus operantes, in eam cœli plagam ora convertimus, a qua lucis exordium est.' Virgil. lib. XII. Æneid. 'Illi ad surgentem conversi lumina Solem Dant fruges manibus salsas,' &c.

[g] *Incrementa Solis augusti*] Intelligo ascensionem Solis supra Horizontem nostrum. Sicut enim rei uniuscujusque ortum sequitur ejusdem incrementum; ita ortum Solis ejus supra nostrum Hemisphærium ascensio. Ceterum matutinum tempus tunc erat, ut patet ex præcedentibus, quo tempore Sol ascendit. Scio 'incrementum' multas alias habere significationes. Sed præter hanc nulla mihi videtur huic loco apta.

[h] *Immitto me turbæ socium*] Priçæus optime: *turbæ medium.*

jam salubris vena[i] pulsari; jam spiritu[4] corpus impleri: et assurgit cadaver, et profatur[5] adolescens: Quid,[6] oro, me post Lethæa pocula, jam Stygiis paludibus innatantem, ad momentariæ vitæ[7] reducitis officia? Desine jam, precor, desine, ac me in meam quietem permitte.[k] Hæc audita vox de corpore. Sed aliquanto[8] propheta commotior, Quin refers, ait, populo singula, tuæque mortis illuminas[9] arcana? An non putas, devotionibus meis posse Diras[1] invocari?[l] posse tibi lassa[2] membra torqueri? Suscipit ille de lectulo, et[3] uno congestu[4] populum sic adorat:[m] Malis

valetudinis agitari pulsu; jam totum cadaver animari: et erigitur corpus, et juvenis sic loquitur: Quare, quæso, revocatis ad brevissima vitæ munia me jam potum aqua fluvii Lethes, et jam trajicientem Styga? Cessa, oro, jam cessa, meque sine quiescere. Hæc verba prodierunt ex illo cadavere. Sed Vates paulo magis concitatus, Quidni narras omnia turbæ huic, inquit, et revelas secreta tuæ necis? An non credis Furias posse acciri meis imprecationibus? Fessos artus posse tibi cruciari? Ille respondet ex feretro, et sic affatur plebem cum profundo suspirio: Ego

Par. *clamore.* Id.—4 *Spiritus.* Sic Bert. *Sciopp. in Symb.*—5 Palat. *præfatur.* Elmenh.—6 Plerique vulgares, *Quod.* Colv. Sola Junt. post. recte jam exhibuerat *Quid.* Par. *Quis.* Repetit Bertin. *Quod oro me quid post.* Oud.—7 Non est in scripto *vitæ.* Colvius. Oxon. Fux. *momentaneæ.* Oud.—8 Quidam impressi, *aliquando.* Colv.—9 Ms. *illumina.* Idem. Sic et Fux. Rex. In D'Orvill. Guelf. *illuminans.* Utrumque prave. *Oud.*—1 Idem, *Dira.* Colv. Cum D'Orvill. et Fux. Perperam sane. Oxon. Guelf. pr. *invocare.* Oud.—2 Pal. *laxa.* Alii, *lapsa.* Elmenh. Et Fux. *laxa.* In his Par. perpetua conturbatione. In Pith. Edd. nonnullis, *membra lassa.* Oud.—3 Oxon. *atque.* Id.—4 Recte emendabis ex Ms. *et imo cum gemitu pop.* Wower. *Imo*

NOTÆ

[i] *Salubris vena*] 'Arteria,' quod ejus pulsu totius corporis *salubris* vel insalubris dispositio exploretur.

[k] *Ac me in meam quietem permitte*] Sic spectrum Samuelis ad Saulum queritur interturbatam suam quietem: 'Quare inquietasti me, ut suscitarer?'

[l] *Diras invocari*] Virgil. Æneid. lib. XII. 'Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ, Quas et Tartaream Nox intempesta Megæram Uno eodemque tulit partu,' &c. Ad quem locum Servius 'Diras' interpretatur Furias. Porro tantam esse vim Magicæ artis putaverunt, ut Necromanticis carminibus et devotionibus sepulcralibus acciri posse illas Diras, et in cujuslibet pectus immitti, lassos mortuorum artus cruciari, denique totum Infernum subverti posse arbitrarentur, ipsosque adeo mortuos metu cruciatuum parere Necromanticis se evocantibus.

[m] *Sic adorat*] Affatur. 'Orare' enim dicere est: unde 'adorare' alloqui. Sæpe hoc significatu reperitur apud hunc Auctorem.

novæ nuptæ peremtus artibus, et addictus noxio [5] poculo, torum tepentem [6] [n] adultero mancipavi. Tunc uxor egregia capit præsentem audaciam, et mente sacrilega coarguenti marito resistens altercat.[7] Populus [8] æstuant, diversa tendentes. Hi pessimam fœminam viventem statim cum corpore mariti sepeliendam; [9] alii,[1] mendacio cadaveris [2] fidem non habendam. Sed hanc contationem sequens adolescentis sermo distinxit.[3] Nam rursus altius ingemiscens, Dabo, inquit, dabo vobis intemeratæ [4] veritatis documenta pellucida; et, quod prorsus alius nemo cognoverit,[5] indicabo. Tunc digito me demonstrans: Nam,[6] cum corporis mei custos hic sagacissimus exertam mihi teneret vigiliam, cantatrices anus, exuviis [7] meis imminentes, atque ob id re-

sublatus nefariis fraudibus novæ uxoris, coactus sumere potionem venenatam, tradidi adultero lectum meum adhuc calentem. Tum præclara illa conjux e re nata confidentia se obarmat, et litigat scelerato animo repugnans marito convincenti, Plebs incenditur dissidens in contrarias partes. Hi contendunt deterrimam mulierem humandam esse vivam e vestigio cum corpore sui conjugis. Illi vero non esse credendum mendacio cadaveris. Verum subsequens oratio mortui solvit hanc dubitationem. Ipse enim trahens iterum suspirium profundius, Exhibebo, inquit, exhibebo vobis argumenta manifesta sinceræ veritatis, et ostendam, quod nulli alii omnino notum est. Tum indicans me digito, Cum enim, inquit, hic perspicacissimus custos mei corporis mihi invigilaret sedulo, vetulæ incantatrices inhiantes spoliis

cum gemitu. Vulgo, *uno congestu.* Male. *Elmenh.*—5 Ms. *pernoxio.* Quidam cusi: *adductus nox. poc.* Colvius. *Pernoxio poc.* Alii, *noxio p.* Elmenh.—6 Ita Bertin. *Sciopp. in Symb. et l.* III. *Susp. Lect. c.* 6. *Tepentem.* Sic eleganter Bert. Alii, *t. repente.* Elmenh.—7 Fux. *altricatur.* De ea scriptura semel monuisse satis fuerat. Supra p. 130. *Roald.* Par. *altercatur.* Vide ad l. II. p. 21. *Oud.*—8 Ms. *populos.* Colv.—9 Deest τὸ *mariti* in D'Orvill. Contra *esse* addit Par. *Oud.*—1 D'Orv. *alteri.* Id.—2 Τὸ *cadaveris* abest a Bert. *Elmenh.* Uncisque inclusit Scriverius. *Oud.*—3 Æstuans populus, et scissum studia in contraria vulgus, cum postliminio revocatum ad vitam audiret juvenem, aliis alia placuere: hi matrem, quæ venenum in mortem propinasse diceretur, statim e vita tollendam; alii loquenti cadaveri fidem non habendam contendebant: unde mihi in mentem venit genuinam lectionem fore: *Sed hanc contentionem seq. ad. sermo distrinxit.* Stewech. Bert. *distrixit.* Elmenh.—4 Idem, *in temeritate.* Colv. Cum Guelf. sec. *Oud.*—5 Pal. et Flor. *pellucide quod pr. a. n. cognominarit indic.* Elmenh.—6 Rex. Fux. *Jam.* De locutione 'tenere vigiliam' adi Burm. ad Val. Flacc. l. v. 252. 'Excubias, Gradive, tene:' ubi simul vide confusionem τῶν *excubiæ* et *exuviæ*, quæ hic sequitur ob perpetuam perturbationem literarum *b* et *v.* *Exteram* Fux. *Oud.*—7 Idem, *excubiis.* Colvius. Pal. *eximiis.* D'Orv. Reg. Fux. Guelf. pr. *excubiis.* Prave. l. III. p. 55. 'Qua nidor ducebat suarum exuviarum.' Dein *imminen-*

NOTÆ

[n] *Torum tepentem*] Adhuc tepidum calore mei corporis.

formatæ frustra sæpius, cum industriam ejus sedulam[8] fallere nequissent:[9] [41] postremo[1] injecta somni[2] nebula, eoque in profundam quietem sepulto, me nomine ciere non prius desierunt,[3] quam dum hebetes artus et membra frigida pigris conatibus ad artis magicæ nituntur[4] obsequia. Hic, utpote vivus quidem,[5] sed tantum[6] sopore mortuus, quod eodem mecum vocabulo nuncupetur,[7] ad suum nomen ignarus exsurgit:[8] et in exanimis[9] umbræ modum ultroneus gradiens, quanquam foribus cubiculi diligenter occlusis, per quoddam foramen prosectis naso prius, ac mox auribus, vicariam pro me lanienam susceptavit.[1] Utque fallaciæ reliqua[2] convenirent, ceram in modum prosectarum formatam aurium ei applicant examussim,[3] nasoque ipsius similem comparant. Et nunc assistit miser hic præmium non industriæ, sed debilitationis consecutus.[4] His dictis perter-

meis, propterenque sæpe incassum mutatæ in alias formas, cum non potuissent decipere diligentem ejus solertiam, immissa tandem caligine soporis, ipsoque demerso in altum somnum, non cessavërunt me vocare nomine meo; donec, cum mea membra infirma et artus gelidi jam conarentur lento nisu morem gerere magicæ potentiæ, hic, quippe vivus quidem, sed duntaxat mortuus somno, quia erat mihi cognominis, consurgit audito suo nomine, nesciens quid rerum gereretur. Et sponte sua ambulans instar umbræ vita carentis, tametsi janua cubiculi esset sedulo obserata, passus est pro me mutilationem, amputatis per quandam rimam naso primum ac deinde auriculis: et, ut cetera congruerent fraudi, adaptant ei accurate ceram configuratam ad formam abscissarum aurium, concinnant quoque nasum cereum similem ipsius naso. Et nunc astat hic infelix, adeptus mercedem, non vigilantiæ suæ, sed mu-

tis Reg. *imminentem* Pal. *Oud.*—8 Edd. antiquæ, *sedulam ejus*, contra Mss. *Id.*—9 D'Orv. Oxon. Fux. Pith. et Edd. Colviana priores, *nequivissent*. Id.—1 Vulgati, *postremum*. Colvius. Rom. et Bert. *postremum*. Elmenh.—2 Reg. Fux. *ori*. Oxon. Guelf. ambo, *omni*. l. vi. 'Soporis nebula.' Pind. Pyth. I. vs. 14. *Oud.*—3 Sic Mss. cum Edd. Colv. et seqq. Priores *desire* vel *desiere*. Id.—4 Iidem vulg. *nitantur*. Colvius. Bertin. *utuntur*. Elmenh.—5 *Vivus quidem*. Rex. Fux. *hic vivus*. Oud.—6 B. *tamen*. Putean. Recte.—7 D'Orv. Oxon. Palat. Fux. Pith. Guelferb. ambo, Edd. Vic. Junt. Ald. Colin. *nuncupatur*. Perinde. Dein in Guelf. pr. bene *ad sui nomen*. Vide supra. *Id.*—8 Iidem Vulg. *resurgit*. Colv. Bert. *resurgit*. Elmenh. Sic et Pith. Oxon. *assurgit*. Recte Colv. reposuit *exs*. Sic enim Flor. Reg. Palat. Lips. D'Orv. et Ed. Junt. post. In aliis *resurgit*. Oud.—9 Bert. *et exan*. Elmenh. Male. *Oud.*—1 *Suscitavit*. Colinæi Editio, *susceptavit*. Colv. *Susceptavit* Ald. optime. *Roald.* Lege *sustentavit*, vel potius cum editione Aldina, *susceptavit*. Wowerius. *L. susceptavit*. Sic Aldus. Alii, *l. suscitavit*, inepte. *Elmenh.*—2 Oxon. Guelf. pr. *reliquæ*. Tum idem et Pal. Reg. Fux. Guelf. D'Orv. *convenissent*. Oud. [Mox] *implicant*. *Implicant* Ms. Al. *applicuit*. Colvius. *Applicavit* et *comparavit* Fux. *Oud.*—3 *Examussim*. B. *et avulso*. Putean.—4 Guelf. pr. *secu-*

ritus, tentare fortunam [o] aggredior.[5] Injecta manu nasum prehendo,[6] sequitur: aures pertracto,[7] deruunt.[8] Ac, dum directis digitis et detortis nutibus præsentium [9] denotor,[1] dum risus ebullit; [2] inter [3] pedes circumstantium frigido sudore defluens evado. Nec [4] postea debilis, ac sic [5] ridiculus, Lari me patrio reddere potui: sed, capillis hinc [6] inde laterum dejectis, aurium vulnera celavi; nasi vero dedecus [p] linteolo isto pressim agglutinato [7] decenter [8] obtexi. Cum primum [9] Telephron hanc fabulam posuit,[q] compotores vino madidi rursum cachinnum integrant. Dumque bibones solita risui [r] postulant,[1] sic ad me Byrrhæna,

tilationis. Ego perterrefactus his verbis adorior palpare vultum meum. Admota manu capio nasum, ille sequitur manum: contrecto auriculas, decidunt. Ac, dum demonstror directis digitis, obliquatisque nutibus eorum, qui aderant, dum fervescunt cachinni; proripio me inter pedes astantium, totus madens sudore gelido. Nec postea ausus sum redire in paternam domum sic truncatus, et obnoxius derisui omnium: sed, demissis capillis in utrumque latus, velavi plagas mearum aurium, operui vero decenter turpitudinem mei nasi hoc linteolo arcte applicato. Statim atque Telephron imposuit finem huic narrationi, convivæ omnes temulenti solvuntur denuo in risum. Et, dum flagitant potare saluti amicorum, Byrrhæna sic me alloquitur:

tus. Oud.—5 Basileenses et Ber. *tentans aggredi.* Alii, *tentare aggredior. Fortunam* ex Ms. additum. An scribendum, *tentare forte jam aggredior?* Colvius. *Tentare aggredior.* Fux. *t. fortunam a.* verum improprie. *Roald. Tentare fortunam agg.* Colvius, *tentare forte jam a.* Gruterus recte, *tentare formam a.* Sic Seneca 'tentare frontem' dixit. *Elmenh.* Colvius, *t. forte jam a.* Ego, *t. protinam aggredior*, pro, continuo, ut sæpe Plautus et Terentius. *Brant.*—6 Oxon. *prendo*, Guelf. sec. a m. pr. *appreh.* Oud.—7 Fux. *pertracte*, Reg. *protractæ.* An *prætracto?* Id.—8 Malim *defluunt.* N. Heins.—9 *Ac dum etc. præsentium* desunt Guelferb. pr. *Oud.*—1 Par. *devortor*, Guelf. pr. *devertor.* Supra *direptis* Ed. Ber. typothetarum errore. *Id.*—2 Pal. *obtulit*, male. *Elmenh.* Sic et Guelf. sec. *Oud.*—3 Pith. *intra.* Id.—4 Exulat *nec* a Fux. *Id.*—5 Adverbium deest Cod. Oxon. *Si* Guelf. sec. *Id.*—6 Ms. et cum eo aliquot impressi *hic.* Colvius. Perperam. P. 33. 'Cavillus hinc inde.' *Id.*—7 Bert. *conglutinato.* Elmenh.—8 Guelf. pr. *dedecenter.* Oud.—9 D'Orv. *primus.* Id.—1 *Dumque bibere solitarium postulant.* Ms. *solutarias post.* Beroaldus *solitariam.* Bas. 1. *solidalium.* Legebat Lipsius, *solita risui post.* Colvius. Valde laborarunt eruditi, ut explicarent hanc dicendi formulam, aut

NOTÆ

[o] *Tentare fortunam*] Lege cum Grutero *formam*, quod in interpretatione expressi.

[p] *Nasi vero dedecus*] Proprie et apposite 'dedecus' de naso truncato. Virg. lib. VI. 'Et truncas inhonesto vulnere nares.'

[q] *Hanc fabulam posuit*] Id est, finivit. Sic apud Virgilium, 'Ut venti posuere,' hoc est, cessavere. Et alibi, 'posito certamine,' ubi Servius, finito.

[r] *Bibones solita risui* [*bibere salutaria*] Sic Elmenhorstius, Pricæus, et Scioppius: *salutaria bi-*

Solennis, inquit, dies a primis cunabulis hujus urbis conditæ [2] crastinus advenit, quo die soli [3] mortalium sanctissimum Deum Risum [4] hilaro [5] atque gaudiali ritu [6] propitiamus.[s] Hunc tua præsentia nobis efficies [42] gratiorem. Atque utinam aliquid de proprio lepore lætificum honorando Deo comminiscaris, quo magis [7] pleniusque tanto numini litemus. Bene, inquam,[8] et fiet, ut jubes. Et vellem hercules materiam reperire aliquam, quam Deus tantus affluen-

Crastinus dies adventat celebrari solitus ab illo usque tempore, quo primum fundamenta hujus urbis jacta sunt, quo die nos soli ex omnibus hominibus litamus sanctissimo Deo Risui more festivo atque hilari. Tua præsentia reddet eum nobis jucundiorem; utinamque in honorem hujus Dei excogites aliquid nativa tua urbanitate, quod exhilaret nos, ut melius et perfectius nobis propitiemus tantum Deum. Recte, inquam, et faciam quomodo præcipis, et certe cuperem invenire aliquid, quod posset

verba corrupta emendarent. Sed recte legi in Fulv. Cod. existimo: *Dumque bibere salutaria postulant.* Notus mos bibendi in conviviis pro salute absentum, quem præter alios tangit D. Ambrosius de Helia cap. XVII. *Wower.* Variæ sunt hic et librorum lectiones et doctorum conjecturæ, atque utinam ne et vanæ! Lego cum Fulviano Ms. *Dumque bibere salutaria postulant:* hoc est, dum pro salute amicorum potare cupiunt. 'Salutarius' et 'salutaris,' sicut 'vulgarius' et 'vulgaris,' 'singularius' et 'singularis.' *Sciopp. in Symb. Salutaria.* Sic Wow. et Scioppius ex Ms. Fulvii reponunt. Lipsianus codex, *Dumque b. solutarias.* Flor. et Bert. *D. b. solitarias postul.* Rom. *D. b. solitariam.* Aldus, *D. b. solitarium.* Notus mos in conviviis bibere pro potentibus et amicis. Hieron. in Ep. Pauli ad Titum cap. 1. f. 201. August. Tom. 10. Ser. 32. f. 240. Scholiast. Hor. in Od. I. lib. III. Ambros. de Helia et Jejunio c. 17. 'Quid autem obtestationes potantium loquar? Quid memorem sacramenta, quæ violare nefas arbitrantur. Bibamus, inquiunt, pro salute Imperatorum, et, qui non biberit, sit reus in devotione. Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ejus salute non biberit.' *Elmenhorstius.* —2 Palat. D'Orv. Fux. Par. Guelf. ambo, Par. *conditus.* Oud.—3 Reg. Fux. *solet.* Id.—4 Ms. *risu.* Colvius. D'Orv. *tisit.* Oud.—5 Bertin. *hilari:* male. Vide ad p. 51. l. III. 'Hilaro vultu renidens.' Guelf. pr. *hilara.* Id.—6 Bert. *risu.* Elmenh.—7 Editiones, *magna.* Colvius. Inepte. Sed Ed. Junt. post. hinc excipias. *Oud.*—8 *Bene, inquam.* Reg. Fux. *Unde i.* Fux. *fiat.* Mox

NOTÆ

bere est, saluti amicorum potare. Alii alia multa vocabulorum monstra oggerunt: *solitarium, solidalium, salutarias, &c.* Lipsius volebat *solita risui,* hoc ductus argumento, quod mox Dei Risus injiciatur mentio, cui fortasse propinare mos fuerit apud Hypatenses, qui eum soli mortalium ut Deum colebant. Sed magis placet prima lectio: apte enim congruit, et recedit minus a Manuscriptis, quorum plerique *salutarias,* aut quid simile habent.

[s] *Soli mortalium sanctissimum Deum Risum hilaro atque gaudiali ritu propitiamus*] Tangit hanc solennitatem Pausanias, ubi de Hypatensibus. Plutarchus in Cleomene meminit Templi eidem Deo Risui dicati. Refert quoque statuam ipsi a Lycurgo fuisse

ter indueret.[9][t] Post hæc,[1] monitu[2] famuli mei, qui noctis admonebat, jam et ipse crapula distentus, protinus exsurgo:[3] et, appellata[4] propere Byrrhæna, titubante vestigio domuitionem capesso. Sed, cum primam plateam[u] vadimus, vento repentino lumen quo nitebamur extinguitur; ut vix improvidæ noctis caligine liberati,[5] digitis pedum detunsis[6] ob lapides, hospitium defessi rediremus. Dumque jam junctim proximamus,[7] ecce tres quidam vegetis et vastulis[8] corporibus[9] fores nostras ex[1] summis viribus ir-

abundanter condecorari præsentia tanti Numinis. His dictis, ego turgens quoque multo vino consurgo hortatu mei pueri, qui me certiorem faciebat jam advenisse noctem: et, vale dicto festinanter Byrrhænæ, incipio domum petere gressu vacillanti. Sed, dum incedimus per viam proximam, fax, qua freti eramus, extinguitur subitaneo flatu venti, ita ut, ægre exsoluti tenebris inopinatæ noctis, perveniremus ad nostram domum, digitis pedum crebro impactis ad saxa. Cumque jam accederemus propius ad vicum nostrum, ecce tres quidam validis et valde amplis corporibus

Pith. *et fiet, et ut j.* Pro *litemus* in Oxon. *letemur*, pessime. *Oud.*—9 Veniebat olim in mentem legere *inunderet*, antique pro *inundaret*. Nunc me sustineo. Nam nihilominus hic 'affluenter' egregie convenit, cum et vestes 'fluxæ' dicantur auctoribus. *Grut.* Vid. Grut. Susp. lib. v. cap. 8. *Elmenh. Affluenter.* Omnes excusi, *effluenter*. Infra lib. IV. pag. 68. 'Vinum calcibus effricatis affluenter immissum.' *Colv.*—1 Ms. D'Orv. *Post hoc*: frequenti variatione, ut *ad hoc* et *ad hæc*. De Phil. Mor. p. 617. 'Tum post hoc vitiis exclusis.' Sic Mss. 2. *Oud.*—2 Suboffendit me tam brevi intervallo repetitio verbi *monendi*. Itaque, si famulus hero non erat a pedibus, fingebam, *initu famuli*. H. e. simul atque triclinium intrabat servus. Sin autem præsens fuerat, conjectabam, *motu famuli*: ut videlicet famulus herum dextra leviter tetigerit, et horam indicaverit. Minima etiam licentia quis fecerit, *nutu famuli*. Verum propter hæc talia manum nemo, si sapit, verterit. Certe non ego. *Grut. ibid.* Sed nil mutant codices; et ita junxit Auctor l. III. p. 42. 'Piamentis expiavit.' A Palatino exulat τὸ *noctis*. Sed l. III. p. 51. 'Convivii appropinquantis admonet.' Apol. pag. 420. 'Admoneat ejus pulchritudinis.' Et sic aliis passim. Pro *jam* in Fux. est *nam*. Oud.—3 D'Orv. *ex a surgo*, quasi *exadsurgo*. Id.—4 Manuscriptus liber, *appellante*. Colv. Minus bene. *Oud.*—5 Ms. *librati*. Sciopp. in Symb.—6 Oxon. *detussis*. Tum in Palat. *hospitis*. Oud.—7 *Jam in vicum pr.* Alii, *j. junctim pr.* Elmenh. Lego, *juxtim*. Sic supra hoc lib. II. 'Juxta se ut assideret,' in vetere libro legi, *Juxtim se*, testis est Colv. et lib. IV. Florid. extr. 'Sed ubi juxtim consedit.' *Brant.*—8 *Tres quidem utres et vastulis*. Ita Bertin. recte, nisi forte *utres* delendum, legendumque, *tres quidam*: quomodo alibi quoque apud Apuleium legi. *Sciopp. in Symb. et l.* III. *Susp. L. c.* 6.—9 *Vastulis*

NOTÆ

erectam.

[t] *Quam Deus tantus affluenter indueret*] Hoc est, valde festivam, quæ maximum risum excitaret.

[u] *Primam plateam*] 'Plateæ' Vitruvio sunt viæ latiores: πλατεῖαι Græcis, a πλάτος, latitudo.

ruentes, ac ne præsentia quidem nostra tantillum conterriti, sed magis magisque cum æmulatione[2] virium crebrius insultantes; ut nobis, ac mihi potissimum, non immerito latrones esse, et quidem sævissimi viderentur. Statim denique gladium, quem veste mea contectum ad hos usus[3] extuleram, sinu liberatum arripio.[4] Nec cunctatus,[5] medios latrones invado:[6] ac singulis,[7] ut quemque colluctantem offenderam, altissime demergo; quoad tandem ante ipsa vestigia mea, vastis et crebris perforati vulneribus, spiritum[8] efflaverint.[8] Sic[9] præliatus, jam tumultu eo Fotide suscitata,[1] patefactis ædibus anhelans, et sudore perlutus,[2]

irrumpentes maximo conatu in januam nostram, ac ne minimum quidem terrefacti nostra præsentia, sed sæpius irruentes certatim cum majori impetu, adeo ut jure putarem eos esse prædones, et crudelissimos quidem. Statim denique depromo e sinu meo, et capio manu ensem, quem mecum tuleram occultatum meis vestibus in hos usus, et sine mora injicio me in medios prædones, et profundissime condo eum in corpus unicuique eorum, prout mihi occurrerant concertantes; donec tandem exhalaverint animam ante meos pedes, confossi permultis plagis, iisque altis. Cumque depugnavissem ad hunc modum, Fotide jam expergefacta illo strepitu, et aperto ostio, penetro me in ædes anhelus et sudore diffluens. Statimque me permisi gra-

corporibus. Scio, Nostrum non raro uti diminutivis voculis: cum tamen verbum præcedens ejus etiam generis non sit, subit suspicari, *et masculis;* quod sono non longe dissidet. *Grut. ibid.* Male hanc lectionem mutarunt Scaliger, Vulcanius, et Colvius in *bassulis* et *masculis*. Lib. III. 'Unus denique et manu promtior et corpore vastior.' Et 'vasta proceritas' apud Agellium l. x. Noct. Attic. *Elmenh.* B. *nastulis*. Forte *masculis*. Putean.—1 *Et.* Scribe: *ex*. Plautus Milite: 'Ex summis opibus:' et Mercatore: 'Ex summis opibus viribusque.' Noster Apologia I. 'Unis studiis literarum ex summis viribus deditus:' et II. 'Quod negotium illud mihi ex summis viribus conflavit.' Restituendum etiam lib. VII. 'Ex summo studio fugiens immanem ursam:' et VIII. 'Ex summo studio bestiam insequentes.' *Colvius. Ex.* Ita Bertin. recte. *Sciopp. d. l.*—2 *Cumulatione.* Ita Bertin. recte. *Sciopp. d. l. Cum æmulatione.* Lege cum Bertino: *cumulatione*. Elmenhorst.—3 Rom. *ad huc usque*. Idem.—4 Vulgati, *arripui*. Colvius. *Arripui*. Fux. *arripio*. Roald. Præsens ostentant Mss. O. excepto Pithœano, et Edd. Colvio posteriores. *Oud.*—5 Edd. Ber. Col. Bas. *contatus*. Id.—6 *Involo*. Iidem, *invado*. Infra lib. VI. 'His editis involat eam:' et lib. IX. pag. 182. 'Philebum ceterosque comites ejus involant avidi.' *Colv.* Fux. *m. l. involo:* aptissime et significantissime: quomodo Ammian. Marcel. XXIV. 'Milites in procinctu impetu veloci tendentes eos involavere fortissime.' *Roald. Invado*. Alii, *involo*. Elmenh.—7 Ms. *singulos*. Colvius. Fux. *singulos*. Roald.—8 Flor. *spiritus efflaverunt*. Idem. Flor. *spiritus*. Elmenh.—9 *Sicque*. Vulgati, *Sic*. Colv.—1 Reg. Fux. *Fotidem suscitatam*. Forte, *suscitaram:* quanquam vulgatum mutari, non opus sit. *Oud.*—2 *Perlitus*. Quidam, *perlutus*. Notavi supra lib. I. *Colv. Perlutus*. Ita recte Rom. Editio. In aliis est, *perlitus*. Elmenh. *Perlitus* est in Mss. aliquot Beroaldi, Reg. Fux. Edd. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. Colv. Wow. Vulc. Sed vide ad

irrepo: meque statim, utpote pugnacium [3] latronum in vicem Geryoneæ [4] cædis [w] fatigatum, lecto simul et somno tradidi.

bato meo simul et sopori, perinde lassatum trucidatione prædonum pertinacium in pugnando, ac si occidissem Geryonem.

p. 10. 'Lotio perlutus:' et, 'Madore perluerent.' *Oud.*—3 Ms. *pugnarium.* Unde Lipsius, *pugnacium.* Colvius. Scribe, *pugnacium.* Wowerius. *Pugnacium.* Vulgo, *pugnantium.* Bert. *pugnarum,* Male. *Elmenh.*—4 Ms. *Gersonee.* Forte scripsit, *Geryonaceæ.* Plautus Aulularia: 'Ex genere Geryonaceo,' *Colv.* Lipsii liber, *Gersoneæ* : unde Colvius, *Geryonaceæ.* Elmenh.

NOTÆ

[w] *Geryoneæ cædis*] Inter Herculis labores recensetur cædes Geryonis, Balearium ambarum et Ebusi Insularum Regis, quem ideo tria corpora habuisse finxerunt: vel, ut quibusdam placet, eo quod tres fuerint eodem nomine fratres bellatores tanta inter se animi concordia, ut anima una tria corpora regi putarentur. Facete trium latronum cædem a se factam cædi tricorporis Geryonis comparat.

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER III.

[43] COMMODUM punicantibus phaleris Aurora roseum quatiens [1] lacertum,[a] cœlum inequitabat: [2] et me, securæ quieti revulsum,[3] nox diei reddidit. Æstus invadit animum [4] vespertini [5] recordatione facinoris. Complicitis denique pedibus,[6] ac palmulis in [7] alternas digitorum vicissitudines [b]

Jam Aurora, concutiens brachium rubicundum, equitabat per æthera rubentibus phaleris dependentibus: cum nox me restituit luci ereptum sopori. Fluctuatio occupat mentem meam, vel ob ipsam memoriam cædis, quam vespera patraverat. Collectis demum sub me pedibus, conjunctis manibus super genua, digitis inter se

1 *Quatiens* exulat a Regio, Fux. *Oud.*—2 M. *inquietabat.* Putean. Sic et Pith. et Coll. Voss. inepte. Ἱππότης ἠὼς passim. Abest vero a Regio, Fux. ut *cœlum* a Paræano et Guelferbytanis. *Oud.*—3 Ms. Fulvii, *remulsum.* Sciopp. in Symbola. Fulvius, *remulsum,* male. *Elmenh.*—4 Ed. Bas. pr. *animumque.* Oud.—5 *Vel vesp.* Dele τὸ *vel* ex Flor. *Elmenh.* *Vel* abest in B. M. *Putean.*—6 *Comp. d. pedibus.* Quomodo in monumentis sepulcralibus passim pueri et puellæ lugentes exprimuntur. *Complicitisque d. p.* Palat. *Palmis* Pith. *Oud.*—7 *Inter.* Excusi ante, *in.* Colvius. Flor. *in.* Elmenh.—8 V. *com-*

NOTÆ

[a] *Aurora roseum quatiens lacertum*] Hoc est, cædens equos suos flagello, quod tenebat manu rosea. Qui color Auroræ: unde Homero ῥοδοδάκτυλος dicitur, roseis digitis.

[b] *In alternas digitorum vicissitudines*] Qui gestus est mœstorum. D. Basil. Homil. in famem et siccitatem: Καὶ τὰς χεῖρας κατὰ τῶν γονάτων συμπλέξαντες (τοῦτο δὲ τῶν πενθούντων σχῆμα), &c. Et manibus super genua complicitis (hic autem est lugentium gestus), &c. Habitum fuit et inter veneficia. Plin. lib. XXVIII. cap. 6. 'Assidere gravidis, vel cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter se implexis, veneficium est: idque compertum tradunt, Alcmena

super genua connexis,[8] sic grabatum coxim[9] insidens,[c] ubertim flebam: jam forum et judicia, jam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus. An mihi quisquam tam mitis,[1] tamque benevolus judex obtingat,[2] qui me, ternæ[3] cædis perlitum cruore[4] et tot civium sanguine delibutum, innocentem pronuntiare poterit? Hanc illam mihi gloriosam peregrinationem fore Chaldæus Diophanes[d] obstinate prædicebat. Hæc[5] identidem mecum replicans, fortunas meas ejulabam. Quati fores interdum,[6] et frequenti clamore januæ nostræ perstrepi.[7] Nec mora, cum magna irruptione patefactis ædibus, magistratibus, eorum-

pectinatim implicitis, sicque sedens in meo lecto in coxas, plorabam abundanter, jam mihi repræsentans forum, judicia, condemnationem, et postremo ipsum tortorem. An nanciscar ullum judicem (inquiebam apud me) mihi adeo amicum, adeo faventem, ut possit absolvere me perfusum sanguine triplicis homicidii, et madentem cruore tot civium? Hoc est illud iter, quod Chaldæus Diophanes pertinaciter affirmabat mihi futurum gloriæ. Hæc subinde recogitans apud me lamentabar sortem meam. Interea janua nostra cœpit valide pulsari, et magnus tumultus fieri ante nostrum ostium. Et statim magno impetu aperta domo omnia impleta sunt

plexis. 'Digitis pectinatim inter se amplexis,' ait Plinius, et Ovidius IX. Metam. 'Digitisque inter se pectine junctis.' Hinc ergo liquet, quas alternas digitorum vicissitudines dicat. Ne aliis accedamus, qui hæc perperam interpretati. *Wower.*—9 Fux. *sessim.* Sed glossa est. *Roald.*—1 *Amicus.* Fux. *mitis.* Ita Ald. *Roald.* *Mitis.* Ita Mss. omnes. Alii, *amicus.* Elmenhorstius. B. M. *mitis.* Putean.—2 *Obtinget.* Manuscriptus codex, *abtinget.* Colvius. Bertin. *obtingeret*, Reg. *obtingat.* Optime. Suæ enim tacitæ interrogationi inest spes metui mixta. *Oud.*—3 Basileenses, *tetræ.* Colvius et Elmenhorstius. *Tetræ.* Fux. *trinæ*, et Aldus, *ternæ.* Ms. rectior. *Roald.*—4 Edd. Colv. Vulc. Wow. Elm. Scriv. *cr. perl.* Oud.—5 *Hæc* deest Edd. Junt. pr. Ald. *Hic* Edd. Vic. Ber. Col. Bas. pr. Tum *metum* Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Col. *merum* Bas. pr. vitiose omnia. *Id.*—6 *Interdum.* Vulgati, *interim.* Sic supra l. II. 'Sævire vulgus interdum et facti verisimilitudine ad criminis credulitatem impelli.' Non bene Beroaldus aliter scribit lib. IX. 'Interdum Philesitærus, cognito strepitu, raptim tunica injectus, sed plane præ turbatione pedibus intectis procurrit cubiculo.' Et post: 'Interdum acerrimo gravi odore sulfuris juvenis inescatus.' Conjecerim legendum etiam l. V. 'Interdum Psyche quæsitioni Cupidinis intenta populos circuibat.' In quibus omnibus *interdum* pro *interim* Noster ponere amat. *Colv.* *Interim.* Rom. *q. f. interdum.* Elmenh.—7 Bert. *prostrepi.* Id.—8 Manu exa-

NOTÆ

Herculem pariente. Pejus, si circa unum ambove genua.'

[c] *Cox.* [*Cossim*] In coxas, quasi coxim, teste Nonio.

[d] *Chaldæus Diophanes*] Ille qui coronæ circumstantium fata donabat, et nostro Lucio proventum suæ peregrinationis inquirenti gloriam satis floridam, &c. promiserat: lib. II.

que ministris, et turbæ[8] miscellaneæ[e] cuncta completa. Statimque lictores duo de jussu[9] magistratuum immissa[1] manu trahere me sane non renitentem occipiunt.[2] Ac, dum primum angiportum insistimus, statim civitas omnis in populum[3] effusa[f] mira densitate nos insequitur. [44] Et, quanquam capite in terram, immo ad ipsos Inferos jam dejecto, mœstus incederem, obliquato[4] tamen aspectu rem admirationis maximæ conspicio. Nam, inter tot millia populi circumsedentis,[5][g] nemo prorsus, qui non risu dirum-

Magistratibus, eorumque lictoribus, et turba hominum omnis generis. Et continuo duo Apparitores manu in me injecta, ex mandato Magistratuum, trahunt me nequaquam reluctantem ; et, ubi devenimus in proximum vicum, continuo plebs erumpens ex tota urbe prosequitur nos admiranda frequentia. Et, quamvis ambularem tristis capite demisso in terram, vel potius jam ad ipsos Inferos, deflexis tamen oblique oculis video rem prorsus mirandam. Nam, ex tot millibus plebis me ambientis,

ratus liber, *tubæ*. Vulgati, *turbæ*. Ut nos edidimus, sic etiam in veteribus libris esse testatur Beroaldus. Scriptus liber, *complecta*. Colv.—9 Guelf. pr. *visu*. Oud.—1 Bert. *emissa*. Elmenh.—2 Idem Ms. *trahi me sane non reticentem o.* Colvius. Fux. *t. s. me non reticentem accipiunt*. Vulgatam lectionem juvant illa ex pag. 247. ‘Non renitentem attraxit.’ Pro *accipiunt* lego, *occipiunt*. Roald. *Occipiunt*. Male a vulgatis hoc verbum abest. *Elmenh.*—3 Impensius placet conjectura mea, *in publicum* : hoc ideo, quia ignorem, quid sibi velit *in populum effusa*. At alio loquendi genere utuntur omnes. Pro cunctis audiatur Lat. Pacatus, Panegyr. Theodosio dicto : ‘Quid referam effusam in publicum turbam domorum ?’ *Grut.* *In populum*. Sic Florent. Gruterus noster Suspic. l. VI. c. 6. legit : *c. o. in publicum*. Elmenh. Tentabam, *in poplicum*, vel, quod etiam aliis in mentem fuit, *in publicum*. Pro vulgata stat Joann. Isacius, vir omni liberali doctrina perpolitus. *Brant.* Olim conjeci, *populatim*, vel *in speculam*, ut p. 59. penult. ‘spectaculum.’ Sed vera lectio est *publicum*. In Mss. forte *poplicum*. Nam a ‘populico,’ ‘publicus.’ Vetus apud Gruterum lapis N. CL. 6. ‘poplicus,’ et Glossæ Vet. ‘puplice’ et ‘puplico.’ Ita Tacitus aliique. Liv. XXXIV. 8. ‘Aliquanto major frequentia mulierum postero die sese in publicum effudit.’ *Wasse.*—4 *Obliquato* exulat ab Oxon. Mox J. G. Vossius in Etym. v. ‘Spectio’ citat *spectu* : ubi vide. Dein *admiratius* D'Orvill. *magnæ* Fux. *Oud.*—5 Immo, *circum stantis*, vel *circum sequentis*. Necdum enim sedebat. Sed jam scripsi me legendum arbitrari, *populi circum secus*, supra ad lib. II. *Colv.* Forte, *circum sequentis*. Sciopp.

NOTÆ

e *Turbæ miscellaneæ*] Intellige populi turbam, quæ una cum Magistratibus intraverat, mixtaque erat ex omni genere hominum.

f *Civitas omnis in populum effusa*] Legebat Gruterus *in publicum*. Forte *in propatulum*. At nihil mutandum. *In populum effusa* est, effusa in magnam populi turbam.

g *Populi circumsedentis*] Forte melius legas *circumsequentis*, quod Scioppio placet. Aut *circumfluentis*, ut vult Pricæus.

peretur,[6] aderat. Tandem pererratis plateis omnibus, et [7] in modum eorum, qui [8] lustralibus piamentis [9] [h] minas portentorum hostiis circumforaneis expiant, circumductus angulatim, forum ejusque [1] tribunal astituor. [i] Jamque sublimi [2] suggestu magistratibus residentibus, jam præcone

nullus erat penitus, qui non emoreretur risu. Tandem emensus omnes plateas, et circumductus per omnes angulos, instar eorum, qui in sacris amburbialibus procurant minas prodigiorum ductis circa urbem victimis, sistor in foro, et in ejus tribunali. Jamque judices sedebant in alto pulpito, jam publicus præco indicebat si-

in Symb. Forte *circum fundentis se*, vel *circumdantis*. Wass.—6 Lib. x. 'Risu maximo dirumpuntur.' *Elmenh.* Reg. Fux. *disrump.* Guelf. pr. *dirumpetur.* Oud.—7 A Paræano abest τὸ *omnibus*, a Palatino copula. *Id.*—8 Vetus, *quibus.* Colvius. Flor. *quibus.* male. *Elmenh.* Sed et Pith. Guelferb. sec. Reg. Fux. et D'Orv. habent *quibus.* Palat. *quibus lustratibus*, Par. Guelferb. pr. *in quibus lustralibus.* Quare forsan est legendum, *qui sub l.* Certe illud *quibus* non de nihilo est.—9 *Expiamentis.* Rom. *piamentis.* Tzetzes Chil. v. Hist. 23. *Elmenh.*—1 *Circ. angulati f. e.* Hæc putabam correctum iri hoc modo: *cir. angulatim forum usque tribunal astituor.* Apuleius libro nono extremo: 'Angulatim cuncta sedulo perlustrari jubent.' *Stewech.* Forte, *in forum et usque trib.* Sciopp. in Symb. et l. III. Susp. L. C. 8.—2 Vulgati, *sublimo.* Et sic amat Noster. *Colv.* Fux. *sublimi.* Sed supra ex eodem Ms. pag. 26. 'ventos inanimos' dixit pro, inanimes. *Roald.* Pal. et Bert. *Jam*

NOTÆ

[h] *Lustralibus piamentis*] In quibus hostia per totam urbem circumducitur, morte sua cladem imminentem aut luem mox expiatura, quæ quidem hostia apud quosdam humana fuit. De Massiliensibus testatur Servius ad hæc Virgil. Æneid. III. 'Auri sacra fames:' 'Id est, execrabilis,' inquit, 'ut: 'Sacræ panduntur portæ.' Tractus est autem sermo ex more Gallorum: nam, Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat, alendus anno integro publicis et purioribus cibis: hic postea, ornatus verbenis et vestibus sacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius civitatis: et sic projiciebatur,' in mare nempe. Hujusmodi humanam hostiam κάθαρμα et φαρμακὸν appellatam testatur Tzetzes Chiliad. v. Hist. 23. quæ incipit: 'Ο φαρμακὸς τὸ κάθαρμα τοιοῦτον ἦν τὸ πάλαι, Ἂν συμφορὰ κατέλαβε πόλιν θεομηνίᾳ. Εἴτ' οὖν λιμὸς, εἴτε λοιμὸς, &c. Ubi non quemvis ex pauperibus, sed deformissimum totius civitatis deligi ad hoc munus ait, ipsique caseum, et offam, et ficus tradi in manum; tum quibusdam agrestibus virgultis cæsum cremari vivum, ustique cineres in mare spargi solitos. Circuitio hæc solennis urbisque purgatio 'amburbium' dictum Romanis: et 'amburbiales hostiæ' apud Festum, 'quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur.'

[i] *Tribunal astituor*] Tribunal Vitruvio locus est in basilica, hemicycli figura, ubi jus dicitur. Fiebat et in castris tribunal cespititium Imperatoris sedes. Vide Tacit. Annal. lib. II.

publico silentium clamante,[3] [k] repente cuncti consona voce flagitant, propter cœtus multitudinem, quæ pressuræ nimia [4] densitate periclitaretur, judicium tantum theatro [l] redderetur. Nec mora, cum passim [5] populus procurrens caveæ conseptum [m] mira celeritate complevit; aditus etiam [n] et tectum omne fartim stipaverant.[6] Plerique columnis implexi,[7] alii statuis dependuli,[o] nonnulli per fenestras et lacunaria semiconspicui, miro tamen omnes studio visendi, pericula salutis negligebant.[8] Tunc me per proscenium [9] [p] medium velut quandam victimam publica ministe-

lentium, cum omnes subito petunt clamore unanimi, ut judicium tanti momenti pronuntiaretur in theatro, ob frequentiam populi, qui in periculo esset ex nimia multitudine et compressione. Statimque plebs undique provolans replevit consessum theatri mirabili festinatione. Impleverant quoque confertim ipsos introitus et universum tectum. Magna pars amplexi columnas, alii pendentes ex statuis, alii prominentes media parte sui ex fenestris et laquearibus, omnes tamen nihili faciebant discrimina vitæ suæ ex mirabili desiderio videndi. Tum ministri publici deducunt me per medium proscenium tanquam hostiam aliquam, et statuunt in

sublime s. m. insidentibus. Alii: *J. sublimo s. m. r.* Elmenh.—3 Flor. *silentio c.* Bertin. *silentium clamato.* Male. *Elmenh.*—4 Bert. *p. nimiæ.* Id.—5 Ms. *compassim.* Colvius. Item Guelferb. ambo. Male hinc conjecit Sopingius *compressim.* Hoc frequens est in Mss. *Populos* Guelf. sec. et D'Orv. ut ibid. p. 40. *Oud.*—6 Oxon. *stipaverat.* Palat. Guelferb. sec. *stipaverūnt.* Id. —7 Vitiose Palat. *colationis.* Oxon. et Guelf. pr. *inpssi.* Dein *nonnullus* Guelferb. pr. *Id.*—8 Idem Ms. *per. negl.* misso illo *salutis.* Rectius, etiam ex sententia nostri Canteri. *Colv.* Bert. et Flor. *p. salutaris.* Palat. et Lips. hanc vocem ignorant. Recte, si Cantero credimus. *Elmenh.*—9 Reg. Fux.

NOTÆ

[k] *Silentium clamante*] Solennis præconis formula: 'Silete, et tacete, atque animadvertite.'

[l] *Theatro*] Theatrum ludis scenicis destinatum præcipue erat. Hujus descriptionem pete ex Vitruvio lib. v. capp. 6. 7. et 8. Adi et Rosinum, si lubet, Antiquit. Rom. lib. v. Theatri partes erant Scena, Proscenium, Pulpitum, Orchestra, et Cavea spectatorum, quas ibidem fusius descriptas reperies.

[m] *Caveæ conseptum*] Cavea in Theatro est, ubi sedet populus. Plaut. Amphitryone: 'Eant per totam caveam spectatoribus.' Conseptum caveæ iterum habet Noster, lib. x. 'Ad conseptum caveæ pompatico favore deducor.'

[n] *Aditus etiam*] Per quos videlicet populus in theatrum ingrediebatur, egrediebaturque, quæ quidem 'vomitoria' appellata reperio, eo quod populum exeuntem viderentur vomere.

[o] *Plerique columnis implexi, alii statuis dependuli*] Columnis et statuis Scenæ, tum etiam Porticus illius, quæ in summa Theatri gradatione erat, tectumque habebat et laquearia. De quibus hic mentio.

[p] *Per proscenium*] Quod erat ante-

ria[1] perducunt, et orchestræ mediæ[q] sistunt. Sic[3] rursum præconis amplo boatu citatus accusator[r] quidam senior exsurgit;[4] et ad dicendi spatium vasculo[5] quodam in vicem coli graciliter fistulato,[s] ac per hoc[6] guttatim defluo[7]

medio orchestræ. Itaque quidam delator ætate provectus iterum vocatus vasto clamore præconis assurgit; et infusa aqua in quoddam vas tenuiter perforatum instar coli, per quod perfluebat stillatim ad definiendum tempus dicendi, affatur

prostomum, D'Orv. *prosellium*, Palat. *scenium*. A Pith. abest *me*. Oud.—1 Quidam, *publici ministri*. Reposui etiam lib. IX. 'Immissis itaque lictoribus, ceterisque publicis ministeriis.' Item lib. X. Quintilianus Declamat. 277. 'Qui per ministeria publica et carnificum manus occiduntur.' Sic Ministeria municipalia apud Ulpianum l. x. D. ex quib. caus. majo. Et aliud est ministerium publicum apud Martianum l. I. D. ad L. Jul. Repetund. *Colv.* In sola Ed. Bas. pr. est *publici ministri*. Vide Roald. etiam ad l. IX. p. 208. Arntzen. ad Plin. Paneg. c. 49. Heinsii Advers. p. 766. et quos non? *Oud.*—2 D'Orv. *orceste*. Id.—3 Lipsius legit *Hic*. *Amplo* deest Oxon. et Guelf. pr. a m. s. *Id.*—4 Fux. *assurgit*. Roaldus. Oxon. *surgit* cum Guelf. pr. *Oud.*—5 Ms. *baculo*. Est autem graphica descriptio clepsydræ judiciariæ, ad cujus cursum dicebant advocati. De qua forte post. *Colv.*—6 Guelf. pr. a m. pr. *hæc*. Oud.—7 *Defluа*. Flor. et Rom. *defluo*. Elmenh.—8 Guelf.

NOTÆ

rior Scenæ pars, in cujus medio Pulpitum, in quo histriones fabulas agebant.

[q] *Orchestræ mediæ*] Orchestra fuit spatium totius Theatri medium et infimum ante pulpitum, figuræ fere semicircularis. In ea Senatores et Legati honoratiorum gentium apud Romanos sedebant spectaturi. Apud Græcos autem latior erat Orchestra, et in ipsa saltationes peragebantur: unde nomen sortita est; ὀρχεῖσθαι enim Græcis saltare est, et gesticulari.

[r] *Præconis amplo boatu citatus accusator, &c.*] Asconius in Verrinam III. 'Apud Veteres, et Judices, et Rei, et Accusatores, et Defensores voce præconis citabantur.'

[s] *Vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato, &c.*] Clepsydram graphice depingit, quæ erat, ut ex hoc loco patet, vas infundibuli instar acuminatum, habens in ipso acumine minutum foramen, per quod aqua contenta stillatim effluebat, donec penitus exinanitum vas esset: quod cum certo temporis spatio fieret, ad temporis mensuram adhibita sunt ejusmodi vasa. Et, in causis præcipue capitalibus, solebat certus clepsydrarum numerus accusatori, major reo concedi, eo quod difficilior soleat esse defensio, quam accusatio. Exhaustis clepsydris finem orandi facere orator cogebatur. Tertiam circiter unius horæ partem durasse singulas clepsydras colligi potest ex hoc loco C. Plinii Junioris lib. II. Epist. 11. 'Dixi horis pæne quinque; nam decem clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor.' A clepsydris tracta est parœmia Ἀναλίσκεις ὕδωρ, Frustra consumis aquam: in eos, qui frivola inter orandum afferunt, nihilque ad rem facientia.

infusa aqua, populum sic adorat: Neque parva res, at præcipue pacem civitatis cunctæ respiciens, et exemplo serio profutura tractatur, Quirites[t] sanctissimi: quare[8] magis congruit sedulo singulos atque universos vos[9] pro dignitate publica providere, ne nefarius homicida tot [45] cædium[1] lanienam, quam cruenter[2] exercuit, impune commiserit. Nec me putetis, privatis simultatibus instinctum,[3] odio proprio sævire. Sum namque nocturnæ custodiæ præfectus:[4][u] nec in hodiernum[5] credo quenquam[6] pervigilem diligentiam meam culpare posse. Rem denique ipsam, et quæ nocte gesta sunt, cum fide proferam.[7] Nam,

populum hoc modo: Res agitur non levis momenti, Cives æquissimi, sed pertinens in primis ad tranquillitatem totius hujus urbis, et utilis futura ceteris hoc gravi exemplo. Quapropter convenientissimum est vos omnes et unumquemque vestrum pro honore hujus civitatis dare operam, ne hic sceleratus impune patraverit homicidium tot civium, quod commisit adeo crudeliter. Neque existimetis me impulsum offensionibus privatis insectari eum acerbius inimicitia propria. Sum enim præfectus excubiis noctis: neque arbitror sedulam meam vigilantiam hactenus posse reprehendi ab ullo homine. Ceterum narrabo fideliter rem ipsam, et quæ perpetrata

---

quæras. Oud.—9 *A. u. v. Et* Fux. *Nos* Bertin. *Id.*—1 Beroaldum sequimur. Scripta lectio, et vulgata vetus, *totam ædium.* Ex quo fuit, cum legerem, *tot jam cædium.* Colvius. Lege, *tot civium.* Wowerius. Rom. *totam ædium.* Lege cum Grutero (l. VI. Susp. c. 6.) *tot civium.* Elmenh.—2 Bert. *cruentus.* Id. Non male, si plures addicerent Codd. de quo alibi. *Oud.*—3 Bertin. *instructum.* Elmenh. Solita corruptione. Vide ad Sil. l. VIII. 240. XV. 135. Infra l. VIII. p. 168. 'Dolore pellicatus instincta:' ubi plura. Tum *finire* Fux. *Oud.*—4 Inserit Fux. c. *custos pr.* Id.—5 Fux. *nec in hodiernam diem.* Roald. E glossa. Vide ad l. I. pag. 18. Septim. de B. Troj. III. 25. 'Helenam in hodiernum retinendam putetis?' Sed in mea collatione non comparet *diem.* Oud.—6 D'Orv. Fux. *quempiam,* et Reg. Fux. *inculpare,* haud male. Dein *nocte* exulat a Guelf. sec. *Id.*—7 Veteres excusi, *perferam.* Par huic lib. I. *Colv.* Bert. Pith. *perferam,* male. *Elmenh.* D'Orv. Guelferbytani quoque *perferam,* scil. ad aures. Sed *proferam* reliqui cum Ed. Bas. pr. sec.

NOTÆ

[t] *Quirites*] More Romano Hypatæos cives alloquentem inducit accusatorem illum, qui more Græco dixisset: Ὦ ἄνδρες Ὑπαταῖοι.

[u] *Nocturnæ custodiæ præfectus*] Præfectus vigilum, quorum munus erat totam urbem noctu perambulare, et observare diligenter quid quoque in vico gereretur, prædonesque, et homicidas, si quos habuissent obvios, comprehendere, incendiis præterea nocturnis opem ferre. Hi videntur a disciplina castrensi originem duxisse. Eligebantur enim in castris ex militibus, qui vigilias nocturnas circumirent, renuntiarentque, si quid alicubi esset male gestum. Hi circuitores primo dicti sunt; at postea, teste Vegetio, militiæ factus est gradus, dictique sunt circitores.

cum fere jam tertia vigilia [w] scrupulosa diligentia[8] cunctæ[9] civitatis ostiatim singula considerans circumirem,[1] conspicio istum crudelissimum[2] juvenem mucrone destricto passim cædibus operantem:[x] jamque tris[3] numero sævitia ejus interemtos, ante pedes ipsius spirantes adhuc corporibus in multo sanguine palpitantes. Et ipse quidem, conscientia tanti facinoris merito permotus, statim profugit: et,[4] in domum quandam præsidio tenebrarum elapsus, perpetem noctem delituit. Sed[5] providentia Deum, quæ nihil impunitum nocentibus permittit, priusquam iste clandestinis itineribus elaberetur, mane præstolatus,[6] ad gravissimum judicii[7] vestri sacramentum[y] eum curavi producere.[8] Ha-

sunt hac nocte. Cum enim circa mediam noctem lustrarem totam urbem accuratiore diligentia, ab ostio ad ostium observans cuncta; video hunc sævissimum adolescentem hinc inde perpetrantem homicidia nudato gladio; tresque jam interfectos ejus crudelitate ante ipsius pedes adhuc anhelantes corporibus tremule subsultantibus in plurimo cruore. Et ipse quidem, jure exagitatus conscientia tam diri sceleris, aufugit illico, et, cum evasisset in quasdam ædes beneficio noctis, latuit ibi tota nocte. Sed prudenti Deorum consilio, quo nihil dimittitur inultum sontibus, ego matutino tempore expectato, antequam hic effugeret secretis viis, dedi operam ut adduceretur ad sacrosanctum vestrum judicium. Adest ergo vobis reus inquinatus

Colv. &c. Vide ad p. 11. 'Proferens vera.' *Oud.*—8 Quidam ex iisdem, *lapsa dilig.* Colvius. *Lapsa.* Fux. *scrupulosa*, quod agnovit Beroald. et Ald. *Roald.* Lib. I. 'De ipso præside scrupulosissime explorans.' *Elmenh.* In solis Basil. est istud *lapsa:* quod unde natum sit, indagare nequivi. *Oud.*—9 Bert. *cuncta.* Elmenh.—1 V. C. *circuirem.* Quod magis placet. *Brant.* *Circuirem* Mss. D'Orv. Guelf. ambo, Edd. Junt. Aldi, perpetua mutatione: ut ubivis monent eruditi. *Oud.*—2 Scripta lectio, *credulissimum.* Colv. Obvio errore. Vide ad p. 39. *Oud.*—3 Ed. Colin. *treis*, Wow. Elm. Scriv. Flor. *tres*, contra Mss. et Edd. Vett. Adi ad Cæs. I. 1. 'In tris partes.' *Idem.*—4 Abest copula ab Oxon. Ms. *Id.*—5 Oxon. *Sed et.* Tum Reg. Fux. *Dei*, et *ille.* Pith. *illa.* Id.—6 Eadem scripta lectio, *postulatus.* Colvius. Fux. *impostulatus:* verum ἀνιστορικῶς. *Roald.* *Postulatus; postulatum* e Mss. in marg. Ed. Vic. D'Orv. *præstuolatus.* Oud.—7 Oxon. *judicum.* Id.—8 Bert.

NOTÆ

[w] *Tertia vigilia*] Nox apud milites in quatuor vigilias dividebatur, (ut jam monui ad librum secundum,) quæ singulæ trium horarum erant, seu quartæ partis totius noctis. Finita unaquaque vigilia, vigiles alii in priorum locum sufficiebantur; sicque quater in nocte vigiliæ mutabantur. Tertia vigilia, de qua hic, amplectitur id tempus, quod est a media nocte ad galli cantum circiter.

[x] *Cædibus operantem*] Sic apud Tertullianum, de Corona Militis, 'prælio operari:' et in Apologetico, 'balneis, cauponis, lupanaribusque operari.' Et apud Ovid. 'Studiis operata Minervæ.'

[y] *Sacramentum*] Quo vos obstrinxis-

betis[9] itaque reum tot cædibus impiatum, reum coram deprehensum,[2] reum peregrinum. Constanter itaque in hominem alienum ferte sententias de eo crimine,[1] quod[2] etiam in vestrum civem severiter vindicaretis. Sic profatus[3] accusator acerrimus immanem vocem repressit.[4] Ac[5] me statim præco, si quid ad ea respondere vellem, jubebat incipere. At[6] ego nihil tunc temporis amplius quam flere poteram,[7] non tam Hercules[8] truculentam accusationem[9] intuens, quam meam[1] miseram conscientiam. Sed tamen oborta[2] divinitus audacia, sic ad illa: Nec[3] [46] ipse ignoro, quam sit arduum, trinis [civium][4] corporibus

tot homicidiis, reus manifestarius, reus extraneus. Pronuntiate igitur fortiter sententias adversus hominem alienigenam de eo scelere, cujus gravissimas pœnas sumeretis etiam a vestro populari. Vehementissimus delator, hæc locutus, cohibuit vastam vocem. Et extemplo præco præcipiebat ut initium facerem dicendi, si haberem aliquid respondendum ad ea. Verum ego interea nihil aliud poteram quam lacrymari, minus profecto respiciens atrocem criminationem, quam meam malam conscientiam. Verumtamen, enata mihi confidentia Deorum nutu, sic respondi ad illa: Satis scio quantum sit difficile, tribus cadaveribus civium objectis, illum, qui

perducere. Elmenh.—9 Par. Guelferbytani, *Habeatis.* In Palat. hic et statim *inquam.* Tum D'Orv. *totos diebus* corruptissime. *Oud.*—1 Bert. *de crimine.* Id.—2 Venetus, *qui.* Colvius. Item Beroald. et Junt. pr. *In nostrum c.* Guelf. duo. *Judicaretis* D'Orvill. male et solenni errore. *Oud.*—3 Pal. *præfatus.* Elmenh. Cum Guelferb. pr. Vide ad l. II. p. 39. *Oud.*—4 Aldinus, *pressit.* Colv.—5 *At* Vulc. Ed. sec. Elmenh. &c. Sed reliquæ cum Mss. Fux. D'Orv. *Ac,* quod hic præfero. *Oud.*—6 Hic etiam, sed pessime, *Ac* D'Orv. ut innumeris locis. Pro *nihil* in Oxon. est *reus.* Id.—7 Si quid ego de consuetudine loquendi hujus Auctoris imbibi, nunquam τὸ *poteram* ab illo ipso hic ascriptum fuit. Sueton. in Claudio: 'Nihil tota via, quam, essetne sibi salvum imperium, requirens.' *Stewech.* Non persuadet Stewechius. Pro *non tam* Reg. Fux. dat *non enim.* Oud.—8 *Me Hercules.* Flor. et Pal. *Herc.* Elmenh.—9 Fux. *truculentum accusatorem.* Roald. Neque aliter exaratur in Regio. Pro *intuens* oræ exemplaris sui allevit Burmann. *metuens.* Oud.—1 Abest *meam* ab Oxon. Guelferbytanis, et Palat. *Mis. meam* in D'Orvill. *Id.*—2 D'Orv. Fux. Pith. *aborta.* Id.—3 D'Orv. *Ne.* Vide ad lib. I. pag. 16. *Id.*—4 Τὸ *civium* delet Pal. *Elmenh.* Uncis hinc eam vocem inclusit Scriverius. Et recte. Noster enim Lucius non agnovit occisos a se

NOTÆ

tis jus ex æquo singulis reddere, et sontes pro modo admissi punire. Phædro jurisjurandi fides dicitur Fabul. lib. III. 'A Divo Augusto tunc petiere Judices, Ut adjuvaret jurisjurandi fidem, Quod ipsos error implicuisset criminis.'

[2] *Coram deprehensum*] Ἐπ' αὐτοφώρῳ, ut Græci dicunt, in flagranti crimine. Noster lib. IX. similiter dixit: 'coram noxæ deprehensum.'

expositis, eum qui cædis arguatur, quamvis vera dicat, et de facto confiteatur ultro, tamen multitudini tantæ,[5] quod sit innocens, persuadere.[6] Sed, si paulisper audientiam publicam mihi tribuerit humanitas,[7] facile vos edocebo, me[8] discrimen capitis non meo[9] merito, sed rationabilis[1] indignationis eventu fortuito tantam criminis invidiam frustra sustinere. Nam, cum a cœna me serius aliquanto reciperem, potulentus[2] alioquin, quod plane verum crimen meum[3] non diffitebor, ante ipsas fores hospitii, ad bonum autem[4] Milonem civem vestrum deverto, video quosdam[5] sævissimos latrones aditum tentantes, et domus januas cardinibus obtortis[6] evellere gestientes; claustrisque omnibus, quæ[7] accuratissime affixa fuerant, violenter evulsis,

accusetur trucidationis eorum, probare tanto cætui se esse insontem, tametsi vera loquatur, et sponte fateatur factum. Verum, si pro vestra benignitate præbueritis mihi tantisper audientium publicam, facile vobis ostendam me subire periculum vitæ, non propter ullum meum malefactum, sed immerito flagrare invidia tanti sceleris ob exitum improvisum justæ iracundiæ. Cum enim redirem a cæna paulo tardius, vinolentus ceteroquin (quod sane meum peccatum non inficiabor verum esse), conspicio ante januam mei hospitii (divertor autem apud probum Milonem, vestrum concivem) quosdam crudelissimos prædones molientes ingressum, et cupientes extrahere fores ædium contortis cardinibus, et extractis magna vi repagulis omnibus,

esse cives; sed fuisse latrones contendit. Deficit hic rursus Guelf. prim usque ad l. IV. p. 66. in f. 'pulveris voluntatibus.' Pro *corporibus* in Guelf. sec. *tantum*. *Expositum* Pith. Dein Fux. *qui tedio accusatur*. Oud.—5 D'Orv. Pal. Pith. Fux. et Ed. Junt. post. *tantæ m.* Id.—6 Manuscriptus, *persuaderes ea*. Colv.—7 Repone *humanitas vestra* ex Basileensibus. *Colv.* Grut. Susp. lib. VI. c. 6. *a. publica m. tr. hum.* Elmenh. Scriverius secutus est Gruterum, quod malim; sive vestra totius populi hum. Solin. pag. 23. 'Sub oculis publicis,' i. e. totius populi. Alius vult *publice*. Oud.—8 Vetus, *ne*. Colv.—9 Deest *meo* Ed. Bas. pr. Pal. et Guelf. *modo mer.* Oud.—1 Fux. *rationalis*, carens τῷ *invidiam*. Id.—2 Ms. *poculentus*. Sciopp. in Symbola. Alii, *poculentus*. Elmenh. Adi me ad Sueton. Oth. c. 2. 'Potulentum corrigere.' Oxon. in marg. *potulatus*, Palat. *postulentus*. Bertin. *aliq. ante*. Oud.—3 Τὸ *meum* male abest a vulgatis. *Elmenh.* B. M. *ver. crimen meum non d.* Putean. Forte *unum crimen*. Brant. *Meum* addunt Flor. Fux. Guelf. Pal. Oxon. D'Orv. et Edd. post Elmenh. *Oud.*—4 *Autem* abest a Bertino, uncis inclusum ab Elmenh. et seqq. *Id.*—5 E præcedentibus etiam hic *tres q.* mavult Pricæus. *Videns* Fux. *Id.*—6 Ald. *obortis:* male. *Elmenh.* Item Junt. Edd. *Abortis* D'Orv. *Oud.*—7 In membranis: q̄. Quod scripserim, *quam:* ut lib. IX. 'Et quam diligentissime fuerat oppessulata, malum pejusque aliquid opinantes, nisi valido reducto vel diffracto cardine, patefaciunt aditum.' Sic Prop. 'Hoc, quodcumque vides, hospes, quam maxima Roma est, Ante Phrygem Æneam collis et herba fuit.' *Colv.* Nota illa q̄. non signat *quam*, sed *quæ:* quomodo lenius procedit periodus, quam per parenthesin, quæ tunc foret statuenda. Adverbium *accuratissime* præ incuria ex Floridi Ed.

secum jam de inhabitantium [8] exitio deliberantes. Unus denique et manu promtior, et corpore vastior,[9] his affatibus ceteros [1] incitabat: Heus pueri, quam maribus [2] animis et viribus alacribus dormientes aggrediamur. Omnis cunctatio,[3] ignavia omnis facessat [4] e pectore. Stricto mucrone per totam domum cædes ambulet.[a] Qui sopitus jacebit, trucidetur;[5] qui repugnare tentaverit,[6] feriatur. Sic salvi recedemus, si salvum in domo neminem reliquerimus.[7] Fateor, Quirites: extremos latrones, boni civis [8] officium arbitratus, simul et [9] eximie metuens et hospitibus meis et mihi, gladiolo, qui me [1] propter hujusmodi pericula comitabatur, armatus, fugare [2] atque proterrere [3] eos aggressus sum. At illi barbari prorsus et immanes homines neque fugam

quæ obdita fuerant diligentissime, jam consultantes inter se de nece incolentium. Postremo unus, qui erat expeditiori dextra et statura ampliori, hortabatur reliquos his verbis: Heus, commilitones, ait, quidni sopitos adorimur animo plane virili et promto robore? Omnis dubitatio, omnis segnities abscedat ex animis nostris. Strages grassetur ense nudato per universas ædes. Qui recumbit dormiens, occidatur. Qui conatus fuerit reluctari, percutiatur. Ita abibimus hinc incolumes, si nullum dimiserimus incolumem in ædibus. Non inficior, o Cives, ego, ratus esse officium probi civis, atque una mirum in modum mihi timens meisque hospitibus, armatus ensiculo, quem mecum gestabam ob talia discrimina, tentavi dare in fugam et perterrere prædones nequissimos. Verum illi feri omnino et atroces viri nequa-

est elapsum. *Oud.*—8 Oxon. *inhabitura.* Id.—9 Scriptus, *ustior.* Colvius. Fux. *m. promtiore et c. vastiore.* Oud.—1 Idem, *aff. et ceteros.* Colvius. Item Fux. et Guelf. *Oud.*—2 *Heus, pueri, inquit, maribus.* Vulgati, *Heus, pueri, quam m.* Colv. Emenda ex Bert. *Heus pueri, quin maribus.* Wowerius. *Heus pueri, quin m.* Ita Bert. *Sciopp. in Symb. et* l. III. *Susp. L.* c. 8. *Heus pueri, inquit, quin ri.* Bert. *quam m.* Elmenh.—3 *Contatio.* [Hoc dat Oudendorp.] Ed. Junt. post. Guelf. D'Orv. cum Scriverio, *cunctatio*, ut supra. *Oud.*—4 *Facesset* Guelf. *Id.*—5 *Qui s. j. t.* Hæc non sunt in scripto codice. *Colv. Qua s. jacebat* Pith. *Oud.*—6 Fux. *tentarit.* Id.—7 Flor. *relinquimus.* Elmenhorstius. Fux. *nem. in d. relinquerimus.* Oud.—8 Pith. *ejus.* Id.—9 *Simul.* In eodem: *simul et.* Colvius. Recte, acceduntque Oxon. Guelf. Pith. Fux. et D'Orvill. Mss. *Oud.*—1 Abest *me* a Fux. Par. Guelf. *Qui me glad.* Pal. *Per h.* D'Orv. In Ed. Scriv. *hujuscemodi:* ut alibi sæpe. *Comitabar* Palat. *Id.*—2 Interpungendum ac rescribendum credidi: *comitabatur, armatos fugare.* Stewech. Repone ex eodem Ms. *armatus et fugare.* Colv. Nullam video necessitatem aliquid innovandi: *latrones gladiolo armatus fugare aggr. sum.* Fux. *et fugare.* Oud.—3 Susp. Lect. III. cap. 8. docui ex v. c. legendum *perterrere.* Vide pag. 63. *Sciopp. in Symb.* Bert. *perterrere.* Elmenh.—

NOTÆ

[a] *Cædes ambulet*] Sic lib. IX. de canibus loquens: 'Et per omnem nostrum commeatum morsibus ambulare;' id est, grassari.

capessunt; et, cum me viderent[4] in ferro, [47] tamen audaciter resistunt. Dirigitur præliaris[5] acies. Ipse denique dux et signifer ceterorum, validis me viribus[6] aggressus, illico manibus ambabus capillo arreptum, ac retro reflexum,[7] effligere[8] lapide gestit: quem dum sibi[9] porrigi flagitat, certa[1] manu percussum[b] feliciter prosterno. Ac mox alium, pedibus meis mordicus[2] inhærentem, per scapulas ictu temperato, tertiumque[3] improvide[4] occurrentem, pectore offenso,[5] perimo. Sic pace[6] vindicata, domoque hospitis[7] ac salute communi protecta, non jam[8] impunem

quam se mandant fugæ; et, tametsi me cernerent in armis, nihilominus repugnant audacter. Certamen instruitur: ipse demum imperator atque antesignanus reliquorum, adortus me magna vi, conatur statim saxo percellere crinibus apprehensum utraque manu, et reclinatum retrorsum. Quod saxum dum petit dari sibi in manum, ego bono meo fato ferio eum dextra nequaquam aberrante, et affligo humi. Ac deinde interficio alium morsu affixum meis tibiis, ictu librato per medias scapulas, et confodio per adversum pectus tertium obversantem incautius. Ita asserta tranquillitate, et defensa domo mei hospitis nostraque omnium vita, existimabam me

4 Idem Ms. *viderint.* Colv. Sic et Pal. ac Fux. *Audacter* Pith. sine verbo *resistunt.* Oud.—5 Idem, *p̄lialis.* Colv.—6 *Validissime viribus.* Τὸ *viribus* deerat vulgatis. *Colv.* Vera lectio, *validis me viribus.* Wower. In Bert. non est *viribus.* Malim: *validissime me agg.* Sciopp. in Symb. et lib. III. Susp. L. c. 8. *Validis me viribus.* Ita Flor. Vulgo: *validissime v.* Elmenhorstius. B. *me validis viribus.* Putean.—7 Impressi omnes, *retro reflexum.* Colvius. Rom. et Bert. *irreflexum.* Elmenh.—8 Bertin. *effingere.* Plaut. Amphit. 'Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo.' Sed nihil mutandum. *Wower.* Bert. *effingere.* Vide quæ dixi Susp. Lect. III. c. 8. *Sciopp. in Symb.* Bert. *effingere.* Male. Lib. v. 'Quid vos miseris lamentationibus nequicquam effligitis?' *Elmenh.*—9 Exulat ab Oxon. τὸ *sibi.* Oud.—1 Venetus et Basil. 1. *cerea.* Colv.—2 Palat. *morditus.* Vide infra ad p. 49. 'Mordicibus appetens.' Tum *et per scap. jactu* Pith. *Oud.*—3 Pith. *trinumque.* Id. —4 Fux. *improbe.* Roald.—5 Heinsius *infenso,* male. *Offenso* hic est, vulnerato vel læso. *Burm.*—6 Scriptus, *pote.* Colv. Item Fux. Guelf. Palat. qui mox cum Oxon. caret *que.* Unde conjicere quis posset: *Sic, utpote vindicata domo h.* Sed nihil opus. *Oud.*—7 Flor. *hospitum.* Bert. *hospitium.* Elmenh. —8 *Non tam.* Restituit Beroaldus: *non tantum.* Ceterum germanum arbitror fore: *non jam.* Neque insolens particulas temporis subsequi eo loci, ubi Ablativus casus præcedens adverbii notionem supplet. Ostendi in Particulis Linguæ Latinæ. Et inde quoque manifestum est, Ciceronem, Plautum, optimum quemque Romanorum, libenter collocasse 'non,' pro, non modo,

NOTÆ

[b] *Certa manu percussum*] Manu, quæ minime aberravit, sed ictum intulit, quo mente destinaveram. Contra apud Virgilium, lib. II. Æneidos: 'Incertam excussit cervice securim.' Hoc est, inquit Servius, dubie illisam, quæ non habet mortis effectum.

me, verum etiam laudabilem publice credebam fore: qui ne[9] tantillo quidem unquam[1] crimine postulatus, sed probe spectatus apud meos,[2] semper[3] innocentiam commodis cunctis antetuleram. Nec possum reperire, cur justæ ultionis,[4] qua contra latrones deterrimos[5] commotus sum, nunc istum reatum sustineam; cum nemo possit monstrare, vel privatas inter nos inimicitias[6] præcessisse, ac ne omnino mihi notos illos latrones usquam fuisse. Vel certe ulla præda monstretur, cujus cupidine tantum flagitium credatur admissum. Hæc[7] profatus, rursum lacrymis obortis,[8] porrectisque in preces manibus, per publicam misericordiam, per pignorum caritatem, mœstus tunc hos, tunc illos deprecabar. Cumque jam humanitate commotos, misericordia[9] fletuum affectos omnes satis crederem, Solis et Justitiæ testatus oculum,[c] casumque præsentem meum

fore non modo a supplicio immunem, sed etiam dignum laude publica: qui ne minimi quidem criminis unquam accusatus, sed probitatis perspectæ inter meos prætuleram semper integritatem vitæ omnibus bonis. Nec satis capio qua de causa subeam hanc accusationem justæ vindictæ, qua incitatus sum adversus pessimos prædones, cum nemo queat probare aut privata odia mihi antehac intercessisse cum illis, aut etiam illos latrones mihi fuisse cognitos ullo prorsus modo. Vel saltem ostendantur aliqua spolia, quorum aviditate existimetur tantum scelus fuisse perpetratum. His dictis, lacrymis iterum manantibus, et manibus suppliciter protensis: tristis obsecrabam modo hos, modo illos, per commiserationem publicam, et per amorem liberorum. Cumque jam arbitrarer affectos clementia, et multum commotos miseratione mearum lacrymarum: obtestans aciem Solis et Justitiæ, et committens

non tantum, &c. *Stewech.*—9 Sic Edd. Vett. et Mss. præter Florent. e quo tacite Elmenhorstius reposuit *nec*, eumque secuti sunt ceteri. Male. *Oud.*—1 D'Orvill. *nunquam.* Id.—2 Edd. Ald. Junt. post. *me.* Id.—3 *Insuper.* Vulgarii: *apud meos semper.* Colvius. *Semper.* Vulgo, *insuper.* Elmenh. *Semper* exhibent Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. Bert. Oxon. D'Orv. cum Edd. ante Colvium, et sequentibus Elmenhorstium. Dein *innocentias* Oxon. et *antetul. cunctis* Palat. Guelf. *Oud.*—4 *Istius ult.* iidem. Vulg. *justæ ult.* Colvius. *Justæ.* Fux. *istius.* Roaldus. Vulgo, *istius.* Bert. *justa.* Elmenh.—5 Quidam vulgati, *teterrimos.* Colv.—6 *P. i. n. amic.* Alias impressum est *proprias.* Forte scriptum fuit *privas*, et hinc *proprias*, ut glossema. *Colv.* Bert. et Pal. *proprias i. n. a.* Elmenh. [Nescimus unde illud *amic.* fluxerit, et miramur nullam de ea varietate nisi meram mentionem a VV. DD. esse factam.]—7 Vulgarii plerique, *Hic.* An, *Sic?* Sed frequens in hoc scriptore τὸ *Hic* positum, ubi *Hæc* vel aliud quid reponendum censeas. Quod quilibet diligens lector observabit sæpius, nos semel monere voluimus. *Colv.* Bert. *præfatus.* Elmenh. *Hoc* Pith. *Hic* est in Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Vide l. I. p. 3. IV. p. 75. *Præfatus* Fux. De *profatus* vide ad l. II. p. 39. *Oud.*—8 Fux. *abortis.* Id.—9 Oxon. *et miser.* Non male. Sed vide ad pag. 45.

commendans Deum providentiæ, paulo altius aspectu[1] relato, conspicio prorsus[2] totum populum; risu cachinnabili diffluebant;[3] nec secus illum[4] bonum hospitem parentemque meum Milonem [48] risu maximo dissolutum. Ac[5] tunc sic tacitus mecum, En[6] fides, inquam, en conscientia; ego quidem pro hospitis salute et homicida sum, et reus capitis inducor:[7] at[8] ille, non contentus quod mihi nec assistendi solatium perhibuit,[9] insuper[1] exitium meum cachinnat.[2] Inter hæc quædam mulier per medium theatrum lacrymosa et flebilis, atra veste contecta, parvulum quendam sinu tolerans decurrit:[3] ac pone eam anus alia

curæ Deorum meam sortem præsentem: cum sustulissem oculos aliquanto altius, video omnem prorsus plebem effusam in risum solutiorem, ipsumque adeo egregium hospitem et patrem meum Milonem diffluentem risu solutissimo, non secus ac ceteros. Ego vero tum sic apud me tacitus: Hæccine fides est, inquam, hæccine religio? Ego equidem patravi cædem, et sustineo accusationem capitalem pro incolumitate mei hospitis: ille autem, non satis habens, ne patrocinio quidem suo me juvisse, ridet præterea meam mortem. Interea fœmina quædam accurrit per medium theatrum, plorans, et ejulans, induta nigro vestimento, gestans in sinu quendam infan-

‘Spirantes, palpitantes.’ Pith. *misericordiam flentum.* Id.—1 Pith. *respectu.* Id.—2 *Pr.* Ms. Al. *rursus.* Colvius. *Prorsum.* Manus. *prorsus.* Al. *rursus.* Scribo, *rursus prorsus*, aut *rursum prorsum*, et mox pro *diffluebant*, *diffluentem*, cum Colvio. Ennius Andromeda apud Nonium: ‘Rursus prorsus reciprocat fluctus viam.’ Apud Terentium Hecyra: ‘Cursari rursum prorsum.’ *Brant.* Sive, ultro citroque: quod hic locum non habet. *Prorsum* est in Edd. Colv. Vulc. sec. *Oud.*—3 *Populum. Risu cac. diffluebant.* Concinnius ita puto: *totum populum risu cac. diffluentem.* Lib. I. reposui: ‘Demonstro seniculum in angulo sedentem:’ cum ante esset, *in angulo sedebat.* Colv. Recte Colvius et convenienter, ut in Ms. conjecit, *diffluentem.* Sciopp. in Symb. *Diffluentem.* Alii, *diffluebant.* Elmenhorstius. B. *defluentem.* Et ita Colvius quoque hunc locum concinnat. *Putean.*—4 Τὸ *illum* non est in Flor. *Elmenh.* Male uncis incluserunt Scriv. aliique. Vide ad lib. I. pag. 2. ‘A Plutarcho illo inclyto.’ *Oud.*—5 *At.* Ms. et Ald. *Ac.* Colv. *Ac* in ceteris quoque Mss. et Edd. Juntinis, ut restituere Elmenh. Pric. et Florid. Al. *At.* Oud.—6 Oxon. *Heem* semper. *Id.*—7 Fux. *judicor.* Roald. Vel potius *indicor.* Palat. a m. sec. *r. capiti.* D'Orvill. *ineducor.* Heinsio placebat *incusor.* Oud.—8 D'Orvill. suo more, *ac.* Id.—9 Flor. *præbuit.* Elmenh. In vulgatis est *perhibuit*, quo utitur Plautus etiam pro *præbere.* Idem in Add. —1 Pith. *et super*, probante Salmasio. Sed *insuper* Appuleio est frequens. Fux. *ac insuper*, prave. *Oud.*—2 Par. *cachinnabat*, Fux. *cachinnant*: f. pro *cachinnavit.* Id.—3 Scripta lectio, *decussit.* Colv. Sic et D'Orvill. Fux. Guelferb. *Decursat* in Oxon. Bene, ut ‘concurso,’ ‘discurso,’ ‘incurso.’

NOTÆ

[e] *Solis et Justitiæ testatus oculum*] Lib. II. ‘Ut ipsos etiam oculos Solis et Justitiæ facile frustrentur.’ Ad quem locum vide quæ annotavimus.

pannis horridis obsita,[d] paribusque mœsta fletibus, ramos oleagineos[4] utræque[5] quatientes: quæ circumfusæ lectulum, quo peremtorum cadavera contecta[6] fuerant, plangore[7] sublato se lugubriter ejulantes, Per publicam misericordiam, per commune jus humanitatis, aiunt, miseremini indigne[8] cæsorum juvenum, nostræque viduitati ac solitudini de vindicta solatium date. Certe parvuli hujus in primis annis[9] destituti fortunis succurrite, et de latronis hujus sanguine legibus vestris[1] et disciplinæ publicæ litate.[e] Post hæc magistratus, qui natu major,[2] assurgit, et ad populum talia:[3] De scelere quidem, quod[4] serio vindicandum est,[5] nec ipse, qui commisit, potest diffiteri; sed una tantum subsiciva[6] solicitudo[f] nobis relicta est, ut ce-

tem, et post ipsam alia vetula operta centonibus laceris atque immundis, et testans suum mœrorem similibus ejulatibus; ambæ agitantes manibus ramos oleæ, quæ effusæ circa feretrum, in quo corpora interfectorum fuerant cooperta, elato planctu flebiliter lamentantes, Per pietatem publicam, inquiunt, per communem legem humanitatis, misereat vos adolescentium atrociter interfectorum, et concedite nostræ orbitati ac desertioni solamen ex ultione. Saltem ferte opem miseræ sorti hujus infantis orbati patre in primis suis annis. Et sacrificate statutis vestris ac disciplinæ publicæ cruore hujus grassatoris. Postea maxime grandævus Judicum exsurgit, et ad plebem hæc ait: Certe de crimine hoc, quod puniendum est graviter, ne ipse quidem, qui illud patravit, potest ire inficias. Verum una duntaxat cura

Oud.—4 Vulgati, *oleaginos.* Colvius. Bert. *oleaginos.* Elmenh.—5 D'Orv. *uterque,* Oxon. *utraque.* Male. Dein pro *quæ* Ed. Bas. pr. *quam.* Oud.—6 Fuit, cum *conjecta* mallem. Nunc muto, et non muto. *Brant.*—7 Oxon. Guelferb. *langore,* Palat. *labore.* Oud.—8 Guelf. *digne.* Id.—9 Vocem *annis* ignorat Bertin. et legit: *parvuli hujus in primis destituti.* Wow. Elmenh. *In primis destituti.* Sic malim cum Bertino. *Sciopp. in Symb. et* l. III. *Susp. L.* c. 16. —1 D'Orv. prave, *nostris.* At Palat. Guelferb. Fux. carent copula, ut 'legibus' sit ablativus. Sed præfero vulgatum. Ante in Pith. *idè latronis.* Oud.—2 Addit Bertin. *erat.* Contra ab Ed. Bas. pr. abest *qui.* Id.—3 Quidam, *talia infit.* Colv. Eadem nempe Bas. Ed. Sed vide ad l. II. p. 39. 'Ergo igitur senex ille.' Exulat copula a Fux. *Oud.*—4 Fux. *de sc. quod quidem.* Roald. Sic et Reg. *Oud.*—5 *Vindicandum.* Ms. *vindicandum est.* Colv.—6 *Subcisiva.* Idem, *sufficina.* Subcisiva solicitudo, id est, superflua ac reliqua. Ita accipe lib. VIII. 'Ac me relictum solum ac subcisivum cum fastidio plerique præteribant.' Et lib. XI. 'Quid subcisivum quamvis

NOTÆ

[d] *Pannis horridis obsita*] Terent. Eunucho, Act. II. Scen. 2. 'Video sentum, squalidum, ægrum, pannis annisque obsitum.'

[e] *Litate*] 'Litare' proprie est, sacrificio numen propitiare. Hic est, satisfacere.

[f] *Subcisiva solicitudo*] 'Subcisiva tempora' appellantur, subducta negotiis, *heures dérobées.* Cicero, lib.

teros socios tanti facinoris requiramus. Nec enim verisimile est, hominem solitarium tres tam validos evitasse [7] [g] juvenes. Prohinc tormentis veritas eruenda. Nam et qui comitabatur eum puer [8] clanculo profugit; [h] et res ad hoc deducta est, ut per quæstionem sceleris sui participes indicet: ut tam diræ factionis [9] formido funditus përimatur. Nec mora, cum ritu Græciensi ignis et rota, tum omne flagrorum [1] genus inferuntur. [i] Augetur oppido, [49] immo

secundaria nobis adhuc superest, ut investigemus reliquos participes tanti sceleris. Nam probabile non est hominem unicum enecasse tres adolescentes tam robustos. Ideo veritas extorquenda est ab ipso cruciatibus. Servus enim, qui erat ipsi comes, aufugit clam. Et res eo devenit, ut declaret participes tanti sceleris vi tormentorum, quo metus tam crudelis catervæ omnino tollatur. Et continuo proferuntur ignis et rota more Græco, ac deinde omnes species verberum. Tristitia mihi valde

iteratæ jam traditioni remansisset.' Et sic alibi. *Colv.*—7 Sic Ms. et veteres Editiones. Quidam ex aliis, *enecasse;* quidam, *necasse.* Colvius. Fux. *enecasse.* Aldus vero, *necasse.* Beroaldo tamen vulg. lectio magis arridet. *Roald.* *Evitasse.* Sic Fl. et Ro. Codex. Venet. *evirasse.* Ald. *necasse.* Bert. *enecasse.* Male. Vide Indicem. *Elmenh.*—8 Τὸ *puer* excusis omnibus deerat. Res ipsa postulabat addi. *Colv.* Bene jam addidit Ed. Junt. post. Msstis consentientibus. *Qui* et *eum* desunt Pal. *Oud.*—9 Fux. *facinoris.* Roaldus. B. *d. facinoris.* Puteanus. Reg. Fux. *duri facinoris.* Pro *ut* in Oxon. *et.* Guelf. *funditus formido.* Tum Pal. *perematur.* Oud.—1 Ms. *et omne flagitiorum.* Recte cusum, *flagrorum.* Quintilianus Declam. CCLXII. 'Quæ non dolore vincatur, non ignibus cedat, non verberibus ingemiscat.' Ergo flagra et verbera inter genera tormentorum numerabimus: ut et ignem; de quo hic Beroaldus haud spernenda. Addo Tertullianum ad Martyres: 'Jam et ad ignes quidam sese auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent.' *Colv.* Flor. et Rom. *flagitiorum,* male. Augustinus Ep. CLIX. ad Marcell. 'Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem, non sulcantibus ungulis,

NOTÆ

de Legibus: 'Subcisiva quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior.' Hic 'subcisiva solicitudo' est, relicta, et, ut loquitur Gell. lib. XX. cap. 11. subsecundaria.

[g] *Evitasse*] Vita privasse. Hoc sensu Accius Poëta apud Ciceronem, Tusculanarum Quæstionum lib. III. 'Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari, Jovis aram sanguine turpari.'

[h] *Nam et qui comitabatur eum puer clanculo profugit*] Quod si affuisset, quæstio de ipso, non de hero fuisset habita. Mos enim fuit apud antiquos, ut postulanti accusatori servos suos reus traderet in tormentis habendos, ut herilis criminis veritas ab eis extorqueretur.

[i] *Cum ritu Græciensi ignis et rota, tum omne flagrorum genus inferuntur*] Apud Achillem Tatium, Clitophon in simili re: Ἄρτι δέ μου δεθέντος, καὶ τῆς ἐσθῆτος τοῦ σώματος γεγυμνωμένου μετεώρου τε ἐκ τῶν βρόχων κρεμαμένου, καὶ τῶν μὲν μάστιγας κομιζόντων,

duplicatur mihi mœstitia, quod integro saltem mori [2] non licuerit. Sed anus illa, quæ [suis] [3] fletibus cuncta turbaverat, Prius, inquit, optimi cives, quam [4] latronem istum miserorum pignorum meorum peremtorem cruci [5] affigatis, permittite corpora necatorum revelari; [k] ut et formæ simul [6] et ætatis contemplatione magis magisque [7] ad justam indignationem arrecti, [8] pro modo facinoris [9] sæviatis. His dictis applauditur: et illico [1] me magistratus ipsum [2] jubet corpora, quæ lectulo [3] fuerant posita, mea manu detegere.

gliscit, immo geminatur, eo quod non permitteretur mihi interire inviolatum. Verum illa vetula, quæ perturbaverat omnia suis plangoribus, Antequam appendatis, inquit, ad patibulum prædonem hunc, interfectorem meorum infelicium natorum, cives æquissimi, sinite discooperiri cadavera occisorum, ut, magis ac magis incitati ad justam iram inspectione vultus simul et ætatis, severi sitis in eum juxta magnitudinem sceleris. Plausus sequitur hæc verba, et statim ille Judex mihi imperat, ut ipse mea manu discooperiam cadavera, quæ fuerant imposita grabato. Appa-

non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti.' *Elmenh.*—2 *S. mihi mori.* Vulgati duntaxat, *s. mori.* Colv. Tò *mihi* abest a Flor. et Bert. *Elmenh.* Nec comparet pronomen in Mss. Pith. Palat. Oxon. D'Orv. aliisque. *Oud.*—3 Iidem non agnoscunt, *suis.* Colv. Neque Florent. ac Pith. et certe per se intelligitur. Uncis igitur Elmenh. et seqq. circumscripserunt. Agnoscunt tamen Reg. D'Orv. Guelf. et alii, ut videtur. *Oud.*—4 Oxon. *quod.*—5 Iidem passim, *cruciandum.* Plautus Persa: 'Tu me defigas, te cruci ipsum propediem affigent alii.' Paulus lib. v. Sentent. 'Aut cruci suffiguntur, aut bestiis subjiciuntur.' Et Noster l. III. 'Patibulo suffigi juberet.' Originem hujusce locutionis aperiemus paulo post, hoc ipso libro. *Colv.* Fux. *cruci.* Roaldus. Bert. *cruciandum.* Elmenh. *Cruciandum* Pith. Sed *cruci* præbent codices ceteri, et jam Ed. Junt. post. An *andum* corruptum fuit ex *dandum*, vel potius ex *jamjam?* Dein *permutatis* seu *permittatis* Pith. *Oud.*—6 *Similis.* Vulgati, *simul.* Colv.—7 Exulat primum *magis* a D'Orvill. Vide ad l. II. p. 42. *Oud.*—8 Palat. *arrepti.* Elmenh.—9 *Pro m. f.* Ms. *pmo facinore.* Colv.—1 *Illico* deest D'Orvill. *Oud.*—2 D'Orvill. *ipse.* Fux. *imperium.* Id.—3 Vulgo, *lecto.* Elmenh.—

NOTÆ

τῶν δὲ πῦρ καὶ τροχὸν, &c. Jamque me vincto, et corpore veste nudato, et funibus in sublime elato; aliis flagra, aliis ignem et rotam afferentibus, &c. 'Ignis et rota.' His respondebant apud Romanos laminæ candentes et eculeus. Sicut enim rota Græciensi, ita et eculeo membra fidiculis religata ac distenta torquebantur; laminis adurebantur latera.

[k] *Permittite corpora necatorum revelari*] Ad majorem indignationem in omnium animis excitandam. Ad hoc enim res ipsæ plus valent quam verba, juxta illud Horatii in Arte Poëtica: 'Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.'

Luctantem me ac diu renitentem[4] præcedens facinus instaurare nova ostensione[5] lictores[6] jussu magistratuum quam instantissime compellunt: manum denique ipsam, e regione lateris tundentes,[7][l] in exitium suum[8] super ipsa cadavera porrigunt. Evictus tandem necessitate succumbo: et, ingratis[9] licet, arrepto[1] pallio, retexi[2] corpora. Dii boni, quæ facies rei? quod[3] monstrum? quæ Fortunarum mearum repentina mutatio? Quanquam enim jam[4] in peculio Proserpinæ[m] et Orci[5] familia[n] numeratus, subito

ritores ex mandato Judicum maxima instantia adigunt me resistentem et diu nolentem renovare meum primum scelus nova illa monstratione: denique porrigentes ex adverso lateris ipsam meam dextram, in propriam perniciem extendunt super ipsa corpora. Cedo tandem vi coactus: et quamvis invitus apprehenso stragulo revelavi cadavera. Papæ! qui vultus rerum! quale prodigium! quæ subita conversio meæ sortis! Quamvis enim jam essem in possessione Proserpinæ, et accensitus

4 *Renuentem.* Vulgati, *renitentem.* Colvius. *Renitentem.* Vulgo, *renuentem.* Elmenh.—5 *Offensione.* Fux. *ostensione,* melius. *Roald. Ostensione.* Malim, *offensione.* Sciopp. in Symbola. Pal. et Sciopp. *offensione.* Elmenh. Recte Roaldus, *offensione,* quod invenerat in Ed. Bas. sec. damnavit. Intelligit revelationem et demonstrationem novam cadaverum. *Oud.*—6 D'Orvill. *litores.* Id.—7 Alii, *tendentes.* Elmenh.—8 Ed. Vicent. *exitum,* perpetua variatione. Possessivum abest D'Orvill. et Pith. *Oud.*—9 Hæc scriptura vetus. Sed fere est, ut vulgatum prætulerim, *ingratus.* Utrumque quidem a Plauto, et in illo ubique obvium. Sed jocus occultior Persa: 'So. Sin te amo. PÆ. Male operam locas. So. Qui? PÆ. Quia enim nihil amas, Cum ingratum amas.' Ingratus vulgo tritum pro eo, qui immemor beneficii accepti, et mutuo amori non respondet. Sed et invitum significat. Nihil agis, inquit puer, cum me non volentem et invitum amas. Quod alter accipere poterat, tanquam dixisset, ingratum et non dignum amore. *Colv.* Bert. *ingratus.* Vide Indicem. *Elmenh. Ingratis* est in reliquis Mss. Ex *ingratus,* quod ante Colvium vulgo legebatur, et *invitum* exponunt, fac potius *ingratiis;* uti jam est in Ed. Junt. post. et respice ad ea, quæ notavi in fine lib. I. 'Obstinationi suæ me ingratis obedientem.' *Oud.*—1 Oxon. et Par. *abjecto,* quod videtur probare Pricæus. Sed vide ad lib. I. pag. 16. 'Arrepta lacinia.' Guelf. *abrepto.* Id.—2 Bert. *detexi.* Elmenh.—3 Exulat pronomen a Fux.—4 Manu exaratus codex, *enim,* omisso *jam.* Colv. *Jam* exulat quoque a Regio, Fux. Pal. Guelf. *Oud.*—5 *Et Orci* male deest Regio, Fux. *Id.*—6 Reg.

NOTÆ

[l] *Manum denique ipsam e regione lateris tundentes*] Quid hoc sibi vult, *tundere manum e regione lateris?* Hærenti mihi opportune subvenit Scriveriana Editio, in qua legitur *tendentes:* quod interpretor, protendentes, et porrigentes.

[m] *In peculio Proserpinæ*] 'Peculium' pecunia erat, quam sibi privatim habebant servi et filii-familias, dominorum et patrum permissu, a dominicis paternisque rationibus separatam. 'Proserpinæ peculium' hic sunt mortui, qui, relictis luminis auris, in ejus Plutonisque conjugis Imperium demearunt. Quod hic

in contrariam faciem[6] obstupefactus hæsi, nec possum novæ illius imaginis rationem idoneis verbis expedire. Nam cadavera illa jugulatorum hominum erant tres[7] utres inflati, variisque secti[8] foraminibus, et,[9] ut vespertinum prælium meum recordabar, his locis hiantes, quibus latrones illos vulneraveram. Tunc ille[1] quorundam astu paulisper[2] cohibitus risus libere jam exarsit in plebem. Hi gaudii nimietate gratulari;[o] illi dolorem ventris[p] manuum compressione sedare. Et certe[3] lætitia delibuti, meque respectantes, cuncti theatro[4] facessunt. At ego, ut [50] primum[5] illam laciniam prehende-

inter domesticos Plutonis, repente restiti mirabundus scenam adeo dissimilem priori. Nec possum explicare sermone satis apto faciem novi illius spectaculi. Illa enim corpora hominum occisorum erant tres utres inflati, et incisi diversis foraminibus, et, quantum memineram mei certaminis nocturni, iisdem locis patentes, quibus percussisse mihi visus eram illos prædones. Ibi tum cachinnus ille, qui fuerat tantisper coërcitus solertia nonnullorum, jam libere erupit per populum. Hi gestiebant nimia lætitia; illi compressione manuum reprimebant dolorem ventris. Et omnes profecto discedunt ex theatro diffusi hilaritate, meque identidem respicientes. Ego

Fux. *in contrarium faciei.* Id.—7 Abest vox *tres* ab Ed. Scriv. Dein *meum præl.* Fux. *Id.*—8 Oxon. *sc*$^{\text{x}}_{a}$*pti.* Guelf. *septi.* Id.—9 Deest *ut* Guelf. *Id.*—1 Excusi, *illis.* Colv. Præter Ed. Junt. post. *Illis* est et in Mss. Bertin. Pith. Male. *Oud.*—2 *Paulisper.* Abest hoc a scripto libro. *Colv.*—3 Verosimile, scripsisse Auctorem ipsum, *exerte*, vel, ut antiquitas solet, *eccerte*, ut duplex *c c* esset loco *x*, idque minus animadversum depravandi Apuleii causam dedisse. Supra libro primo: 'Janitor,' ait, 'introrupit exerte clamitans.' Et fuit cum apud eundem Auctorem ita restituendum putarem l. VII. extremo: 'Ejulans et exerte proclamans:' nam minus sincerum videtur illud et libris editis: *Ejulans et exinde proclamans.* Stewech.—4 Pal. *retro.* Elmenh.—5 Male a Florentino τὸ *ut*, a Regio, Fux. *primum* exulat. Dein Guelf. Oxon. *prenderam.* Reg. Fux. *ponderarem, alias ponderam*, una serie in con-

NOTÆ

'Proserpinæ peculium' Apuleius dixit, 'Orcinus thesaurus' appellatur in veteri Epitaphio Nævii poëtæ, quod refertur in Catalectis Veterum Poëtarum: 'Mortales immortales flere si foret fas, Flerent Divæ Camœnæ Nævium Poëtam. Itaque, postquam est Orcino traditus thesauro, Oblitei sunt Romæ loquier lingua Lateina.'

[n] *Et Orci familia*] Orcus, Dis, Pluto, idem est Averni regnator. Hujus familia sunt umbræ mortuorum.

[o] *Gaudii nimietate gratulari*] Nonio 'gratulari' est, gratias agere. Vulgo congaudere significat. Agrætius: 'Lætamur de nostris, gratulamur de alienis.' Hic 'gratulari' est, vehementer gaudere. Sic lib. II. Florid. 'Vir, cui omnes provinciæ quadrijuges et sejuges currus ponere gratulantur.'

[p] *Dolorem ventris*] Ortum scilicet ex vehementi diaphragmatis agitatione. Quod in nimio risu contingere solet.

ram, fixus in lapidem[6] steti gelidus,[7] nihil secius[8] quam una de ceteris theatri statuis vel columnis. Nec prius ab Inferis[q] emersi, quam Milo hospes[9] accessit, et, injecta manu, me renitentem,[1] lacrymisque rursum promicantibus crebra[2] singultientem, clementi violentia secum attraxit; et, observatis viæ solitudinibus, per quosdam anfractus domum[3] suam perduxit: mœstumque me[4] atque etiam tunc trepidum variis solatur[5] affatibus. Nec tamen indignationem[6] injuriæ, quæ inhæserat altius meo pectori, ullo modo permulcere quivit. Ecce illico etiam magistratus

vero, statim atque ceperam illam vestem stragulam, steteram immotus et frigidus quasi lapis, nec aliter ac una ex reliquis statuis aut columnis theatri. Neque ante eductus sum ex Averno, quam meus hospes Milo ad me venit; meque amplexus, mansueta vi pertraxit secum reluctantem, et frequenter suspirantem lacrymis iterum manantibus; et deduxit in suas ædes per quosdam flexus viarum delectis vicis maxime solitariis, et consolabatur me tristem atque adhuc trepidantem diversis alloquiis. Neque tamen potuit ullo pacto delinire dolorem illius contumeliæ, qui infixus erat profundius in meo animo. Ecce etiam statim Magistratus ipsi, in-

textu. *Oud.*—6 *In lapide.* Expende, quæso, conjectaneum hoc: *in lapidem.* Hoc est: Non aliter obrigui timore, quam si totus in lapidem forem conversus. Ad hanc normam alia ejusdem Apuleii alibi suppeditamus. *Stewech.* Alii, *in lapidem*: i. e. tanquam lapis steti, ut lib. IV. 'Jacens in mortuum.' A Palat. τὸ *lapide* abest. Arnob. contra Gentes lib. II. f. 35. 'Non omni pecore, ligno, saxo obtusior atque hebetior stabit.' Cic. in Pison. 'Tanquam truncus et stipes stetisset.' Omnis enim immodica affectio solet functiones partium corporis ad tempus impedire. Unde et Nioben ob filiorum interitum obriguisse in lapidem fabulantur Poëtæ. Vid. Muretus ad Catullum, p. 98. *Elmenh.*—7 [Fux. *vil. subgelidus.* legere testatur *Oud.*]—8 Bert. *secus.* Elmenh.—9 *M. meus h.* Ms. *Milon hospes.* Colv. Sic quoque Oxon. Guelf. *Meus* præterea abest a Flor. ac Palat. hinc uncis inclusere Elmenh. Scriv. Pric. Ejeci ego. Sed tamen p. 51. 'Hospes enim meus Milo:' ubi *Milon* Mss. plerique, et Edd. Vett. ut hic in Fux. pro V. Lect. *Oud.*—1 Idem, *reticentem.* Colvius. Flor. *retinentem*, male. *Elmenh.* Reg. Fux. D'Orv. *reticentem.* Vide ad pag. præced. *Oud.*—2 Mss. Bert. Oxon. Edd. Elmenh. Pric. Flor. *crebro.* Frustra. Vide ad p. 62. 'Nos crebra tundentes.' In Fux. est *prom. oculis sing.* Id.—3 Bert. *ad domum.* Elmenh.—4 Pronomen non agnoscit cum Pithœano Bertin. Hinc uncis inclusere Elm. Scriv. Pric. *Oud.*—5 Quidam, *solabatur.* Colv. Bertin. et Flor. *solatur.* Elmenh.—6 Scriptura in membranis, *indignatione.* Colv. Injuriarum enim, si quæ factæ sunt, tenax est memoria, et quicquid offendit, ægre eximitur; ut Pertinax apud Herodianum lib. II. f. 494. Lysias pro Polystrato pag. 337. Λέγεται γὰρ τοὺς κακῶς πεπονθότας μεμνῆσθαι μᾶλλον, ἢ τοὺς εὖ. *Elmenh.* Pro

NOTÆ

[q] *Ab Inferis*] A stupore illo, quo fiebat ut viderer in lapidem gelidus, et mortuus, atque in Inferos demersus.

[r] *Cum suis insignibus*] Lictoribus, scilicet, cum fascibus virgarum et securibus.

ipsi,[7] cum[8] suis insignibus[r] domum nostram ingressi, talibus[9] me monitis delenire gestiunt:[1] Neque tuæ dignitatis, vel etiam prosapiæ tuorum ignari sumus, Luci domine.[2] Nam et provinciam totam[s] inclytæ vestræ familiæ nobilitas complectitur. Ac ne istuc,[3] quod vehementer ingemiscis,[4] contumeliæ causa perpessus[5] es. Omnem igitur[6] de tuo pectore præsentem[7] tristitudinem mitte, et angorem animi[8] depelle. Nam lusus iste, quem[9] publice gratissimo Deo[1] Risui per annua reverticula solenniter celebramus, semper commenti novitate[2] florescit. Iste Deus auctorem[3] suum[t] propitius ubique comitabitur[4] amanter, nec[5] unquam patietur, ut ex animo doleas, sed frontem tuam[6] serena ve-

trantes in nostras ædes cum suis insignibus, tentant me demulcere ejusmodi verbis: Neque ignoramus tuam nobilitatem, neque genus tuorum parentum, Domine Luci; claritas enim vestræ stirpis extenditur per universam hanc provinciam. Neque hoc, quod tantopere doles, factum est injuriæ tibi inferendæ gratia. Aufer ergo omnem istum mærorem ex tuo animo, et ejice istam ægritudinem mentis. Hic enim ludus, quem exhibemus quotannis magna celebritate in honorem jucundissimi Dei Risus, viget semper aliquo invento novo. Hic Deus aderit suo auctori favens atque amicus in omnibus locis, neque unquam sinet te premi ulla ægritudine animi, sed perpetuo

quivit in Fux. *connivit.* Oud.—7 Palat. D'Orv. Pith. Fux. Ed. Junt. post. *ipsi mag.* Id.—8. Præpositio non est in Fux. Pal. *insignitibus.* Id.—9 Edd. Juntinæ, Ald. *cum talibus.* Id.—1 Inepte additur in Ms. Par. *et dicentes.* Vide ad l. II. p. 39. III. p. 45. *Id.*—2 *Luci domine.* Alterutra vox delenda. *Burm.*—3 Male Pith. Fux. et Edd. pp. usque ad Bas. cum Scriv. et Flor. *istud* dant contra Mss. potiores, et Appuleii stylum. *Oud.*—4 Eadem scriptura, *ingemistis.* Colv.—5 Bertin. *passus.* Elmenh.—6 Eadem, *itaque.* Colvius. Fux. *itaque.* Roald. Sic et Reg. Oxon. et Ed. Junt. post. In q̄. Palat. *Oud.*—7 Τὸ *præsentem* Pal. delet. *Elmenh.* Item Oxon. uncisque inclusit Scriverius. *Oud.*—8 Fux. *et omnem animi.* Roaldus. Fux. Reg. *et omnem angorem.* Malebat Burmannus, *animo.* Oud.—9 *Quam.* Fux. *quem.* Error operarum. *Roald.* In Ed. Bas. sec. *ludus* Bertin. *Oud.*—1 *Gratissimo Deo* absunt a Regio, Fux. *Id.*—2 D'Orvill. *solennitate.* Sed præcedit '*solenniter,*' et elegantius '*commento*' ascribitur *novitas*, quæ gratior est solennitate eadem, quotannis recurrente. *Id.*—3 Fulv. Ms. *auctorem et tutorem.* Wowerius. Sciopp. in Symb. *A. et tutorem.* A vulgatis τὸ *tutorem* abest. *Elmenh.* Addidit voces, *et tutorem*, ex Ms. Florent. sive eum, qui, materiam lætitiæ suppeditando, decus et majestatem Dei Risus est tuitus. In Inscript. Murat. p. CDXXXV. 5. 'Tutores necessarii consecrarunt.' In Fux. *ipso deomactorem.* Oud.—4 *Comitabitur* eadem. Al. *comitatur.* Et sic quidam Vul. *Colv.* Sic Ed. Bas. pr. *Comitabatur* Pal. Guelf. *Oud.*—5 Bas. pr. *nam.* Pith. Ms.

NOTÆ

[s] *Provinciam totam*] Thessaliam, in qua urbs Hypata: ex Thessalia enim Apuleii mater originem ducebat a Plutarcho, et Sexto Philosopho ejus nepote, ut habet Noster, libri primi initio.

[t] *Auctorem suum*] Qui eum produxerit in ore civium Hypatensium,

nustate lætabit[7] assidue.[u] Ac[8] tibi civitas omnis pro ista gratia honores egregios obtulit.[9] Nam et patronum scripsit,[1 w] et, ut in ære stet[2] imago tua,[x] decrevit. Ad hæc dicta sermonis vicem refero. Tibi quidem, inquam, splendidissima et unica Thessaliæ civitas,[y] honorum talium parem gratiam [51] memini. Verum statuas et imagines dignioribus meisque[3] majoribus reservare suadeo. Sic puden-

exhilarabit vultum tuum tranquillo lepore. Tota vero hæc urbs exhibebit tibi honores eximios ob tuum istud benemeritum in eam. Nominavit enim te suum patronum decreto publico, et constituit, ut statua ærea tibi erigatur. Ad hæc verba respondeo. Equidem, inquam, o magnificentissima et præstantissima urbs Thessaliæ, habeo tibi grates condignas pro talibus honoribus. Sed auctor sum ut reserves signa et simulacra me dignioribus et præstantioribus. Sic verecunde affatus, et

nec ubicumque. Id.—6 Guelf. *tuum.* Id—7 *Lætabit* eadem. Al. *lætabitur.* Lætare, ut Altercare, Adulare, Contemplare, Fabulare, et sexcenta ad eum modum. *Colv.* *Lætabit.* Vulgo, *lætabitur.* Elmenh.—8 *At.* Eadem, *Ac*, quod reposuerim. *Colv.* Verissime; quod miror non secutos esse reliquos: cum *At* modo irrepserit in Ed. Bas. pr. contra plerosque Mss. et priores Edd. *Oud.*—9 *Offeret.* Leg. ex Pal. *obtulit.* Wow. Fux. *obtulit:* et ita Ald. *Roald.* Flor. et Bert. *obtulit.* Elmenh. Primo *optimos* dat D'Orvill. dein rescripsi *obtulit* e consensu Msstorum, in quibus et Oxon. Par. D'Orv. Pith. Guelferb. et Edd. omnium ante Basil. pr. sive, offerendum decrevit: ut sequitur. *Oud.*—1 Eadem, *patr. scribit.* Colvius. Flor. *scribit.* Elmenh.—2 *In ære stet.* Pith. *meatestis et.* Ed. Vicent. *in ea restes et.* Sed bene Ber. et Becich. Ep. LXXII. *Discernit* Fux. *Oud.* [Mox] vulgati codices, *bonorum.* Colvius. Fux. *honorum.* Ita etiam leg. apud Agell. lib. II. cap. 2. 'Cum summa, Dii boni, honorum atque officiorum compensatione.' Vulgo, *bonorum.* Roald. Accedunt Flor. Reg. Oxon. D'Orv. aliique. Neque aliter in Notis jam explicuit Beroaldus. *Oud.*—3 Probat correctionem ipsa sententia: *meque;* hoc est, qui me majores sunt. *Stewech.* Membranæ: *meique.* Unde conjiciebam legendum: *meque.* Sed nihil discedendum a vulgata lectione. Sic l. I. Floridorum:

NOTÆ

[u] *Lætabit assidue*] Lætum reddet. Sic lib. V. 'O nos beatas, quas infantis aurei nutrimenta lætabunt.'

[w] *Patronum scripsit*] Romæ, ubi Hypatensium rem tueretur. Mos fuit ut civitates et populi patronos haberent in Urbe Domina. Sic Lacedæmonii in clientela erant Claudiorum, Bononienses in Antoniorum, &c.

[x] *Ut in ære stet imago tua*] Inter maxima honoris monumenta fuit statuarum erectio. 'Amore Principum,' (inquit Cassiodorus, lib. VIII. Epist. 2.) 'constat inventum ut simulacris æneis fides servaretur imaginis, quatenus ventura progenies auctorem videret, qui sibi Rempublicam multis beneficiis obligasset.' Bellica virtus prima et præcipua causa fuit dedicandi statuas; sed et, insequentibus sæculis, viris doctrina aut dicendi arte præstantibus idem honos decretus est.

[y] *Splendidissima et unica Thessaliæ civitas*] Solinus tamen, præcipuas Thessaliæ urbes commemorans, Hypatæ ne meminit quidem. Apuleius igitur magis ex honore Magistratuum

ter[4] allocutus, et paulisper[5] hilaro[6] vultu renidens,[7] quantumque[8] poteram lætiorem me refingens, comiter abeuntes magistratus appello. Et[9] ecce quidam intro currens famulus, Rogat te, ait,[1] tua parens Byrrhæna, et[2] convivii, cui te sero desponderas, jam appropinquantis[3] admonet.[z] Ad hæc ego[4] formidans, et procul perhorrescens etiam ipsam[5] domum ejus, Quam vellem, inquam,[6] parens jussis tuis obsequium commodare, si per fidem liceret id facere. Hospes enim meus Milo[7] per hodierni diei præsentissimum numen[a] adjurans effecit, ut ejus hodiernæ cœnæ pignerarer:[8] [b] nec

tantisper subridens lætiori fronte, et quam maxime poteram simulans me hilariorem, valedico civiliter Magistratibus discedentibus. Et statim quidam servus accurrens in ædes, Tua mater Byrrhæna orat te, inquit, et te certiorem facit instare horam convivii, cui promiseras heri vesperi te affuturum. Ego ad hæc verba pavens et pertimescens etiam eminus ejus ædes, Quam cuperem, inquam, o mater, morem gerere tuo imperio, si possem id facere salva fide. Milo enim meus hospes, obtestans me per potentissimum Deum, præsidem hujus diei, evicit ut promitterem ipsi ad cœnam

'Major meus Socrates.' Item Apol. I. *Colv.* Puto legendum: *meique.* Vide notata ad pag. 141. *Sciopp. in Symb.* Membranæ, *meique*, non male. Græcismus, quem temere non imitemur. *Brant.*—4 Fux. *pruderiter.* Roaldus. Pal. *prudenter.* Elmenh. Et Guelf. cum Ed. Bas. sec. vitiose. *Oud.*—5 *Et paulisper* non est in Bertino. *Elmenh.* Hinc uncis inclusere Scriverius et Pric. cum Elmenh. Frustra. *Oud.*—6 Eædem membranæ, *hilari.* Colv.—7 Inepte D'Orv. *renitens.* Vide ad lib. II. pag. 29. *Oud.*—8 Impressum ubique, *quantumcumque.* Colv. At Bas. pr. &c. jam præbent *quantumque*, cum Mss. Flor. Pal. Reg. Lips. Fux. *Quamcumque* D'Orvill. *quantum* Oxon. Mox D'Orv. *refringens*, Fux. *refringam*, al. *refringens.* Oud.—9 Male Oxoniensis caret copula. *Id.*—1 Vulgares, *inquit.* Colv. *Ait* etiam Mss. mei; quod secuti sunt omnes post Colvium. *Oud.*—2 D'Orv. *ut.* Id.—3 Bert. *propinquantis.* Elmenhorstius. Palatin. *appropinquatis.* Tum *admovet* Guelferb. *Oud.*—4 *Ego* abest a Pith. *Id.*—5 Oxon. *et etiam perh. procul.* A Fux. abest *ipsam.* Id.—6 *Inquam* Ms. Al. *ipsam.* Colv.—7 Mss. D'Orv. Pal. Fux. Guelf. Oxon. et Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Aldi, Colin. hic et statim iidem cum Bas. pr. *Milon.* Quod miror, cum eædem Edd. supra pag. 50. rectius *Milo* exhibuerint. *Oud.*—8 Idem Ms. *pigneraret.* Colvius. Flor. *ut ei hodiernæ c.* El-

NOTÆ

Hypatensium, quam ex veritate loqui videtur.

[z] *Et convicii, cui te sero desponderas, jam appropinquantis admonet*] Mos erat invitatos jam convivas iterum admonere instante cœnæ tempore. Chremes apud Terent. Heautontimorum. Act. I. Scen. 1. 'Sed, ut diei tempus est, Monere oportet me hunc vicinum Phaniam, Ad cœnam ut veniat. Ibo, ut visam, si domi est. Nihil opus fuit monitore; jamdudum domi Præsto apud me esse aiunt. Egomet convivas moror.'

[a] *Per hodierni diei præsentissimum numen*] Risum, cui festus erat dies.

ipse discedit, nec me digredi[9] patitur. Prohinc[1] epulare vadimonium[c] differamus. Hæc adhuc me loquente, manu firmiter injecta Milo, jussis[2] balnearibus[d] assequi, producit[3] ad lavacrum proximum. At[4] ego, vitans oculos omnium,[5] et quem ipse fabricaveram risum[e] obviorum declinans, lateri[6] ejus adambulabam obtectus: nec, qui laverim, qui terserim,[7] qui domum rursum reverterim,[8] præ rubore memini.[9] Sic omnium oculis, nutibus, ac denique manibus denotatus,[1] impos animi[2] stupebam. Raptim denique paupertinam[3] Milonis cœnulam perfunctus, cau-

in hodiernum diem: neque ipse abscedit a me, neque sinit me discedere a se. Proindeque proferamus in alium diem cænam condictam. Cum hoc adhuc dicerem, Milo, prehendens me manu valide, deducit ad proximas balneas, præcipiens prius ut instrumenta balnearia afferrentur post nos. Ego vero effugiens intuitum omnium, et evitans cachinnos occurrentium, quorum ipse fueram artifex, incedebam ad ejus latus opertus. Nec recordor quomodo laverim, quo pacto absterserim me, aut qua ratione redierim iterum in ædes ob verecundiam, qua eram perfusus; usque adeo eram attonitus, et alienatæ mentis, videns me demonstrari oculis, capitum gestibus, postremo etiam digitis omnium. Denique sumta festinanter exigua cæna Milonis,

menh.—9 D'Orvill. *ipse igredi.* Fux. *degredi.* Oud.—1 *Proin.* Pal. *Prohinc.* Elmenh.—2 Idem Ms. *ipis.* Colv.—3 Pal. *perduxit.* Elmenh. Cum Ed. Scriv. *et perducit* e Pith. Salmas. Sed, quam male, patet ex citato loco. [Vid. Var. Not.] *Oud.*—4 D'Orvill. ut solet, *Ac.* In Fux. *videns,* Pith. *vitas.* Id.—5 *Omnium* deest Palat. Oxon. In aliis, *omn. oc.* Id.—6 Par. *lateris.* Id.—7 Ms. *nec qui ters.* Colvius. Item D'Orv. *Nec quicquamque t.* et suprascriptum alia manu *qui* in Oxon. *Oud.*—8 Scribe, *revorterim,* ut suprà. *Id.*—9 Reg. Fux. *memini præ rubore.* Id.—1 Ald. Ven. *devoratus.* Bas. pr. *devotatus.* Colvius. Ald. *devoratus.* Male. Lib. v. 'Dum directis digitis præsentium denotor.' Lib. xi. 'Totæ civitati notus ac conspicuus, hominum digitis nutibusque notabilis.' *Elmenh.*—2 Paræan. *inops.* Quæ voces sæpius commutantur. Adi ad Sueton. Aug. c. 20. 'Imposne mentis:' quem locum vindicavi contra Burm. scribentem *inops.* In Oxon. *animó.* Oud.—3 Fux. *pauperrima.* Sed verbum Lucio nostro perquam familiare, non tam facile ejiciendum. Usi eo etiam Gellius cap. 6. lib. iv. 'Nihil prorsus ad paupertinas nostras literas congruentem.' Libro vi. 'Paupertini cordis co-

NOTÆ

[b] *Ut ejus hodiernæ cœnæ pignerarer*] Quasi deposito pignore obligarer.

[c] *Epulare vadimonium*] 'Vadimonium' sponsio est ad certum diem se sistendi in judicio. 'Epulare vadimonium' per metaphoram dicitur condictio et sponsio ad epulas veniendi. Simili metaphora in alia re utitur lib. iv. 'Cohortem nostram gladiis armatam ante ipsas fores Democharis, velut expilationis vadimonium, sistimus.'

[d] *Balnearibus*] Balnearum instrumentis; strigilibus nempe, ampullis, oleo, linteis abstersoriis, &c.

[e] *Quem ipse fabricaveram risum*] Utricidii reatum sustinendo.

satusque [4] capitis acrem dolorem, quem mihi lacrymarum assiduitas incusserat, cubitum venia facile tributa concedo. Et abjectus [5] in lectulo meo,[6] quæ gesta fuerant singula, mœstus [7] recordabar, quoad tandem Fotis mea, dominæ suæ cubitu procurato,[8] sui longe dissimilis advenit. Non enim læta [9] facie, nec [1] sermone dicaculo, sed vultuosam frontem [2] [f] rugis [52] insurgentibus asseverabat.[g] Cunctan-

petitaque excusatione a vehementi dolore capitis, quem fletus continuus mihi attulerat, concessa facile licentia eo dormitum. Et prostratus in lectulo meo tristis recogitabam omnia, quæ mihi evenerant: donec tandem mea Fotis, composita sua hera in lecto, venit ad me valde mutata a seipsa. Non afferebat hilarem vultum, neque jocosa verba, sed caperabat tristem frontem rugis prominentibus. Denique locuta

gitatio.' Alii. *Roald.* *Profectus* etiam Fux. Cod. D'Orv. *paupertinam m. cœnulam.* Verissime. L. VIII. p. 164. 'Timorem illum satis inanem perfuncti.' Vide Heins. ad Ovid. Art. II. 227. 'Epulas perfuncta redibit.' Alibi etiam Noster 'fungi' cum quarto jungit casu, ut l. VI. p. 117. 'Obsequium functura:' ut solent optimi passim. Vide ad Suëtonii Aug. c. 36. 'Quæsturam functi.'—4 *Curatusque.* Non est, quod indicem scribendum, *cusatusque*, quippe sat notus tibi, nobilissime Susi, antiquorum scribendi modus, 'frudo,' 'cludo,' 'cuso,' pro, fraudo, claudo, causo. Porro causam dicere vel causari valetudinem, pluviam, tempestatem, alia, quo minus aliquid fiat, plus satis trita. *Stewech.* *Causatusque.* Basileensis postrema, *curatusque*. Colvius. Fux. *causatusque*: ut Aldus. *Roald.* *Causatusque.* Rom. *curatusque,* inepte. *Elmenh.*—5 Ms. *abjectis.* Colv. Petron. cap. 26. 'Abjecti in lectis sine metu reliquam exegimus noctem.' *Oud.*—6 *Lectulo meo.* Pal. *l. prim' o.* Id.—7 Tò *mœstus* male omittit Aldus. *Elmenh.* Item Juntæ Ed. utraque. *Oud.*—8 Fux. *procreato.* Id.—9 *Non ex læta.* Idem liber: *Non ens læta.* Forte omissa syllaba, et scribendum: *Non nitens læta*, vel *splendens*, aut simile. *Colv.* Particulam *ex* non agnoscit Flor. *Elmenh.* *Exlæta.* Ita retineo. Supra lib. II. in fine: 'Exsummis viribus irruentes.' Apol. I. 'Unis literarum studiis exsummis viribus deditus.' Alibi, 'Exsummo studio fugiens immanem ursam.' Ita *exlæta facie,* ut apud Sueton. Caligula cap. 1. 'colore expallido.' 'Exalbido' apud Plin. l. XII. c. 17. Quomodo et 'exalbescere' dixit Cicero I. et III. de Oratore. Sic 'exaridus' Pacuvius, 'expavidus' Agellius lib. I. cap. 8. Sed et Symmachus, magnus Apuleii imitator, lib. VII. Epistola 128. 'Amor,' inquit, 'in te meus exsummis opibus annititur, ut in dies' &c. 'Ex' præpositio vim et potestatem verbi amplificat, ut monet Adrianus Turnebus Adversar. lib. XXII. cap. 31. *Brant.*—1 Pal. et Par. *et.* Reg. Fux. *dicacula.* Bene, si *sermonem* legas. *Oud.*—2 Fux. *faciem.* Roald. Perperam,

NOTÆ

[f] *Vultuosam frontem*] Nonius 'vultuosum' exponit, triste, et affert locum ex Cicerone, de Oratore: 'In quo, cum effeceris, ne quid ineptum sit aut vultuosum.'

[g] *Asseverabat*] Non, affirmabat, sed severiorem reddebat, et caperabat. Quin et idcirco (ut mihi quidem videtur) id, quod affirmatur, dicitur 'asseverari,' quia gravem affirmationem sæpius comitatur frontis asseveratio, utpote quæ pondus addat verbis, juxta illud Terentii in Andria: 'Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides.'

ter[3] ac timide denique sermone prolato, Ego, inquit, ipsa confiteor[4] ultro, ego tibi causa hujus molestiæ[5] fui. Et cum dicto lorum quempiam[h] sinu[6] suo depromit, mihique porrigens, Cape, inquit, oro te, de[7] perfida muliere vindictam; immo vero licet majus quodvis supplicium sume.[8] Nec tamen me putes, oro, sponte angorem istum tibi[9] concinnasse. Dii[1] mihi melius,[i] quam ut mei[2] causa vel tantillum scrupulum patiare. Ac, si quid adversi[3] tuum caput respicit, id omne protinus meo luatur sanguine. Sed, quod alterius rei causa facere jussa[4] sum, mala quadam mea sorte in tuam recidit injuriam.[5] Tunc ego familiaris

dubitanter ac pavide, Ego, inquit, ipsa sponte fateor, ego creavi tibi hanc solitudinem. Et hoc effata profert e sinu suo quandam scuticam, et mihi offerens, Sume, quæso, ait, ultionem de infida muliere: quin immo affice me quolibet cruciatu, per me licet. Attamen ne credas, obsecro, me tibi ultro confecisse istam ægritudinem. Absit ut feras propter me vel minimam anxietatem. Ac, si aliquid sinistri impendeat tuo capiti, illud totum jam nunc expietur meo cruore. Verum, quod mihi imperatum est ut facerem alterius rei gratia, illud conversum est in tuam contumeliam sinistro quodam meo fato. Tunc ego commonefactus meæ solitæ curiositatis,

---

nt quisque videt. *Oud.*—3 *Contanter.* D'Orv. Guelf. rursus et Ed. Junt. post. *cunctanter.* Id.—4 Idem Ms. *profiteor.* Colv. E glossa. Nam 'ultro confiteri' est, profiteri. Adi Græv. ad Cicer. pro Cæc. c. 9. 'Atque ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur.' Supra p. 46. 'De facto confiteatur ultro.' In Apol. p. 479. 'Vis probare, eum me præsente concidisse? ultro confiteor.' Fux. *ultra.* Oud.—5 Reg. Fux. *violentiæ hujus causa.* D'Orv. *huj. mol. causa.* Id.—6 Fux. *sine*, falso. A vulgata scriptura stat meus. Petron. 'Lorum,' inquit, 'de sinu solvit.' *Roald.*—7 Idem Ms. *in.* Colvius.—8 Fux. *i. vere quodlibet supplicium quod vis majus sumo.* Pith. pro *vero* habet *non*; pro *majus*, *īanis.* In Guelf. a m. pr. *suppsin sume.* Oud.—9 Abest *tibi* a D'Orvill. *Id.*—1 Corrupte Flor. Fux. Guelf. Pal. D'Orv. *Dum* vel *Dü.* Id.—2 *Ut mei* idem Ms. Al. *non mei.* Colv.—3 D'Orv. *q. āvsīta.* Posset *adversitatis.* Sed innovari nequaquam est necesse. *Oud.*—4 Vulgatum ante, *missa.* Similiter Plautus Casina: 'Ego huc missa sum ludere.' Scriptam tamen lectionem exprimi curavimus. *Colv.* Fux. *jussa.* Roaldus. Ald. et Rom. *missa.* Elmenh.—5 Quid si sic ea legantur: *m. q. mea sors in tuam r. injuriam?* Vide, rectene fecerim, qui ipsius Auctoris, quæ paulo post subduntur, præ oculis habuerim: 'Quod tuum factum sævitas consecuta in meum convertit exitium.' Recidendi vocem eleganter huc translatam non ignoras, cum notum lippis atque tonsoribus

NOTÆ

[h] *Lorum quempiam*] Multa sunt vocabula neutrius generis, quæ apud priscos masculino genere dicebantur, ut 'guttur,' 'corius,' 'collus,' et hoc loco 'lorus.' Similiter et diverso genere dixerunt 'hæc ludus,' 'hæc metus,' 'hæc amnis,' 'hic frons,' &c.

[i] *Dii mihi melius, &c.*] Supple, dent vel faciant. Sic Virgil. 'Dii meliora piis, erroremque hostibus illum.'

curiositatis admonitus, factique causam delitescentem[6] nudari[7] gestiens, suscipio:[8] Omnium quidem nequissimus audacissimusque lorus iste, quem tibi verberandæ[9] destinasti, prius a me concisus atque laceratus interibit ipse, quam tuam plumeam lacteamque contingat cutem. Sed mihi cum fide mea, oro,[1] quod tuum factum scævitas[2][k] consecuta in meum convertit exitium. Adjuro enim tuum mihi carissimum[3] caput, nulli me prorsus, ac ne tibi quidem ipsi asseveranti posse credere, quod tu[4] quicquam in meam cogitaris[5] perniciem. Porro meditatus innoxios casus incertus, vel etiam[6] adversus culpæ non potest addi-

Magnopere cupiens mihi aperiri latentem causam hujus facti, sic respondeo: Scutica ista omnium quidem pessima, maximeque temeraria, quam parasti ad te flagellandam, peribit ipsa dissecta a me ac dilaniata, priusquam attingat tuam mollissimam candidissimamque pellem. Sed narra mihi, quæso, fideliter, quid fecisti, quod malignitas fati postea secuta deflexit in meam perniciem. Juro enim per tuum dilectissimum caput me nemini penitus posse credere, te meditatam esse aliquid in meum exitium, ac ne tibi quidem ipsi, tametsi id affirmes. Ceterum eventus dubius, aut etiam contrarius non potest efficere ut innocuæ cogitationes

proverbium: 'In te isthæc cudetur faba.' *Stewech.* *Mala quædam m. sors, &c.* Vulgati plerique et Ms. *mala quadam mea sorte, &c.* Nos Basileenses editiones et Beroaldinam secuti sumus. *Recidit* hoc loco accipiendum, recidere fecit. Sic apud Plautum Casina: 'Uti te bonus Mercurius perdat myropola, quia hæc mihi decidisti.' Hæc mihi decidisti; hæc unguenta in me stillare, cadere fecisti: in me conjecisti. Sic exaudio apud Nostrum infra lib. VIII. 'Et si pectori tuo jam permanet nostri memoria, nec acerbæ mortis meæ casus fœdus caritatis intercidit.' Intercidit, intercidere fecit. *Colv.* *Quædam sors.* Fux. *quadam mea sorte,* et ita Ald. *Roald.* Pal. *quandam meam sortem.* Scribe: *quadam mea sorte.* Wowerius. *Mea sorte.* Vulgo, *mea sors.* Elmenh.—6 Pal. *delitescentis.* Oud.—7 Edd. Ber. Bas. pr. *nugari.* Id. —8 Flor. *suspicio,* inepte. *Elmenh.* Sic tamen Ed. Vicent. et margo Bas. pr. l. IV. p. 69. 'Suscipit unus.' Sed vide jam ad lib. II. pag. 40. 'Suscipit ille:' ubi idem error in ipsa Elmenh. editione. *Oud.*—9 Reg. Fux. *quem verberando dest.* Id.—1 *Memora.* Ms. *mea oro.* Erat scriptum *mea oro,* id est, *memora, oro:* et sic forte legendum. *Colv.* *Memora, oro.* Flor. *mea oro:* male. *Elmenh.*—2 Sic integre scriptum in Romana editione. Ms. cum reliquis mendose, *sævitas.* Colvius. Fux. *scævitas,* id est, sinisteritas. Veteres in malis et male ominatis posuerunt: quod putavit interpres. *Roald.*—3 Ed. Ber. *clariss.* ex *char.* vel *kariss.* quod est in D'Orvill. Vide ad l. II. p. 23. *Oud.*—4 Deest *tu* Edd. Ber. Bas. pr. *Id.*—5 *Cogitaveris* D'Orv. Pith. Fux. Guelf. Oxon. Edd. Vic. Ber. Colin. Bas. pr. *in meam quicq.* Pith. *Id.*—6 Exulat *etiam* a

NOTÆ

[k] *Scævitas*] Fortunæ malignitas, et infelicitas; quæ enim scæva, seu sinistra, eadem noxia et infausta ut plurimum habita sunt. Sic lib. I. 'sinistro pede profectum,' hoc est, malis avibus.

cere.[7] Cum isto fine sermonis oculos Fotidis meæ udos ac tremulos,[l] et prona libidine marcidos,[m] jamjamque semiadopertulos annixis[8] et sorbillantibus saviis sitienter[9] hauriebam. Sic illa lætitia recreata,[1] Patere, inquit, oro, prius fores cubiculi diligenter occludam; ne[2] sermonis elapsi profana petulantia[3] committam grande flagitium. [53] Et cum dicto pessulis injectis, et uncino[4] firmiter immisso, sic ad me reversa, colloque meo manibus ambabus implexa,[5] voce tenui et admodum minuta,[6] Paveo, inquit, et formido solide[7] domus hujus operta detegere, et arcana[n] dominæ

fiant affines culpæ. * * * * * * * * *Sic illa refecta gaudio, Sine me, obsecro, inquit, prius claudere sedulo januam cubiculi, ne perpetrem magnum scelus impia procacitate verborum, quæ mihi exciderint. Et hoc dicto immittit pessulos, atque inserit valide uncum, et sic regressa ad me, et complexa utraque manu meas cervices, dicit mihi voce demissa ac valde imminuta: Metuo trepidoque penitus revelare abscondita hujus domus, et prodere occulta secreta meæ heræ. Sed melius*

D'Orvill. *Vel certe* Oxon. Vide ad lib. VI. pag. 111. 'Sæviens ira mitigetur, vel certe meæ vires leniantur.' *Id.*—7 *Adjicere.* Flor. et Palat. *addicere.* Elmenhorstius. B. M. *adicere.* Putean.—8 *Admissis.* Ms. *adnixis.* Scribo: *admixtis.* Sic μίξαι τὰ χείλεα Græci. Epigrammat. lib. VII. Paulus Silentiarius: Οὐ γὰρ ἰδὼν σέο κάλλος ἀπείργετο χείλεα μίξαι. Macedonius: Χείλεσι γυμνοτάτοις οὔτινι μιξομένοις. 'Savia' enim pro labiis, ut Plauto, Milite (II. 1. 16.) 'Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum, Majorem partem videas valgis saviis.' Priapeiorum auctor: 'Olusque lambis saviis.' Sic 'oscula' etiam. Infra hoc libro: 'Et hiantibus osculis, et fragrantibus papillis:' et lib. V. 'Osculis hiantibus filium diu ac pressule saviata.' *Colv.* Fux. *nixis.* Forte, *innixis.* Roaldus. Palat. *adnixis.* Wowerius. *Adnixis.* Sic Flor. Vulgo, *admissis.* Elmenh.—9 Oxon. *scienter.* Crebro Nostro aliisque junguntur 'sitienter haurire.' *Oud.*—1 Fux. *recitata.* Id.—2 *Occludam, ne.* Reg. Fux. *occludantur.* *Grande* deest Fux. *Id.*—3 In eodem, *patulantia.* Id.—4 D'Orvill. cum aliis, *unco.* Vide Salmas. ad Solin. p. 649. 650. et Pricæum. *Id.*—5 Idem scriptus liber, *amplexa.* Colvius.—6 *Diminuta.* Vulgati, *minuta.* Colvius. Bert. *minuta.* Elmenh.—7 Ita liber scriptus cum excusis aliquot. Quidam: *solidæ domus.* Arbitrabatur Lipsius etiam posse scribi: *olidæ domus.* Magæ domus olida ob unguenta et aromatum varios odores. *Colv.* Quidam, *solidæ domus.* Quod imitatione sua videtur confirmare Sidonius Apollinaris lib. IV. Epist. 6. cum ait: 'Et solidæ domus ad

NOTÆ

[l] *Udos ac tremulos*] Ov. Arte, II. 'Aspicies oculos tremulo fulgore micantes, Ut Sol in liquida sæpe refulsit aqua.' *Pricæus.*

[m] *Libidine marcidos*] Horat. 'putres' dixit: ubi Scholiastes, 'libidine resolutos.' *Idem.*

[n] *Arcana*] Festus: 'Arcani sermonis significatio trahitur sive ab arce, quæ tutissima pars urbis est; sive a genere sacrificii, quod in arce fit ab Auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, ut ne literis quidem mandetur, sed per memoriam successorum

meæ revelare secreta.[8] Sed melius de te doctrinaque tua præsumo; qui præter generosam natalium[9] dignitatem, præter sublime ingenium, sacris pluribus initiatus,[o] profecto[1] nosti sanctam silentii fidem. Quæcumque igitur[2] commisero hujus religiosi pectoris tui penetralibus, semper hæc intra conseptum[3] clausa custodias, oro, et simplicitatem relationis meæ tenacitate taciturnitatis tuæ remunerare. Nam me, quæ sola mortalium novi, vis amoris,[4] quo tibi teneor, indicare compellit. Jam scies omnem domus

sentio de te et de tuâ eruditione; qui, præterquam quod ortus es generosis nobilissimisque parentibus, et polles excellenti ingenio, inauguratus es præterea permultis religionibus; ideoque procul dubio cognoscis sacram fidem silentii. Omnia ergo, quæ credidero adytis tui istius sancti pectoris, obsecro, ut ea semper serves conclusa intra claustra ipsius, et penses sinceritatem meæ narrationis constantia tui silentii. Amor enim vehemens, quo me habes devinctam, cogit me, cui soli hominum illa nota sunt, ea tibi revelare. Jam nosces omnem statum nostræ domus: jam nosces stu-

hoc ævi inconcussa securitas.' Placet vulgata editio Jano Gulielmio. *Formido solide* est vehementer, admodum, quem vide in Plauti Trinum. cap. IV. *Brant*. 'Solide gaudere,' 'scire' Plaut. Trin. Terent. Male Pric. *solidum*, ut alibi Noster. *Wass.*—8 Vetus, *relevare*. Colv. In plerisque antiquis libris vox *secreta* non legitur. *Wower.* Quinam illi sint antiqui libri, me nescire fateor. Omnes a me visi vocem *secreta* agnoscunt, et vere, constanti Auctoris stylo. l. XI. p. 254. 'Ad arcana purissimæ religionis secreta.' Plura dicam ad lib. VI. pag. 111. 'Per tacita secreta cistarum.' Vide et hic Pricæum, et Barth. l. XXXV. Advers. c. 14. Pro *meæ* in Fux. *anor.* Oud.—9 Ed. Junt. post. *naturalium*, vitiose. *Id.*—1 Sic Pal. *Wow.* Male *prof.* abest a vulgatis. *Elmenh.* Exciderat scilicet culpa librariorum ex Edd. Colv. Vulc. Wow. invitis Mss. O. et Edd. prioribus. In marg. Bas. sec. jam notatum *profecto* al. deesse. In Par. est, *nostri silentii fidem*, Palat. *nosti silentio fide*. Oud.—2 Par. Fux. et Ed. Junt. post. *itaque.* Supra etiam hæ voces variantur. *Id.*—3 Aldus, *conspectum*. Male. *Elmenh.* Item Oxon. et Edd. Junt. inepte. Sed in Oxon. etiam est *hic*, non male, et δεικτικῶς. *Hoc* Pith. *Oud.*—4 Flor. *amor is.* Elmenh. Sic etiam D'Orvill. et Ed. Junt. post. Immo Reg. Fux. Lips. Oxon. solummodo habent *amor*. Videtur *vis* ob præcedens 'novi' excidisse, vel etiam ob τὸ 'is,' ut fuerit *amoris vis*. Crebro elapsa est hæc vocula, ut sæpe monuerunt eruditi. Vide ad Cæsar.

NOTÆ

celebretur: sive ab arca, in qua quæ clausa sunt tuta manent: cujus ipsius origo ab arcendo pendet.'

[o] *Sacris pluribus initiatus*] Sacerdotem fuisse in provincia Africa Apuleium D. Augustinus ait, eumque tunc et munera edidisse, et venatores vestivisse. Porro nihil majore cura ab Ethnicorum sacerdotibus cautum est, quam ut ne sacrarum cærimoniarum arcana profanis auribus proderentur. Itaque, qui sacris initiabantur, gravissimo adigebantur sacramento ad ea quæ vidissent, aut audivissent, silentio premenda.

nostræ statum:[5] jam scies heræ[6] meæ miranda secreta; quibus obediunt[7] [p] Manes, turbantur sidera, coguntur numina,[8] serviunt[9] elementa. Nec unquam[1] magis artis hujus violentia utitur,[2] quam cum scitulæ formæ juvenem quempiam libenter aspexit:[3] quod quidem ei[4] solet crebriter evenire. Nunc etiam adolescentem quendam Bœotium[5] summe decorum[6] efflictim deperit, totasque[7] artis manus, machinas omnes ardenter exercet. Audivi vesperi, meis[8] his, inquam, auribus audivi, quod ni[9] celerius Sol cœlo ruisset, noctique ad exercendas illecebras magiæ maturius[1] cessisset, ipsi Soli nubilam caliginem et perpetuas tenebras

penda arcana meæ heræ, quibus umbræ obsequuntur et astra perturbantur, quibus Dii obstringuntur, quibus denique elementa famulantur. Neque unquam magis adhibet vim hujus artis, quam cum intuita est libidinose aliquem juvenem decori vultus: quod solet quidem sæpe ipsi contingere. Nunc etiam perdite amat quendam juvenem Bæotium præstantissimæ formæ, et adhibet omnem potentiam suæ artis cunctaque artificia. Audivi heri vespere, audivi, inquam, his meis auribus ipsam interminantem Soli nebulosam obscuritatem tenebrasque sempiternas, nisi velocius præcipitasset cælo, dedissetque citius locum nocti ad tractanda illectamenta magica.

Oud.—5 *Jam scies etc. statum.* Desiderantur hæc in Cod. D'Orvill. ob repetitionem τῶν *Jam scies.* Id.—6 Vulgo, *dominæ.* Elmenh. Recte ita reposuit cum seqq. Elmenh. ut jam editum in Junt. post. et exaratur in Reg. Oxon. Par. D'Orv. Pal. Bert. aliisque. In Ed. Bas. pr. *dom. m. veneranda s.* Oud. —7 *Obaudiunt.* Sic Basil. Ms. cum reliquis, *obediunt.* Colvius. Palat. Cod. *obediunt.* Wow. Flor. et Bert. *obediunt.* Male. *Elmenh.*—8 F. *flumina.* Burm. Sed adi potius ad l. I. p. 7. 'Tacita numinum violentia.' *Oud.*—9 Oxon. *sevuint* corrupte. Vide ad lib. XI. pag. 258. *Id.*—1 Vetus, *usquam.* Colvius. Par. *magicæ.* Fux. *unus unquam.* Oud.—2 *Nititur.* Forte, *utitur.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. lib. III. Ep. 16. Vere, ut opinor, et sic diserte extat in Ms. D'Orvill. Non tantum *nititur* violentia artis, sed maxime *utitur* ea, cum juvenem in sui amorem compellere *nititur*, sive conatur. De horum verborum confusione pluribus egi ad Cæs. l. IV. B. G. c. 24. *Visitur* conjecit Groslot. ut *violentia* sit nominativus. *Oud.*—3 D'Orvill. *aspexerit.* Id.—4 Pith. *et.* Id.—5 *Boëtum.* Beroald. *Boëtium.* Roald. Immo vero *Bæotium*, docens vitiose passim *Boëtia* et *Boëtius* dici pro *Bæotia* et *Bæotius:* ut obvium est in omnibus auctoribus; sicut et hic Mss. et Edd. etiam, quod miror, Colvii, et Elmenh. et Pricæi, præbent. Sed recte *Bæotio* pag. 54. ubi Mss. et Edd. Vett. rursus *Boëtio.* Oud.—6 *S. d.* desunt Regio, Fux. *Deorum* Palat. *Id.*—7 *Totiusque.* Vulgati, *totasque.* Scriptus etiam, addita copula, paulo post legit, *et machinas.* Colv. *Manus, machinas.* Fux. *m. et m.* Roaldus. Bert. *totasque.* Elmenh.—8 *Meis* desideratur in Regio, Fux. *Meis, inquam, his a.* Oxon. *Oud.*—9 Ms. *non.* Colvius. Flor. *non.* Elmenh.—1 *Illec. mat.* Rescribe ex Flor. *i. magiæ m.* Elmenh. Male vir doctus in marg. Ed. Junt. post. conjecit: *ad execrandas.* Exulat *magiæ* ab

NOTÆ

[p] *Obed.* [*obaudiunt*] Morem gerunt, ὑπακούουσι.

comminantem.[2] [q] Hunc juvenem, cum e balneis rediret ipsa, tonstrinæ residentem [3] hesterna die forte conspexit: ac me capillos [4] ejus, qui jam cæde cultrorum desecti humi [5] jacebant, clanculo præcepit [6] [54] ferre.[r] Quos me sedulo furtimque [7] colligentem tonsor invenit; et,[8] quod alioqui [9] publicitus maleficæ disciplinæ perinfames sumus, arreptam [1] inclementer increpat: Tune, ultima,[2] non cessas subinde lectorum juvenum capillamenta surripere? Quod sce-

Heri, cum ipsa reverteretur a lavacro, vidit forte fortuna hunc adolescentem sedentem in officina tonsoris: mihique imperavit, ut auferrem ejus crines, qui jam jacebant humi recisi sectione forficum. Quos cum colligerem diligenter et clanculum, tonsor deprehendit me; et, quia nos aliunde publice laboramus infamia veneficæ artis, apprehendit me, et objurgat severiter: Tune, contemtissima mulierum, non desinis suffurari crebro crines formosorum adolescentum? A quo crimine nisi ab-

Fux. et Ed. Vulc. sec. Hinc illa scil. Elmenhorstii correctio. *Oud.*—2 Par. *commitantem*, quasi fuisset *comminitantem*. Id.—3 Ed. Junt. post. *resistentem*. Ineptissime. Vide ad p. 60. 'Simulacrum residens ædiculæ.' *Id.*—4 Fux. *ac de me c.* Roaldus. Regius, Fux. *ac inde c.* Vide seqq. *Oud.*—5 Vetus, *humidi*. Colvius. Ald. *c. c. delecti*, male. *Elmenh.* *Cæde cultr.* Bene Flor. *Humidi* V. C. lego *humu*. Brant.—6 Idem Cod. et Bas. 1. *præcipitavit*. Colvius. Fux. *præcipitavit*, et Ed. Ber. *Roald.* Bertin. et Lipsian. Codd. *præcipitavit ferre.* Forte: *præcepit auferre.* Sciopp. in Symb. et Susp. lib. III. 14. *Præcepit ferre.* Flor. Rom. Palat. et Bertin. *præcipitavit ferre.* Unde alii recte fecerunt: *præcepit auferre.* Elmenh.—7 Vulgati, *ac furtim.* Colv. Præter Ed. Junt. post. quæ recte scripturam Mss. omnium, qui nunc innotuerunt, si Pithœanum excipias, expressit, *furtimque*, cum Edd. Colvio recentioribus. *Oud.*—8 Non comparet copula in Palat. *Id.*—9 Sic Palat. Oxon. Flor. et, ut puto, Lips. cum Colvio et seqq. In Fux. D'Orvill. et aliis, atque Edd. prioribus est *alioquin.* Mox *publicus* Guelferbius et *sumus* exulat a Regio. *Id.*—1 Ms. *abreptam.* Colvius.—2 Scio, amicum Plautino exemplo reposuisse: *Tune, milvina.* Videndum tamen, sitne hæc conjectura ingeniosissimi, amicissimi Gabrielis Rolandii, ad scripturam vulgarem accommodatior, et adeo ad ejusdem Plauti imitationem? *Tune, ulmea.* In virgis ulmeis frequentes joci Plautini, et in servos convenientissimi. *Stewech.* Flagitium mulieris, postremissima mortalium. Sic infra, lib. IX. p. 188. 'Ad hæc ultima pistoris illa uxor subjiciens.' Ultima pistoris illa uxor; non, Ad hæc ultima. *Colvius.* Male Gulielmius (lib. III. Veris. c. 4.) corri-

NOTÆ

[q] *Ipsi Soli nubilam caliginem et perpetuas tenebras comminantem*] Apud Lucanum venefica Solem alloquens: 'Tibi, pessime mundi Arbiter, immittam ruptis Titana cavernis, Et medio feriere die.'

[r] *Ac me capillos ejus, &c. præcepit ferre*] Capillorum ad amatoria incantamina præcipuus usus. Virgil. in Pharmaceutria: 'Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit Pignora cara sui, quæ nunc ego limine in ipso, Terra, tibi mando. Debent hæc pignora Daphnin.' Per exuvias, capillos præsertim intellige. Vide Lucianum in Dialogis Meretriciis. *Cæde cultrorum*] Id est, sectione. Hic 'cædes' active sumitur. At 'ligni et frondium cædem' passive dixit A. Gellius lib. XIX. cap. 12.

lus nisi tandem desines,[3] magistratibus te[s] incunctanter[4] objiciam. Et verbum facto secutus, immissa manu scrutatus e mediis papillis[5] meis jam capillos absconditos, iratus arripuit. Quo gesto graviter affecta, mecumque reputans dominæ meæ mores, quod hujus rei repulsa satis[6] acriter commoveri, meque verberare sævissime consuevit; jam de fuga consilium tenebam;[7] sed istud[8] quidem tui contemplatione abjeci statim. Verum, cum tristis inde discederem,[9] ne prorsus vacuis manibus redirem, conspicio[1] quendam forficulis attondentem[2] caprinos utres. Quos cum probe[3] constrictos, inflatosque, et jam pendentes[4] [t] cernerem, capillos eorum humi jacentes, flavos, ac per hoc illi Bœotio juveni consimiles, plusculos aufero,[5] eosque

stines tandem, sistam te sine mora coram judicibus; et, addens facta verbis, manu injecta investigans extraxit iratus ex mediis meis mammis crines, quos jam recondideram. Quo facto ego mœsta, et recogitans apud me indolem meæ heræ, quod solet gravissime irasci, et me cædere crudelissime, cum passa est repulsam in hac re: jam deliberabam de fugiendo; verum illico repudiavi illud consilium, tui consideratione. Sed, cum abirem illinc mœsta, ne reverterer manibus omnino inanibus, conspicor quendam tondentem forficibus pelles hircinas. Quas cum viderem pulchre colligatas, tumefactasque, et jam seipsis stantes, tollo sat multos villos earum sparsos per humum, coloris flavi, ideoque similes capillis illius adolescentis Bœotii; eosque

git: *Tune, milvina.* Vide Indicem. *Elmenh.*—3 D'Orvill. *desieris.* Oudendorp. —4 *Incontanter.* Ms. *constanter:* ut et in suis esse etiam scribit Beroaldus. Ald. Venet. Rom. *contanter.* *Constanter* verius putem. *Colv.* Fux. *constanter.* Aldus vero, *contanter.* Roaldus. Venet. *te inconstanter,* recte. *Elmenh. Te constanter.* Malim, *incontanter.* Brant.—5 *Capillis* Aldus, perperam. *Roald.* —6 Vulgati plerique, *hujusmodi repulsis satis.* Venet. et Bas. 1. *hujusmodi repulsatis.* Colvius.—7 Gulielm. *inibam.* Oud.—8 Pal. Fux. *illud.* Id.—9 Basileenses, *descenderem.* Colv.—1 Pal. *perspicio.* Id.—2 *Forficulis tondentem.* Fux. *forficulatorem attondentem.* Roaldus. *Attond.* Vulgares, *tondentem.* Colv. —3 Oxon. *plene.* Oud.—4 F. *tendentes.* Brant. Hoc non intelligo. Inflatos pendentesque caprinos utres recte illustrat Pricæus. *Pendentis* Edd. aliquot. *Stantes* explicat Floridus. *Oud.*—5 Guelf. *affero.* Id.—6 Bas. pr.

NOTÆ

[s] *Magistratibus te, &c.*] Erat quippe ars magica legibus prohibita, animadvertebaturque graviter in veneficas.

[t] *Jam pendentes*] Id est, jam sponte sua stantes, ob aërem ingestum, quo tumebant, et sustentabantur. 'Pendere' enim etiam stare significat, Phædrus, lib. v. 'Cursu volucri pendens in novacula,' &c. Arnobius, lib. III. in simili re: 'Et, viduatos interioribus cunctis, tanquam utres sufflatos, turgidorum corporum inanitate pendere.'

dominæ meæ, dissimulata[6] veritate, trado. Sic noctis initio,[7] priusquam cœna te reciperes, Pamphile mea, jam vecors animi, tectum scindulare[8][u] conscendit, quod altrinsecus ædium patore perflatili[9] nudatum, ad omnes orientales ceterosque aspectus[w] pervium, maxime his artibus suis commodatum[1] secreto colit.[2] Priusque[3] apparatu so-

do meæ heræ, dissimulans quod erat. Sic principio noctis, antequam discederes a cœna, Pamphile, mea hera, jam impos animi, ascendit in pergulum coopertam scandulis, quam clam frequentat in altiori parte domus positam, patentem apertura exposita ventis, et habentem prospectum in orientales et reliquas omnes plagas mundi, inprimis aptam his suis artibus. Et primum adornat exitiabilem officinam supel-

et dissim. Id.—7 D'Orvill. Guelf. *n. in initio.* Frustra. Vide ad lib. I. p. 15. 'statim initio.' *Id.*—8 *Scindulas* appellandas, quas passim in libris *scandulas* vocant, ad Vegetium demonstravi. Item apud Cæsarem VIII. Belli Gallici, 'Cupas sevo, pice, scandulis complent,' scribo *scindulis*, et apud Apuleium *scindulare.* Certe, sive a scindendo, sive a σχινδαλμὸς (Vide Gloss. σχίδαξ) quod apud Aristophanem est, scindulæ non immerito appellantur. Eadem vox, ut a viro doctissimo, quem honoris et amoris causa nomino, Jacobo Campio, inquam, Decano et Officiali Bonnensi audivi, hodieque Aquisgranensibus in ore est: nec minus in usu ipsæ scindulæ, quas ipsi *sceindulen* appellant. Usui quoque esse in hunc diem Bohemis, Lotharenis, aliis nationibus, non est operæ pretium indicare. *Stewech. Scindulare.* Vulgati passim, *scandulare.* Ego doctissimi Turnebi auctoritate niti malui, qui ita legendum vere docet in Cæsare, Plinio, Palladio, Vitruvio ex Isidoro, Advers. lib. XXII. cap. 18. *Colv.* Palat. et alii libri Vett. *scandulare.* In responsis Papin. Tit. XXIX. 'Si quis caballo ligando ossum vel scandulam.' Magna semper in libris varietas, ut in Vitruvio, Cæsare, Plinio, et aliis notavit Turnebus. Sunt autem scindulæ, tabellæ sive assulæ ligneæ, quibus teguntur domicilia: unde scindulare tectum, et 'scindularii' L. ult. de jure immunit. Vegetius 'tegulas', et 'scindulas' conjungit. Scholiastes Aristoph. Nubibus σχινδαλμοὺς interpretatur τὰ λεπτότατα τῶν ξύλων. Sublata igitur erit controversia, *scandula,* an *scindula* dicendum, quod Græca origo docet. *Wower. Scandulare.* Alii, *t. scindulare.* Vide Indicem. *Elmenh.*—9 Vulgo, *perflabili.* Infra lib. IV. 'Patulum ac perflatilem locum.' *Colv. Perflabili.* Fux. *perflatili.* Roaldus. Bertin. Rom. et Ald. *perflabili.* Elmenh.—1 *Commodum.* Ibidem vulgo, *commodatum.* Colvius. Flor. et Bert. *commodatum.* Elmenh. —2 *Colit* exulat a D'Orvill. *Oud.*—3 Scriv. Ed. minus bene, *Priusquam.* Τῷ 'Prius' respondet 'tunc.' Copula 'et' sæpe transitioni inservit. Vide

NOTÆ

[u] *Tectum scind.* [*scandulare*] Ex scandulis factum. Sunt autem scandulæ Vitruvio tabulæ ligneæ angustæ et oblongæ, quibus tegularum loco multis in locis domus conteguntur. Vocamus *du bardeau.* Isidorus non 'scandulas,' sed 'scindulas' vocat, aitque a 'scindendo' dictas. At, præter Vitruvium jam landatum, in lege Quibusdam 6. ff. de Jure immunitatis, 'scandularii' dicuntur, non 'scindularii,' qui ejusmodi tabulis ligneis hyberna contegunt.

[w] *Ad orientales, &c. aspectus*] Vide supra, lib. II. de Zachla Ægyptio.

lito[4] instruit[5] feralem officinam, omne genus aromatis,[x] et ignorabiliter laminis[6] literatis, et infelicium navium durantibus clavis,[7] defletorum, sepultorum[8] etiam cadaverum expositis multis admodum membris.[y] Hic nares et digiti,

lectile consueta; scilicet aromatibus omnis generis, laminis insculptis ignotis characteribus, et clavis, qui supererant ex navigiis infortunatis, et plurimis expositis artubus corporum conclamatorum, atque etiam tumulatorum. Hic nasi erant, et

ad Sueton. *Id.*—4 L. D'Orleans ad Tacit. l. II. Ann. p. 298. conjecit: *insolito.* Id.—5 *Instruxit.* Flor. *instruit.* Elmenh.—6 Rom. *jam minis.* Ms. al. *damnis.* Colvius. Flor. *jam minus.* Rom. *jam minis:* male. Arnob. l. II. (p. 66.) 'Protegimus nos laminis, Psyllis Marsisve vendentibus.' Vide quæ ibidem dixi, et Thomam contra Gentiles lib. III. cap. 105. *Elmenh.*—7 Scriptam lectionem, etsi non bene sanam, exprimi jussimus: quæ etiam in veteribus impressis est. Sed non possum non probare conjecturam doctissimi Lipsii: *inf. manium d. calvis.* Qui ad hos devotionum ritus pertinere Taciti locum etiam recte judicavit, l. II. Annal. 'Et reperiebantur solo,' &c. [ubi D'Orleans quoque voluit: *ex inf. manium indurantibus calvis.*] Jo. Salisberiensis de Juliano Mago Nugar. Curialium lib. VIII. cap. 20. 'In Antiochia quoque arcas in Palatio plurimas humanis capitibus plenas invenerunt, et demersa puteis innumera corpora mortuorum.' *Colv.* *Damnis,* Aldus. *Roald. Infelicium avium durantibus damnis.* Sic recte hunc locum emendat eruditissimus Passeratius ad Propertium pag. 436. cujus conjecturam confirmant membranæ Flor. Rom. et Aldina editio, in quibus est, *navium durantium damnis.* Damna autem cape demtas plumas. *Elmenh.*—8 Ms. *sepulcrorum.* Colv. Sæpius enim malæ hæ bestiæ mortuorum corpora contingunt, ut Hieron. notat in Danielem tom. IV. f. 497. et Porphyrius de Abstinentia ab Animalibus lib. II. f. 33. *Elmenh.* Abest *sepult.* a Pith. Pro *etiam* in Oxon. *et,* ac desideratur τὸ *admodum* in Par. Pro *multis* Heinsio placebat *mutilis.*

NOTÆ

[x] *Aromatis*] Cinnamo puta, pipere, zinzibere, &c. quæ vulgo species, Græcis τὰ εἴδη appellantur.

[y] *Ignorabiliter laminis literatis defletorum, sepultorum etiam cadaverum expositis multis admodum membris*] 'Laminæ ignorabiliter literatæ' sunt, ignotis characteribus insculptæ. Membrorum cadaverum et laminarum literatarum in apparatu magico meminit Tac. lib. II. Annal. ubi de veneficiis Pisonis et Plancinæ in Germanicum: 'Sævam vim morbi augebat persuasio veneni a Pisone accepti: et reperiebantur solo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, et devotiones, et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres, ac tabe obliti, aliaque maleficia, quis creditur animas Numinibus infernis sacrari.' *Infelicium navium durantibus clavis, &c.*] Ex hac scriptura, quæ Scriverianæ editionis est, licet non bene sana, sensum qualemcumque elicui, qui fortasse non displicebit. Pricæi et Elmenhorstii editiones habent, auctore Passeratio, ad Propertium, pag. 336. *infelicium avium durantibus damnis defletorum.* Elmenhorstius τὸ *damnis* interpretatur, pennis detractis. Sed non placet tam longe petita explicatio. Lipsius ad lib. II. Annal. Taciti hunc Apuleii locum sic legit, *infelicium Manium durantibus calvis.* Quod intelligendum esset de

[55] illic carnosi clavi pendentium;[z] alibi trucidatorum servatus[9] cruor, et extorta[1] dentibus ferarum trunca calvaria. Tunc, decantatis spirantibus fibris,[a] litat vario latice: nunc rore fontano, nunc lacte vaccino,[2] nunc melle montano. Libat et mulsa.[3] [b] Sic illos capillos in mutuos nexus

digiti; illic clavi cruci affixorum, quibus carnis particulæ adhærebant; alibi sanguis occisorum conservatus, et crania semirosa, erepta dentibus bestiarum. Tum, inhalatis magico carmine extis adhuc palpitantibus, libat diversos liquores, modo aquam fontanam, modo lac bubulum, modo mel montanum: effundit etiam aquam medicatam melle. Hisque peractis, tradit prunis ardentibus illos caprinos villos

Sed obstare videtur vox 'admodum.' *Oud.*—9 Lego, *seratus*, id est, in serum coactus. *Brant.* Quod scilicet conveniret Lucani verbis lib. VI. 549. 'Virusque coactum.' Sed quis unquam usus est verbo *serari?* immo cogi in serum non potest, cum sit serum, lactis liquidissimum, sive ejus coacti tenuis liquor sive aquosum: atque hinc etiam sanguinis concreti. In Ed. Vicent. *cruci datorum.* Sed hi præcesserunt. Gladiatores intelligit Beroaldus. Quid ni interpretamur, omnes violenta morte peremtos? *Oud.*—1 Oxon. *exortam.* Id.—2 *Nunc rore fontano, nunc lacte vaccino* desiderantur in Par. Reg. Fux. *montano.* Al. *fontano.* Id.—3 Par. *bibat et mulsat.* Id.—4 Bert.

NOTÆ

craniis, seu calvariis mortuorum. Sed, quia mox calvariam Apuleius annumerat huic magicæ supellectili, minus mihi verisimile fit eum hoc loco de calvariis locutum fuisse, et idem bis dixisse. *Infelices naves* hic intelligo, naufragio discerptas.

[z] *Illic carnosi clavi pendentium*] Nescio quid Beroaldus hic somniat de clavis pedum ulceribus. Intellige clavos ferreos seu chalybeos, quibus sontes cruci affigebantur, qui ideo carnosi dicuntur, quod ipsis adhuc adhærerent carnis particulæ. Adhiberi quartanis ejusmodi clavos ait Plinius, lib. XXVIII. cap. 4. 'Item in quartanis fragmentum clavi a cruce, involutum lana, collo subnectunt.' En tibi luculentam similis apparatus descriptionem ex Lucano, lib. VI. 'Tunc omnes avide desævit [Erichtho] in artus, Immersitque manus oculis; gaudetque gelatos Effodisse orbes: et siccæ pallida rodit Excrementa manus: laqueum nodosque recentes Ore suo rupit: pendentia corpora carpsit, Abrasitque cruces: percussaque viscera nimbis Vulsit, et incoctas admisso Sole medullas. Insertum Manibus chalybem, nigramque per artus Stillantis tabi saniem, virusque coactum Sustulit, et nervo morsus retinente pependit. Et, quacumque jacet nudum tellure cadaver, Ante feras volucresque sedet, nec carpere membra Vult ferro manibusque suis, morsusque luporum Expectat, siccis raptura e faucibus artus.' Quam apposite hæc postrema verba ad hunc locum Nostri, 'et extorta dentibus ferarum trunca calvaria!'

[a] *Spirantibus fibris*] Fibræ in haruspicina sunt extremæ viscerum partes, quarum in extispicio præcipua consideratio est.

[b] *Mulsa*] Est aqua melle condita, et mulsum vinum melle medicatum. Aliquando adjungitur substantivum,

obditos,[4] atque nodatos,[5] cum multis odoribus dat vivis carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpugnabili magicæ disciplinæ potestate, et cæca[6] numinum coactorum violentia, illa[7] corpora, quorum fumabant stridentes capilli, spiritum mutuantur humanum, et sentiunt, et audiunt, et ambulant: et, qua nidor suarum ducebat exuviarum,[8] veniunt; et, pro illo juvene Bœotio aditum gestientes,[c] fores insiliunt. Cum ecce crapula madens, et improvidæ[9] noctis deceptus caligine, audaciter[1] mucrone destricto,[2] in insani modum Ajacis[d] armatus, non ut ille vivis pecoribus[3] infestus, tota laniavit[4] armenta; sed longe fortius, qui[5] tres inflatos caprinos utres exanimasti: ut ego te prostratis hostibus sine macula sanguinis, non homicidam nunc,[6] sed

implexos, et colligatos mutuis connexionibus, concremandos cum multis aromatis. Tunc ineluctabili potentia magicæ artis, et occulta vi Deorum coactorum incantaminibus, corpora illa, quorum villi fumabant cum stridore, sortiuntur statim animam humanam, sentiunt, et audiunt, et incedunt: et veniunt, qua fumus suorum spoliorum ea attrahebat; et, loco illius adolescentis Bœotii cupientia ingredi, insultant januæ. Cum ecce perlitus vino, et inductus in errorem obscuritate tenebrosæ noctis, ense fortiter nudato, armatus instar Ajacis furiosi, non, quemadmodum ille, infensus armentis viventibus, laceravit totos greges, sed gessisti te multo virilius, qui spiritu privasti tres pelles hircinas vento turgidas; ut, adversariis tuis interfectis absque ulla nota cruoris, ego nunc complecterer te interfectorem non homi-

obductos. Elmenh. Sed vide ad lib. I. pag. 12. 'Obdita parte funiculi, et altera in nodum coacta.' *Oud.*—5 Pricæus hic conjecit, *innodatos.* Sed in Add. bene se revocavit. 'Nodari' pro, involvi, in nodum cogi ac constringi, sæpius occurrit. *Id.*—6 D'Orv. *cuncta.* Id.—7 Fux. *illorum.* Id.—8 Reg. Fux. D'Orv. *excubiarum*, solito errore. Vide ad l. II. p. 40. *Id.*—9 *Et obscuræ.* Ms. *et ecce improvidæ.* Impressi plerique, *et improvidæ.* Colvius. Fux. *etiam inprovidæ.* Roaldus. *Improvidæ.* Vulgo, *obscuræ:* male. Lib. I. 'Vix improvidæ noctis caligine liberati.' *Elmenh.* Wower. *obscuræ*, male. *Idem in Add.*—1 *Audacter.* Ms. *audaciter.* Colv.—2 *Districto.* Oxon. Guelf. *destricto*, ut edidi. Vide ad lib. hujus p. 45. *Oud.*—3 Ms. idem, *pectoribus.* Colv.—4 Fux. *laniabat.* Roaldus. Guelf. Pal. *l. crementa.* Oud.—5 D'Orv. *quique.* Id.—6 *Nunc* abest Fux. *Id.*—7 Vulg. *At ego sic.* Colvius. Pal.

NOTÆ

quod hic subintelligendum est, diciturque 'aqua mulsa,' et 'vinum mulsum.'

[c] *Gestientes*] Quia de illis corporibus tanquam de hominibus animatis loquitur, dicit 'gestientes,' cum Syntaxeos ratio poscat 'gestientia.'

[d] *In insani modum Ajacis*] Telamonii nimirum, qui, furens ob negata sibi Achillis arma, pecora laniabat, existimans se Græcos cædere. Duos vero eximios tauros, seu, ut alii tradunt, arietes alligatos flagellabat, ratus alterum esse Ulyssem, alterum vero Agamemnonem.

utricidam amplecterer. Ac sic [7] lepido sermone Fotidis invicem cavillatus, Ergo [8] igitur jam et ipse possum, inquam, mihi primam istam virtutis adoream [9] [e] ad exemplum duodeni laboris Herculei [f] numerare, vel trigemino corpori Geryonis, vel triplici formæ Cerberi totidem peremtos utres coæquando.[1] Sed, ut ex animo tibi volens [2] omne delictum, quo me tantis angoribus implicasti, remittam ; [3] præsta quod summis votis expostulo: et dominam tuam, cum aliquid hujus divinæ disciplinæ [4] molitur, ostende: cum [5] Deos invocat; certe eam reformatam videam.[6] [56] Sum

num, sed utrium. Et sic rependens jocum facetæ narrationi Fotidis, Ergo, inquam, et ipse quoque jam possum numerare mihi hanc primam laudem fortitudinis ad instar unius ex duodecim laboribus Herculis, æquiparando vel triplici corpori Geryonis, vel tricipiti figuræ Cerberi totidem utres interfectos. Verum, ut tibi condonem sincere et libenter istud peccatum, quo me impedivisti tantis ægritudinibus animi, effice, quod cupio maximo studio: et monstra mihi tuam heram, cum aggreditur aliquid pertinens ad hanc divinam artem; cum voce ciet numina; saltem videam ipsam mutatam in aliam formam. Sum enim cupidissimus cognos-

Guelf. Pith. *At sic*, Flor. *Ac si.* Omnes Edd. ante Colv. contra Mss. hic dant, *At ego sic ;* ut alibi sæpe. Hic rectius *Ac*, ut patebit e seqq. *Oud.*—8 Fux. *Exurge.* Roaldus. Reg. *Exurgo.* In Palat. deest *igitur.* Prave. Vide ad lib. I. pag. 4. *Oud.*—9 Vetus, *adorsam.* Colvius. Flor. duo, *adorsam*, male. *Elmenh.* *Adorsam* item Par. D'Orv. Pith. Guelf. *Virtutem adorsam* Reg. *Illam virtutem exorsam* Fux. *Adoriam* Palat. Guelf. a m. s. et Edd. aliquot. *Oud.*—1 Oxon. *coæquandos.* Id.—2 Idem, *voles.* Colvius. M. *voles.* Puteanus. Reg. D'Orv. Palat. Guelf. *voles.* A D'Orv. abest *τὸ ut.* Oud.—3 Idem, *remittes.* Colvius. B. *remitti.* Putean. Iidem meorum, qui habent *voles*, ut et Fux. exprimunt quoque *remitti.* In D'Orvill. *debitum.* Oud.—4 Bertin. *hujusmodi diem disc.* D'Orv. *h. divæ disc.* Id.—5 D'Orv. bene, ut reor, *et cum.* Id.—6 Vulgati, *certe cum reformatu videam.* Scriptæ lectioni respondet Lucianus : Καὶ φημὶ πρὸς αὐτὴν, Ὦ φιλτάτη, δεῖξόν μοι μαγγανεύουσαν ἢ μεταμορφουμένην τὴν δέσποιναν. *Colv.* Fux. *c. eam reformatam.* Roaldus. *Cum reformatur.* Alii, *eam reformatam.* Flor. 1. *cum res ornatu.* Bert. *certo*

NOTÆ

[e] *Adoream*] Festus : 'Adoream laudem sive gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret. Ador enim farris est genus.'

[f] *Duodeni laboris Herculei*] Duodecim labores exantlavit Hercules, jussu Eurysthei, Mycenarum Regis, cui parere coactus fuerat novercæ Junonis odiis. Hos labores Philippus Byzantius sex versibus expressit; qui his pari numero Latinis redditi sunt : 'Dextra feram Nemeæ petiit mea : perdidit hydram, Et taurum : malas inde cecidit apri. Balteus est captus : sunt aurea mala relata : Geryonisque boves, et Diomedis equi. Augias me non fugit, non cerva volucris : Cerberus eductus : nunc sed Olympus habet.'

namque coram[7] magiæ noscendæ ardentissimus cupitor: quanquam mihi nec ipsa[8] tu videare talium[9] rerum rudis et[1] expers. Scio istud,[2] et plane sentio; cum semper alioqui spretorem[3] matronalium amplexuum, sic[4] tuis istis micantibus oculis, et rubentibus[5] bucculis, et renidentibus[6] crinibus, et hiantibus osculis, et fragrantibus papillis, in servilem modum addictum atque mancipatum teneas volentem. Jam denique nec Larem requiro, nec domuitionem paro, et nocti isti[7] nihil antepono. Quam vellem, inquit illa,[8] præstare tibi, o[9] Luci, quod cupis: sed propter invidos mores in solitudinem[1] semper abstrusa, et omnium præsentia viduata solet secum hujusmodi secreta perfi-

cendæ propius et clarius Magiæ. Quanquam nec tu ipsa mihi videris ignara et imperita ejusmodi rerum. Hoc scio, atque penitus experior in me; cum me (qui tamen semper aspernatus sum complexus nobilium fæminarum) detineas instar servi tibi ultro adstrictum et subditum, tuis istis ocellis fulgurantibus, et labellis rubicundis, et capillis splendentibus, et basiis hiulcis, et uberibus suaveolentibus. Denique jam nec teneor desiderio domus meæ, nec meditor ad illam redire, et nihil potius habeo hac nocte. Quam cuperem, inquit illa, efficere, quod postulas, o Luci: verum mea hera propter hominum malevolentiam consuevit semper facere talia arcana, sola, abscondita in secretum locum, et semota ab omnium conspectu. Sed

cum reformatu, male. Confer Lucianum p. 350. *Elmenh.*—7 Τὸ *coram* recte expungit Bertin. *Elmenh.* Hinc uncis inclusit ipse et Scriv. ac Pric. Sed male omnino. Non enim modo noscere magiam cupiebat Lucius, sed et oculis percipere *coram*, ut recte explicat Beroald. quod adverbialiter cum optimis posuit Auctor, et bene defendit Heinsius ad Ovid. Ep. Her. VIII. 59. Et sic sæpius, ut lib. IV. init. 'Rebus coram quibusdam munerabantur:' ut leg. videbimus: IX. p. 191. 'Coram noxæ deprehensus.' Alibi crebro 'incoram.' Lib. X. 227. et vide Indic. Adi Serv. ad Æn. II. 538. Drak. ad Liv. l. XXVIII. 17. Comm. ad Suet. Aug. cap. 69. 'E triclinio, viro coram:' uti illic legendum docui. *Oud.*—8 Palat. Guelf. *ipse* pro *mihi*. Edd. Junt. Ald. *ne ipsa*. Vide ad pag. 48. 'Nec ipse.' In Oxon. *videaris*. Id.—9 *Talium* desideratur in Reg. Fux. Guelf. Palat. Oxon. D'Orv. et Ed. Junt. post. *Id.* 1 *Vel.* Ms. *et*. Colvius. Sic et ceteri Mss. præter Pith. et Edd. Vulc. ac seqq. In D'Orvill. *et inexpers*, quasi pro, inexperta; ut in eodem Cod. lib. VI. p. 119. 'Simplex alioquin et inexpers talium rerum.' *Oud.*—2 Palat. *illud*. Id.—3 D'Orv. et Edd. ante Colvium, ut passim, *alioquin*, quæ vox deest Bertin. *Spectorem* Pal. Guelf. *Id.*—4 Fux. *sicut*. Id.—5 Ald. *rumpentibus:* male. *Elmenh.* Sic et Edd. Junt. corrupte. *Bucuculis* Guelf. *Oud.*—6 Scribe ex Fulv. et Bert. *renitentibus*. Wowerius. Suspect. Lect. lib. III. Epist. 14. rem auctorem dedi emendationi huic meæ: *renitentibus*. Nunc idem Fulviano codice confirmari video. *Sciopp. in Symb. Renitentibus.* Rom. et Ald. *renidentibus:* male. Lib. I. 'Capillus placidus renitet.' *Elmenh.*—7 Ro. Fl. et Bert. *nocte ista*, male. *Elmenh.*—8 Aldus, *i. respondit illa*, male. *Id.*—9 Exclamationis particula desideratur in Pal. Oxon. D'Orv. Fux. Vide ad lib. II. p. 21. 'O Luci.' Dein *præter* Pith. Fux. *Oud.*—1 Oxon. D'Orv. *solitudine*. Ed. Beroald.

cere. Sed tuum[2] postulatum præponam periculo meo, idque[3] observatis opportunis temporibus sedulo perficiam: modo, ut initio[4] præfata sum, rei tantæ fidem silentiumque tribue. Sic nobis gannientibus[5] libido mutua et animos simul et membra suscitat. Omnibus abjectis amiculis,[6] hactenus denique intecti atque nudati bacchamur[7][g] in venerem; cum quidem mihi jam fatigato de propria liberalitate[h] Fotis puerile[8] obtulit corollarium.[i] Jamque[9] luminibus nostris vigilia marcidis infusus sopor etiam in alium diem nos[1] attinuit.[2] Ad hunc modum transactis voluptarie pau-

præferam tuam petitionem meo discrimini, et id præstabo studiose exploratis momentis idoneis. Tu tantum præsta fidem et taciturnitatem rei tanti momenti, ut jam præmonui. * * * * * * * * * * * * * *Jamque somnus, illapsus nostris oculis fatigatis vigilando, detinuit nos in lecto usque in multam lucem.*

---

solicitudinem. Fux. *obstrusa.* Guelf. a m. s. *exstrusa.* Id.—2 *Tuum* non est in scripto libro. *Colv.* In Coll. Voss. subducitur altera vox, sicut deest Fux. *Oud.*—3 D'Orvill. Fux. *atque.* Id.—4 Edd. Rom. Vicent. *ut immo:* quod correxere Beroald. et Becichem. Ep. LXXII. Oxon. Guelf. *ut in initio,* D'Orvill. *in initio ut.* Vide ad lib. I. pag. 15. 'Statim initio.' *Id.*—5 Vulgo lectum, *garrientibus.* Colvius. Fux. *gannientibus:* ut in poëmatio illo omnium nequissimo et elegantissimo de Amore: 'Inter gannitus fœminæ ac subantis voculas.' *Roald.* Fl. Bert. Al. et Ro. *garrientibus.* Elmenh.—6 Ms. *amictulis.* Sciopp. in Symb. Elmenhorst. et seqq. addiderunt copulam *et,* invitis Mss. certe Flor. Reg. Palat. D'Orvill. Nec opus, si modo post 'suscitat' plena distinctio ponatur. *Adjectis* D'Orv. *Oud.*—7 *Intecti bacchamur.* Fux. *intecti atque nudati bacch.* Roaldus. Bertin. habet, *intecti atque nudati bacch.* Sciopp. in Symb. Susp. Lect. III. 14. Pal. Flor. et Bert. *intecti atque nudati b.* Elmenh. Adde Lips. Oxon. Pith. Fux. Par. et Ed. Junt. post. Verissime, quod et vidit Pricæus, et dudum edidit Scriverius. *Oud.*—8 Florentini duo, *puerilis,* male. *Elmenh.*—9 Fux. *Itaque.* Oud.—1 *In alium diem nos.* Ms. *nox.* Sed suspicor legendum, *in altum diem nos:* id est, in multam lucem. *Sciopp. in Symb.* Flor. *i. a. d. n. obtinuit.* Grut. (L. VI. Suspic. c. 12.) *in altum d. n. a.* recte. Heliodor. Æthiop. lib. VI. Πρὸς ὕπνον ἔλαθεν ὑποφέρων καὶ εἰς ἡμέραν ἤδη λαμπρὰν κατέχων. *Elmenh.* F. *in altum diem,* ut video probatum quoque doctissimo Caspari Scioppio sua in hunc Auctorem

NOTÆ

[g] *Bacchamur*] Furore quodam quasi Bacchico exstimulati ruimus in coitum, et subantes libidinamur. *Beroald.*

[h] *De prop. liberal.*] Notetur vox illa 'liberal.' Martial. 'Formosa Phyllis nocte cum mihi tota Se præstitisset omnibus modis largam,' &c. *Pricæus.*

[i] *Puerile obt. cor.*] Martial. 'Fessus mille modis, illud puerile poposci: Ante preces totas primaque verba dedit.' Vide Suid. in Δωσίπυγος. *Pric.* Symbolicos et verecunde signat posticum concubitum et aversam Venerem, et puerile diverticulum sibi a Fotide oblatum fuisse, veluti pro auctario quodam. Corollarium

cis[3] noctibus, quadam die percita[4] Fotis ac satis trepida me accurrit:[5 k] indicatque dominam suam, quod nihil[6] etiam tunc in suos amores ceteris artibus promoveret, nocte proxima in avem sese plumaturam, atque ad suum cupitum sic[7] devolaturam: proin[8] memet ad tantæ rei speculam[9] caute[1] præpararem. Jamque[2] circa[3] primam noctis vigiliam, ad illud[4] superius [57] cubiculum, suspenso et insono vestigio[l] me perducit ipsa, perque rimam[5] ostiorum quampiam jubet arbitrari,[6 m] quæ sic gesta[7] sunt. Jam primum omnibus laciniis se devestit Pamphile, et, arcula

Sic peractis genialiter aliquot noctibus, quodam die Fotis advolat ad me commota, et valde trepidans: monetque me, heram suam, quia nihil proficeret hactenus reliquis machinationibus in suis amoribus, sese mutaturam sequenti nocte in volucrem plumis indutis, et provolaturam eo ornatu ad suum dilectum: proindeque accingerem me diligenter ad contemplationem rei tam miræ. Et jam incipiente nocte deducit me gradu suspenso ac tacito ad illud summum tabulatum, et ipsa jubet me aspicere, per quandam fissuram januæ, ea quæ peracta sunt hoc modo. Primum quidem Pamphile exuit omnes vestes, et, aperta quadam parva arca, profert ex illa sat

Symbola Critica. *Brant.*—2 Fux. *artinuit:* ἀρχαϊκῶς. *Ar* valet, ad. Vide Fest. de Arferia aqua, quam Glossa Philoxeni 'adferial' appellat: et 'perlavia' pro, pelluvia, in eisdem ποδάνιπτρα interpretantur. Et alia id genus. *Roald.*—3 Mavult Pricæus, *haud paucis.* Sed innuit Appuleius, quod Lucianus expressit Tom. II. pag. 580. Ἡμέραις δὲ ὕστερον οὐ πολλαῖς. *Oud.*—4 Bert. *parata*, male. *Elmenh.* Palat. *pata.* Oud.—5 Pith. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *occurrit.* Id.—6 *Quod nihil.* Oxon. *ut jam inibi:* et mox, pro *atqui, at quid.* Id.—7 Pith. Fux. Edd. Vic. Junt. Ald. Colin. *se.* Id.—8 Oxon. D'Orv. *proinde*, haud recte. *Id.*—9 Fux. *in rei tantæ sp.* Roaldus. Palat. *in t. rei.* Elmenhorstius. B. *ad t. rei spectaculum.* M. *specula.* Putean.—1 Oxon. *causate.* Oud.—2 Fux. *Itaque.* Roald. Sic etiam Reg. et D'Orv. *Oud.*—3 Palat. *contra*, obvio errore. *Id.*—4 Oxon. *id.* Id.—5 *Insono vestigio me perducit. Ipsa per rimam.* Ms. *Insono v. me perd. ipsa perque rimam.* Vulg. *ipsaque per rimam.* Colv.—6 *Spectare.* Quidam cusi, *arbitrari.* Idem. Fux. *arbitrari:* quod verum est. Ita etiam in libro suo repererat Beroald. et verbum est Apuleio frequentissimum. Itaque τὸ *spectare* glossa est, ut alibi. *Roald. Arbitrari.* Vulgo, *spectare.* Elmenhorstius. B. M. *arbitrari.* Colvi. *Putean.*—7 *Sic gesta.* Flor. *suggesta.* Elmenh. Mox *laciniis* exulat a Pith.

NOTÆ

enim, ut scienter docet Varro, est id, quod mercedi et manus pretio additur, præterquam quod debitum. A corollis factum est, quod hæ, cum placuerant actores, in scena dari solitæ essent, &c. *Beroald.*

[k] *Me accurrit*] Currit ad me; more suo præpositionis regimen dat verbo, cui præfixa est.

[l] *Suspenso et insono vestigio*] Lib. v. 'Suspensis per formidinem gressibus.'

[m] *Jubet arbitrari, &c.*] Hoc est, spectare, observare. Hoc sensu 'arbitrari' sæpe reperias apud Plautum.

quadam reclusa, pyxides[8] plusculas[9] inde depromit, de quis unius[1] operculo remoto, atque indidem egesta[2] unguedine, diuque palmulis suis affricta,[3] ab imis unguibus sese totam adusque summos capillos perlinit:[4] multumque cum lucerna secreto collocuta,[5] membra tremulo succussu[6] quatit. Quis leviter fluctuantibus, promicant molles plumulæ, crescunt et fortes pinnulæ,[7] duratur nasus incurvus; coguntur ungues adunci. Fit bubo Pamphile. Sic, edito[8] stridore querulo, jam sui[9] periclitabunda paulatim terra[1] resultat; mox in altum sublimata, forinsecus totis alis evolat. Et illa quidem magnis suis artibus volens[2] reformatur. At ego nullo decantatus carmine, præsentis tamen[3] facti stupore defixus, quidvis aliud magis videbar esse quam Lucius. Sic exterminatus[4] animi,[n] attonitus in amentiam,[5]

multas pyxides, quarum unius sublato operculo, et educto ex ipsa unguento, et illito diu suis manibus, ungit se totam ab infimis unguiculis pedum ad summos usque crines: cumque plurimum immurmurasset lampadi voce demissa, succutit suos artus agitatione trepidanti. Quibus placide trementibus, plumæ molliores prodeunt, et pennæ duriores prorumpunt, nasus indurescit, et incurvatur, ungues coarctantur, et fiunt adunci; Pamphile vertitur in bubonem. Sub hac forma stridens quiddam lugubre, jam capiens experimentum de semetipsa, exilit paululum e terra; mox, elata in sublime, toto alarum impetu evolat foras. Et illa quidem dedita opera mutatur arte sua magica. At ego nullis verbis magicis incantatus, sed tantum attonitus admiratione rei, quæ tum gerebatur, videbar esse potius quidlibet aliud, quam Lucius. Sic abalienatus mente, et obstupefactus usque ad insaniam, somniabam

Oud.—8 Scripta lectio, *reclusas pyxides.* Colv. Item Palat. Guelf. et D'Orv. Oud.—9 Oxon. *plusculos.* Id.—1 Par. *uno.* Id.—2 Oxon. *egesto.* Ed. Junt. post. *gesta.* Guelf. *unguidine.* Id.—3 *Affricata.* Vulgati, *affricta.* Infra lib. IV. 'Vinum probe calcibus effricatis affluenter immissum.' *Colv.* Rom. Ald. Flor. et Bert. *affricta.* Elmenh.—4 Ms. *perlita:* quod reponendum censeo. 'Perlinor,' 'comperior,' 'punior,' id est, perlino, comperio, punio, in hoc nostro, aliisque spectatis auctoribus promiscue usurpata. Lib. VIII. 'Punita sum funestum mearum nuptiarum prædonem.' Sic apud Ovidium 'censa est' pro, censuit, Eleg. III. lib. I. 'Hanc probat, et primis dilectam semper ab annis Est inter comites Martia censa suos.' Suetonius Augusto: 'Neque aut crebrius aut perfidiosius rebellantes graviore unquam multatus est pœna.' Sed vide Nonium, capite in hoc instituto. *Colv.*—5 Ms. *collocutura.* Colv.—6 Ald. *successu,* male. *Elmenh.* Item Ed. Junt. pr. In Par. *tremula succussim.* Sed vide ad pag. 55. 'In reformatu.' *Oud.*—7 Oxon. *pennulæ.* Id.—8 D'Orv. *edicto.* Id.—9 Oxon. *sua.* Id.—1 In D'Orvill. est *terre,* seu *terræ.* Quod notandum duxi. 'Jacere terræ' Ovid. Met. VII. 579. *Id.*—2 Corrigo, volente sententia: *magicis.* Stewech. Lego cum Bertino, *magicis.* Elmenh. B. *magicis suis arcibus.* Puteanus. F. *solens.* Brant. —3 *Tantum.* Recte Bert. *tamen.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. III. 14. Flor. et Bert. *tamen.* Supra: 'Impos animi stupebam.' *Elmenh.*—4 Legit mecum olim amicus meus, *externatus.* Quod vix est, ut jam probem. Enim

vigilans somniabar:[6] defrictis[7] adeo diu pupulis,[8] an vigilarem scire quærebam. Tandem denique reversus ad sensum præsentis,[9] arrepta[1] manu Fotidis, et admota meis luminibus, Patere, oro te, inquam,[2] dum dictat[3] occasio, magno et singulari[4] me affectionis tuæ fructu perfrui, et impertire[5] nobis unctulum[6] indidem, per istas tuas papillas,[7] [o] mea mellitula: tuumque mancipium irremunerabili beneficio sic tibi perpetuo pignera;[8] ac[9] jam perfice, ut meæ Veneri[1] Cupido pinnatus[2] assistam tibi. An,[3] inquit,

licet vigilans. Ceterum perfrictis diu oculis explorabam an vigilarem. Novissime tandem regressus ad animadversionem eorum, quæ tum gererentur, apprehensa dextra Fotidis, applicataque meis oculis, Sine me, inquam, te rogo, percipere ingentem et egregium fructum tui amoris, dum occasio suadet. Et da mihi paululum unguenti ex eadem pyxide. Oro te per hos tibi addictos oculos, mea dulcicula: et hoc facto tibi æternum obstringe me tuum servum benefacto, cui nunquam potero referre parem gratiam. Et nunc effice, ut astem tibi meæ Veneri Cupido alatus.

lib. v. 'Extra terminum mentis suæ posita.' Sed alibi: 'Consternatus animi, ac prorsus obstupidus.' Pacatus Panegyrico: 'Animos enim nostros, subitis affectibus impares, perinde lætitia ac dolor deprehendat, externat.' *Colv.* *Externatus animi.* Flor. 2. *exterminatus a.* ἔξω τοῦ φρονεῖν γεγονώς. Quod recepissem in textum, nisi in Apologia (p. 475. Ed. Flor.) priori verbo usus fuisset, inquiens: 'Ad oblivionem præsentium externari.' *Elmenh.*—5 *Attonitus.* Lege cum Florentinis: *atque a. in amentia.* Id.—6 *Somniabam.* Ms. *somniabar.* Colv.—7 Ms. *destrictis.* Sciopp. in Symb. M. *fricatis.* B. *destrictis.* Putean.—8 *Pupillis.* Idem vetus liber, *popullis.* Vulgarii, *pupulis.* Colvius. *Pupulis.* Vulgo, *d. d. pupillis.* Pupulas vocant Physici ὀφθαλμοῦ ὀφθαλμὸν, ut Philo observat de Opificio Mundi fol. 2. Vide notata ad Arnobium lib. II. *Elmenh.*—9 *Præsentium.* Flor. et Bert. *præsentis.* Elmenhorstius. B. *ad sensum pristinum.* Putean.—1 Ms. *abrepta.* Colv. Pro *adrepta,* ut supra. *Oud.*—2 Vitiose Scriverii Ed. *antequam.* Id.—3 Palat. *diat.* Tum *magne* Fux. *Id.*—4 Reg. Fux. Pith. D'Orv. Guelf. a m. pr. et Edd. ante Vulcan. *singularis,* uti et Wow. *Id.*—5 *Impartire.* D'Orv. *impertire.* Vide ad l. I. pag. 2. *Id.*—6 Edd. Ber. Bas. pr. *ungulum.* Id.—7 Fulvius mavult, *pupillas,* id est, oculos. *Sciopp. in Symb.* *Pupillas* legit Lipsius (lib. I. Elect. 18.) refertque ad modum rogandi per oculos. *Brant.*—8 Pith. Fux. Ed. Colin. *pignora.* Sed vide ad p. 51. *Oud.*—9 Palat. *et.* Guelf. *at.* Id.—1 *Veneris.* Lege ex veteri libro, *Veneri.* Colv. Ita jam emendavit Beroaldus, quem prave spreverunt editores usque ad Colvium, cum tamen Florent.

NOTÆ

[n] *Ext.* [*Externatus*] *animi*] Quidam *exterminatus.* Nihil mutes. Sic in Apologia: 'Ad oblivionem præsentium externari.' *Externatus animi* dicitur, ut 'dubius animi,' 'impos animi,' &c.

[o] *Per istas tuas papillas*] Sic vulgati libri. Lips. lib. x. Elect. cap. 18. emendat *pupillas,* optime. Dixit enim paulo supra: 'Arrepta manu Fotidis, et admota meis luminibus.' Oculos suos Fotidi blandiens, ipsius Fotidis *pupillas* appellat, quod ipsi penitus devoti et addicti essent.

vulpinaris,[p] amasio, meque sponte asciam[q] cruribus meis illidere compellis? Siccine me vix a lupis[r] conservo [58] Thessalis?[4] Hunc alitem factum ubi quæram? videbo quando?[5] At mi[6] scelus istud depellant cœlites, inquam:

Molirisne fraudem, inquit, mi amasie? mihique auctor es ut ego ipsa impingam ultro dolabram in meas tibias? itane ego conservo meum Lucium virginibus Thessalis? ubi investigabo ipsum, cum versus fuerit in avem? quandonam videbo eum? Dii, inquam, avertant a me illud crimen: ut ego, postquam adeptus essem hoc decus

Pal. Fux. Oxon. D'Orv. Guelf. bene dent, *Veneri Cupido pinnatus assistam t.* Oud.—2 Ven. Ald. *pigneratus.* Colv. *Pigneratus* in libro Aldi et Beroaldi. Sed frustra. *Roald.* *Pigner.* quoque Edd. Vicent. Junt. post. contra Msstos, idoneum sensum, et monitum Beroaldi, innumerasque statuas, in quibus Veneri astat pinnatus Cupido. *Oud.*—3 *An* ex scripto Romanoque codice. Reliqui, *ain'.* An tu me captas, amasio mi, et vulpino more deludis? *Colv.* —4 Multum me vexavit hic locus: quem tandem ita scriptæ lectionis ductu aliquo cum sensu legendum putavi. Ea erat, *Siciner me vix a lupis conservo Thessalis:* quæ etiam est in Romana editione. Venet. *Siginer meum ipsa iupulis cons. Th.* Basil. *Sagineri meum ipsa lupulis cons. Th.* et in marg. *Siginer. Saginer meum* de conjectura etiam scribit Beroaldus. Non absurde Colinæi editio: *Siccine meum ipsa Lucium pullis conservo Thessalis?* Cum tu, inquit, ales factus, volabis, quo lubebit, et vix a Thessalis meretricibus te servare potero. Quo quid sibi velit, pluribus haud opus explicare. *Colv.* *Saginer, &c. videbo quando?* Locus corruptissimus, qui totus abest a Ms. In Aldi vero libro ita conceptus est: *Siccine meum ipsa Lucium pullis conservo Thessalis.* Paulo emendatius. *Roald.* *Siccine me vix a lupis conservo Thessalis.* Ita Fulvianus codex alter: quamvis in alio libro sit: *lupulis.* Sciopp. in Symb. *Siccine me v. a lupulis.* Vulgo, *lupis.* Bertin. *segnior meum ipsa lupulis cum suo Thessalis.* Venet. *Saginer meum ipsa lupulis cum Thessalis.* Rom. *Sigener m. i. l. cons. T.* Ald. *s. meum ipsa Lucium pullis c. T.* Elmenh. Baptista Plantius ad III. Satyram Persii legit: *Sic agnum ipsa lupulis consecro Thessalis.* Idem in Add. Lege: *Siccine te, mea vita,* vel *mea lux,* vel *mi Luci, ululis conservo Thessalis?* Nam in noctuam volebat transformari. Vide Colvium p. 53. Et forte *upupis.* In cujus vocis ambiguitate ludit etiam Plautus, cum de meretriculis sumit. An et *aquilis?* Sed *lupulis* bene. Sic et pag. 95. sub fin. *Heins.*—5 Ms. *q̃nque videbo.* Colv. Sic etiam Oxon. D'Orv. Guelf. pro *quandoque,* ut notatur esse in Palat. In Edd. Elmenh. Scriv. et seqq. est, *quando videbo.* Sed Flor. cum Edd. prioribus, aliisque eo ordine, quo dat Colvius. *Oud.*—6 *At mihi.* Fux. *At me,* ut et Ald. et

NOTÆ

[p] *Vulpinaris*] 'Vulpinari,' inquit Nonius, 'dictum est, fraudibus ac mendaciis vera pervertere, vel effingere. Dictum ab inrecto seu intorto vulpium cursu. Var. Mysteriis: 'Vulpinare modo, concursa qualibet erras.'' 'Vulpionem' quoque Veteres dixere dolosum et palpatorem.

[q] *Meque sponte asciam, &c.*] Proverbium est ductum a materiariis fabris in eos, in quorum perniciem cedit, si quid moliuntur.

[r] *Sic, &c.* [*Siccine meum ipsa Lucium puellis, &c.*] Sic Aldina editio, nisi quod loco τοῦ *pullis,* quod habet, ego reposui *puellis.* Sensus est: An sic servo meum Lucium virginibus Thessalis, ad quas, ales factus, statim se conferet, ac me deseret? Id manifeste probant, quæ Lucius mox sub-

ut ego quamvis ipsius aquilæ sublimis volatibus toto cœlo pervius, et supremi Jovis certus nuntius,[5] vel lætus armiger, tamen non ad meum nidulum post illam pinnarum[7] dignitatem subinde devolem? Adjuro per dulcem[8] istum capilli tui nodulum, quo meum vinxisti spiritum, me nullam aliam mea Fotide[9] malle. Tunc etiam[1] istud meis cogitationibus occurrit, cum semel avem talem perunctus induero, domus omnis[2] procul me vitare debere. Quam pulchro[3] enim, quamque festivo matronæ perfruentur[4] amatore bubone?[5] Quid? quod[6] et istas nocturnas aves, cum penetraverint[7] Larem quempiam, solicite prehensas foribus videmus affigi;[1] ut, quod infaustis volatibus[8] familiæ minantur

alarum, non tamen advolarem frequenter ad meum nidulum, tametsi libere permearem per totum cœlum elatus volatu ipsius aquilæ, et essem fidus nuntius Jovis, aut alacer gestator fulminis. Juro tibi per istum suavem nodulum tuæ comæ, quo obstrinxisti meum animum, me nullam aliam præferre meæ Fotidi. Tum etiam hoc mihi venit in mentem, quando ego semel perlitus isto unguento mutatus fuero in volucrem ejusmodi, mihi longe fugiendas esse omnes domos. Quam formosum enim, et quam lepidum amasium bubonem matronæ habituræ sunt! Quid? quod videmus has volucres noctivagus, cum intraverint in domum aliquam, capi summa cura, et affigi ad januas, ut expient suis suppliciis calamitatem, quam portendunt familiæ

Beroald. *Roald.* *A me scelus.* Flor. et Rom. *aut mihi.* Elmenh.—7 Quidam cusi, *pugnarum.* Colvius. *Pugnarum.* Fux. *pinnarum*, et ita Aldus. *Roald.* Rom. *pugnarum:* male. *Elmenh.*—8 Vetus lectio, *ducem.* Colv. *Ducem* Pith. Reg. Fux. Guelf. et Pal. *Mod.* D'Orv. *Oud.*—9 *Meæ Fotidi.* Facile perspicis, quid induxerit magnum interpretem, ut mutaret, *mea Fotide.* Sed observatum hoc est, 'alius' non secus cum tertio, quam cum sexto construi, atque adeo frequentari ad eam similitudinem alia, ut hæc, 'Inimicum qui servat, idem facit occidenti.' Sic et Arrius Menander: 'Qui propositum suum non protexit, cum posset, in pari causa factori habendus est:' l. omne ff. de re militari. *Stewech.* Postrema editio, *mea Fotide.* Bene quidem. Ad eum modum Horat. 'Neve putes alium sapiente bonoque beatum.' Noster: 'Aliam rem invidia nullam esse.' Etiam altera lectio habet, quo se rectam probet. *Colv.* *Præmalle.* Flor. Rom. et Ald. *malle.* Elmenh.—1 Pal. *et.* Oud.—2 Sic pro *domos omnes* est in Mss. et Edd. O. præter Florid. *omneis.* Id.—3 Pith. *quanta pulchre.* In Fux. etiam *pulchre.* Id.—4 Immo *perfruerentur*, ut est in Edd. Juntinis, et Aldi. *Id.*—5 Bert. non habet *τὸ bubone.* Elmenh.—6 *Quod* deest Oxon. In Pal. *q̃d que̲.* Oud.—7 D'Orvill. *penetraverunt.* Dein *prensas* Fux. *Id.*—8 Pal. Guelf. *velatibus.* Id.—9 Bas. 1. *exitum.*

NOTÆ

jungit. Omissis itaque ceterorum lectionibus et commentis, huic lectioni inhæreo.

[5] *Supremi Jovis certus nuntius, &c.*] Aquilam ideo Jovis nuntiam et fulminis ministram habitam fuisse Plin. libb. II. et X. tradit, quod nunquam fulmine exanimetur.

exitium,[9] suis luant[1] cruciatibus.[u] Sed, quod[2] sciscitari pæne præterivi, quo dicto factove rursum exutis pinnulis[3] illis, ad meum redibo Lucium? Bono animo es, quod ad hujus rei curam pertinet, ait. Nam mihi domina[4] singula monstravit, quæ possunt rursus in facies hominum tales figuras reformare. Nec istud factum putes ulla benevolentia,[5] sed ut ei redeunti medela salubri[6] possem subsistere.[w] Specta denique quam parvis quamque futilibus tanta res procuretur herbulis.[7] Anethi modicum[x] cum lauri foliis

suis sinistris volatibus. Verum, quod fere oblitus sum quærere, quid erit mihi dicendum aut faciendum, ut revertar ad hanc meam formam Lucii depositis illis plumis? Ne sis solicitus, quantum spectat ad hanc rem, inquit; hera enim ostendit mihi omnia, quæ possunt iterum mutare ejusmodi formas in vultus humanos. Neque tamen credas illam hoc fecisse aliqua in me propensione animi, verum ut possem ei opitulari aliquo salutari medicamine, cum revertitur. Considera demum, quam exiguis, quamque frivolis herbis res tam mira peragatur. Paululum anethi injec-

Forte, ut 'gustum,' 'unctum.' *Colv.* Immo ex perpetua corruptione, vel confusione harum vocum. *Id.*—1 Ms. *luat.* Colv. Supra: 'Id omne protinus meo luatur sanguine.' *Elmenh.* *Suum* Pith. *Oud.*—2 Oxon. *quo.* Id.—3 Palat. Guelferb. *plumulis.* Oxon. *p. istis.* Id.—4 Bert. *domi.* Id.—5 *Benivol.* Sic Mss. et Edd. O. præter Flor. *benev.* Id.—6 Vulgati, *medelam salubrem.* 'Subsistere' Nostro passim est, auxiliari, succurrere. Lib. IV. 'Durissimo casui meo, pietatis humanæ memor, subsiste paululum.' Sic infra lib. V. VIII. et XI. *Colv.*—7 Ms. *quamque subtilibus.* Al. *furtilibus, tanta res proc. herculis.* Emendavit Beroaldus: *quamque futil. t. r. procuretur. Hercules, &c.* Nos nihil certius esse putamus Lipsiana correctione; qua, ita ut edidimus, ex priscæ scripturæ vestigiis scribendum censuit. *Colv.* *Futilibus t. r. pr.* Fux. *subtilibus.* Roaldus. *Herbulis.* Ita sane et scripti quidam libri. In aliis tamen *herculis* legitur. Et quis scit, an non penitius aliquid lateat, quod Petronii loco affine sit: 'Itaque harcula herbarum omnium succos Democritus expressit.' Quid si non prorsus hinc alienus est locus libri II. pag. 19. 'Surculis et lapillis et id genus frivolis inhalatis?' De quo

NOTÆ

[t] *Istas nocturnas aves, &c. foribus videmus affigi*] Columella, lib. x. de Re Rustica: 'Hinc Amithaonius, docuit quem plurima Chiron, Nocturnas crucibus volucres suspendit, et altis Culminibus vetuit feralia carmina flere.'

[u] *Ut, quod infaustis volatibus familiæ minantur exitium, suis luant cruciatibus*] Solebant enim Veteres, si quid mali a monstris funestisve animalibus portenderetur, id totum in ipsa regerere quantum poterant, 'ipsoque litare Prodigio,' ut verbis Claudiani utar. Credebant enim eorum morte mala, quæ prænuntiarentur, depelli et averruncari. Unde Aruns ille Tuscus Vates apud Lucanum, lib. III. 'Monstra jubet primum, quæ misto semine discors Protulerat natura, rapi, sterilique nefandos Ex utero fœtus infaustis urere flammis.'

[w] *Subsistere*] Opitulari. Frequenter occurrit hoc significatu apud hunc Auctorem.

[x] *Anethi modicum*] Plin. lib. XX.

immistum[8] rore fontano datur lavacrum, et poculum. Hæc[9] identidem asseverans, summa cum trepidatione[1] irrepit cubiculum, et pyxidem[2] depromit arcula. Quam ego amplexus ac[3] deosculatus prius, utque mihi [59] prosperis[4] faveret volatibus deprecatus; abjectis propere laciniis totis, avide manus immersi; et, haurito plusculo uncto, corporis mei membra[5] perfricui. Jamque alternis[6] conatibus libratis brachiis, in avem similem[7] gestiebam. Nec ullæ plumulæ, nec usquam pinnulæ;[8] sed plane[9] pili mei crassantur in setas, et[1] cutis tenella duratur in corium; et in extimis[2] palmulis, perdito numero,[3] toti digiti coguntur in singulas ungulas; et de spinæ meæ termino[4] grandis cauda

tum in aquam fontanam cum frondibus lauri datur in lotionem, et in potum. Affirmans hæc subinde, penetrat se in conclave cum maximo tremore, et profert pyxidem ex arcula. Quam ego prius complexus, et suaviatus, et precatus ut mihi largiretur faustos volatus, depositis festinanter vestibus omnibus, cupide immisi manus, et, educto sat multo unguento, perunxi artus mei corporis. Et jam, jactans brachia nisibus reciprocatis, cupiebam mutari in volucrem consimilem. Neque tamen ullæ plumæ, aut ullæ pennæ mihi nascuntur, sed omnes mei pili vertuntur in villos crassiores, et mea tenera pellis durescit in corium; et in extremis manibus omnes mei digiti amisso suo numero coalescunt in singulas ungulas, atque longa cauda prodit

cogitent me doctiores et studiis gravioribus minus occupati. *Sciopp. in Symb.* Flor. *s. herculis*, male. Proclus de Sacrif. et Magia: 'Nonnunquam herba una vel lapis unus ad divinum sufficit opus. Sufficit enim Cnebison ad subitam numinis alicujus apparitionem, ad custodiam vero laurus.' *Elmenh.*—8 Fortasse rectius, *immistum.* Wowerius. *Immixtum.* Wower. *immistum.* Elmenh. Sic scilicet corrigi debet ejus nota, inverso modo vulgo expressa. Mss. vero O. et Edd. ante exhibent *immissum*, prave, nisi *rori* velles. D'Orv. *immissam:* uti creberrima est corruptio literæ *x* in duplex *ss.* Oud.—9 Pal. Guelf. *Hoc.* Id.—1 Edd. Ber. Bas. pr. *s. contemplatione.* In marg. Bas. pr. *cum tepitatione.* Oxon. *āc trep.* Vide pag. 59. 'Me trepidatio simul et festinatio decepit.' *Id.*—2 Pal. *pyxide.* Id.—3 Ms. *et.* Colv. Item Pith. In D'Orv. *et oscul.* Sed vide Indicem. *Oud.*—4 Pal. *prospere.* Elmenh.—5 Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. *membris.* Dein *jam* Fux. *Oud.*—6 Par. *in alternis*, sive per alternos conatus. De illa præpositione alibi. *Id.*—7 Palat. *simul.* Elmenh. Sic edidit Scriverius, quod me haud intelligere fateor. Non *simul* gestiebat, sed unice id agebat. Erat, cum conjicerem *simile* pro, similiter, vel similis; ut 'in speciem Deæ similis.' Sed 'gestire in avem similem' Appuleio est, movere se instar avis bubonis, vel ei similis. Vide supra ad pag. 50. Ed. Pr. 'Fixus in lapidem steti.' *Oud.*—8 Oxon. *penn.* D'Orv. *primulæ.* Id.—9 Alii, *plene.* Elmenh. Intelligit Cod. Palatinum. *Oud.*—1 Idem Ms. *poli mei crossantur in setas, sed cutis, &c.* Colvius. *Grossantur in s.* Fux. *παχύνονται.* *Roald.*—2 D'Orv. Guelf. Pal. *extremis.* Oud.—3 *Perd. num.* Hæc inducit

NOTÆ

cap. 18. 'Anethum herba est jucundi odoris. Ructus movet, tormina sedat, cohibetque singultus.' Sed de vi illa ejus magica nihil.

procedit. Jam facies enormis, et os[5] prolixum, et nares hiantes, et labiæ pendulæ.[6][y] Sic[7] et aures immodicis horripilant[z] auctibus. Nec ullum miser reformationis[8] video solatium, nisi quod mihi jam nequeunti tenere Fotidem natura crescebat.[†] Ac, dum salutis inopia cuncta corporis mei considerans, non avem me, sed asinum video, querens de facto[9] Fotidis, sed jam humano gestu simul et voce[1] privatus, quod solum poteram, postrema dejecta labia, humidis tamen[2] oculis obliquum[3] respiciens ad illam, tacitus expostulabam. Quæ, ubi me primum[4] talem aspexit, percussit faciem suam manibus infestis: et, Occisa sum misera, clamavit.[5] Me trepidatio simul et festinatio fefellit, et pyxidum similitudo decepit. Sed bene, quod facilior[6]

ex extremitate meæ spinæ. Jam vultus mihi est immodicus, et os longum, et nares patulæ, et labia pendentia: similiter, et aures mihi crescunt enormiter, et vestiuntur pilis horridis. Neque cerno ullum solamen meæ infelicis metamorphoseos, * * * * * * * * *Dumque destitutus omni spe salutis, contemplans totum meum corpus, aspicio me non esse alitem, sed asinum; conquerens de facto Fotidis, verum jam amisso gestu humano et loquela, querebar de ipsa apud me (quod unum licebat) demisso labio inferiore, contuens illam torve, oculis tamen madentibus fletu. At illa, statim atque vidit me sic mutatum, feriit vultum suum manibus infensis; exclamavitque: Perii infelix. Timor, simulque properatio me decepit, et similitudo pyxidum me fefellit. Sed bono tuo fato fit, quod facile remedium hujus trans-*

Mstus Bertin. *Elmenh.*—4 Pith. a m. s. *tergo.* Oud.—5 *Os* abest Ed. Ber. *Id.*—6 Perperam et contra Mss. et Edd. O. irrepsit in Edd. Elmenhorstii et Pric. *labia pendula.* Vide ad lib. II. pag. 36. 'Illibatæ labiæ:' et Beroald. *Id.*—7 Non comparet *Sic* in Oxon. *Id.*—8 *Miseræ re.* Vulgati, *formationis.* Illud melius et ex re. *Colv.* Lege: *miser reform.* Wowerius. Bert. *miseræ format.* Forte, *miser reform.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. I. 22. *Miser reform.* Alii, *miseræ r.* Bert. *miseræ form.* Elmenh.—9 Reg. Fux. *factis.* Oud. —1 Fulv. Ms. *vocali.* Wow. et Sciopp. in Symb.—2 *Hum. tamen.* Iidem vulgati, *humidis cum.* Colv. *Cum.* Fux. *tamen.* Roald. Sic jam correxit Becichem. Ep. LXXII. expressitque Ed. Junt. post. ut est in Mss. et in Edd. post Colv. omnibus. *Oud.*—3 Τὸ *obliquum* male abest a B. *Elmenh.* *Oblicum* Guelf. *Oud.* —4 D'Orv. *ut primum me.* Pal. Fux. *ubi primum me.* Quod malim. Oxon. *me ubi primum me.* Contra *me* deest Bertino. *Id.*—5 Iidem vulgati, *clamabat.* Colv. Si excipias Ed. Junt. post. quæ Msstis rite accedit. In Pith. tamen est, *clamabat.* Oud.—6 Sic Mss. et Edd. ante Basil. sec. in qua et seqq. *fac.*

NOTÆ

[y] *Labiæ pendulæ*] Bene 'labiæ,' utpote enormes. Sosipater Charisius: 'Labra modica: labia immodica.' Dicitur autem 'labia,' et 'labiæ,' ut 'balnea,' et 'balneæ.'

[z] *Horripilant*] Horridiore pilo fruticant. Vocabulum Apuleianum.

† *Natura crescebat*] Symbolicos et operte genitalia significat, quæ in asinis sunt enormia et immodica. *Beroald.*

reformationis hujus medela suppeditat.[7] Nam rosis tantum demorsicatis[8] exibis[9] asinum, statimque in[1] meum Lucium postliminio redibis.[a] Atque utinam[2] vesperi de more[3] parassem nobis corollas aliquas, nec moram talem patereris ne[4] noctis unius. Sed primo diluculo remedium festinabitur tibi. Sic illa mœrebat. Ego vero quanquam perfectus [60] asinus, et pro Lucio jumentum, sensum tamen retinebam humanum. Diu denique ac[5] multum mecum ipse deliberavi, an nequissimam facinorosissimamque[6] fœminam illam spissis calcibus feriens, et mordicibus[7] appetens, necare deberem. Sed ab incepto temerario melior me senten-

formationis præsto est. Ubi enim manderis modo rosas, depones formam asini, statimque fies iterum meus Lucius. Atque utinam præparavissem hac vespera juxta consuetudinem meam aliquas coronas roseas, non sustineres ejusmodi retardationem vel unius noctis. At summo mane medela parabitur tibi propere. Sic illa lamentabatur. Verum ego, quamvis essem asinus absolutus ex omni parte, et factus jumentum ex Lucio, servabam nihilominus mentem humanam. Denique pensitavi diu et multum apud me, utrum deberem interficere mulierem illam pessimam scelestissimamque, percutiendo eam crebris calcibus, et scindendo morsibus. Sed pruden-

quod. Recte etiam, si in Mss. Videtur ita esse in Guelf. *Id.*—7 Edd. Ber. Bas. pr. *supediat.* Vide Stewech. ad Lib. XI. pag. 387. Tom. 2. Ed. Lugd. Passim 'suppeditare' neutraliter occurrit pro, suppetere. *Id.*—8 Pith. *demorsicans.* Id.—9 Fux. *exues*, ut supra, 'avem induere.' *Roald.* Ms. Fulv. *exues.* Wow. Sciopp. in Symb. Supra: 'Si rursum asino remoto prodirem in Lucium.' *Elmenh.* *Exibis.* Solinus cap. 11. 'Hominem exivit.' ubi tamen Aldi editio anni MDXVIII. *exuit* legit, probatque Turnebus Advers. lib. XVI. cap. 6. Et hoc loco *exues* legit Fulvius. Quomodo et Minutius Felix locutus est: 'Hercules, ut hominem exuat, Œteis ignibus concrematur.' Hic tamen *exibis as.* præferam propter antitheta: 'Statimque in meum Lucium postliminio redibis.' *Brant.*—1 Abest præpositio ab Oxon. *Oud.*—2 *Atque ut.* Reg. Fux. *A. nunc.* Id.—3 In Edd. aliquot est hic ordo: *de more vesp.* Pith. Guelf. *vobis.* Id.—4 Manu exaratum exemplar, *nec.* Colvius. Flor. *ne moram.* Elmenh.—5 Oxon. *atque.* Oud.—6 *Que* non est in Oxon. *Illam* deest Bertino. *Illam fœm.* D'Orv. Fux. *Id.*—7 *Mordicus.* Conveniens Asino vox erit: *mordicibus.* Ad hoc Plautina imitatio est: cujus Aulularia hic versus: 'Asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus.' Consulendus quoque de eodem Nonius. *Stewech.* Legendum putavi, *mordicibus:* quod Apuleio jam asino facto convenientius videbatur. Enim Plautus Aulularia: 'Asini me,' &c. Et valde verisimiliter putavit hoc ipsum restituendum infra lib. VI. Gulielmius meus. Postea comperi, etiam hunc locum ita emendare God. Stewechium nostrum, eruditum virum, qui hoc anno Quæstionibus suis non male meritus de hoc nostro scriptore fuit: cujusque studium non nisi laudandum videatur. Aliquoties in eadem concurrimus. Ecqui aliter fieri potuit? Parce tamen vindicare voluimus, quæ ille ante primus vulga-

NOTÆ

[a] *Postliminio redibis*] Vide notata ad finem libri primi.

tia revocavit; ne, morte multata Fotide, salutares mihi suppetias rursus[8] extinguerem. Dejecto itaque[9] et quassanti capite, ac demussata temporali contumelia,[b] durissimo casui meo serviens, ad equum[1] illum vectorem meum probissimum[c] in stabulum[2] concedo: ubi alium etiam Milonis quondam hospitis mei[d] asinum stabulantem inveni. Atque ego rebar, si quod inesset mutis animalibus tacitum ac naturale sacramentum, agnitione ac miseratione quadam inductum equum illum[3] meum, hospitium, loca, lautia[4e] mihi præbiturum. Sed, proh Jupiter Hospitalis,[f] et[5] Fidei sa-

tior cogitatio deterruit me ab imprudenti proposito: ne, si punirem morte Fotidem, præciderem mihi iterum auxilium salutare. Demittens igitur et concutiens caput, gemensque tacite illam injuriam duraturam tantum per aliquod tempus, et obtemperans meæ crudelissimæ fortunæ, recipio me in equile prope optimum illum equum meum gestatorem, ubi offendi etiam alium asinum Milonis mei olim hospitis ibidem versantem. Et arbitrabar illum meum equum, impulsum quadam cognitione et misericordia mei, mihi daturum hospitium, locum, et munera hospitalia, si muta animalia haberent aliquam secretam et ingenitam fidem. Verum, proh Jupiter

vit. *Colv.* *Mordicibus.* Rom. *mordicus.* Bert. *mordicitus.* Elmenh.—8 *S. s. r.* Pith. *salvatores s. rursum.* Oud.—9 D'Orv. *Dejecta itaque,* Pal. *D. inque.* Id. —1 Dele τὸ *equum* ex Bertino. *Elmenh.*—2 *Prob. in stab.* Hæc absunt a scripto exemplari. *Colv.*—3 Palat. Guelf. *in dutum illum eq.* Oud.—4 *Hospitium, ac loca lautia.* Perperam impressi ante, *loca lauta.* Correxit hunc locum etiam Gulielmius noster Verisimilibus (lib. III. c. 4.) Legimus quoque lib. IX. 'Sed mihi, ne rudimentum servitii perhorrescerem, novus dominus loca lautia prolixe præbuit.' Et corrigimus Sidonium Apollinarem Epist. lib. VIII. 'Senatorem nostrum, hospitem meum, conflictui huic facies exsortem. Cujus si convivio tectoque succedas, dapes Cleopatricas et loca lautia putes:' ubi in impressis omnibus et scriptis, quos aliquot inspexi, *loca Latia.* Colvius. *Hosp. loca ac lautia.* In Bert. et Flor. est, *h. ac loca lauta.* Liv. lib. VIII. 'Locus inde lautiaque legatis præberi jussa.' lib. XLVII. 'An loca, lautia, senatumque darent.' *Elmenh.*—5 Concinniorem scripturam arbitror: *hospitale jus et fidei se. nu.* Juxta illud Poëtæ: 'Jupiter! hospitibus nam te

NOTÆ

[b] *Demussata temporali contumelia*] Terent. Adelphis: 'Accipienda et mussitanda injuria adolescentium est.' Ubi Donatus exponit, patienda, et cum silentio perferenda.

[c] *Probissimum*] Amara ironia.

[d] *Quondam hospitis mei*] Immo paulo ante; nempe prius, quam ex Lucio factus esset asinus.

[e] *Loca, lautia*] Alludit ad morem Romanorum, qui, ut ait Plutarchus, in Problem. Legatis honoratiorum gentium per Quæstores munera mittebant, lautia dicta. Locum præterea designabant, ubi habitarent. Livius: 'Locus inde lautiaque legatis præberi jussa.' Dixerunt et 'lautias:' utrumque a nomine 'lautus;' erant enim lauta ac magnifica illa munera.

[f] *Proh Jupiter Hospitalis*] Ζεὺς ὁ ξένιος. Ovid. 'Jupiter, hospitibus

crata[6] numina![g] præclarus ille vector meus cum asino capita conferunt, in meamque perniciem illico consentiunt: et, verentes scilicet[7] cibariis suis, ut me[8] præsepio videre proximantem, dejectis auribus jam furentes, infestis[9] calcibus insequuntur: et abigor quam procul ab hordeo, quod apposueram vesperi meis manibus illi gratissimo[1] famulo. Sic affectus, atque[2] in solitudinem relegatus, angulo concesseram stabuli.[3] Dumque de insolentia collegarum meorum[4] mecum cogito, atque in alterum[5] diem auxilio rosario Lucius denuo[6] futurus, equi perfidi[7] vindictam meditor; respicio pilæ mediæ,[h] quæ[8] stabuli trabes sustinebat, in

Hospitalis, et arcanum Numen Fidei! egregius ille meus equus et asinus admovent invicem capita, et statim conspirant unanimiter in meum exitium: et, ubi me conspexerunt accedentem ad præsepe, demissis auribus, jam ira perciti insectantur me sævis calcibus, timentes nempe suis cibis: et arceor longissime ab illo hordeo, quod vespere posueram meis manibus ante meum illum famulum adeo memorem meorum beneficiorum. Ita male mulctatus, et abactus in solitarium locum, receperam me in angulum equilis. Et, dum pensito apud me proterviam meorum sodalium, et animo paro ultionem mei perfidi equi, sciens me denuo evasurum Lucium postero die ope rosarum, conspicor signum Deæ Eponæ positum in loculamento in ipso fere medio

dare jura loquuntur.' Tamen et Jovem ipsum Hospitalem nuncupavere Cicero, Aristoteles, Homerus, alii, quod jus istud conservaret, ac violatores ejus puniret. *Stewech.*—6 Pal. *sacra.* Elmenh. In Palatino, *sacra.* Fortassean legendum, *sacrata*, ut apud M. Tull. III. de Offic. 'Fide sacratum jus.' *Brant.*—7 *Scil.* deest D'Orvill. de qua ad pag. seq. 'pessima scilicet sorte.' *Cib.* desideratur in Oxon. *Oud.*—8 Vulgati, *vix me.* Colvius. *Vix me.* Fux. *ut me.* Roaldus. Flor. et Bert. *vix me.* Elmenh. An, *vix me p. v. pr. et dejectis, &c.?* ut supra l. II. p. 57. 'Vix finieram, et illico me perduxit.' lib. VIII. p. 165. 'Vix hæc dicta; et statim lapidum congestus cessavit imber.' *Wasse.*—9 Bertin. *intectis*: male. Phædrus lib. I. Fab. 29. 'Infestis taurus mox confodit calcibus.' *Elmenh.* Supra, 'infestis manibus,' et sæpe. Vide me ad Hirt. B. G. lib. VIII. c. 48. *Oud.*—1 *Illigatissimo.* Fux. *illi gratissimo*; Beroaldus et Aldus. *Roald.* *Illi gratissimo famulo.* Bert. hæc delet. *Elmenh.*—2 D'Orv. male, *ac.* Oxon. *solitudine.* Oud.—3 Reg. Fux. Pith. Guelf. Palat. *ang. stab. conc.* Mox *de* exulat a Fux. *Id.*—4 Ms. *mearum.* Colv.—5 Edd. Ber. Bas. pr. *in altum*, prave. Vide ad p. 56. *Oud.*—6 *De novo.* Omnes vulgati, *denuo.* Colvius. *De novo.* Bert. *denuo.* Elmenh. *Denuo* præferam. *Brant.*—7 Ms. *equi perfidi.* Colvius. *Perfidi.* Vulgo, *e. perfidia*, vel *e. perfidiæ.* Elmenhorstius. *Equi perfidiæ.* Rectius, *equinæ.* Brant.—8 Idem

NOTÆ

nam te dare jura loquuntur,' &c.

[g] *Fidei sacrata numina*] Fides quoque antiquis Dea, ut et Concordia, et aliæ multæ. Euclio apud Plautum, in Aulularia, aulam onustam auro in Templo Fidei condit, ejusque commendat fidei.

[h] *Pilæ mediæ*] Pilæ Vitruvio sunt proprie columnæ quadratæ. At latiori significatione pila est quodvis columen.

ipso fere[9] meditullio Eponæ Deæ[i] simulacrum residens[1]

columnæ, quæ posita in medio equili fulciebat ejus trabes, quod simulacrum fuerat

Ms. *quā*. Colv.—9 *Vere*, Aldus. *Roald.* Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. *vere*. Stewech. notæ seq. præfixerat *vero*. In Florent. *meditullii*. Oud.—1 *Hipponæ deæ s. residens.* Omnino legendum, *præsidens*. Q. Curtius libro quarto: 'Patrio more,' inquit, 'sacrificium Diis præsidibus loci fecit.' Ad eundem modum dicta ab Arnobio multa, inprimis illud lib. IV. 'Præsidatum focorum Deus iste sortitus est.' Idem libro tertio: 'Nisi pecorum sanguine delibutas suas conspexerint arulas, suos deserunt, abjiciunt præsidatus.' Hipponam Deam stabulis præsedisse, præter Apuleium, testatur quoque in Octavio suo Minutius Felix: 'Nisi quod vos,' inquit, 'et totos asinos stabulis cum vestra Hippona consecratis.' Erat porro hæc Dea cum Priapo, cum Vertumno inter Deos semones, quos, teste Fulgentio, ita nominavere antiqui, quod nec cœlo dignos censerent, neque terrenos deputare vellent. Varro Mystagogo: 'Semoneque inferius derelicto Deum pinnatum attollam orationis eloquio.' Apud Fulgentium in 'Semones' aliter vulgatur: *Deum depinnato attollam.* Atqui hos Deos, Medioxumos ab Apuleio et Philosophis appellatos memini. Apul. lib. de Dogmate Platonis: 'Tertium,' inquit, 'habent, quos medioximos Romani veteres appellant, quod ex sui ratione et loco et potestate Diis summis sunt minores, hominum profecto natura majores.' Dii superi, et quos vocant majorum gentium, numerati a Lactantio Firmiano Jupiter, Apollo, Neptunus, Mercurius, Mars, Vulcanus, libro I. Divinarum Institutionum cap. 15. Quod ad Deos præsides, quorumque locorum, magno illos numero a Romanis cultos, Geniosque dictos fuisse, testantur versus Prudentii adversus Symmachum, quibus ille nimis ridiculam et stultam hac in parte antiquorum superstitionem insectatus est: 'Quanquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum? Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis Assignare suos Genios, perque omnia membra Urbis, perque locos Geniorum millia multa Fingere.' Illud pæne imprudens præterieram, docuisse in Adversariis suis Adrianum Turnebum l. XXIV. cap. 4. et Jacobum Pamelium in eruditissimo commentario suo ad Tertullianum approbasse, Deam illam, de qua modo egimus, *Eponam*, non *Hipponam*, nominandam, quanquam aliter id nomen vulgetur apud Tertullianum, Prudentium, Juvenalem, et, quorum testimonia nos supra laudavimus, Fulgentium et Minutium Felicem. Pro Turnebo stare quoque videtur inscriptio antiqua, quæ in valle Laurentina: HERCVLI. ET. EPONE. Dissentit nihilominus a Turnebo Lilius Giraldus libro primo de Diis Gentium. *Stewech.* *Eponæ.*

NOTÆ

[i] *Eponæ Deæ*] Beroaldus et Pricæus habent *Hipponæ*. Quibus favet Fulgentius, de Prisco Sermone, ad vocem 'Semones:' nomenque videtur deductum a Græco ἵππος, equus: erat enim equorum et stabuli Dea. Colvius, Scriverii editio, et Elmenhorst. retinent *Eponæ*, suadente Turnebo, qui Adversar. lib. XXIV. cap. 4. lectionem hanc librorum antiquitate confirmat, versumque profert Juvenal. Sat. VIII. 'Jurat Solam Eponam, et facies olida ad præsepia pictas.' Ad quem vetus Scholiastes: 'Epona Dea mulionum est.' Nec cujusquam momenti esse putat Turnebus Græculam hujus vocis originem, cum Latini ita quæ Græcula sunt interdum efferant, ut ortum suum ejurent. Turnebi sententiam confirmant Minuc. Felix, in Octavio: 'Nisi quod vos et totos asinos in stabulis cum vestra Epona consecratis:' Prudentius contra Unioni-

ædiculæ,[k] quod accurate corollis roseis et quidem recentibus fuerat [61] ornatum. Denique agnito[2] salutari præsidio, pronus spei, quantum extensis primoribus[3] pedibus anniti poteram, insurgo valide: et cervice prolixa, nimium quam[4] porrectis labiis, quanto maximo nisu poteram, corollas appetebam. Quod me pessima scilicet[5] sorte conantem, servulus meus, cui semper equi[6] cura fuerat mandata,[7] repente conspiciens, indignatus exsurgit;[8] et, Quous-

magna cura decoratum roseis coronis, et recentibus quidem. Cognito demum subsidio meæ salutis proclivis in spem fortiter assurgo, quam maxime poteram conari porrectis anterioribus pedibus: et producens collum, ac promovens admodum labra, captabam corollas, quam maximo poteram conamine. Quod cum molirer infelicissime nempe, puer meus, cui curatio mei equi semper commissa fuerat, conspicatus

Vulgares, *Hipponæ*. Ut in veteri libro nostro scriptum, ita semper scribendum arbitratur princeps literatorum, Turnebus Adversar. l. xxiv. Nemo notat hunc locum Tertulliani de Spectaculis: 'Ceterum et plateæ, et forum, et balneæ, et stabula, et ipsæ domus nostræ sine idolis non sunt.' *Residens.* Scribit elegantissimus Dousa *præsidens*. Apud Ovidium: 'Præsideo foribus cœli.' Anima Antiquitatis, et Suadæ medulla, J. Lipsius legere malebat, *sediculæ*. Sic Arnobius lib. iv. 'Quod si haberent in sedibus suis proprios præsides.' De Diis ei sermo. *Colv.* Fux. *Eponæ Deæ:* quomodo in veteribus libris Juvenalis scriptum se reperisse testatur Turnebus lib. xxiv. cap. 4. *Roald.* *Eponæ.* Sic Florentini. Alii, *Hipponæ* vel *Heppone*. Vide Turnebum Adversariorum l. xxiv. cap. 4. et Notas ad Minutium Felicem. *Præsidens.* Flor. *residens.* Gruterus Suspic. l. vi. c. 4. *Elmenh.* Malim *præsidens:* et ita Dousa. Lipsius *sediculæ*. Ego vulgatam retineo. *Brant.*—2 Bertin. *attento.* Sciopp. in Symb. *Elmenh.* Placuerat pro, animadverso, ea lectio Sciopp. in Susp. Lect. i. 22. Sed jam dixerat 'respicio.' Animadversis igitur rosis, agnoscebat quoque eas sibi salutare præsidium fore ex Fotidis admonitione. In Pith. *præsidio remedio.* Oud.—3 Flor. *prioribus.* Elmenh. *Prioribus* est quoque in Oxon. Pal. Pith. Fux. D'Orv. Guelf. atque Edd. Rom. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. Sed vide ad lib. ii. pag. 22. 'Currunt primores.' *Oud.*—4 *Nimium, et.* Flor. *n. quam.* Bert. *nimiumque.* Elmenh.—5 Dele τὸ *scilicet* ex Pal. *Elmenh.* Hinc Scriv. et Pricæus uncis quoque incluserunt eam vocem. Sed male hic, et lib. vi. pag. 129. 'Ea scilicet iretur via,' deleri voluit Elmenh. *Oud.*—6 Ms. *equinum.* Unde legendum videatur, *equilium.* Sed placeret magis *equi num.* Colv. Colvius, *equi. num c.* Gruterus (l. vi. Susp. 4.) *super equino c.* Elmenh. *Equilium* margini allevit Lips. *Equirio* divinavit etiam Gruterus. Colvium credo voluisse, *equi nim.* sive *nimirum:* vel *equini*, id est, equilis. Vide Glossas. Sed servo illi non equile, sed unicus Lucii equus fuerat commissus. Nec variant ceteri libri. In Fux. *equi mei cura.* Oud.—7 D'Orvill. Fux. Palat. Ed. Junt. post. *mand. fuerat.* Id.—8 Guelf. *exugit.* Id.—9 Pal. *chariter tum.* Id.

NOTÆ

tas: 'Nemo Cloacinæ aut Eponæ super astra Deabus Dat solium, quamvis olidam persolvat accerram.'

[k] *Residens ædiculæ*] Ædicula hæc excavata erat in ipsa pila. Hujusmodi appellamus Gallice, *niches*.

que tandem, inquit, cantherium[9][1] patiemur istum, paulo ante cibariis jumentorum, nunc etiam[1] simulacris Deorum infestum?[2] Quin jam ego[3] istum sacrilegum debilem claudumque reddam. Et statim, telum aliquod quæritans, temere fascem lignorum positum offendit;[4] rimatusque frondosum fustem cunctis[5] vastiorem, non prius miserum me tundere[6] desiit, quam sonitu vehementi, et largo strepitu percussis[7] januis, trepido etiam rumore[8] viciniæ, conclamatis latronibus,[9] profugit[1] territus. Nec mora, cum, vi

me subito, surgit iratus, et ait: Quamdiu tolerabimus hunc vilem asinum irruentem modo in cibos jumentorum, nunc in ipsas etiam statuas Deorum? Sed jam hunc sacrilegum efficiam infirmum et claudicantem. Et illico, investigans aliquid quo me feriret, reperit fasciculum lignorum ibi forte jacentem, expeditoque inde baculo folioso crassiore omnibus reliquis, non ante cessavit percutere me infortunatum, quam pulsatis foribus ingenti murmure et magno tumultu, exterritus, et tremulis vocibus vicinorum conclamantium prædones, aufugit. Et statim manus prædonum,

—1 Pal. Oxon. Guelf. *tunc et.* Id.—2 Bert. *infestumque.* Elmenh. In cujus Notis hæc male leguntur ad 'claudumque.' *Oud.*—3 Deest τὸ *ego* in Guelf. *Id.*—4 *Quærens invenire, f. l. pos. offendit.* Vulgati, *quæritans eruere.* Quidam, *quæritans emere.* Colvius. *Quæritans eruere.* Fux. *quærens invenire.* Roaldus. *Quærens invenire.* Hæc Apuleius manuscriptus. Nunquam autem suspicatus essem de mendo, nisi admonitus a diligentissimæ eruditionis Colvio, vulgatos aliquot præferre pro *quærens inv. quæritans eruere*, aut *quæritans emere.* Veniebat enim in mentem, scripsisse forsan Nostrum: *telum aliquod quærens, in fænile fascem lign. p. off.* Cur minus assecuti fuerint mentem Auctoris alii, antiqua fecit scriptura, *venile.* *Fænile* proxime stabulum esse, immo aliquando in stabulo, norunt ii, quibus cura equorum. *Gruter. Susp. lib.* VI. 4. *Quæritans, omnem f. l. p. ascendit.* Sic recte Bert. *Sciopp. in Symb. et Susp.* I. 22. *Quæritans, temere f. l. &c.* Sic membranæ Flor. Rom. *t. a. q. emere fasc.* Bert. *t. quæritans omnem f. l. p. ascendit.* Elmenh.—5 Pal. *ceteris.* Elmenh. Item Pith. Eadem varietas lib. II. pag. 21. *Oud.*—6 D'Orv. *tondere.* Pith. *videre.* Id.—7 F. *perculsis.* Brant. Frustra. 'Fores quati' et 'percuti' in Nostro et aliis obvium est. Neque fractas adhuc innuit vel prolapsas. Nam statim demum sequitur: 'Nec mora, cum vi patefactis ædibus,' &c. *Oud.*—8 Ed. Paris. A. 1601. sive Merceri, *tumore.* Id.—9 *Conclamantis latrones.* Geminandam vocem arbitratus sum, et legendum: *viciniæ conclamantis latrones, latrones:* quæ formula apud Ovidium quarto decimo Metamorph. 'Certatimque omnes uno ore arma loquuntur.' Itidem, ut apud Horatium lib. I. Ode XXXV. 'Ad arma cessantes, ad arma Concitet.' *Stewech.* Ms. *conclamantis latronibus.* An, *conclamatis latronibus?* Sed nihil mutandum.

NOTÆ

[1] *Cantherium*] Vile jumentum. Plaut. Aulul. 'Ego faxim muli, pretio qui superant equos, sient viliores Gallicis cantheriis.' Idem, Captivis: 'Qui advehuntur quadrupedanti crucianti cantherio.' Est et cantherius in ædificiis, *un chevron.* Item Columellæ, et Plinio, 'genus vineæ, quæ simplici jugo constat, ordine porrecta.'

patefactis[2] ædibus, globus[3] latronum invadit omnia, et singula domus membra cingit[4] armata factio: et,[5] auxiliis hinc inde convolantibus, obsistit discursus[6] hostilis. Cuncti[7] gladiis ac[8] facibus instructi noctem illuminant:[9] coruscat[1] in modum ortivi[2] Solis ignis et mucro. Tunc horreum quoddam satis validis claustris obseptum[3] obseratumque, quod,[4] mediis ædibus constitutum, gazis[5] Milonis fuerat refertum, securibus validis aggressi diffindunt.[6] Quo passim recluso totas opes vehunt: raptimque constrictis sarcinis[7] singuli[8] partiuntur. Sed gestaminum modus numerum gerulorum[9] [m] excedit. Tunc opulentiæ nimiæ nimio

aperta domo per vim, occupat singula, et caterva armatorum circumdat omnes partes ædium: et latrones discurrentes sese opponunt subsidiis accurrentibus undique. Omnes armati ensibus et tædis collustrant tenebras. Faces et gladii splendent instar solis orientis. Tum adorti quandam apothecam clausam atque opessulatam repagulis valde firmis, quæ, posita in medio domus, repleta fuerat opibus Milonis, effringunt eam robustis bipennibus. Qua patefacta undequaque egerunt omnes divitias, et dividunt inter se colligatis festinanter fasciculis. Verum multitudo sarcinarum superavit numerum gestatorum. Tunc reducti ad ultimam inopiam

Petronius Arbiter (cap. 14.) ‘Magnaque vociferatione latrones tenere clamavit.’ *Colv.*—1 *Profugit.* Ita restitui ex Mss. et Edd. universis ante Elmenh. e cujus et seqq. Edd. excidit præpositio *pro*. Oud.—2 *Vi patef.* Sic bene emendavit Beroald. pro *inpat.* ut erat in Rom. In Vic. et Junt. pr. *impates.* Ald. *ni pat.* quæ creberrima est confusio. Vide ad l. I. p. 7. *Id.*—3 Pith. *globosus.* Id.—4 D'Orv. *tingit.* Id.—5 Edd. Ber. Bas. pr. *ex.* *Obsistit.* Coll. Voss. *obstitit.* Id.—6 *Occursus.* Vulgati, *discursus.* Colvius. Fulv. et Pal. *decursus.* Sciopp. in Symb. *Wow. Accursus.* Bert. Rom. et Ald. *discursus.* Elmenh.—7 Pal. *cuncta,* Pith. *cunctis.* Oud.—8 Iidem, *et.* Colv. Sola Ed. Bas. sec. cum Ms. D'Orv. Fux. *Oud.*—9 *Inst. n. ill.* Ignorat hæc vetus codex. *Colv.*—1 Reg. Fux. Pal. *coruscant.* A Pith. abest *ignis.* Oud. —2 Iidem, *ortus.* Sic ortivum cardinem dixit Manilius l. III. (189.) ‘A sole ad Lunam numerabis in ordine partes Signorum: ortivo totidem de cardine duces.’ *Colv.* Ms. *orti bis solis.* Sciopp. in Symb.—3 Pal. Guelf. *obsectum.* Oud.—4 *Quod.* D'Orv. *et.* Id.—5 Ms. *constitutum e gazis.* Scribo: *constitutum et gazis.* Colv. Sic etiam Sopingius. Nec male. Haud tamen opus. Vide ad lib. III. pag. 45. ‘Fuerat’ est pro, erat. Adi ad Hirt. B. Afric. cap. 75. Comm. ad Liv. lib. XXXIV. 11. *Refectum* Fux. *Oud.*—6 Idem, *diffundunt.* Colv. Sic quoque Palat. Fux. D'Orvill. *Discindunt* Par. male. *Oud.*—7 *Sarcinis* non est in Bertino. *Elmenh.*—8 Manuscriptus, *singulis.* Sciopp. in Symb. Fulv. Cod. *singulis.* Scilicet jumentis. *Wower.* Male. Singuli latrones partiebantur gerendas sarcinas. Sed tum viderunt gestaminum modum excedere suorum numerum, et hinc demum jumenta in stabulo inventa producunt, iisque sarcinas imponunt. *Oud.*—9 Idem Ms. *gerulonum.* Colvius. Manuscr. *gerulonum,*

NOTÆ

[m] *Ger.* [*gerulonum*] Sic Elmenhorst. Flor. In vulgatis est *gerulorum*, cum Grutero et Colvio ex Membr. Utrumque a ‘gero.’

ad extremas incitas[1] [n] deducti, nos duos asinos, et equum meum, productos e stabulo, quantum possunt[2] gravioribus sarcinis [62] onerant, et domo jam vacua minantes [o] baculis exigunt: unoque de sociis ad speculandum,[3] qui de facinoris inquisitione nuntiaret,[4] relicto, nos crebro[5] tundentes per avia montium ducunt[6] concitos. Jamque rerum tantarum pondere, et montis ardui vertice, et prolixo satis itinere, nihil a mortuo differebam. Sed mihi sero quidem, serio tamen[7] subvenit ad auxilium civile[8] [p] decurrere, et,

nimia copia opum, educunt nos duos asinos, et meum equum ex equili, nobisque imponunt onera quam gravissima possunt, et expellunt nos ictibus fustium ex ædibus jam vacuis agentes ante se. Et relicto uno ex sociis suis ad explorandum, qui referret ad ipsos, quo pacto fuisset quæsitum de latrocinio suo, agunt nos citato gradu per montes invios, pulsantes nos frequenter. Jamque ego defatigatus onere rerum tam gravium, et ascensu cacuminis prærupti montis, et via admodum longa, nullatenus discrepabam a mortuo. Verum mihi tarde quidem, sed reipsa tamen venit in

non *gerulorum*. Sicut Plautus 'gerones' dixit. *Sciopp. in Symb. Gerulonum.* Sic cum Grutero (lib. VI. Susp. c. 2.) et Colvio ex Flor. rescripsi. In vulgatis est *gerulorum*. Elmenh.—1 Idem Ms. *ext. metas.* Colvius. Fux. *ad ext. metas.* Roald. Aliena hæc sunt et absona. Nam *ad incitas deductus* dicitur extreme pauper. Tum *extremæ incitæ*, non satis video, quam Latine dicantur. Præfero igitur Bertiniensem scripturam, *opulentiæ nimiæ ad extremas metas deducti*. Sciopp. in Symb. et Susp. lib. I. 22. *Metas.* Ita Palat. et Bert. In Flor. est, *a. e. incitas.* Elmenh.—2 Idem Ms. *poterant*. Colvius. Fux. *poterant gravibus.* Bene. *Roald.* Pal. *q. poterant gravibus.* Flor. *q. potest g.* Elmenh.—3 Flor. *ad spectandum.* Idem. An, *ad spectamen?* Vide ad lib. III. p. 56. 'Ad tantæ rei speculam.' *Oud.*—4 Ed. Bas. pr. *nuntiare.* Vulc. Ed. sec. *nuntiarit.* Id.—5 Flor. *crebra*, male. *Elmenh.*—6 Oxon. *ducant.* Innovandi prurigine tacti hinc conjicerent *ductant*. Oud.—7 *Sero q. sedulo t.* Jam vulgatam lectionem æque bene ferendam censeo, *sero q. serio t.* Eadem paronomasia lib. V. 'Tamen memineris meæ seriæ monitionis, cum cœperis sero pœnitere.' *Colv.* Vulgo, *s. q. serio t.* Elmenh.—8 Ridicule Pal. Fux. Pith. Guelf. D'Orvill. Coll. Voss. *cubile*, scil. e crebra permutatione τῶν *b* et *v*. Oud.

NOTÆ

[n] *Ad extremas incitas*] Ad ultimam egestatem. Nonius: 'Incita dicitur egestas.'

[o] *Minantes*] Non a 'minari,' sed a 'minare,' quod est, agere, et ante se pellere, greges puta, aut jumenta. Festus: 'Agasones equos agentes, id est, minantes.' Et paulo post: 'Agere modo significat, ante se pellere, id est, minare,' &c. Auson. de Myronis vacca: 'Necdum caduco Sole jam sub vespere, Ageret juvencas cum domum pastor suas, Suam relinquens, me minabat ut suam.' Noster, lib. VII. 'Pecua comminantes.' Hinc Gallicum *mener*.

[p] *Auxilium civile*] Implorando scilicet opem Cæsaris, ad quem vexati confugiebant. Formulæ ejusmodi implorationis erant: Provoco ad Cæsarem: Appello Cæsarem: O Cæsar, te appello: Ὦ Καῖσαρ, ἐν τῇ σῇ εἰρήνῃ

interposito venerabilis [9] Principis nomine, tot ærumnis me liberare. Cum [1] denique, jam luce clarissima, vicum quempiam frequentem et nundinis celebrem [q] præteriremus, inter ipsas turbelas [2] [r] Græcorum genuino [3] sermone nomen augustum [4] Cæsaris invocare tentavi: et, O quidem [s] tantum disertum ac [5] validum clamitavi; reliquum autem Cæsaris nomen enuntiare non potui. Aspernati latrones clamorem absonum [6] meum, cædentes hinc inde miserum corium, nec

mentem confugere ad præsidium civile, et eximere me tot miseriis invocato reverendo nomine Imperatoris. Denique die jam provecto, cum transiremus per quendam pagum populo abundantem, in quo erat magna hominum frequentia propter nundinas, conatus sum inclamare nativa voce venerandum nomen Cæsaris in mediis tumultibus Græcorum: et expressi quidem tantum: O clarum et forte, at nequivi proferre reliquum nomen Cæsaris. Prædones, contemto meo clamore absurdo, ferientes undequaque meam miseram pellem, relinquunt eam jam nec aptam quidem cri-

—9 Oxon. Guelf. et Ed. Floridi, *venerabili.* Id.—1 Edd. Vicent. Junt. Ald. *Cumque.* Dein in Pal. *frequente.* Id.—2 *Turbellas.* Vulgo, *turbulas.* De Deo Socratis (pag. 683. Ed. Flor.) 'Quæ omnes turbellæ tempestatesque procul a Deorum cœlestium tranquillitate exulant.' Plautus Pseudolo: 'Quo pacto et quantas soleam turbellas dare.' Notat Festus. *Colv. Turbulas.* Fux. *turbellas.* In Plauto est 'turbelas.' *Roald. Turbelas.* Rom. et Aldus, *turbulas.* Elmenh.—3 *Gemino.* Facile apparet, scribendum ex Fulv. *genuino.* Wowerius. Ms. *genuino.* Sic lib. IX. pag. 164. 'Gallina clamore genuino velut ovum parere gestiens personabat.' *Sciopp. in Symb. Genuino.* Sic recte Venetus et Fulvii liber. Alii, *gemino s.* inepte. *Elmenh.* Correxit ita jam olim cum Schikerado Beroaldus, ediditque, uti et Philomathes Pisanus in Ed. Junt. post. *Oud.*—4 Male quidam, *Augusti.* Augusta Majestas Impp. Dioclet. et Maximian. l. IV. c. de jure Fisci. *Colv.* In Ms. Pithœano *Augusti* scribitur. Profecto male. Ovid. Fast. lib. v. 567. 'Spectat et Augusto prætextum nomine templum, Et visum, lecto Cæsare, majus opus.' Vide seqq. *Oud.*—5 D'Orv. Fux. Oxon. *et.* Id.—6 D'Orv. *obsonum.* Id.—

NOTÆ

οἷα πάσχω! O Cæsar, in tua pace qualia patior! ut habet Arrianus in Epictetum, lib. III. cap. 32. Vel simpliciter, O Cæsar! Tantus vero habebatur honor Imperatoris nomini, ut ipso invocato supersederetur judiciis suppliciisque, et res ejus vel delegatorum ab ipso Judicum cognitioni reservaretur.

[q] *Nundinis celebrem*] 'Nundinas,' inquit Festus, 'feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa; cumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.'

[r] *Turb.* [*turbulas*] Sic lege ex Aldina Editione, non, *turbelas.* Sic lib. IV. 'Populi circumfluentis turbulis immisceor.' *Turbelæ* sunt perturbationes. Plaut. Pseudolo: 'Quantas soleam turbelas dare.'

[s] *Et, O quidem, &c.*] Nempe clamare volebat: O Cæsar!

cribris [7] jam idoneum [t] relinquunt. Sed tandem mihi inopinatam salutem Jupiter ille[u] tribuit. Nam, cum et multas villulas et casas amplas præteriremus, hortulum [8] quendam prospexi satis amœnum; in quo, præter ceteras [9] gratas herbulas, rosæ virgines [1] [w] matutino rore fluebant.[2] His inhians, spe [3] salutis alacer ac lætus, propius accessi. Dumque jam labiis undantibus [x] affecto, consilium me subit longe salubrius: ne, si rursum asino remoto prodirem in Lucium, evidens [4] exitium inter manus latronum offenderem, vel artis magicæ suspicione,[5] vel indicii [6] futuri criminatione. Tunc igitur a rosis, et quidem neces-

bris faciendis. Sed tandem ille Jupiter obtulit mihi subsidium inexpectatum. Dum enim prætergredimur multa prædiola et magnas domos, vidi eminus quendam hortulum valde gratum, in quo præter reliquas amœnas plantas rosæ intactæ madebant rore matutino. Appetens has, et erectus spe salutis, atque hilaris, accessi propius. Et, dum gestio eas carpere labris prurientibus, cogitatio multo magis salutaris mihi venit in mentem, ne, si iterum reciperem formam Lucii, exuta asinina, reperirem certam mortem inter manus prædonum ; qui vel suspicarentur me Magiæ, vel timerent ne proderem ipsos mea delatione. Igitur, tum abstinui a rosis, et neces-

7 Ms. *crebris.* Colv. Vide Pric. et Ber. *Reliquerunt* Pal. *Oud.*—8 D'Orv. hic et semper *ortulum,* ut solet ubivis scribi ea vox. Quod quis est qui ignoret? *Id.*—9 *Cet.* librarii culpa, ut puto, elapsa est Editione Floridi. Pro seq. in Palat. est *g'as.* Id.—1 Bert. r. *margines,* inepte. Pervigilium Veneris: 'Ipsa jussit mane tuæ virgines nubant rosæ.' Libanius Sophista Progymnas. in Encomio Veris pag. 177. Achilles Tatius lib. II. *Elmenh.* Sic e contra 'rosam anum' dixit Auson. Eidyll. VI. 'famam anum' Catull. 'Et, qui sit, fama loquetur anus.' 'Chartam virginem' Martial. lib. I. Ep. 19. 67. quam Ulpianus 'puram.' *Brant.* Vide et Beroald. et Hudson. ad Joseph. lib. I. Ant. cap. 1. παρθένος γῆ, terra intacta, seu 'virgo,' ut est apud alios. Immo proprium cuidam rosæ est nomen 'Virgo.' Vide Ill. Bouhier. ad Pervig. Ven. pag. 185. *Oud.*—2 *Florebant.* Magis est, ut probem Basileensem scripturam, *fluebant.* Colvius. *Fluebant. Florebant* Ald. *Roald.* Rom. et Aldus, *florebant.* Elmenh.—3 *Et spe.* Τὸ *et* delet Flor. *Elmenh.* Uncis hinc dein inclusum est. Recte. Vide ad lib. III. pag. 45. *Oud.*—4 Flor. *in ev.* Elmenh. Male. *Offendere exitium* dicitur quasi, invenire exitium, occurrere exitio, et reperire vitæ finem, ut alibi loquitur Auctor. Passim sic 'offendere in via.' *Oud.*—5 Pith. *suspectione,* ex crebra harum vocum variatione. Vide ad lib. X. pag. 215. *Id.*—6 *Indicii.* Fux. *judicii.* Roald. Ms. *indicii furti crimin.* Sciopp. in Symb. *Judicii.* Pal. *indicii.* Elmenh. B. *ind.*

NOTÆ

[t] *Nec cribris jam idoneum*] Quia nimis lacerum et perforatum.

[u] *Jupiter ille*] Emphaticum est 'ille.' Quasi dicas: Ille Jupiter, qui cuncta curat; ille qui miseros respicit, &c.

[w] *Rosæ virgines*] Intactæ, et caliculis nondum omnino patentibus.

[x] *Labiis undantibus*] Id est, undarum instar sinuantibus, ut solent, ex appetentia.

sario,[7] temperavi: et, casum præsentem tolerans, in asini faciem[8] fræna rodebam.[9] [y]

sario quidem, et ferens præsentem fortunam, mandebam frænos meos sub forma asini.

furti crimin. Putean.—7 *A r. q. nec.* perperam Ms. Pal. Edd. Elmenh. Scriv. Pric. Flor. Adi ad p. 60. 'Corollis r. et quidem recentibus.' *Oud.*—8 B. M. *in as. specie.* Putean.—9 *Fœna rodebamus.* Periculosa dubio procul conjectura, maxime si desint codices antiqui, quorum vestigiis nitare. Verum enimvero permittendum nonnunquam, nervos ingenii experiamur, sicubi aut hiulca scriptorum oratio, aut luxata sententia appareat. Quam opinionem meam videbo si probaturus sis; deinceps has conjecturas in præcedentem Apuleii locum considerandas tibi relinquam: *in asini faciem fœna ut mus rodebam,* vel, *in asini faciem fœna Lucius rodebam.* Facere eo videtur, quod legitur principio lib. sequentis: 'Nec me cum asino, vel equo meo compascuus cœtus attinere potuit, adhuc insolitum alioquin prandere fœnum.' Illud ex libris hisce palam est, Auctorem ipsum, in forma asini, veteris Lucii sui oppido frequenter recordatum, tum nulla de re magis conquestum, quam quod errore Fotidis in asinum transformatus esset, cum canes rapinis sat lautis inescari, aut cœnarum reliquiis distendi videret. *Stewech.* *Rodebamus.* Idem Becichemus e v. c. *rodebam.* Colv. in Add. Recitat Becichemus e Mss. *rodebam,* non inepte, mea sententia, si modo antecedens verbum refinxerimus, *frenum arrodebam.* Frustrati desiderio solent obvium quodque impetere. Idem faciunt irati. Sane fœnum non esitasse (et cur roderet, nisi contruncandi causa?) inde constat, quod statim libro quarto affirmet, 'insuetum prandere fœnum.' Immo etiam tum viride fastidiebat gramen: ideoque ad olera abiit. Denique in itinere adhuc erant latrones, nec quieverunt prius, quam totam noctem et medium confecissent diem. Ne autem quis frenum ex ferro tantum cogitet, audiat Lexicon vetus, sub titulo, de Pellibus: 'Frenum: χαλινάριον:' item Isidorum lib. xx. Originum cap. 16. 'Frena dicta, quod equos fremere cogant, vel hoc qui frendant, id est, imprimant dentibus et obmordeant: unde et nefrendes dicti adhuc lactantes porculi, quod nondum aliquid frendant, id est, comminuant dentibus.' Tantum quæstio est, num asinis imponantur frena. Capistro alligari satis constat, utique si quando inscendebantur. *Grut. Susp.* l. vi. 2. Fux. *rodebam.* Roaldus. *Fœna rodebam.* Grut. *frenum arrodebam.* In vulgatis est, *fœna rodebamus.* Forte, *fœnum rodebam usque.* Elmenhorstius. B. M. *frena rodebamus.* Adjuvat lectionem eadem pagina Apuleius. *Putean.*

NOTÆ

[y] *Fræna rodebam*] Sic lege, non *fœna.* Erat enim adhuc in itinere, necdum ad diversorium pervenerat, ubi fœnum ei apponeretur. Metaphorice etiam 'frænum rodere' dicitur, qui, quod animo ingratum est, patienter ferre et mussitare cogitur. Quod faciebat tunc noster Lucius.

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER IV.

[63] DIEM ferme[a] circa medium,[1] cum jam flagrantia Solis caleret,[2] in pago quodam apud notos ac familiares[3] latronibus senes devertimus. Sic enim primus[4] aditus, et sermo[5] prolixus, et oscula mutua, quamvis asino,[6] sentire præstabant.[7] Nam et rebus eos quibusdam[8] dorso meo depromtis munerabantur; et secretis gannitibus, quod essent latrocinio partæ,[9] videbantur indicare. Jamque nos, omni sarcina levigatos,[1] in pratum proximum passim libero pas-

Fere circa meridiem, cum jam cuncta flagrarent ardore solis, deflectimus in quendam vicum ad senes amicos et necessarios prædonum: primus enim congressus, longum colloquium, et suavia reciproca dabant ut hoc persentiscerem, tametsi essem asinus. Nam dabant eis muneri quædam desumta ex meo tergo; et insusurratis verbis in aurem videbantur declarare ea esse acquisita prædatione. Et dimiserunt nos jam levatos omni onere in proximum pratum, ut ibi pasceremur soluti. Neque

1 Guelf. *D. circa med. f.* Oud.—2 Scripta lectio, *calerent.* Colvius.—3 Τὸ *familiares* male abest a Pal. Lib. IX. ' Ad quempiam sibi divertit familiarem.' *Elmenh.*—4 Flor. et Ed. Vicent. *primos.* Oud.—5 Bas. pr. *sono prol.* Id.—6 *Q. as.* eadem. Al. *q. ut asino.* Colv.—7 *Perstabant* Ald. *Roald.* Aldus, *præstant.* Elmenh. Et Junt. pr. *Oud.*—8 Melius quod in Ms. est: *eorum quosdam* Sciopp. in Symb.—9 Eadem, *parti.* Colvius. Coll. Voss. *quid.* In Paræano mire, *q. e. latrocinio principes.* Oud.—1 Vulgata scriptura, *levatos.* Supra lib. I. ' Simul jugi, quod insurgimus, asperitudinem fabularum lepida jucunditas levigabit.' *Colv.* *Levatos.* Fux. *levigatos.* Roaldus. *Levigatos.* Rom. Bert. et Aldus, *levatos,* male. Lib. I. ' F. l. j. levigabit.' *Elmenh.*—2 Par.

NOTÆ

[a] *Diem ferme, &c.*] Totus fere hic liber ex Luciano descriptus est, exceptis iis, quæ de Psyche habentur sub finem.

tui[2] tradidere: nec me cum asino vel equo meo[3] compascuus cœtus[4] [b] attinere potuit, adhuc insolitum alioquin[5] prandere fœnum. Sed plane pone stabulum prospectum hortulum jam fame perditus fidenter invado: et, quamvis crudis oleribus, affatim tamen ventrem sagino. Deosque comprecatus[6] omnes, cuncta prospectabam loca, sicubi forte conterminis in hortulis[7] candens[c] reperirem rosarium. Nam[8] et ipsa solitudo jam mihi bonam fiduciam tribuebat, si devius et frutetis absconditus, sumto remedio, de jumenti quadrupedis incurvo gradu rursum erectus,[9] in

societas pascendi potuit me detinere cum asino, vel cum equo meo, quippe qui nondum assueveram vesci fæno. Sed, cum jam emorerer fame, audacter irrumpo in hortulum quem videram post equile: et copiose impleo alvum meum oleribus tametsi incoctis. Et, invocatis omnibus Diis, inspiciebam loca singula, nuncubi forte offenderem aliquod rosetum micans in hortis vicinis. Ipsa enim solitudo jam mihi dabat spem non levem, si, semotus a via et abditus arbustis, assumto medicamine erigerer in pedes nemine vidente, denuo reformatus in rectum hominem ex gressu prono

pascui. Oud.—3 Reg. Fux. *modo.* Id.—4 Quidam e vulgatis, *locus.* Conjiciebam, *cibus.* Siquidem Lucianus: Καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῖν παρέβαλον κριθίδια, καὶ οἱ μὲν ἠρίστων. ἐγὼ δὲ ἐπείνων μὲν κακῶς. ἀλλ', ἐπειδὴ οὐ πώποτε κρίθας ὠμὰς ἠριστήκειν, κ. τ. λ. *Colv.* Malim cum Bertino, *hortus.* Sciopp. in Symb. et lib. III. Susp. cap. 22. Bert. *hortus.* Vulgo: *cibus.* Vide Grut. Susp. lib. I. cap. 1. *Elmenh.*—5 Non est *alioquin* in Bertino. *Elmenh.* Neque in Oxon. sed male. pag. 64. 'Sapienter alioquin.' Vide me ad lib. II. pag. 20. 'Anxius alioquin:' ubi et a Bertino exulabat. Non bene etiam Edd. Colv. Vulc. Wow. *alioqui.* Vide ad Suet. Tib. cap. 70. *Oud.*—6 D'Orv. *precatus,* sine voce *omnes* vel *omnis,* ut est in Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *Id.*—7 *In locis.* Scriptus liber, *in hortulis.* Colvius. B. M. *in hortulis.* Putean. Immo Ms. Lips. dat *locis:* uti pro altero Colvius supposuit, eumque seqq. Bas. tert. et Vulc. negligenter. *Ortulis* Pal. et Mss. reliqui, quod restitui. *Oud.*—8 *Nam* desideratur in Ed. Bas. pr. Copula prave non conspicitur in Ed. Flor. et a D'Orvill. male abest *ipsa.* Id.—9 *Refectus.* Malim legere: *r. rectus,* vel sic: *r. erectus.* Ovidius I. Metamorph. 'Os homini sublime dedit, cœlumque tueri Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.' Cur autem soli homini Deus statum sublimem tribuerit, et erectum, ceteris animalibus depressum, corpore toto

NOTÆ

[b] *Compascuus cœtus*] Alii legunt, *hortus:* alii reponunt, *locus:* alii, *cibus,* et intelligunt commune pascuum, in quo cuivis licet pecora pascere; quod non abnuo. Sed nihil mutare necesse est. 'Compascuus cœtus' hic est, cœtus compascens: nempe ille alter asinus, et equus Apuleii, atque alia fortasse jumenta, quæ in illo communi pascuo simul pascebantur; quorum societate (cujus tamen magna sæpe illecebra est) non potuit novus noster Asinus ad pascendum retineri.

[c] *Candens reperirem rosarium*] 'Candens' non, albicans, tantum significat, sed etiam, igneo calore micans. Sic ferrum 'candens' dicitur, quod

hominem inspectante [1] nullo resurgerem. Ergo igitur,[d] cum in [2] isto cogitationis salo fluctuarem,[3] [e] aliquanto longius video frondosi nemoris convallem umbrosam; [f] [64] cujus [4] inter varias herbulas et lætissima vireta,[5] fulgentium rosarum minius color [g] renidebat.[6] Jamque, apud mea

asini quadrupedis. Cum igitur jactarer æstu hujus cogitationis, conspicor paulo longius vallem obumbratam foliosa sylvula; inter cujus varias plantas et amœnissima viridaria color rubicundus nitentium rosarum refulgebat. Jamque apud meum

in humum projecto, eleganter et acute disputat Lactantius Firmianus lib. de Opificio Dei cap. 8. *Stewech.* *Erectus* Bas. I. Beroaldi et Rom. *refectus.* Colvius. Venet. *refectus.* Elmenh.—1 Oxon. *respectante.* Oud.—2 Abest *in* ab Oxon. *Id.*—3 Bertin. inverso ordine legit: *c. i. i. fluctuationis s. cogitarem.* Elmenh. Ineptissime. Vide hic Pric. et Comm. ad Virg. Æn. IV. 564. 'Irarum fluctuat æstu:' et ad lib. IX. p. 189. 'Miroque mentis salo et cogitationum dissensione:' ut et ad l. X. p. 213. Comment. ad Sil. lib. IX. 527. ad Sueton. Claud. c. 4. 'Ne semper fluctuemur.' *Oud.*—4 Eleganter, et, ut opinor, vere in D'Orvill. Cod. legitur *cui.* Vide ad lib. II. p. 26. Drakenb. Indic. Liv. v. 'Dativus.' *Id.*—5 Aldus, *latissima.* Male. Flor. et Rom. *virecta.* Elmenh. *Latissima* quoque in Edd. Junt. e crebra corruptione. *Oud.*—6 *Niveus c. renitebat.* Vulgares, *mineus*, seu *minius color renitebat.* Scriptam lectionem veram facit, quod præcessit: 'Sicubi forte conterminis in locis candens reperirem rosarium.' *Colv.* *Niveus nitor renitebat.* Attento lectori suspectum habeatur, necessum est. De his siquidem iisdem rosis sic mox loquitur: 'Hæ arbores in lauri faciem prolixe foliatæ pariunt in modum floris inodori porrectos caliculos modice punicantes.' Si punicantes, ergo non erant niveæ: quare scribatur mea auctoritate, quam nullus deinde defugiam, *minius nitor renidebat.* Et quæso, parce, quisquis es. Nam scriptam lectionem non confirmat, quod præcessit: 'Deosque comprecatus omnes, cuncta prospectabam loca; sicubi forte conterminis in locis candens reperirem rosarium:' quoniam et carbones dicuntur candentes; cum tamen non eis color albus. Quin noster Lucius audiatur, patrocinans meæ sententiæ, l. IX. 'Demonstrat ei novitate nimia candentes solidos aureos:' quo quid

NOTÆ

est ignitum.

[d] *Ergo igitur*] Abundat alterum, quod sæpe apud hunc Auctorem reperias.

[e] *Cum in isto cogitationis salo fluctuarem*] Simili metaphora in De Deo Socratis dixit: 'Motu cordis et salo mentis ad omnes cogitationum æstus fluctuare.'

[f] *Convallem umbrosam*] Festus: 'Convallis est planities ex omni parte comprehensa montibus, collibusve. Vallis duobus lateribus inclusa planities.' Verti tamen 'vallem;' magis respiciens ad vulgatum usum, quo hæ duæ voces promiscue usurpantur, quam ad strictam earum significationem.

[g] *Minius* [*Mineus*] *color*] Reponunt quidam *niveus.* Nihil mutandum. *Mineus color*, est color minii; dicitur et *minius;* utrumque, a minio, quod est pretiosissima rubrica, Græcis μίλτος. Eruitur ex fodinis. Hujus præparationem vide apud Plin. lib. XXXIII. cap. 7. et Vitruvium lib. VII. capp. 8. et 9.

non usquequaque ferina præcordia, Veneris et Gratiarum lucum[7][h] illum arbitrabar: cujus inter opaca secreta floris genialis[i] regius[8] nitor relucebat. Tunc, invocato hilaro atque prospero Eventu,[k] cursu me concito[9] proripio,[1] ut[2] hercule ipse sentirem non asinum me, verum etiam equum curulem[l] nimia[3] velocitate refectum. Sed agilis atque præclarus ille conatus Fortunæ meæ scævitatem[4] anteire[5] non potuit. Jam enim loco proximus,[6] non illas

pectus, non omni ex parte brutum, putabam nemus illud esse sacrum Veneri et Gratiis: inter cujus umbrosos recessus regalis splendor floris jucundi refulgeret. Tunc, invocato læto ac secundo Eventu, conjicio me in pedes velocissimo cursu, adeo ut ipse putarem me non esse asinum, sed etiam mutatum esse nimia festinatione in equum pernicissimum. Sed ille alacer atque egregius nisus nequivit prævenire malignitatem mei fati. Cum enim accessissem ad illum locum, non video rosas illas

velit, patet ex adjunctis: 'Exhorruit Mirmex inauditum facinus, et occlusis auribus effugit protinus: nec auri tamen splendor flammeus oculis ipsius exire potuit.' Ergo 'splendor flammeus,' idem quod 'candens,' idem quod hoc loco *minius.* Gruterus. *Mineus color.* Ita Rom. Ald. et Venet. Flor. et Vulc. *niveus color.* Vide Grut. Suspic. lib. VII. cap. 2. *Elmenh.*—7 In Flor. uno est, *Veneri etiam gratum l.* Elmenhorstius. Edd. Ber. Bas. pr. *locum* de more. *Oud.*—8 An ob puniceum colorem regalibus vestibus proprium? Non displicet mihi *egregius*, quod et subodoratus est Heinsius. *Id.*—9 Bertin. *perconcito.* Modius malebat, *percito.* Sciopp. in Symb. *Elmenh.* Placuit decompositum Scioppio in Susp. lib. III. 22. et viro docto in Misc. Observ. vol. II. p. 392. ut *per* augeat significationem. Mihi potius natum videtur ex varia lectione *percito.* Quod sæpissime usu venit. 'Concito gradu' frequens est Appuleio, ut aliis. Vide Indicem. *Oud.*—1 Guelf. Pal. et Ed. Vic. *proprio*, vel *propio.* Correxit hinc Beroaldus. *Id.*—2 Reg. Fux. *et.* Id.—3 D'Orv. *mea.* Prave. 'Nimius' sexcenties Appuleio nihil notat nisi, quam maximus, ut videbimus ad lib. v. p. 102. In Guelf. Palat. *ni felicitate.* Id.—4 *Sævitatem.* Ms. *severitatem.* Emendabam, *scævitatem.* Colvius. *Scævit.* Flor. *F. me scævitate.* Elmenh. De more *sævitatem* Oxon. et alii cum Edd. ante Colv. Sed *severitatem* habent quoque Reg. Fux. et D'Orv. At Beroaldus in Notis jam *scævitatem*, ut est et in Pithœano, et aliis. *Oud.*—5 Idem liber cum Aldo, *anterire.* Colv.—6 Pricæus mallet *proximans*, ut sæpe quidem apud Nostrum, sed non ei id perpetuum.

NOTÆ

[h] *Veneris et Gratiarum lucum*] Rosa enim Veneri sacra est.

[i] *Floris genialis*] Rosæ, quæ flos est Venerius et amatorius.

[k] *Hilaro atque prospero Eventu*] Bonum Eventum fecere Deum antiqui, quem invocabant, ut ea sibi prospere evenirent, quæ suscepissent. Hujus, sicut et Bonæ Fortunæ, simulacrum in Capitolio fuisse Praxitelis manu refert Plinius, lib. XXXV. cap. 6. Hic unus est ex duodecim Diis Consentibus, a quorum invocatione M. Varro libros suos de Agricultura auspicatur.

[l] *Equum curulem*] Pernicem; quales, qui in certamine curuli in Circo currus trahebant.

rosas teneras et amœnas, madidas divini roris[7] et nectaris, quas rubi felices et beatæ spinæ[8] generant, ac[†] ne convallem quidem usquam,[9] nisi tantum ripæ fluvialis marginem densis arboribus septam video. Hæ[1] arbores, in lauri faciem prolixe foliatæ, pariunt in modum floris odori[2] [m] porrectos caliculos modice punicantes: quos equidem fragrantes, minime rurestri vocabulo[3] vulgus indoctum

recentes et gratas, stillantes rore divino et ambrosia, quas fortunati dumi et spinæ felices procreant; ac ne vallem quidem usquam conspicor, nisi solum oram fluemineæ ripæ munitam crebris arboribus. Hæ arbores habent folia oblonga instar lauri, et procreant caliculos in morem floris odore carentis protensos et subrubros: quos tamen olentes plebs imperita vocat rosas laureas, nomine nequaquam rusticano, et

Nam lib. I. pag. 20. et h. l. p. seq. ‘Morti proximus.’ *Oud.*—7 Vulgo, *m. divinis guttis roris.* Colvius. Rom. et Venet. *divinis guttis.* Elmenh.—8 *Rubi felices, beatæ sp.* Facile mutaverimus: *rubi felicis beatæ sp.* Sed non id pectori placitum meo. Suspicor potius, *beatæ spinæ*, additamentum esse subtilis exscriptoris, qui interpretari voluerit, quidnam essent *rubi felices.* Ergo, exculcentur male inculcata. *Grut. Susp.* lib. VII. 4. *Beatæ spinæ.* Recte hæc verba Gruterus inducit. *Elmenh.* Rectius tacite edidit Elmenhorst. cum seqq. *et b. sp.* Scilicet auctoritate Codd. Florent. quibus accedunt D'Orvill. Par. Quare copulam retinui. Possent tamen et per appositionem capi, ut initio lib. I. ‘Hymettos Attica, &c. glebæ felices.’ *Oud.*—† Fux. Guelf. Edd. Vicent. Junt. Ald. Colv. Vulc. Wow. *at.* Id.—9 *Usque jam.* Scriptum in veteri libro, *usq.* Lego, *usquam.* Colvius. *Usquam.* Vulgo, *usque jam.* Elmenh. *Uspiam* lego. *Brant.* *Usquam* in Mss. O. et jam in Ed. Junt. post. quod bene secuti sunt Scriv. Pric. &c. Pro *nisi* in Bert. *ubi.* Oud.—1 Venetus, *Hæc.* Archaismus. *Hæc* pro *hæ.* Sic semper Plautus. Curculione: ‘Nam illæcce catapultæ ad me crebro commeant.’ Mostellaria: ‘Madent in corde parietes: periere hæc oppido ædes.’ Persa: ‘Quid istæc narrant? To. Percunctare ex ipsis.’ Repone ex veteribus editionibus Menæchmis: ‘Ita istæc solent, quæ viros subservire Sibi postulant, dote fretæ, feroces:’ et Rudente: ‘Sed hæc pauperes sunt inopesque puellæ.’ Notat hoc idem alibi ad Terentium Donatus. *Colv.* Vide me ad Cæsarem multis locis. Edd. qdd. *Hææ.* In Mss. nonnullis *Hee.* Oud.—2 *Inodori.* Ms. *odori.* In eodem, *fraglantis.* Colvius. Fux. *odori.* Roaldus. Flor. *f. odori.* Videtur *in modum* abundare. *Elmenh.* Vide mox. *Oud.*—3 Vitiosa in his est interpunctio. Alia facies surget et inopina sententia, si quis meo consilio distinxerit: *quos equidem, fragrantis minime, rurestri v. vulg. ind. &c.* Certe

NOTÆ

[m] *In modum floris od.* [*inodori*] Non omnino sanus videtur hic locus. Tollendum τὸ *in modum* quidam existimant: at repugnat, quod mox subjungitur, ‘quos equidem fragrantes.’ Iis libenter accederem, si quid in his postremis verbis liceret immutare, et, loco *equidem*, substituere *nequicquam.* Fieret enim: *pariunt floris inodori porrectos caliculos modice punicantes, quos nequicquam fragrantes, &c.* plano et idoneo sensu. Hæ enim rosæ laureæ aut nihil, aut certe perparum habent odoris, idque minime gratum. Sed nihil ausus meo Marte hic immutare; satis habui scriptam lectionem in interpretatione, ut potui, exprimere, et meam hic indicare

rosas laureas[4] appellant;[n] quarumque cuncto pecori cibus letalis est.[o] Talibus fatis[5] implicitus, etiam ipsam[6] Salutem recusans, sponte illud venenum rosarium sumere[7] gestiebam. Sed, dum cunctanter accedo decerpere,[8] juvenis quidam, ut mihi videbatur, hortulanus,[9] cujus omnia prorsus olera vastaveram, tanto damno cognito, cum grandi baculo furens[1] decurrit; arreptumque[2] me totum[3] plagis obtundit adusque vitæ ipsius periculum: nisi tandem sapienter alioquin[4] ipse mihi tulissem auxilium. Nam lumbis elevatis in altum, pedum posteriorum[5] calcibus jactatis in eum crebriter, jam mulcato graviter atque jacente contra proclive [65] montis[6] attigui fuga me liberavi. Sed

quarum esus est mortifer pecoribus omnibus. Ego impeditus hujusmodi angustiis fortunæ, respuens etiam vitam ipsam, cupiebam ultro comedere illas rosas venenatas. Sed interim, dum lente accedo carpturus ex ipsis, quidam adolescens, olitor, ut mihi videbatur, cujus omnia olera plane diripueram, animadversa tam gravi jactura, accurrit furibundus cum crasso fuste; meque apprehensum totum contundit ictibus, adeo ut essem in discrimine ipsius vitæ: nisi egomet aliunde mihi prudenter subvenissem. Lumbis enim elatis in sublime, impactis sæpius in eum calcibus posteriorum pedum, ipsoque pessime affecto et prostrato contra clivum proximi montis,

inodoros fuisse hos flores, vel quæ proxime præcedunt evincant. *Grut. d. l.* —4 In Florent. scribitur, *r. laureas lani:* al. *jani.* Oud.—5 Idem Ms. *factis.* Colvius. D'Orv. *implicito.* Oud.—6 Lips. Coll. Edd. Junt. Ald. *et ipsam.* F. *et jam ips.* Id.—7 Pith. *summe.* Id.—8 Diceretur hoc, ut 'eo visere,' et similia. Sed vir doctus margini Ed. Colv. allevit: *ἴσ. derepente juv.* Id.—9 D'Orv. *ortolanus.* Idem.—1 Ed. Bas. pr. *jurans.* Fux. *furiens.* Idem.—2 *Adr.* Rursus Pith. Edd. ad Bas. pr. usque male, *abreptumque,* al. *arr.* Vide ad l. III. pag. 53. Id.—3 *Totum* perperam desideratur in Ms. D'Orvill. lib. VII. pag. 145. 'Totum me compilabat:' et sæpissime. *Id.*—4 *Alioquin* deest Bertin. Vide ad pag. 62. *Id.*—5 *Posterioribus.* Suntne ergo pedum et priores calces? Lege *posteriorum* cum membranis D'Orvillianis. Lib. VI. p. 127. 'Incussis in eam posteriorum pedum calcibus.' *Id.*—6 Mannscr. Fulv. *mulctatum g. a. jacentem contra proclivium m.* Sciopp. in Symb. Wow. Bert. *multa-*

NOTÆ

conjecturam.

[n] *Rosas laureas appellant*] Arborem hanc ἀγρίαν δάφνην appellat hic Lucianus. Rhododendron et Rhododaphnen et Nerium Plinius.

[o] *Quarumque cuncto pecori cibus letalis est*] Idem habet Lucianus: Κακὸν ἄριστον ὄνῳ τοῦτο παντὶ καὶ ἵππῳ. Pessimus hic est cibus asino omni et equo. Idem Plin. lib. XXIV. cap. 11. 'Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit Latinum: Rhododaphnen vocant, aut Nerium. Mirum folia ejus quadrupedum venenum esse, homini vero contra serpentes præsidium, ruta addita e vino pota. Pecus etiam, et capræ, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.'

illico mulier quæpiam, uxor ejus scilicet, simul eum prostratum et semianimem ex edito [7] despexit, ululabili [8] cum plangore ad eum statim [9] prosilit, ut sui [1] videlicet miseratione mihi præsens crearet [2] exitium. Cuncti enim pagani, fletibus ejus exciti, statim conclamant canes, atque ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum,[3] passim cohortantur.[4] Tunc igitur procul dubio jam morti proximus, cum viderem canes et modo magnos, et numero [5] multos, et ursis ac leonibus ad compugnandum [6] idoneos, in me [7] convocatos exasperari; e re nata [8] capto consilio, fugam desino,[9] ac me retrorsus celeri gradu rursus [1] in stabulum, quo deverteramus,[2] recipio. At illi,[3] canibus jam ægre [4] cohibitis, arreptum me, loro quam valido ad ansulam [5]

proripui me fugiendo. Sed statim quædam mulier, conjux nempe illius, ubi e tumulo conspicata est eum jacentem et semimortuum, provolat repente ad ipsum cum planctu et ululatu, ut nempe misericordia sui accerseret mihi perniciem inevitabilem. Omnes enim rustici, evocati ejulatibus illius, illico clamoribus cient canes suos, et undique incitant, ut acti furore irruerent ad me discerpendum. Ego igitur jam tunc plane proximus leto, cum cernerem canes statura prægrandes, et numero plurimos, et pares committendæ pugnæ cum ursis ac leonibus, congregatos irritari adversus me; sumto ex tempore consilio, facio finem fugiendi, iterumque retro redeo veloci gressu ad illud idem diversorium, in quod nos receperamus. Verum illi jam difficulter repressis canibus suis apprehendunt me, et alligatum firmissima cor-

tum g. a. jacentem circa p. Elmenh.—7 D'Orv. *edicto.* Oud.—8 *Ejulabili.* Vulgati, *ululabili.* Colvius. *Ulul.* Vulgati, *ejul.* Elmenh.—9 Reg. Fux. *statim ad eum.* Guelf. *prosiluit.* Oud.—1 Pal. *seui.* Id.—2 In D'Orvill. *crearetur.* Nec male. *Id.*—3 Ms. *atque ad me lan. r. p. ferre impetum.* Scribo: *atque ad me lan. r. percitos ferre imp. passim cohortantur.* Colvius. Fux. *atque ad me lan.* Roald.—4 Fux. *coartantur*, non tam bene. *Roald.* Item Oxon. et D'Orv. *Oud.*—5 *Canes modo magnos, et numero multos.* Deleo punctum, adverbii indicem, a mala manu Typographi affictum. *Grut. Susp.* VII. 4. Ms. *modo et magnos et n. m.* Sciopp. in Symb. Immo *et modo m.* ut est in Mss. Florent. Bertin. Pith. Fux. Guelf. Pal. Oxon. D'Orv. Edd. Junt. post. Wow. &c. Ab Edd. reliquis abest primum *et.* De hoc polysyndeto dictum jam sæpius, quod innumeris locis restitui. Vide Ind. Not. Lucian. hic πολλοί τε καὶ μεγάλοι. *Oud.*—6 *Ad comp.* Idem liber solummodo, *comp.* Colvius.—7 *In me* absunt a D'Orvill. Cod. *Oud.*—8 Idem, *tanta.* *E re nata* Apuleii genuinam locutionem quis, me tacente, non animadvertat? *Colv.* Vide Pric. et Elmenh. Ind. *Tanta* nihilominus est in Pal. quoque, Guelf. D'Orv. et Oxon. a m. pr. In Pith. Edd. Vic. Ber. Col. Bas. pr. *ex re n.* Vide ad l. IX. p. 180. *Oud.*—9 Pal. et Flor. *destino.* Male. *Elmenh.*—1 Edd. aliquot Vett. *rursum*, quia præcessit *retrorsus*, pro quo in Pith. *recursus.* Oud.—2 Vulgati, *deverteram.* Colv. Male Edd. novitiæ, *diverteramus.* Ante Colvium *deverteram* est in omnibus contra Msstos, sed *deverteramus* scribendum, ut supra sæpissime. Vide ad l. I. p. 12. *Oud.*—3 Oxon. *ulli.* Idem.—4 Flor. et Rom. *e re.* Elmenh.—5 *Loro me* [Q.?] *ad ans. dest.* Fux. *insulam.* Roald. Sic et Palat. Sed *ansula* est stipes vel stipitis annulus in stabulo, in quod redierat asinus Lucius ultro.

quandam destinatum, rursum cædendo [6] confecissent profecto: nisi dolore plagarum alvus arctata, crudisque illis [7] oleribus abundans, et lubrico [8] fluxu saucia, fimo fistulatim [9] excusso, quosdam extremi liquoris aspergine, alios putore nidoris fœtidi [p] a meis jam quassis [1] scapulis abegisset. Nec mora, cum jam in meridiem prono [2] jubare rursum nos ac [3] præcipue me longe gravius onustum producunt illi latrones stabulo. Jamque confecta bona parte itineris, et viæ spatio defectus, et sarcinæ pondere depressus, ictibusque fustium fatigatus, atque etiam [4] ungulis extritis jam claudus et titubans, rivulum quendam serpentis leniter aquæ propter [5] insistens, subtilem occasionem feliciter nactus, cogitabam totum memet flexis scite [6] cruribus pronum abjicere; [7] certus atque obstinatus, nullis verberibus ad egrediendum [8] exsurgere: immo [66] etiam [9]

rigia ad quendam annulum rursus verberantes interfecissent procul dubio; nisi venter meus compressus dolore ictuum, et refertus illis crudis oleribus, et æger lubrico profluvio, stercore ejecto tanquam per tubum, removisset aliquos aspersione liquoris teterrimi a meis humeris jam fractis, alios vero fætore putidi odoris. Et, sole jam inclinato a meridie, continuo illi prædones iterum educunt nos ex illo diversorio graviter oneratos, meque præsertim multo gravius. Jamque peracta bona parte viæ ego et exhaustus longitudine itineris, et oppressus gravitate onerum, et lassatus percussionibus baculorum, atque etiam attritis ungulis jam claudicans et vacillans, cum incederem juxta quendam rivulum aquæ fluentis placide et sinuose, reperta opportune egregia occasione, meditabar me totum prosternere in ventrem flexis solerter cruribus; pertinaciter statuens animo, non consurgere ob quasvis plagas

Vide Lucian. *Oud.*—6 Fux. *credo.* Idem.—7 *Illis* deest Mss. Pal. Oxon. Guelf. *Idem.*—8 *Lubr.* Ms. Al. *lubrio.* Colvius. *Flexu saucia:* Ms. *satia.* Sciopp. in Symb. *Lubrio* Fux. Oxon. a m. pr. *luxu.* Omnes inepte. *Oud.*—9 Pal. *fistulam.* Idem.—1 Oxon. *quassatis.* Id.—2 Id est, devexo, ut Cicero loquitur. Bert. *pleno.* Propert. 'Me mediæ noctes, me sidera plena jacentem, Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.' Quanquam et istic Scaliger ex Ms. suo *prona* legendum contendit. *Sciopp. in Symb.* et *Susp. Lect.* III. 22. —3 *Et.* Idem Ms. *ac.* Colv. *Ac* reposui fide Mss. Pith. Fux. Oxon. D'Orv. Ed. Junt. post. In reliquis *et.* Oud.—*Atque etiam.* In D'Orvill. *et* modo. *Id.* —5 Sic Palat. Vulgo, *prope.* Elmenh.—6 D'Orv. *sistere.* Oud.—7 Ed. Junt. post. *abicre,* pro *abicere,* ut in Fux. et aliis. *Obicere* Pith. *Id.*—8 Plerique cusi, *ingred.* Ms. *ingradiundum.* Colvius. Fux. *ad ingrediendum.* Optime. *Roald.* Lege ex Pal. *ingrediendum.* Wow. *Ingrediendum.* Flor. *ingradiandum.*

NOTÆ

[p] *Nidoris fœtidi*] Quamvis 'nidor' stricto significatu sit odor ciborum coctorum, aut ustrinæ fœtor, latius tamen sumitur pro quovis odore: ut hic, stercoris.

paratus non fusti [1] tantum, sed machæra [q] perfossus [2] occumbere. Rebar enim jam me prorsus exanimatum ac debilem mereri causariam missionem: [3] [r] certe latrones partim impatientia moræ, partim studio festinatæ [4] fugæ, dorsi mei sarcinam duobus ceteris jumentis distributuros, meque in altioris [5] vindictæ vicem, lupis et vulturiis [6] prædam relicturos. Sed tam bellum [7] consilium meum præ-

ad exeundum inde; quinimmo paratus etiam non baculo modo, sed etiam gladio cædi, et mortem oppetere. Existimabam enim me jam penitus anhelantem, et fractum lassitudine, dignum esse, qui dimitterer nomine labefactatæ valetudinis: aut saltem prædones partituros inter duo reliqua jumenta onus quod portabam tergo, tum quod non possent ferre retardationem, tum quod cuperent fugere celerius; meque pro maxima ultione relicturos pabulum lupis et vulturibus. Verum fortuna

Al. *egrediendum.* Elmenh.—9 *Etiam* non agnoscit D'Orvill. *Oud.*—1 Oxon. male, *fuste.* Id.—2 *Percussus.* Fux. *perfossus.* Roaldus. *Perfossus.* Vulgo, *percussus.* Elmenh.—3 Retinui hic Beroaldinam lectionem, quamvis vetus liber haberet, *morti succumbere*, pro *mer. caus. miss.* ut etiam in antiquo Bononiensi exemplari scripto esse testatus fuit in Annotat. B. Pius. *Colv. Mereri causæ remissionem.* Fux. *morti succumbere.* At Beroaldus legit, *causariam missionem*, quod est etiam in libro Aldi. *Roald.* Rom. et Venet. *causæ remissionem*, male. Vide Indicem. *Elmenh.*—4 Fux. *destinatæ.* Roaldus. Cod. Fulv. *destinatæ:* quod minime rejiciendum. *Wower.* Manuscr. *destinatæ.* Sciopp. in Symb.—5 Forte: *meque majoris.* Immo nihil forte mutandum ob locum lib. IX. pag. 160. 'Mulier contumelia illa, quamvis justa, tamen altius commota atque exasperata.' *Sciopp. in Symb. et Susp. Lect.* III. 22.—6 Vulg. *vulturibus.* Etiam l. VI. 'Protinus eum, vulturiis gratissimum pabulum, præcipitabo:' et lib. X. 'Velut monstrum ostentumque me obtruncatam vulturiis opimum pabulum redderent.' Livius lib. XXVII. 'Vulturium frequenti foro in tabernam devolasse,' restituente doctissimo Lipsio. *Colv.*—7 B. *t. velox.* Putean. Mutationis ansam ostendit nobis scriptura Codd. D'Orvill. Guelf. *T. vellum*, *v* pro *b*, ut sexcenties. *Oud.*—8 Bert.

NOTÆ

[q] *Machæra*] Nomen Græcum est: μάχαιρα, sive etiam μάχαιρος, ensis: quo tamen Latini Scriptores, et idonei quidem, passim utuntur.

[r] *Mereri causariam missionem*] Facete alludit Asinus noster ad militiæ morem, in qua triplex erat missio, ut patet ex Jurisconsultis ff. de re militari, et de his, qui notantur infamia. Nempe honesta, causaria, et ignominiosa: honesta, quæ militiæ tempore impleto datur: causaria, cum quis vitio animi vel corporis renuntiatur minus idoneus militiæ: ignominiosa, cum quis propter delictum sacramento solvitur. Quartam addit Lips. lib. V. de Milit. Roman. Dialog. 19. nempe gratiosam, quæ per gratiam aut ambitum ab Imperatoribus impetrabatur; quam tamen cognita causa Censores sæpe rescindebant. Hinc, quorum valetudo infirma esset, causarii dicti videntur, eo quod causam haberent, ob quam a publicis muneribus essent immunes.

vertit[8] sors deterrima. Namque ille[9] alius asinus, divinato et antecapto meo cogitatu,[1] statim ementita[2] lassitudine, cum rebus totis offunditur:[3] jacensque in mortuum[4] non fustibus, non stimulis, ac ne cauda quidem[5] [s] et auribus cruribusque[6] undiqueversum elevatis tentavit[7] exsurgere; quoad[8] tandem postumæ spei[t] fatigati, secumque collocuti, ne tamdiu[9] mortuo, immo vero[1] lapideo asino servientes, fugam morarentur, sarcinis ejus mihi equoque distributis, destricto[2] gladio poplites ejus totos[3] amputant. Ac, paululum a via retractum,[4] per altissimum præceps in vallem proximam[5] etiamnunc[6] spirantem præcipi-

pessima prævenit cogitationem adeo præclaram. Ille enim alter asinus hariolatus meum consilium, et illud præoccupans simulata repente lassitudine, procumbit cum omnibus, quæ gestabat; stratusque instar mortui, neque ictibus baculorum, neque punctionibus, ac ne cauda quidem et auribus cruribusque sublatis in omnes partes conatus est se erigere; donec tandem defessi spei tardioris, et collocuti inter se, ne tardarent suam fugam, tamdiu restantes propter illum asinum mortuum, immo vero saxeum, partiti ejus sarcinas inter me et equum, poplites illius nudato ense abscindunt penitus, ipsumque paululum semotum a via deturbant, adhuc viventem, per

prævenit. Al. *pervertit:* male. *Elmenh.*—9 D'Orv. *et ille.* Oxon. caret τῷ *asinus.* Oud.—1 Palat. *non capto mō c.* Id.—2 Ms. *mentita.* Ald. Ven. Rom. *sementita.* Colv. Pal. *mentita.* Fl. et Bert. *se mentita l.* Elm.—3 *Effunditur.* Ms. cum aliquot aliis, *off.* Quod repone. *Colv.* Bert. *se c. r. t. effundit.* Elm. —4 Vulgo, *jacensque in modum mortui.* Loquendi hoc genus notavi et enodavi supra ad lib. II. *Colv.* Bert. Rom. et Ald. *j. in modum mortui.* Vide Colvium. *Elmenh.*—5 *Quidem* abest a Ms. *Colv.* Item a Regio, Fux. Guelf. Oxon. D'Orvill. Recte idcirco voculam istam uncis inclusit Scriverius. 'Ne' pro, ne quidem, Nostro est frequens. Confer notata ad lib. I. pag. 17. 'Ac ne sufficientem supellectilem.' *Oud.*—6 Copulam non agnoscit D'Orvill. *Id.*—7 Oxon. *tentatum.* Id.—8 D'Orv. *quod ad.* Pith. *quo.* Ceterum inepte in Edd. aliquot Vett. et Ber. est *posthumæ.* Vel hoc exemplo patet *postumæ spei* a, posterius, scribendum esse; ut viri docti monuerunt dudum. *Id.*—9 B. *tam imo.* Putean.—1 D'Orvill. caret τῷ *vero.* Oud.—2 Sic leg. non *dist.* Vide ad lib. III. pag. 45. 'Mucrone destricto.' *Id.*—3 Scriptus liber et Venetus, *totas.* Colv.—4 Fux. *retentum.* Roald.—5 Flor. *proximum.* Id.—6 *Etiam nunc sp.* Sic Mss. et Edd. Vett. usque ad Vulcan. non *etiam-*

NOTÆ

[s] *Ac ne cauda quidem, &c.*] Quo modo sublevari delapsa jumenta solent. Lib. VII. 'Cum deberet egregius agaso manum porrigere, capistro suspendere, cauda sublevare,' &c.

[t] *Postumæ* [*posthumæ*] *spei, &c.*] 'Posthumus,' ut jam monui lib. I. est, mortuo atque humato patre natus. Hinc 'posthuma spes' facete dicitur spes tardior, cujus effectus nonnisi post mortem sit consequendus. Observa 'spei fatigati,' ut 'lassus animi,' et similia.

tant. Tunc ego miseri commilitonis mei [7] fortunam cogitans, statui jam, dolis abjectis [8] et fraudibus, asinum me bonæ frugi dominis exhibere. Nam et secum eos [9] animadverteram colloquentes, quod in proximo [1] nobis esset habenda [2] mansio, et totius viæ [3] finis quieta; eorumque [4] esset sedes illa et habitatio. Clementi denique transmisso clivulo, pervenimus ad locum destinatum. Ubi rebus totis exsolutis,[5] atque intus conditis, jam pondere liberatus, lassitudinem, vice lavacri, pulveris volutatibus digerebam.[6] Res ac tempus ipsum locorum et speluncæ [7] illius, quam latrones inhabitabant, [67] descriptionem exponere flagitat.[8] Nam et meum simul peri-

præcipitium maxime arduum in proximam vallem. Ego tum reputans sortem mei infelicis comitis decrevi jam præstare me asinum probum meis dominis, depositis versutiis et fallaciis. Audieram enim illos inter se dicentes nobis fore remanendum haud procul, et totum iter finiendum: quia ibi erat eorum mansio et domicilium. Leni demum clivulo superato, assecuti sumus locum destinatum. Ubi solutis omnibus sarcinis, et delatis intro, ego jam solutus onere discutiebam lassitudinem volutando me in pulvere loco balnei. Res atque ipsa occasio postulant ut hic exhibeam descriptionem locorum, et cavernæ illius, in qua prædones manebant. Eadem enim

num. Vide ad lib. I. pag. 12. Desunt hæc in Palat. Par. Oxon. Id.—7 Τὸ *mei* non est in vulgatis. *Colv.* Neque in Pal. Pith. et Oxon. nec est necessaria vox. In Fux. *mei comin.* Oud.—8 Fux. *ejectis.* Id.—9 *Et secum eos.* Prima et ultima vocula caret Ms. D'Orv. Pro *animadverteram* in Palat. *animadvertem tam*, Guelf. *animaveretam.* Posset inseri *jam.* Id.—1 Ms. *in proximum.* Dictumne, ut 'in mentem fuit' Plauto: 'in potestatem' jurisconsultis nostris, et aliis alia similiter? Sed adi Gellium. *Colv.* Ut quartus casus admitti possit, tanti tamen non est unus ille codex. Cæs. II. B. G. cap. 25. 'In angusto.' Sed adi Drak. ad Liv. lib. III. cap. 9. me ad Frontin. lib. II. pag. 254. 'In remotissimo.' *Oud.*—2 Prave Ed. Bas. pr. *humilla.* Id.—3 *Viæ finis.* Rom. *vitæ.* Elmenh. Sic corrigenda est ejus nota. Vulgo legitur inverso modo. [Omnino sic se habet: *Totius vitæ fininis*] Rom. *t. viæ finis.*] *Vitæ* etiam in Ed. Junt. post. operarum errore. *Oud.*—4 D'Orv. *que eorum.* Ms. Bert. et Edd. Elmenh. Scriv. et Flor. *quod eorum.* Sed præcedit *quod:* unde et hæc pendent. Pro *esset* in Bas. sec. non male *etiam.* Id.—5 *Dissolutis.* Vulgares, *exolutis.* Colvius. Al. *exsolutis.* Bert. *solutis.* Elmenh.—6 Alii lassitudinem ex itinere contractam lavacro levabant: ego me pulveri involvendo. Hæc mens vera, hæc scriptura vera. Vulgati quidam, *pul. voluptatibus.* Τὸ *lavacri* abest a Ms. Tertullianus de Pallio: 'Lutea unctio, et pulverea volutatio, et arida saginatio.' *Colv.* Fux. *pulveris voluptatibus.* Al. *fert voluptatibus.* Beroaldus vero legit, *pulveris volutabris:* proprie sane. Glossæ Philoxeni, 'Volutabrum, κύλιστρα ζώων.' *Roald.* Pal. et Ald. *voluptatibus*, male. Plin. l. XXX. c. ult. 'Pulverem, in quo se mula volutaverit, corpori inspersum mitigare ardores amoris.' *Elmenh.*—7 In Mss. Pith. Fux. Palat. Oxon. D'Orv. et Ed. Junt. post. *speluncæque.* Tum *quam* exulat a Pith. In Pal. Oxon. Pith. Fux. Guelf. pr. Edd. Junt. pr. Ald. *inhabitant.* Oud.—8 *Flagitant.* Flor. *flagitat.* Elmenh.—9 Τὸ *etiam* non est in Ms.

clitabor ingenium: et faxo vos quoque, an mente etiam[9] sensuque fuerim asinus, sedulo sentiatis.[1] Mons horridus, sylvestribusque[2] frondibus umbrosus, et inprimis altus fuit.[3] Hujus per obliqua devexa,[4] qua saxis asperrimis, et ob id inaccessis, cingitur, convalles lacunosæ[5] cavæque nimium,[6] spinetis aggeratæ, et quaquaversus[7] repositæ, naturalem tutelam præbentes ambiebant. De summo vertice fons affluens bullis ingentibus scaturibat, perque prona[8] delapsus evomebat undas argenteas: jamque rivulis pluribus[9] dispersus, ac valles illas agminibus[1u] stagnantibus irrigans, in modum stipati[2] maris,[w] vel igna-

opera et experiar vires mei ingenii, et faciam ut perspicue dignoscatis utrum fuerim asinus etiam animo et sensu. Mons fuit horrendus inumbratus foliis nemorum et valde excelsus. Per incurvos ejus clivos, qua parte circumdatur scopulis confragosissimis, ideoque inviis, valles plenæ lacunis profundæque nimis, consitæ senticetis, et undique circumjacentes cingebant ipsum, præstantes nativum munimentum. Fons allabens ex supremo cacumine saliebat cum bullis prægrandibus, et devolutus per declivia effundebat aquas argento æmulas in colorem: jamque divisus in multos rivulos, et humectans illas valles torpenti multitudine aquarum, coërcebat omnia

Colv. Abest et a Reg. Fux. Guelf. pr. Palat. D'Orv. in quo *haud mente.* Oud.—1 D'Orv. *sentietis* Ed. Vicent. *sententias.* Id.—2 Copulam non agnoscit D'Orvill. *Id.*—3 D'Orv. *fuerit.* Id.—4 *D. q.* Palat. Guelf. sec. *devexi, q.* Reg. Fux. *devexaque*, et mox *spinatis.* Id.—5 Bert. *laciniosæ*, male. *Elmenh.* Sic tamen est in Ed. Vulc. sec. At vide Becich. Ep. LXVIII. Beroald. ac me ad lib. I. p. 6. 'In quadam avia ac lacunosa convalli.' *Oud.*—6 *Cavæque nim.* Bertin. *c. in unum.* Idem.—7 *Quamquam versus.* Probe restituisse me *quaquaversus*, Parisiensis et Beroaldina editio post ostenderunt. *Stewech.* Fulvius per illud Virgilianum interpretatur: 'Penitusque repostas Massylum gentes.' *Sciopp. in Symb.*—8 Col. *qui per prona.* Rom. *quique prona.* Colvius. Sic et Pith. Cod. Vicent. Ed. Cum Colin. facit Aldus. Veget. lib. IV. 8. 'Per pronum labentia.' *Oud.*—9 Τὸ *pluribus* non est in Pal. et B. *Elmenh.* Immo adest Palatino, si fides manui Gruterianæ; at mox *illas* ibi non comparet, uti neque in Guelf. pr. neque Oxon. *Rivulus* Fux. *Dispersi* Guelf. sec. *Oud.*—1 *Amnibus.* Fux. *agminibus.* Agmina aquarum pulcherrime dixit, ut et Lucretius libro quinto. Agmen fluvii Marcellini libro XXIV. de Euphrate: 'Hinc pars fluminis scinditur largis aquarum agminibus.' Sermatus libro decimo Epist. LXXVIII. de Pado: 'Cujus turbidos meatus et infidum agmen expertus es.' Et hinc Noster libro de Mundo, 'Effundunt agmina largiora,' et 'terram aquarum agmina concipientem' dixit. *Roald.* Fulvius ex v. c. reponit: *agminibus*, id est, fluxibus. Idem nos ante emendavimus et confirmavimus Suspect. Lect. lib. III. epist. 22. quo lectorem remitto. *Sciopp. in Symb.* *Agminibus.* Vulgo, *amnibus*, male. Vide Indicem.

NOTÆ

[u] *Agminibus*] Sic Fulv. et Sciopp. Pricæus mavult *amnibus:* frustra. 'Agmen' est copiosus aquarum fluxus. Stat. Thebaid. lib. I. 'Ruit agmine facto Inachus.' Et Virgil. 'Immensum ruit agmen aquarum.'

vi fluminis,[x] cuncta cohibebat. Insurgit speluncæ, qua margines montanæ desinunt,[3] turris ardua, caula firma,[4 y] solidis cratibus,[z] ovili stabulatione commoda, porrectis undique lateribus. Ante fores exigui tramites,[5 a] vice[6] structi parietis, attenduntur.[7] Ea tu, bono certe meo[8] peri-

instar placidi maris, aut fluvii stagnantis. Ea parte, qua crepidines montis deficiunt, cavernæ inædificata est excelsa turris, munita caula ex firmis clathris, idonea habitationi ovium, lateribus protensis in omnes partes. Ante januam parvæ sepes ex ramis expanduntur, loco ædificati parietis. Ea tu possis nominare audacter,

Elmenh.—2 *Sopiti.* Flor. duo, *stipati.* Elmenh.—3 Vulgo, *desint.* Ego, quemadmodum in veteri libro exaratum legi, ita emendandum ante conjeceram, quo nihil facilius fuit. *Colv.* *Desint.* Fux. *desinunt.* Ald. recte. *Roald.* Rom. *desint.* Elmenh. In Ald. etiam est *desint*, ut in reliquis Edd. Vett. præter Junt. poster. Mstis convenientem. *Oud.*—4 *Turris arduo caule firma.* Plerique vulgati, *turris ardua, caula firma.* *Caule*, id est, *colle:* quemadmodum scriptum antiquitus in lib. II. Georgicorum notat Servius. Sic aula, olla, aurichalcum, orichalcum, caudex, codex, plaustrum, plostrum. Vulgata lectio non est unius assis. *Colv.* *Arduo caule.* Bert. et Flor. *ardua calle firmas:* male. *Elmenh.*—5 Cod. Fulvii, *exiguæ trabes.* Fulvius ipse reponebat *ramices*, quod verum existimo. Vide Columellam lib. IX. (cap. 11.) *Wower.* Lege cum Fulvio et Schickerado, *e. ramices.* Elmenh.—6 Oxon. Guelferb. uterque, *vices*, Palat. *vicem.* Haud male. Sed vide ad l. I. p. 9. 'Vice Calypsonis.' In Oxon. etiam et D'Orv. *stricti.* Pith. *parietes.* Oud.—7 Bert. *a*[?]*tenduntur:* male. *Elmenh.*—8 Ms. *certo modo p.* Colv. In Floridis: 'Audietis me meo periculo.' *Elmenh.* *Modo* prave etiam Oxon. a m. pr. et D'Orvill. ante *Excubo, c.* Fux. *certo.* In Flor. N. 23. 'Bono periculo periculum faciam.'

NOTÆ

[w] *Stipati maris*] Septi et coërciti nempe montibus et collibus, qui convallem undique ambiebant. Sed cur subjungit, *vel ignavi fluminis?* Non absurde Elmenhorst. et Pricæus reponunt *sopiti*, hoc est, tranquilli et placidi, quod secutus sum in interpretatione.

[x] *Vel ignavi fluminis*] Barthius Adversar. lib. XXXIII. cap. 5. reponit *vallo ignavi fluminis*, secutus vestigia veterum membranarum, in quibus legitur, *val. ignavi fluminis*, quod non male quadrat huic loco.

[y] *Turris, &c.* [*arduo caule firma*] Malo cum Beroaldo legere *turris ardua, caula firma.* Hanc lectionem firmant quæ sequuntur: 'solidis cratibus, ovili stabulatione commoda.' Hæc enim manifesta caulæ descriptio est.

[z] *Solidis cratibus*] Id est, non tenuibus illis vimineis, sed compactis ex lignis crassioribus.

[a] *Tramites* [*ramices*] Alii *tramites:* male. *Ramices* hic sunt parvi rami, ramalia. Columella lib. IX. cap. 1. de vivariis sepiendis agens: 'Et, si veteris arboris truncus, sive, ut crassitudo postulat, erit fissilis stipes, compluribus locis per latus efforatur, et, in circuitu vivarii certis intervenientibus spatiis defixus erigitur, deinde per transversa laterum cava transmittuntur ramices, qui exitus ferarum obserent.' En tibi *ramices* eidem, quo huic, usui adhibitos. Alias 'ramex' est, hernia.

culo,[b] latronum dixeris atria. Nec [9] juxta quicquam, quam parva casula cannulis temere contexta:[1] [c] quo [2] speculatores e numero latronum, ut postea comperi, sorte ducti [3] noctibus excubabant. Ibi cum singuli derepsissent,[4] stipatis artubus,[5] [d] nobis ante ipsas fores loro valido destinatis, anum quandam curvatam gravi senio, cui soli salus atque tutela tot numero juvenum commissa videbatur, sic infesti compellant:[6] Etiamne tu,[7] busti cadaver [e] extremum, et vitæ dedecus [f] primum,[8] et [9] Orci fastidium [g] solum, sic nobis otiosa[1]

saltem me auctore, atria prædonum. Et nihil est prope præter humile tuguriolum coopertum arundinibus nullo ordine dispositis: in quo exploratores electi sorte ex turba prædonum agebant excubias per noctes singulas, quemadmodum cognovi postea. Cum ægre se penetrassent illuc alii post alios, compressis membris, nobis alligatis firmo loro ante ostium ipsum, irati his verbis alloquuntur quandam vetulam, incurvam onerosa senectute, cui uni vita et conservatio tot juvenum videbatur credita: Itane tandem, tu, quæ es ultimæ reliquiæ rogi, et maximum probrum lucis hujus,

Guelferb. pr. habet *pericula*. Oud.—9 Guelf. pr. a m. pr. *Ac*. Id.—1 *Contecta*. Ms. *contexta*. Sciopp. in Symb.—2 Oxon. *quu*. Bene, sive casula intelligas, sive pro, *ubi*, sumas. *Oud.*—3 D'Orv. *s. electi*, e glossa. Paulo inferius: 'Sorte ducti ministerium faciunt.' Frequens est Suetonio, ut Cæs. cap. 12. Aug. 35. Claud. 6. Tit. 8. Dom. 4. Just. lib. XXI. cap. 3. 'Ex quibus sorte ductæ centum.' *Id.*—4 *Direps.* Quidam e vulgatis, *irreps.* Colv.—5 In Oxon. *stip. et art.* Oud.—6 Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. D'Orv. Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. *compellabant*. Id.—7 Præferre videtur Pricæus sine causa: *Tune etiam*. Id.—8 Malim, *privum*. Quod poscere videtur id quod sequitur: 'et Orci fastidium solum.' Oblitus eram notare lib. II. legendum etiam videri: 'Sunt, aio, priva hujuscemodi divinationis experimenta.' *Colv.* Non est, quod mutetur in *privum*. Nec id poscere videtur, quod sequitur: 'Orci fastidium solum.' Nam lepide in eadem significatione opponuntur 'extremum' et 'primum.' Sed et Noster libro secundo: 'Maga primi nominis, et omnis carminis sepulcralis magistra:' tanquam diceret, præcipuam et principem. Quod et pro primo usurpat Cicero Verrina ultima: 'Tum ut quisque in fuga ultimus, ita periculo princeps.' Ceterum quod hic est, 'extremum cadaver,' hoc alibi effert: 'Tune, ultima, non cessas lectorum juvenum capillamenta surripere?' et libro nono: 'Ad hæc ultima pistoris illa uxor subiciens.' *Grut. lib.* VII. *Susp. c.* 4. Colvius, *privum:* inepte. *Elmenh.* *Privum*. Colv. Vulgatam repudiandam non arbitror. *Brant.* Pes-

NOTÆ

[b] *Bono certe meo periculo, &c.*] Sic exprimas licet: Nihil est periculi quominus ea tu latronum atria esse dicas; aut, si quid sit, illud in me suscipio.

[c] *Temere cont.* [*contecta*] Schiopp. *contexta*. Elige.

[d] *Stipatis artubus*] Ob angustiam aditus.

[e] *Busti cadaver*] Convicium. Lib. VIII. 'At te, cadaver surdum ac mutum,' &c.

[f] *Vitæ dedecus*] Plaut. 'capuli,' hoc est, sepulcri decus.

[g] *Orci fastidium*] Quam Orcus, tametsi avidissimus omnium vorator,

domi residens lusitabis?[2] nec nostris, tam magnis, tamque periculosis laboribus solatium de tam [68] sera refectione[h] [3] tribues?[4] quæ diebus ac noctibus nil quicquam rei, quam merum sævienti[5] ventri tuo soles aviditer[6] ingurgitare.[i] Tremens ad hæc et stridenti vocula pavida sic anus: At vobis, fortissimi fidelissimique mei sospitatores[7] juvenes, affatim cuncta suavi sapore percocta[8] pulmenta præsto sunt; panis numerosus, vinum probe calicibus effricatis[9] affluenter immissum, et, ex more, calida[1] tumultuario lava-

quam unam Infernus respuit, sic feriata nobis ludes domi sedens? neque dabis levamen laboribus nostris tantis, tamque ancipitibus, saltem tam tardo cibo? tu, quæ nihil aliud consuevisti facere dies noctesque, quam ingerere vinum in tuum stomachum latrantem. Ad ista vetula trepidans formidansque sic respondit voce tenui et rauca: Atqui, o juvenes, mei validissimi fidissimique conservatores, ecce vobis omnia fercula abundanter cocta jucundo sapore; magnus panum numerus, vinum large infusum in crateras bene purgatas, et aqua calida, secundum consuetu-

sime in Ed. Pricæi vox *primum* loco suo mota, et post *Orci* est posita. Hinc Heinsius, non respectis aliis Edd. conjiciebat: *Orci primum fastidiolum*, vel *Orcinum*, aut *ustrini fastidium solum.* supervacne. *Oud.*—9 Prave copula deest Oxon. *Solum* abest Coll. Voss. Vide Beroald. et Pricæum. *Id.*—1 Palat. *occisa.* Coll. Voss. *arrisa.* Guelf. sec. *arisa.* Id.—2 *Lusitabis* Ms. al. *insicabil'.* Ex quo qui reconditius quid eruet, is magnam a me inibit gratiam. Nam ideo hæc hujusmodi diligentius hic ex scripto libro annotamus. *Colv.* Non male legeretur, *esitabis.* Sciopp. in Symb. Al. *esitabis.* Elmenh. Ms. al. *insicabil.* Forte, *ministrabis*, vel *mussitabis*, aut potius *mutitabis.* Quid si etiam, *morsicabis?* Facit, quod apud Festum legitur: 'Munitio, morsicatio ciborum.' Unde forte legendum, *munitabis.* Forte etiam, *incilabis.* Mihi nescio quid tale subolebat. Doctiores judicent, et explicent æstum meum. 'Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum'.' *Brant.*—3 F. *de t. fera profectione.* Brant. Est et, qui legat: *die tam sera, ref.* Sed bene vulgatum leviter defendit Pricæus. *Oud.*—4 Vulg. *tribuas.* Colv. Præter Ed. Junt. post. Msstis consentientem in *tribues.* Fux. *tribuens.* Oud.—5 Corrupte Oxon. *servientis.* Idem.—6 Pal. *avariter.* Recte. Plaut. Curc. Act. I. Sc. 2. 'Hoc vide, ut ingurgitat impura in se merum avariter, faucibus plenis.' *Elmenh.*—7 Ibidem, *hospitatores.* Colvius. Fux. *sospitatores*, et agnovit Beroaldus. *Roald. Hospitatores.* Sic Mssti. Al. *sospitatores.* Elmenh.—8 Pal. *cocta.* Guelf. pr. a m. pr. *percerta.* Oud.—9 Flor. *exfricatis.* Elmenhorstius. Pith. *etflicatis.* Vide ad lib. I. pag. 2. 'Sudorem exfrico.' In Pal. *calcibus.* Oud.—1 Ed. Vicent. *calidaque:*

NOTÆ

fastidit tamen et respuit. Plaut. Pseudolo, de coquo novendiali: 'Eam ob rem Orcus recipere hunc ad se noluit, Ut esset heic, qui mortuis cœnam coquat.'

[h] *De tam sera refectione, &c.*] Similiter lib. III. 'Nostræque viduitati ac solitudini de vindicta solatium date.' 'Sera refectio' vulgo est vesperna, seu merenda. Hic 'tam sera refectio' cœna est, ut patet ex sequentibus, sed paulo maturior quam solebat.

[i] *Soles aviditer ingurgitare*] Notatæ passim temulentiæ anus. Vide Plaut. in Curcul. et aliis multis locis.

cro vestro præparata. In fine sermonis hujus, statim sese devestiunt: nudatique, et flammæ largissimæ vapore [2] recreati, calidaque [3] perfusi, et oleo peruncti, mensas dapibus largiter instructas accumbunt. Commodum cubuerant: [4] et ecce quidam longe plures numero juvenes adveniunt [5] alii, quos incunctanter [6] adæque latrones [7] arbitrarere. Nam et ipsi [8] prædas aureorum argenteorumque [9] nummorum, ac vasculorum, vestisque sericæ et intextæ [1] filis aureis [k] invehebant. Hi, simili lavacro refoti,[2] inter toros [3] sociorum [l] sese reponunt: tunc,[4] sorte ducti, ministerium

dinem parata vestro subitario balneo. His dictis, exuunt se repente: despoliatique, et refoti calore ignis luculentissimi, respersique aqua calida, et perliti oleo, accubant ad mensas oneratas magna copia ciborum. Vix discubuerant, cum alii quidam juvenes adveniunt multo majore numero, quos tu statim crederes esse similiter prædones. Ipsi enim apportabant quoque spolia, nummos scilicet aureos argenteosque, ac vasa, vestemque sericam et intextam liciis aureis. Hi refecti consimili balneo locant se inter lectos suorum sociorum: mox aliqui sorte lecti ministrant

f. pro *calida aqua*, ut exaratur in D'Orvilliana, sed absque necessitate. Mox, 'calidaque perfusi.' Vide ad lib. II. pag. 81. 36. Mox *vestro* abest a Coll. Voss. *Id.*—2 Τὸ *vapore* abest a Bertino. *Elmenh.* Minus recte, ut opinor. Nec enim pertinet hoc ad illam Ellipsin, de qua supra, 'animi recreatus,' vel infra lib. VIII. init. 'morum improbatus.' Hygin. lib. II. Astron. c. 1. 'Corpus, exercitatione defessum, in flumine cum recrearet.' *Oud.*—3 Abest hic a Palat. *que*. In D'Orvill. *calideque*. In marg. Bas. pr. *calidæque*. Id.—
4 Hæc scripta lectio, quæ etiam est in Colon. editione. Ven. Rom. *combuerant*. Ber. *coquerant*. Bas. 1. *coquierant*. 2. *consederant*. Illud *combuerant* forte depravatum ex *concubuerant*. Colvius. *Consederant*. *Cubuerant* magis ad ritum antiquum est in lib. Aldi. *Roald.*—5 *Juv. adv.* Bert. *instructus a.* male. *Elmenh.*—6 *Incontanter*. [Sic semper scribit Oud.] Reg. Guelf. sec. Edd. Junt. pr. Aldi, *incunctanter*. Vide ad lib. III. p. 54.—7 *Latrones* caret Reg. Fux. in quo, uti et Palat. D'Orvill. *arbitrare*. Id.—8 Guelf. pr. *ipsa*. Id.—
9 Enclitica vox abest a Pith. D'Orv. Fux. *Argentareorumque* in Oxon. Pith. Guelf. pr. *Id.*—1 D'Orv. *et sericæ et intectæ*; primum bene, alterum pessime; licet *intectæ* sit quoque in Guelf. pr. 'Vestibus intextum aurum' lib. II. init. et passim. Dein *invehebatur* Pith. *Id.*—2 *Refecti*. Fux. *refoti*. Roaldus. *Refoti*. Vulgo, *refecti*. Elmenh.—3 *Foros*. Restituere conati *choros*: sed probum est, quod editur, dictum de latronibus, qui sociis jam accumbentibus supervenerunt, qui pariter calida perfusi, et peruncti oleo, lectulis sese injecerunt, inseruerıntque iis locis ('foros' vocat), ubi socii rarius, nec satis apte et continuate accubuissent. A foris illis deducta,' 'forare,' 'fores,' 'foras.' Adeundus Festus et Nonius Marcellus. *Stewech.* Ms. et Col. *choros*. Legit Lipsius, *toros*. Colvius. Fux. *choros*, et Ald. *Roald.* *Thoros*. Al. *choros*. Elmenhorstius. M. *thoros*. Putean.—4 *Nunc*. Ms. et editiones pleræque,

NOTÆ

[k] *Et intextæ filis aureis*] Aurum intexere vestibus invenit Attalus Rex: unde Attalicæ dictæ.

Delph. et Var. Clas.

[l] *Inter toros sociorum*] Quidam legunt *foros*; quod si quis retinere malit, intelligenda erunt sedilia, vel

Apul.

faciunt. Estur ac potatur incondite;[5] pulmentis acervatim,[6] panibus aggeratim,[7] poculis agminatim ingestis. Clamore ludunt, strepitu cantillant, conviciis jocantur: ac jam[8] cetera semiferis Lapithis Thebanis Centaurisque[m] similia.[9] Tunc inter eos unus, qui robore ceteris antistabat,[1] Nos

ceteris. Editur bibiturque incomposite, importatis in mensas acervis ferculorum, aggeribus panum, et agminibus craterum. Ludunt cum vociferatione, cantitant cum strepitu, cavillantur contumeliosis verbis: et jam quoad reliqua omnia referebant Lapithas Thebanos et Centauros semibestias. Tunc unus ex illis, qui super-

tunc. Colvius. Fux. *tunc,* et Ald. *Roald.* Mss. *tunc.* Putean. Item mei præter Florent. forsan, et Edd. ante Basil. sec. et Colv. Quare id restitui. *Oud.*—5 *Estur ac potatur.* Vulgati addunt dictionem, *E. ac p. incondite.* Colv. Τὸ *incondite* male expunxit Vulcanius. Sic vetus interpres Origenis h. 3. f. 270. in Job. dixit, 'infrunite manducare.' *Elmenh.*—6 Guelf. sec. *averratim.* Oud.—7 Ms. D'Orv. *aggregatim,* sollenni confusione. Vide ad lib. II. pag. 34. 'Aggeratis in cumulum stragulis.' *Id.*—8 In Cod. D'Orvill. non comparet τὸ *jam.* Id.—9 *C. s. Lapithis, Thebanis, Centaurisque s.* Nisi me opinio fallit, scripserit ipse Auctor, *similes.* Græcum loquendi morem agnoscis; scio, Romanis quoque non neglectum, 'cetera similis huic,' 'cetera bonus.' Virgilius: 'Consertum tegmen spinis, at cetera Graius.' Apuleius libro decimo: 'Possumus quidem omnia cetera fratres manere, ab isto tamen nexu communionis discedere.' Iterum primo Floridorum: 'Cum in artificio patris foret tibicinus: Phryx cetera et barbarus.' Redeo ad præcedentia: quod enim Thebanos semifero et truci hominum generi annumeravere, ipsis nolentibus arbitror factum: quare restituendum suspicor, *Threcibus, Centaurisque.* Threces enim, a temulentia et insolentibus moribus inter conviventdum, male semper audisse, testis mihi, præter Herodotum et ceteros historiographos, Horatius lib. I. Ode 27. *Stewech.* Ms. *Laphytis.* Bas. 1. margo, *Thelamibus.* Beroald. legit, *Telamonibus.* Vide ipsum. *Colv.* Flor. *L. Thebanibus.* Rom. et Ven. *L. Thelamibus.* Ber. *L. Thelamis.* Bero. *L. Thelamonibus.* Vide Ovid. lib. XII. Metam. Paus. lib. V. Diod. Sic. Biblioth. lib. IV. Hygin. Fab. 33. *Elmenh.*—1 *Ceteros anteibat.* Repone veterem lectionem, *ceteris antistabat.* Infra: 'Sed animi robore ceteris antistaret.' Item lib. VII. lib.

NOTÆ

viles et lignei lecti latronum, scamnis nautarum, et navium tabulatis, quæ 'fori' appellantur, haud absimiles. Magis placet *toros.*

m *Semiferis Lapithis Thebanis Centaurisque*] Nota est Lapitharum et Centaurorum in nuptiis Pirithoi et Hippodames rixa super mero debellata. Lapithæ populi erant Thessaliæ, montes Pindum et Othryn incolentes. Itaque, si sincera sit hujus loci scriptio, Thebani hic dicuntur a Thebis, Thessaliæ oppido, cujus meminit Plin. lib. IV. c. 8. non autem ab inclytis illis Thebis Bœotiis, quas Cadmus condidit. *Semiferos Lapithas* mirum quare Noster vocet. Malim ego, translata una voce, legere: *ac jam cetera Lapithis Thebanis, Centaurisque semiferis similia.* De Chirone Centauro Ovid. Metamorphos. lib. II. 'Semifer interea divinæ stirpis alumno Lætus erat.'

quidem, inquit, Milonis Hypatini[2] domum fortiter expugnavimus. Præter tantam[3] fortunæ copiam, quam nostra virtute nacti sumus, et incolumes[4] numero castra nostra petivimus;[5] et, si quid ad rem,[6] octo pedibus auctiores[7] [n] remeavimus.[8] At vos, qui Bœotias urbes[9] appetistis, ipso duce vestro fortissimo [69] Lamacho [o] deminuti,[1] debilem numerum reduxistis: cujus salutem[2] merito sarcinis istis, quas advexistis,[3] omnibus certe[4] antetulerim. Sed illum

abat reliquos viribus, Nos quidem, ait, strenue perrupimus ædes Milonis civis Hypatensis. Præter tantam abundantiam opum, quam nobis strenue peperimus nostra fortitudine, recepimus nos etiam in nostra castra salva omni turba nostra, et reversi sumus ditati octo pedibus, si hoc etiam aliqua in parte lucri putandum sit. Vos vero, qui aggressi estis urbes Bæoticas, reduxistis imminutum numerum vestrorum, amisso ipso Lamacho vestro strenuissimo duce, cujus vitam profecto jure prætulerim omni isti prædæ, quam apportastis. Verum nimia quidem ejus forti-

xi. *Colv.* Fux. *antestabat.* Roald. Magis probo *antistabat.* Brant.—2 Scriptum, *Ypati.* Colvius. Sic Palat. Guelferb. uterque, ac Regius, Fux. Oxon. D'Orv. sive *Hypati* vel *Hypathi.* Oud.—3 *Tantæ.* Vulgo, *tantam.* Colvius. Flor. *tantam.* Elmenh.—4 *Incolumi.* Flor. *incolumes.* Elmenh. Hoc jam recepit Scriverius, et confirmatur a D'Orvillano; eamque scripturam præfero. *Oud.*—5 Immo vero *repetivimus* legendum cum N. Heinsio ad Ovid. Metam. l. xv. 569. ut statim 'remeavimus:' et p. 79. 'latrones remeant:' ubi plura. *Id.*—6 Minus eleganter quidam, *ad rem facit.* Colvius. *Ad rem fecit.* Fux. *ad rem facit.* Roald. Colvius τὸ *facit* male delet, cum etiam sit in Florentinis et Bertino. *Elmenh.* Atqui abest a Bertino, uti et ab Edd. ante Colvium, Beroaldina, et Bas. pr. easque secuti sunt Vulc. Wow. Pric. et recte, judice N. Heinsio d. l. qui ibidem mallet, *si quid id ad rem.* Vulgaris est formula: 'Hoc nihil ad rem.' Et 'facere ad aliquid' non tam significat prodesse, apud optimos scriptores, quam convenire. Nostri tamen omnes agnoscunt verbum. *Oud.*—7 Palat. Guelf. sec. *autitores.* Id.—8 Bert. *remeamus.* Elmenh.—9 *Urbes* exsulat a Bertin. *Oud.*—1 *Lam. diminuti.* Flor. *Lamato.* Bert. *imminuti.* Elmenh.—2 Guelf. sec. *salus.* Oud.—3 Ut p. 78. 'Prædas adveximus:' et passim. D'Orvill. habet *eduxistis*, forte pro *evexistis*, ut Cic. I. Verr. c. 20. 'Omnia ex fanis plaustris evecta.' Sed nil muto. *Id.*—4 *Terræ.* Ad oram libri adhibuere, *certe.* Quid si genuinum credamus, *ter antetulerim?* quomodo et pro forma antiqua erat, 'ter quaterque beatum.' *Stewech.* *Certe.* Τὸ *certe* abest a Pal. et Flor. *Elmenh.* Item a Regio, Fux. Guelf. utroque, Lips. Oxon. D'Orvill. uncisque inclusere Elmenh. et ceteri. Nec male, licet sæpe sic 'certe' pro, hercules, profecto, utatur Auctor.

NOTÆ

[n] *Octo pedibus auctiores*] Propter duo jumenta quadrupeda, quæ secum adduxerant, Apuleium et ejus equum: alter enim asinus, succisis poplitibus, fuerat ex itinere deturbatus in præceps.

[o] *Lamacho*] Nomen fortissimo latroni conveniens, invictum enim significat. Hesychius, Pricæo laudatus, Λάμαχος, ἄμαχος, ἀκαταγώνιστος.

quidem utcumque nimia[5] virtus sua peremit. Inter inclytos reges ac duces præliorum tanti viri memoria celebrabitur.[6] Enim vos[7 p] bonæ frugi latrones inter furta parva atque servilia, timidule[8] per balneas et aniles cellulas reptantes,[9] scrutariam facitis.[q] Suscipit unus ex illo posteriore numero: Tune[1] solus ignoras, longe faciliores ad expugnandum domus esse majores?[2] quippe, quod, licet numerosa familia latis deversetur[3] ædibus, tamen quisque magis suæ saluti quam domini consulat opibus. Frugi autem et solitarii[4] homines fortunam parvam, vel certe satis amplam dissimulanter obtectam, protegunt acrius, et

tudo aliquatenus sustulit ipsum e vivis. Memoria tam præstantis viri prædicabitur inter claros Reges et Imperatores pugnarum. Vos autem, prædones frugales, exercetis scrutariam artem inter furta tenuia et servilia, perrepentes pavide balneas et domunculas anuum. Unus ex illa turba posteriore respondet: An tu unus nescis ampliores ædes esse multo faciliores expugnatu? quia nempe, tametsi magnus numerus servorum habitet in amplis domibus, unusquisque tamen potius provisum vult suæ vitæ, quam bonis heri sui. Homines autem parci et privati pertinacius defendunt atque custodiunt etiam cum discrimine suæ vitæ opes tenues, aut etiam ingen-

---

Terræ vitiose erat in Bas. pr. In Palat. quoque *antetulerim.* Oud.—5 Malim ex Ful. Cod. *Sed illum quidem virum nim.* Wow. Sunt libri, in quibus legas: *Sed illum quidem virum nim.* Sciopp. in Symb.—6 Palat. Guelf. sec. *celebraretur*, D'Orvill. *celebratur.* Fors. *celebretur.* Oud.—7 Vulgati, *Enim vero vos.* Ex eodem libro veteri rescripsimus Floridorum l. II. (N. 9.) 'Enim non pigebit me commemorare, quod illum non puditum est ostentare:' et Flor. lib. IV. et Apologia II. et alibi. Plautus Persa: 'Enim metuo, ut possim in bubilem rejicere, ne vagentur.' Milite: 'Enim cognovi hunc: fecisti modo mihi ex proclivo palam rem.' Paulus l. XXVIII. D. de Probat. 'Et hoc, id est, quod Græci dicere solent ἐν πλάτει: enim potest hoc memoria teneri.' Qui locus valde in vulgatis libris nostris ab interpunctione laborat. *Colv.*—8 Vulgo, *timidicule.* Elmenh.—9 Scriptura vetus, *tentantes.* Colv.—1 Reg. *Tume.* Oud.—2 Oxon. *domose minores.* Sed *domus* Accus. plur. Nostro sæpius. Vide ad p. 71. *Id.*—3 Sic Ms. D'Orvill. et Edd. Vett. non *divers.* Id. —4 Pith. *insolitari.* Id.—5 Palat. *fide.* Oxon. et Guelferb. *modo* pro *meo.* Id.

NOTÆ

p *Enim vos*] 'Enim' hic positum loco, autem, vel sed, vel atenim, ut apud Plaut. Aulul. Act. III. Scen. 5.

q *Per balneas, &c. scrutariam facitis*] Furando rubiginosas strigiles, ampullas rubidas, soleas veteres, et pannosas vestes, aliasque id genus veteramentorum quisquilias, quæ scruta dicuntur. Horat. lib. I. Epist. 'Vulteium mane Philippus Vilia vendentem tunicato scruta popello Occupat.' Et ejusmodi scruta vendentes scrutarii dicti sunt, et eorum ars scrutaria. Lucilius: 'Scrutariu' laudat Præfractam strigilem, soleam improbu' dimidiatam.' Hinc verbum 'scrutari,' quod est, vel minima quæque diligenter investigare.

sanguinis sui periculo muniunt. Res ipsa denique fidem sermoni meo dabit. Vix enim Thebas Heptapylos[r] accessimus, quod est huic disciplinæ primarium studium: sed dum sedulo[6] fortunas[s] inquirebamus populares. Nec nos denique latuit Chryseros[7] quidam[t] nummularius, copiosæ pecuniæ dominus; qui, metu officiorum ac munerum publi-

tes caute celatas. Postremo, quod vobis dico, comprobabitur ipsa re. Nam vix pervenimus Thebas, urbem septem portarum: at, dum percontabamur diligenter opes uniuscujusque civium, (quæ est prima cura hujus nostræ artis,) tandem nobis innotuit quidam Chryseros fœnerator, possessor numerosæ pecuniæ; qui, timens officia,

—6 *Vix e. T. H. accessimus: quod est h. d. pr. studium. Sed dum s. &c.* Notio morbi, pars est, inquiunt, sanitatis: facile admiserim; utique hodie, quo tanta Æsculapiorum ubique copia. Lubet itaque corrupta hæc Apuleii protrahere. Sanet, cui hoc indulsit ille Phœbus. Quidni enim agnoscam vitium? cum nulla idonea sententia his subsit verbis. Ei, quoniam medendo impar sum, liceat saltem fomenta adhibere. Tentabam: *quod est h. discipl. pr. studium, sectim sedulo fortunam i. popularim* [Vultne *popularem*, an *popularium?*] *nec nos, &c.* Sane prorsus est ex disciplina latrocinantis hujus sectæ, divisim se immiscere populo, atque ita sigillatim cuncta pervenari. Similis invenitur constructio hoc libro infra: 'Quod enim ex usu foret omnium, me solum resistentem pro domus limine, cuncta rerum exploraturum solicite, dum redirent.' Hoc alibi laciniatim vocat libro octavo: 'Non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu difficultates illas transabiremus.' Quod verbum reddam Senecæ Epist. XXXII. 'Multum nocet, et qui moratur; utique in tanta brevitate vitæ: quam breviorem inconstantia facimus, aliud subinde ejus atque aliud facientes initium: diducimus illam in particulas ac lancinamus.' Alias est *laniamus.* Nihil verius, quam fuisse *laciniamus.* Grut. Lib. VII. Susp. c. 6. Pro vocula *vix, nox* repono; id est, noctu; ut apud Plautum Asinar. 'Nox, si voles, manebo:' et in 12. SEI. NOX. FVRTVM. FACTVM. FRIT. apud Macrobium lib. I. Saturn. cap. 4. Nam illud, *quod est huic disciplinæ primarium studium*, vix video, quo referri possit, nisi hic ita, id est, *nox* legamus. Tum enim explicabitur hic locus ex alio infra: 'Et ex disciplina sectæ servato noctis illunio tempore, quo somnus obvius impetu primo corda mortalium validius invadit, ac premit, et examussim capto noctis latrocinali momento.' Scitum Juvenalis [Horatii] illud: 'Ut jugulent homines:' et 'nocturnus grassator,' ap. Petron. *Brant. Thebas Heptapylos.* In Oxon. est *Heptapyles.* In Ed. Junt. post. *Heptapylas.* Prave. Amm. Marcell. lib. XXII. c. 16. de Thebis Ægyptiis: 'Hecatonpylos enim Thebas nemo non novit.' *Oud. Fortunam popularem.* Fux. *fortunas populares.* Roald.—7 Oxon. *Crisereos.* Guelf. sec. *Cirycos*, vel *Chrisecos.* Pal. *Chirseros.*

NOTÆ

[r] *Thebas Heptapylos*] Bœoticas illas a Cadmo conditas ἑπταπύλους dictas a septem portis; ad distinctionem Thebarum Ægyptiarum, a Libero patre, ut ferunt, conditarum, quæ a centum portis dictæ sunt ἑκατόμπυλοι.

[s] *Quod, &c.* [*Sed dum (quod est huic disciplinæ primarium studium) sedulo fortunas, &c.*] Rectum hunc loci hujus ordinem debemus Pricæo.

[t] *Chryseros quidam*] Nomen avaro nummulario apprime conveniens; auri enim amatorem significat.

corum,[u] magnis artibus magnam dissimulabat[8] opulentiam. Denique solus ac solitarius parva, sed[9] satis munita, domuncula contentus, pannosus alioquin[1] ac sordidus, aureos folles incubabat.[2] [w] Ergo placuit ad hunc primum ferremus aditum; ut, contemta[3] pugna manus unicæ, nullo negotio[4] cunctis opibus otiose potiremur.[5] Nec mora, cum noctis initio foribus ejus præstolamur:[6] quas nec sublevare, neque dimovere, ac nec perfringere quidem

et munera publica, celabat amplas opes magno astu: postremo, solus et semotus a ceteris, contentus tenui casa, sed bene munita, ceterum pannis obsitus, ac sordide victitans, custodiebat bulgas auri plenas, incumbens eis. Igitur visum est nobis hunc aggredi primum: ut, spreta resistentia unius tantum manus illius, otiose occuparemus absque difficultate omnes ejus divitias. Neque cunctati, præsto adsumus nocte ineunte ad ostium ipsius: quod nobis non videbatur consultum sustollere, ne-

Oud.—8 D'Orv. *dissimularet.* Id.—9 *Sed* abest ab Oxon. *Id.*—1 *Alioquin* non est in Bertino. *Elmenh.* Uti sæpe desideratur perperam in illo codice, et hinc male a nonnemine uncis includitur. Vide ad l. II. init. 'Anxius alioquin.' In Palat. et Edd. Colv. Vulc. *sordibus.* Oud.—2 Vulgo, *sordibus aureorum f. i.* Livius lib. VIII. 'Incubantes publicis thesauris.' Seneca lib. I. de Ira cap. ult. 'Acervis auri argentique incubat.' Salvian. 'Incubat defossis metallis.' *Elmenh.*—3 *Cont.* Correxit Beroaldus *concepta,* quem omnes Editiones secutæ. Nos scriptam lectionem loco movere noluimus. *Colv. Concepta.* Fux. *contemta.* Roaldus. *Contemta.* Ita et vulgati et scripti libri referunt. Sed de sententia minus constat. Putarim emendandum: *commenta,* vel, *contenti,* scilicet Lamachi. Nempe ut ille solus januam sublevaret, aut claustra evelleret, atque ita ipsius unicæ manus pugna furtum expediretur; reliqui otiose præda potirentur. *Wower.* *Contemta.* Sic Colvius ex Lipsii libro legit, sic in Bertiniano, sic in Fulviano reperi. Emendare autem et illustrare conatus sum libro Suspect. Lect. II. Epist. 8. ut scilicet legatur *contenta:* ut nimirum pugna tali, quæ unius manu contenta esset, conficique posset, cunctis opibus potirentur. *Contentus alicujus rei,* quam bene Latine dicatur, ibidem docui, neque me sententiæ etiamnum pœnitet: cum apud Velleium libro II. de Mæcenate legam: 'Vixit angusti clavi pæne contentus.' *Sciopp. in Symb. Consepta.* Fl. *contemta.* Alii, *contenta.* Wower. *commenta:* vel *contenti.* Vide Scioppium Suspect. Lect. lib. II. Epist. 8. *Elmenh.*—4 Bertin. *cum nullo n.* Guelf. pr. *velle negato.* Oud.—5 Flor. *potiretur.* Male. *Elmenh.* Fux. a m. pr. *poteremur.* Oud.—6 Ms. *postulatis.* Col-

NOTÆ

[u] *Metu officiorum ac munerum publicorum*] Munus publicum, ex lib. XIV. ff. de Muner. et Honor. est quod in administranda Republica cum sumtu subitur sine titulo dignitatis, ideoque ejusmodi munera a pauperibus rejici in divites solebant. Ea de causa avarus Chryseros refugiebat dives videri, quo facilius ea detrectaret, si offerrentur.

[w] *Aureos folles incubabat*] Non longius ab iis discedebat, quam gallina ab ovis, quibus incubat. Similiter Seneca, lib. I. de Ira, cap. ultimo: 'Acervis auri argentique incubabat.' Folles hic sunt crumenæ, sive sacci ex aluta.

nobis videbatur; ne valvarum sonus cunctam viciniam [70] nostro suscitaret[7] exitio. Tunc itaque sublimis ille[8] vexillarius noster Lamachus,[9] spectatæ[1] virtutis suæ fiducia, qua clavi[2] immittendæ foramen[x] patebat, sensim immissa manu, claustrum evellere gestiebat. Sed dudum scilicet[3] omnium bipedum nequissimus[y] Chryseros, vigilans et singula rerum sentiens, lenem gradum et obnixum[4] silentium tolerans, paulatim arrepit; grandique clavo manum ducis nostri repente nisu[5] fortissimo ad ostii tabulam[6] offigit:[7] et, exitiabili nexu patibulum[8 z] relinquens, gurgus-

que divellere loco, ac ne effringere quidem; ne stridor forium excitaret omnes vicinos in nostram perniciem. Tunc igitur ille magnificus antesignanus noster Lamachus, confidentia suæ fortitudinis toties probata, conabatur extrahere repagulum, intromissa paulatim manu, qua parte ostium erat perforatum ad inferendam clavem. Verum Chryseros, scelestissimus omnium animalium bipedum, expergefactus scilicet jampridem, et cognoscens quicquid gerebatur, accedit placide incedens suspenso gressu, et servans obstinatum silentium; et subito affigit validissimo conatu manum antesignani nostri ad tabulam januæ ingenti clavo: et, linquens eum affixum con-

vius. Fux. *postulatis.* Roaldus. Flor. *præstolatis.* Elmenh.—7 Oxon. a m. pr. *sciscitabatur.* Dein Fux. *vicinio.* Oud.—8 Exulat τὸ *ille* male a D'Orvill. In Vulc. Ed. *noster ille vexill.* Id.—9 Flor. *Lamathus.* Elmenh. Ut in Edd. Vett. *Lamatheus* D'Orv. et sic in seqq. Al. *Lamacus.* Oud.—1 *Spectata.* Fux. *spectatæ.* Roaldus. Item Reg. ac D'Orvill. Quod præfero. Passim quasi ex formula occurrit 'spectata virtus.' Infra l. x. 'Pietatis spectatæ juvenis.' *Oud.* —2 Iidem, *clavis.* Colvius. *Clavi emittendæ.* Rom. *clavis em.* Elmenh.—3 *Scilicet* exulat immerito a Cod. D'Orvill. Adi ad lib. III. p. 61. Dein *Chiriseros* Oxon. *Oud.*—4 Cod. D'Orv. Edd. Ber. Bas. pr. *obnoxium.* Prave. Infra: 'Premens obnixum silentium.' Auson. Epist. xxv. 28. 'Obnixum, Pauline, taces.' De verbo 'tolerare' adi ad lib. II. pag. 22. Pro *lenem* in Guelf. pr. *levem.* Idem.—5 De more rursus habent Edd. ante Bas. sec. *nixu,* ut et Lugd. cum Guelf. pr. *Idem.*—6 F. *valvam.* P. 11. 'Valvas stabuli.' *Heins.*—7 Fux. *offidit.* Roaldus.—8 Emendabis, *patibulatum.* Wow. *Patibulatum.* Sic recte Scaliger. Mss. et vulgati legunt,

NOTÆ

[x] *Qua clavi immittendæ foramen, &c.*] Amplum illud quidem, ut ex hoc loco videre est, utpote transmittendæ manui patens. Claves quippe illæ ostiorum domus ingentes erant, earumque custodia penes servos. Hinc jocus ille Martialis in Euclidem, qui sibi ipse dominus erat et familia, lib. v. Epigram. 35. 'Equiti superbo, nobili, locupleti, Cecidit repente magna de sinu clavis.' Clavium figuras varias vide apud Pignor. de Servis.

[y] *Bipedum nequissimus*] Alexander Severus, de Caracalla apud Spartianum: 'Ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum nequissimus.' Bipedes hic homines intellige, cum cetera terrena animalia sint quadrupeda.

[z] *Pat.* [*Patibulatum*] Sic affixum ostio, ut nocens patibulo affigitur. Hoc *patibulatum* a Scaligero est. Habent multa exemplaria *patibulum:* quod in eundem sensum tuetur Lip-

tioli sui[9] tectum ascendit; atque inde contentissima voce clamitans, rogansque vicinos, et unumquemque proprio nomine ciens, et salutis communis admonens, diffamat incendio repentino domum suam possideri. Sic unusquisque, proximi[1] periculi confinio territus, suppetiatum decurrunt[2] anxii. Tunc nos in ancipiti periculo constituti, vel opprimendi nostri,[a] vel deserendi[3] socii, remedium e re nata validum[4 b] eo volente comminiscimus.[5] Antesignani[6]

nexione letali, conscendit tectum sui tugurii; et illinc clamans altissima voce, et obsecrans vicinos, ac vocans singulos suo nomine, monensque ut consulerent communi conservationi, deblaterat ædes suas correptas esse subitis flammis. Sic cuncti paventes propinquitate periculi imminentis provolant soliciti, laturi auxilium. Tunc nos, positi in ambiguo discrimine, aut incidendi in manus accurrentium, aut relinquendi nostri commilitonis, excogitamus ex tempore remedium strenuum ipso ju-

****

patibulum. Elmenh.—9 Abest *sui* a Bertin. *Oud.*—1 In membranis Reg. Oxon. Pal. D'Orv. Guelf. sec. exaratur *proximus.* Quod præstare videtur: quamvis et *proximi* esse possit nominativus, at nimis dubius. *Id.*—2 Vulgati, *decurrere.* Colv.—3 Palat. *deflendi.* Oud.—4 *Medium.* Reposuit Beroaldus, *remedium.* Colvius. Fux. *remedium,* et Ald. et Beroald. *Roald.* Ne auscultemus, quæso, Beroaldo substituenti *remedium.* De duobus quæstio ac deliberatio erat, an desererent commilitonem, an vero occiderent. Nunc medium invenerunt, quo nec occideretur, nec desereretur, eique amputarunt manum. Sic Seneca Epist. XXII. 'Quemcumque vis occupa adolescentem, senem, medium; invenies æque timidum mortis.' *Medius* hic, qui nec plane senex, nec plane adolescens, scilicet, ut explicat Martialis: 'Illud quod medium est, atque inter utrumque probamus.' *Grut.* Beroaldus, *remedium.* Male. Vide Gruterum l. VII. Susp. c. 6. *Elmenh.* Sicuti Beroaldus, habent Mss. B. M. *remedium.* Putean.—5 Vetus edita lectio, *commissimus.* Unde scripsit Beroaldus, eumque alii secuti, *comminiscimur.* Comminiscere, ut Argumentare, Fabulare, Demolire, quorum postremum Alfenus Ulpianusque, non solum juris nostri, sed et Latinitatis probatissimæ idonei auctores non semel duntaxat usi; si quidem Florentinam lectionem sequimur: hic l. I. D. ad L. Aquil. et l. XXXVII. de Dam. inf. ille l. XXX. Locati, et l. XII. de Usufr. leg. Vide Diomed. et Priscianum lib. VIII. lib. XI. *Colv.* *Commissimus.* Fux. *comminiscimus.* Beroal. *comminiscimur.* Roald. Ms. *comminiscimus:* et statim, *Antesignarii nostri.* Sciopp. in Symb. *Comminiscimus.* Vulgo, *comminiscimur.* Bertin. et Rom. *commisimus.* Male. *Elmenh.*—6 Alii, *Antesignarii.*

NOTÆ

sius, Elect. lib. I. cap. 18. quasi sit a nominativo 'patibulus,' masc. gen. quod idem sit ac *patibulatus.* Ipsum vide. Patibulatus apud Plautum, Mostel. Act. I. Scen. 1. cruci affixus, eamque gestans per vias: 'O carnificum cribrum, quod credo fore; Ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis, si huc reveniat senex.'

[a] *Opprimendi nostri*] 'Opprimendi' hic passive sumitur *(d'être surpris):* 'nostri' autem, et 'vestri,' pro, nostrum, et vestrum, qua ratione dicatur, vide apud Gell. Noct. Attic. lib. XX. cap. 6.

[b] *Rem.* [*Medium*] *e re nata validum*] Legit Pricæus *remedium calidum,* hoc est, citum, repentinum. Sed nihil

nostri partem qua manus humerum subit,[7] [c] ictu per articulum medium temperato,[8] prorsus abscidimus;[9] atque ibi[1] brachio relicto, multis laciniis offulto[2] vulnere,[d] ne stillæ sanguinis vestigium proderent, ceterum[3] Lamachum raptim reportamus.[4] Ac, dum trepidi regionis[5] [e] urgemur gravi

bente. Resecamus omnino membrum nostri ducis, qua manus humero jungitur, ictu librato per medium juncturam; et relicto illic brachio, obvoluta plaga multa veste, ne guttæ sanguinis indicarent qua fugissemus, asportamus citissime quod supererat de Lamacho. Dumque magnus strepitus instat nobis trepidantibus ob

Elmenh. Uti in Cod. Fulv. Par. Oxon. Guelf. pr. D'Orvill. ut passim a librariis erratur. Vide Drak. ad Liv. IV. 47. *Oud.*—7 Palat. *subiit*, cum Guelferbytanis. In primo *humeri*. Id.—8 Ms. Ald. Bas. 1. *temerato*: temere. Supra lib. III. 'Per scapulas ictu temperato.' *Colv. Temerato.* Fux. *temperato.* Ald. et Beroald. *Roald.* Flor. et Rom. *temerato.* Elmenh. Sic etiam Pith. Oxon. et Ed. Vicent. *Temerario* in Palat. Guelf. et D'Orv. vitiosissime. De Beroaldina emendatione pro, librato, directo, dubitare nemo potest. *Oud.*—9 Ms. Bas. 1. *abscindimus.* Illud malui. Sic infra legimus lib. V. (p.101.) 'Nisu quam valido noxii serpentis nodum cervicis et capitis abscide.' Sic *excidere*, non *excindere*. Apol. I. 'Sed dorsis squallentibus excidenda.' Et ita plerumque Plautus. *Colv.*—1 *Atque ibi.* Perperam Ed. Scriverii, *a tibi.* Pricæi, *a. ita.* Pro *brachio* in Pith. est *hebio.* Oud.—2 Alii, *affulto.* Lib. I. 'Quod vulnus, qua maxime patebat, spongia offulciens Panthia.' *Elmenh. Effulto* Oxon. uti d. l. p. 10. etiam turbatur. *Oud.*—3 Attentum lectorem non prætervolabit adverbium *ceterum*. Me quidem aliquando torsit, eoque perveneram temeritatis, ut deflecterem ad vocem argumento aptiorem: *lacerum* puta, vel *scævolam*: quæ et sono vulgatæ affines. Sed o tristium ineptiarum labores. Tolle solum punctum desuper, et res facta est; nomen quippe habendum, vultque Auctor, reportasse latrones Lamathum corpore imminutum: unde eadem sententia statim dicit de hoc ipso: 'Cumque nulli nostrum spontale parricidium suadens persuadere posset, manu reliqua sumtum gladium suum, diuque deosculatus, per medium pectus ictu fortissimo transadigit.' Itaque 'ceterum,' ut et 'reliquum' nominari Lamathum apparet, comparatione integri hominis. *Grut.* Vidit jam Beroaldus, et quis non? *Oud.*—4 Palat. Guelf. pr. *reportavimus.*—5 Vetus liber cum editionibus aliis, *religionis*, et Venetus, *tumulto.* Colvius. *R. urguemur.* Sic Rom. Alii, *r. urgemur.* Vide Indicem. *Elmenh.* Lego cum Manuscript. C.

NOTÆ

necesse est immutare, nisi forte pro *medium* reponendum *remedium*.

[c] *Qua manus humerum subit*] In flexura cubiti. Manum hic intellige quicquid a cubiti flexu ad extremos ungues pertinet. Reliquum brachium, ut hic, sic apud Anatomicos 'humerus' dicitur.

[d] *Offulto vulnere*] Lib. I. 'Quod vulnus, quam maxime patebat, offulciens Panthia.'

[e] *Trepidi regionis*] Ignari hominumque locorumque. Virgil. Æneid. lib. XII. 'trepidæ rerum:' ad quæ verba Servius, 'nescientes quid agant ignaræ auxilii.' Posset etiam legi *trepidæ regionis urgemur gravi tumultu*, id est, tumultu hominum illius regionis trepide concursantium, ad restinguendum incendium, quo Chryseros diffamaverat correptam esse suam domum.

tumultu, et instantis periculi metu terremur ad fugam; nec vel sequi propere, vel remanere tuto potest; vir sublimis animi,[6] virtutisque præcipuus, multis nos affatibus multisque precibus querens[7] [f] adhortatur, per dextram Martis,[8] [g] per fidem sacramenti,[h] bonum commilitonem cruciatu[9] simul et captivitate liberaremus.[i] Cur enim [71] manu,[1] qua rapere et jugulare sola posset, fortem latronem supervi-

ignorantiam locorum, et exterriti timore discriminis imminentis compellimur ad fugam; neque ipse potest aut nos sequi festinanter, aut ibi remanere secure; vir magnanimus singularisque fortitudinis orans nos multis alloquiis multisque precibus obtestatur per dexteram Gradivi patris, perque jurisjurandi fidem, uti se probum nostrum socium eriperemus dolori simul et captivitati. Quamobrem enim strenuus prædo superstes esset dexteræ suæ, quæ sola posset prædari, et interficere? se porro

urguemur. Sic enim hanc vocem antiquitus scribebant. *Brant.*—6 *Vir subl. an.* Hic in veteri scripto nostro exemplari sequentia omnia hoc libro lib. v. lib. vi. usque ad finem fere septimi libri desiderantur. Sinistræ manus, quæ tantum bonum nobis inviderunt. *Colv.* Hinc et Voss. Coll. *Oud.*—7 *Quæsens.* Ita non dubitavi rescribere, politissimo Lipsio suadente, immo jubente. Vulgati omnes, *quærens.* Simile mendum libens sustulerim e Plauti Menæchmis: 'I, Decio, quære meum patrem, tecum simul Ut veniat ad me:' ubi scribam, *quæse meum p.* Par enim loco Mercatore: 'Syra, i, rogato meum patrem verbis meis, Ut veniat ad me jam simul tecum huc:' et Asinaria: 'Leonida, curre obsecro, patrem huc orato huc veniat.' Mansit hoc verbum Bacchidibus: 'Mirum est me ut redeam te opere tanto quæsere.' *Colv.* A Lipsio hæc lectio est. Ms. et vulgati *quærens* legunt. *Elmenh.*—8 Palat. *patris.* Elmenh. Immo in Palat. est, *p. d. prem Martis.* In Guelf. sec. *p. d. precans Mart.* In Edd. Vicent. Junt. Ald. *dexteram.* Oud.—9 D'Orv. *cruciatum.* Id.—1 Fux. *manui, quæ.* Roaldus. Lego ex Fulviano Ms. *Cur enim manui, q. r. et juvare sola p. f. l. s.* Indicat, amissa manu latronem esse inutilem, quare non decere, ut ipse manui suæ superstes vivat. *Sciopp. in Symb.* Flor. *Cur e. manui.* Scioppius ex Fulvii libro: *Cur e. manui, q. r. et juvare sola p. f. l. s.* Elmenh. *Manui* lego, ut et ex Ms. Fulviano Scioppius. *Brant.*

NOTÆ

[f] *Quer.* [*Quæsens*] Ab antiquo 'quæsere;' cujus primæ tantum personæ 'quæso' et 'quæsumus' in usu remanserunt. Lipsii est hæc lectio. Prius legebatur *quærens.*

[g] *Per dextram Martis*] Quem latrones, sicut et gladiatores, et milites Deum sibi præsidem habebant. Latrones dico. Fures enim Mercurium, et Lavernam colebant, non Martem.

[h] *Per fidem sacramenti*] Quo se ad leges omnes prædatorias observandas obstrinxerant, maximeque ad socios nulla vi tormentorum revelandos, et omnia pro eorum incolumitate patienda: ad militum exemplum, qui jurabant se omnia strenue laturos, quæ præcepisset Imperator, nunquam deserturos militiam, neque mortem detrectaturos pro Republica. Egregium servatæ latrocinalis fidei exemplum extat infra de Thrasyleone: 'Neque clamore, neque ululatu quidem fidem sacramenti prodidit.'

[i] *Cruciatu simul et captivitate liberaremus*] Mortem ipsi inferendo, quæ est malorum omnium finis.

vere? Sat se[2] beatum, qui manu socia[3] volens occumberet. Cumque nulli nostrum, spontale parricidium[k] suadens, persuadere posset; manu reliqua sumtum gladium suum,[4] diuque deosculatum,[5] per medium pectus ictu fortissimo transadigit.[6] Tunc nos, magnanimi ducis vigore venerato, corpus reliquum veste linea[7] diligenter convolutum, mari celandum commisimus. Et nunc jacet noster Lamachus elemento toto sepultus.[l] Et ille quidem dignum[8] virtutibus suis vitæ terminum posuit. Enimvero Alcimus[m] solertibus cœptis, tamen scævum[9] Fortunæ nutum non potuit abducere.[1] Qui cum dormientis anus perfracto tuguriolo

satis felicem fore, qui sponte interiret manu commilitonum. Cumque neminem nostrum posset impellere ad ultroneum parricidium, ad quod nos invitabat; strinxit ensem suum manu, quæ ipsi supererat, et diu osculatus illum immersit in medium pectus ictu validissimo. Tunc nos, honorata virtute fortissimi antesignani nostri, involvimus studiose ejus cadaver mutilum sindone linea, et mari credidimus abscondendum. Et nunc Lamachus noster jacet contumulatus toto illo elemento. Atque ille quidem oppetiit mortem dignam suis factis egregiis. At enim Alcimus non potuit amoliri sinistrum arbitrium fortunæ a suis inceptis quamvis callidis. Hic

—2 Fux. *sese*. Roald.—3 Ms. *sociali*, id est, sociorum manibus. *Sciopp. in Symb.* Bert. *m. propria*. Elmenh.—4 Possessivum abest a Bertino. Hinc uncis inclusere Elm. et Scriv. Sed male. Non alium quemvis, sed *suum* sumsit gladium, quem hinc deosculatus est. *Oud.*—5 *Deosculatus*. Malim, *deosculatum*. Colv.—6 Quædam editiones, *transadiit*. Infra lib. IX. 'Injecta lancea duorum alterum per medium pectus transadegit:' et VIII. 'Nec non tamen ipsam bestiam facili manu transadigit.' Virgilius, 'Transadigit costas.' *Colv.* Bert. et Rom. *transadiit*, male. *Elmenh.* F. *transadegit*. Sed malo cum Bas. edit. legere, *transadiit*. Sic alibi: 'Per medias acies infesti militis transabii.' *Brant.*—7 In Guelf. utroque, *veste ante* vel *autem l.* Desideratur ultima vox in Regio, Fux. *Lintea* vel *linthea* Oxon. Guelf. D'Orv. variatione perpetua. Vide ad l. II. p. 25. 'Linea tunica.' *Oud.*—8 D'Orv. *dignus*. Id.—9 *Sævum*. Etiam hoc loco legebam, *scævum*. Colvius. *Tamen scævum, &c.* Flor. *t. eum scævus F. nutus*. Male. *Elmenh.*—1 Venetus, *adducere*. Nec hoc, nec illud rectum. Num *aufugere?* an *abdicare?* Colvius.

NOTÆ

[k] *Parricidium*] Καταχρηστικῶς.

[l] *Elemento toto sepultus*] Propert. lib. III. Eleg. 7. 'Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare est.' Subit dubium, quomodo Lamachum, et deinde Alcimum in mare projecerint latrones, cum Thebæ, ubi erant, distent multis milliariis ab Euripo, quod proximum est mare. Aut hallucinatus est Apuleius, aut intellige projecta fuisse illa cadavera in Ismenum amnem, qui ea deinde in Euripum detulit, ideoque dici projecta in mare.

[m] *Alcimus*] Est et hoc nomen a fortitudine. Hesychius: Ἄλκιμος· μάχιμος, ἀνδρεῖος, ἰσχυρὸς, θρασύς.

conscendisset[2] cubiculum superius, jamque protinus oblisis faucibus interstinguere eam debuisset; prius maluit[3] rerum singula per latiorem fenestram forinsecus nobis scilicet rapienda[4] dispergere. Cumque jam cuncta rerum[5] gnaviter emolitus, nec toro quidem aniculæ quiescentis parcere vellet, eaque lectulo suo devoluta,[6] vestem stragulam subductam scilicet jactare similiter destinaret; genibus ejus profusa sic nequissima illa deprecatur: Quid oro, fili, paupertinas pannosasque reculas[7] [n] miserrimæ anus donas

enim perfossa domuncula cujusdam vetulæ dormientis, cum ascendisset in cubiculum superius, et jam debuisset ipsam statim enecare præfocato gutture; maluit prius projicere foras ad nos omnia ex fenestra celsiore, ut nempe ea raperemus. Cumque, omnibus jam strenue egestis, ne lectum quidem vetulæ dormientis vellet relinquere, eaque deturbata e suo grabatulo, pararet similiter projicere stragulam vestem, quam nempe ipsi subtraxerat; illa scelestissima procumbens ad genua ejus, sic eum obsecrat: Quam ob causam, quæso, fili, das pauperculam et laceram supellecti-

Alii, *deducere.* Elmenh. Colvius: 'Num aufugere, an abdicare?' Ego utrumque abdicaverim, et fortasse reposuerim, *obducere,* quod apud Tertullianum sæpe occurrit pro, vincere. Ut libro de Carne Christi circa finem: 'Hoc quidem capitulo ego potius utar, cum adulteratores ejus obduxero.' Et adversus Praxeam: 'Undique enim obducti distinctione patris et filii.' Obducti, id est, convicti, ut exponit Beatus Rhenanus. *Brant.*—2 Ed. Vicent. *concedisset.* Guelf. pr. *consedisset.* Oud.—3 Guelf. sec. *valuit.* Id.—4 *Stylis rap.* Si conjecturam sequamur, clarior videatur sententia: *singulis rap.* Si quid video, mutavit sententia ex compendiosa scriptura, quæ fuit *siglis.* Nam, qui aniculæ ædes expilabat, sociis in area stantibus sua singulis omnia absportanda projecit. *Stewech.* Infra lib. VI. 'Stylis rudis perpetuabitur historia.' *Lindenbr.* Non bene meo animo. Correxerim, *pilis.* Hastas erigebamus. In has Alcimus vestimenta et id genus alia ex alto conjiciebat, nobis sic rapienda. *Colv.* Fux. *nobis s. rapienda:* i. *scilicet.* Quæ peritissima est præ vulgata, ex qua nihil unquam boni feceris; et quæ a propera interpretatione singularis illius literæ manavit. Eodem compendio etiam exaratum idem verbum infra notabimus. *Roald.* Omnino scribendum ex Fulv. et Palat. Cod. *nobis scilicet rap.* Wower. Eodem Suspectarum Lectionum libro (II. Ep. 8.) indicavimus veram affecto huic loco medicinam, adeo ut, contra si quis sentiat, nihil sentiat. Legendum ergo: *nobis scilicet rap.* Ac, ne quis me putet plus æquo audacem istic fuisse, sciat, sententiæ meæ suffragari jam Fulvianum codicem, in quo est: *nobis scil. rap.* Nimirum non semper fallimur, qui curiose literarum ductus observamus. In *stilis,* t pro c et s pro z scriptum fuerat, cum esse deberet *scilīz.* Jam litera z pro syllaba *cet* posita est, ut in Suspectis docui. *Sciopp. in Symb. Scilicet.* Sic recte Pal. Flor. et Bert. In vulgatis est, *nobis stylis r.* Male. *Elmenh.*—5 *Cuncta r.* Prima vox ab Oxon. librarii manu prima est omissa. *Naviter* Fux. Guelf. pr. *Oud.*—6 Licet vulgata satis defendi possit, malim tamen, si per Mstos liceret: *eique devolutæ subductam.* Ratio patet. Groslotius conjecit, *subductam scilicet* irrepsisse a glossa. *Id.*—7 Venet. et Bas. 1. *resculas:* quod agnos-

NOTÆ

vicinis divitibus,[8] quorum hæc[9] fenestra domum prospicit? Quo sermone, callido[1] deceptus astu, et vera quæ dicta sunt credens Alcimus; verens scilicet, ne et ea, quæ prius[2] miserat, quæque postea missurus foret, non sociis suis, sed in alienos Lares jam certus[3 o] erroris abjiceret, suspendit se fenestra,[4] sagaciter perspecturus[5] omnia: præsertim domus [72] attiguæ,[6] quam dixerat illa, fortunas arbitraturus. Quod eum strenue[7] quidem, sed[8] satis improvide conantem, senile illud facinus,[9 p] quanquam invalido, repentino tamen et inopinato pulsu nutantem ac pendulum, et in prospectu alioquin attonitum, præceps inegit.[9] Qui[1] præter[2] altitudinem nimiam, super quendam etiam vastissimum

lem anus infelicissimæ vicinis opulentis, ad quorum ædes hæc fenestra pertinet? Quibus verbis Alcimus circumventus solerti astutia, et vera putans, quæ sibi dicta erant; timens nempe ne, ignorans se errare, mitteret et illa quæ ante projecerat, et quæ postea esset projecturus, non commilitonibus suis, sed in ædes alienas, promovit se per fenestram callide contemplaturus singula, præcipuèque exploraturus opes domus vicinæ, de qua anus locuta fuerat. Quod quidem cum moliretur gnaviter, et satis incaute, anus illa sceleratissima vacillantem eum, ac pendentem, et alias penitus intentum explorationi, dedit præcipitem impulsu debili quidem, sed subitario, et improviso. Qui, præter summam altitudinem fenestræ, ruens insuper in quod-

cit secundum Analogiam super 12. vers. Æneid. lib. III. Priscianus. *Colv.* Fux. *resculas.* Roaldus. *Resculas.* Alii, *reculas.* Elmenh.—8 D'Orv. *divinitibus.* Oud.—9 D'Orv. *hic.* Id.—1 Bert. *calido.* Elmenh. Item D'Orvill. et Guelf. sec. *Valido* in Ed. Bas. pr. Male utrumque hic loci. Vide ad l. I. in f. *Haustu* Palat. et Guelf. sec. *Oud.*—2 Edd. Ber. Bas. pr. *primus.* Id.—3 *J. c.* Legendum, *incertus.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. l. II. c. 8. Flor. *jam virtus.* Inepte. Alii, *incertus.* Elmenh.—4 *Susp. se fen.* Flor. *suspectaque f.* Elmenh.—5 Bert. *prospecturus.* Id.—6 Pal. Guelf. ambo, *attigua.* Reg. Fux. D'Orv. Guelf. ambo, Oxon. *ut d.* Pith. *fortunam.* Oud.—7 *Q. eum str.* Ms. *quem str.* Sciopp. in Symb. Sic et D'Orv. In Guelf. utroque et Palat. *Quod eum s.* uti deest *quidem.* Oud.—8 *Et.* Concinnius, *sed s. i.* Colv. Legendum, *at.* Sciopp. ibid. et Susp. Lect. II. 8. E Bertino, bene. *Sed* edidere Vulcan. et seqq. præter Pricæum, cujus margini *at* etiam allevit Wasse. *Improvidus* Palat. *Oud.*—9 *Sen. ill. f.* Flor. *sed et illud ratus.* Male. Vide Indicem. *Elmenh.* Nihil est in ejus Indice. Sed vide Beroaldum. Dicitur pro 'facinorosa anus,' ut 'scelus' pro scelesto, et alia passim. Vide et ad l. IV. in f. 'Vipereumque malum.' In Palat. non male *istud.* Oud.—1 Ed. Vicent. *Quæ.* Bas. pr. *Qua,* haud sane inepte. *Id.*—2 Palat. *pp.* Id.—

T

NOTÆ

o *J. c.* [*Incertus*] Sic Schiopp. et Casaub. Alii *jam certus.*

p *Senile illud facinus*] Asperius et significantius, quam si dixisset, anus illa facinorosa. Sic Martialis: 'Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.' Sic sæpissime 'scelus' apud Comicos pro scelerato; metonymia adjuncti.

lapidem propter[3] jacentem recidens,[4] perfracta diffissaque[5] crate costarum,[r] rivos sanguinis vomens, imitus[6] narratis nobis, quæ gesta sunt, non diu cruciatus, vitam evasit. Quem, prioris exemplo sepulturæ traditum, bonum secutorem Lamacho dedimus.[s] Tunc orbitatis duplici plaga petiti,[7] jamque Thebanis conatibus abnuentes,[8] Plateas[t] proximam conscendimus[9][u] civitatem. Ibi famam celebrem super quodam nomine Demochare[1][w] munus edituro gladia-

dam saxum latissimum, quod adjacebat domui, distracta perruptaque compage costarum eructans fluctus cruoris, non passus diutinos dolores excessit e vivis, memoratis prius nobis iis, quæ sibi evenerant. Quem, tumulatum ad exemplum prioris, dedimus bonum comitem Lamacho. Tum perculsi vulnere duplicis jacturæ, et jam repudiantes incepta Thebana, petiimus Plateas, proximam urbem. Illic comperimus quendam virum inclytum fama, nomine Democharem, exhibiturum gladiatorum

3 *Prope.* Fux. *præter.* Roald. *Propter jacentem.* Pal. et Fl. *præter latentem.* Elmenh. In Oxon. quoque, Reg. D'Orv. Guelf. Pal. est *præter.* *Prope* in Ed. Pric. et reliquis ante Elmenh. qui tacite cum Scriv. et Flor. exhibuit *propter.* Bene, ut est in Ms. Paræano. Adi omnino ad p. 65. 'Propter insistens.' *Oud.*—4 Palat. Oxon. Guelf. pr. *recidens.* Optime: quippe supinus cecidit, diffissa crate costarum. Vel etiam sumi potest pro simplici, cadens. Vide ad l. I. p. 8. 'Humi recidens.' *Id.*—5 Recte ita Beroaldus. At impressi omnes, *diffusaque.* Colvius. Flor. *diffusaque.* Male. *Elmenh.*—6 *Primitus.* Flor. *imitus.* Elmenh.—7 *Orb. d. p. p.* Manusc. *exorbati discipuli d. p. p.* Sciopp. in Symb.—8 *Th. con. abn.* desiderantur in Oxon. item Guelf. sec. una cum voce *Plateas,* sed in margine alia manu allita, cum præc. v. *petiti,* ut videtur, e Scioppii Symb. in Fulviano. Tum *proximas* Fux. *Oud.*—9 Forte, *concedimus;* vel potius, *contendimus.* Colv.—1 *Ubi Fama cel. quendam nom. Democharem m. editurum gl.* Fux. *ibi famam celebrem super quodam nomine De-*

NOTÆ

[q] *Præceps inegit*] Addita verbo præpositione, quæ nomini sic erat addenda: *in præceps egit.* Sed hoc familiare huic Scriptori.

[r] *Crate costarum*] Virgil. Æn. XII. 'Et cratem pectoris ense Transadigit.' Anatomicis dicitur thorax.

[s] *Bonum secutorem Lamacho dedimus*] Id est, in mare misimus, ut sequeretur Lamachum jam eodem projectum. Vetus formula valedicendi mortuis apud Servium, ad lib. VI. Æn. Vale: nos te ordine, quem natura permiserit, sequemur. Scaliger et Lipsius hic ad gladiatores allusum volunt, ex quibus nonnulli secutores dicti, qui cum retiariis conferri solebant. De quibus plura apud illos vide.

[t] *Plateas*] Urbs est Bœotiæ sub Cithærone monte sic dicta, ut videtur Straboni, lib. IX. a latitudine remorum, quam Platæenses primi invenerunt: quod etiam tradit Plin. Quin et illos victum olim remigatione quæsivisse auctor est idem Strabo. Πλάτη est, remi palmula: πλάτος, latitudo.

[u] *Conscendimus*] Quia Platææ editiore loco positæ, vel fortasse legendum *contendimus.*

[w] *Demochare*] Nomen apposite ad

torium deprehendimus. Nam vir et genere primarius, et opibus pluribus et liberalitate præcipuus, digno fortunæ[2] suæ splendore publicas voluptates instruebat. Quis tantus[3] ingenii, quis facundiæ,[4] qui singulas species apparatus multijugi[5] verbis idoneis possit explicare? Gladiatores isti famosæ manus,[x] venatores illi[6] probatæ pernicitatis: alibi noxii,[7] perdita securitate, suis epulis bestiarum[8] saginas instruentes.[y] Confixilis machinæ sublicæ[a] turres tabu-

spectaculum. Ipse enim vir nobilissimus ditissimusque, et liberalissimus, præparabat populo oblectamenta, magnificentia digna opibus suis. Quis tanto ingenio valet, quis est adeo eloquens, ut possit exponere oratione convenienti omnia genera apparatus multiplicis? Hic erant gladiatores dextræ illustris, illic venatores spectatæ celeritatis: alibi sontes præparantes suis conviviis pinguem cibum belluis cum vesana tranquillitate. Pegmata erant compacta ex tignis, turres coagmentatæ

mochare. Roaldus. Flor. *Ibi famam celebrem super quodam Demochare munus edituro gl.* Elmenh. Sic etiam Pith. Reg. Oxon. Palat. D'Orv. Guelf. uterque: quod verissime reponi jussit Pricæus, si modo cum Fux. et Pith. retineamus *nomine*, ut feci. Vide ad l. II. p. 28. ipsum Pricæum, et me: 'Cerdo quidam nomine.' Non *deprehenderant*, sive offenderant adhuc ipsum Democharem. Hoc demum faciunt p. 74. Sed perceperant famam de ejus proposito, et casu. Hinc instruxere suas fraudes, eumque postea ipsum adierunt. *Gladiatorium* non comparet quoque in Pal. Guelf. sec. neque est necessaria vox. *Decus* sine sensu post *Demochare* additur in Palat. *Ubi* pro *ibi* habetur in Edd. Vicent. Juntinis, Ald. Bas. sec. Lugd. *Deprendimus* Guelf. pr. *Oud.*—2 *D. f.* Rom. *de formæ*. Male. *Elmenh.*—3 Bas. 1. marg. *tanti*. Colv. In Ed. Vicent. *tantis*. Oud.—4 In Palat. et Oxon. *qui fac.* et contra dein *quis sing.* D'Orv. cum Ed. Junt. pr. perverse omnino. *Id.*—5 Perperam Oxon. a m. pr. *multi*. Vide ad l. VII. p. 168. 'Multijuga scaturigine:' et alibi. *Posset* in Guelf. utroque. *Id.*—6 Msc. *illic*. Sciopp. in Symb.—7 Legendum autumo, *mali et noxii*. Minutius Felix in Dialogo suo (cui titulum fecit Octavius, monente id duobus locis Lactantio) de sacrificiis et ludis Rom. agens addit: 'Hodieque ab ipsis Latiaris Jupiter homicidio colitur; et, quod Saturni filio dignum est, mali et noxii hominis sanguine saginatur.' Adhibendus etiam Lactantius lib. I. cap. 21. *Stewech.* Bert. *noxia*. Elmenhorstius. Sic et Pith. Edd. Vicent. Junt. pr. cum Marg. Bas. pr. Vide notam sequentem. *Oud.*—8 Oxon. *bestiarii*. Idem.—9 Lips. Guelf.

NOTÆ

rem confictum. Latine populo gratum diceres.

[x] *Gladiatores isti famosæ manus*] 'Famosæ' cædibus. Gladiatores, qui, multarum palmarum præliis spectati, ut loquitur Noster, lib. x. magna dextrarum suarum tropæa numeraverant. 'Famosæ' optime de gladiatoribus. Eodem lib. x. 'Nobilissimas feras et famosos inde gladiatores comparaturus.' Est perpetuum gladiatorum epitheton.

[y] *Noxii, perdita securitate, suis epulis bestiarum saginam instruentes*] Damnati ad bestias, quibus lautæ apponebantur epulæ, antequam belluis exponerentur, ut illud quantulumcumque vitæ, quod supererat, suaviter

larum nexibus, ad[9] instar circumforaneæ[1] domus, floridæ picturæ, decora futuræ venationis[a] receptacula. Qui præterea numerus, quæ facies ferarum? Nam præcipuo[2] studio, forensi[3] etiam,[b] advexerat generosa illa damnatorum capitum funera.[c] Sed, præter ceteram speciosi[4] muneris supellectilem, totis utcumque patrimonii viribus immanis ursæ comparabat [73] numerum copiosum.[d] Nam præter[5]

plancis in modum domus ambulatoriæ, et in eis picturæ elegantes, quæ futuræ erant pulchra diversoria futuræ venationis. Præterea quantus numerus, et quales formæ bestiarum? nam maxima diligentia etiam peregre curaverat apportari nobiles illas mortes hominum condemnatorum. Sed præter reliquum apparatum tam pulchri spectaculi, quoquo modo emebat totis opibus patrimonii sui magnum numerum in-

pr. et Edd. ante Wower. carent præpositione *ad.* Sed vide ad lib. I. pag. 19. 'Ad instar solitudinis.' *Id.*—1 Alii, *circumferaneæ.* Elmenhorstius. Edd. Merc. et Wow. intelligit. D'Orv. *circumfornatæ.* Intelligit Auctor pegma ambulatorium, ut dixi. [Vid. Var. Not.] Vide Lips. ibidem, et Elmenh. Indicem. *Oud.*—2 Cl. Wasse conjecit *præcipuus,* ut supra, 'Liberalitate præcipuus.' *Id.*—3 Bertin. *forenses.* Elmenh.—4 Ms. *pretiosi.* Sciopp. in Symb. Rom. *S. p. cetera s.* Fulvius legit, *S. p. c. pretiosi.* Elmenh.—5 Abest *præ-*

NOTÆ

ducerent. Cave 'perdita securitate' intelligas, amissa, sed vesana, qualis perditorum et desperatorum hominum esse potest. Si enim securitatem amisissent, deque impendenti fato serio, ut par erat, cogitassent; profecto fastidissent epulas. Hic est, ut existimo, sensus hujus loci, quem Pricæus negat se intelligere.

[z] *Confixilis machinæ sublicæ, &c.*] 'Sublicas confixilis machinæ' intellige ipsam machinam confixilem compactam ex sublicis, quæ sunt tigni seu pali lignei, sibi invicem infixis, unde machinæ nomen. 'Confixilis machinæ' pegma est, quod veteres Glossæ 'confixum' interpretantur. Erat hæc machina ambulatoria, turres altissimas sustentans, quæ per vias et Amphitheatrum agebantur spectante ac mirante populo. Martial. de Spectaculis, Epigram. II. 'Et crescunt media pegmata celsa via.'

[a] *Futuræ venationis*] In Circo exhibendæ. Vide Demsterum in Paralipomenis, ad cap. 5. Antiq. Rom. Rosini. et Bulenger. de Venat. Circi et Amphith.

[b] *Præcipuo studio, forensi etiam, &c.*] Sic interpungit Pricæus, et exponit 'forensi' exotico. Ego sic verti, quasi legeretur *forinsecus.* At, si recte expendatur mea interpretatio, recidit in Pricæi sensum.

[c] *Generosa illa damnatorum capitum funera*] Bestias, quarum dentes mortem erant illaturi, alvus vero sepulchri vice futura, miseris illis hominibus.

[d] *Immanis ursæ numerum copiosum*] Observa 'immanis ursæ' singulari numero dictum, cum naturalis sensus in plurali postulet, immanium ursarum.

domesticis venationibus captas, præter largis [6] emtionibus partas, amicorum etiam [7] donationibus variis certatim oblatas, tutela [8] sumtuosa solicite nutriebat.[9] Nec ille tam clarus, tamque splendidus publicæ voluptatis apparatus Invidiæ [e] noxios effugit oculos.[1] Nam diutina captivitate fatigatæ simul, et [2] æstiva flagrantia maceratæ, pigra [3] etiam sessione languidæ, repentina correptæ pestilentia, pæne ad nullum rediere [4] numerum. Passim per plateas plurima cerneres jacere semivivorum corporum ferina naufragia.[f] Tunc vulgus ignobile, quos inculta [5] pauperies, sine delectu [6] ciborum, tenuato ventri cogit sordentia supplementa et dapes gratuitas [7] conquirere, passim jacentes epulas accurrunt.[8] [g]

gentium ursarum. Num præter illas, quas ceperat domi venando, præter eas, quas emerat magnis pretiis, alebat etiam magnis impensis alias custoditas summa cura, quas amici certatim undique miserant ei muneri. At illa adeo illustris, adeoque magnifica instructio oblectamenti publici non potuit evitare malignum aspectum Invidiæ. Ipsæ enim defessæ longa captivitate, simul et debilitatæ calore æstatis, morbidæ quoque ex perpetua desidia, affectæ subita lue, redactæ fuerunt ad nullum fere numerum. Videres per vicos maximam stragem ferarum semianimis corporibus ubique jacentibus. Tunc vilis plebecula, quam immunda egestas cogit perquirere vilia subsidia abdomini emaciato, et cibos inemtos absque ulla electione dapum, cæpit accurrere ad escas ubique stratas. Tunc ego et hic Babulus ex occasione

---

ter a Regio, Fux. *Captus* in Oxon. *Oud.*—6 Palat. Guelf. sec. *largas.* Pro *partas* malebat Groslotius *paratas.* Id.—7 *Etiam* a Regio, Fux. exulat. Ed. Bas. pr. *dotationibus.* Oxon. Pith. Guelf. pr. *oblata.* Id.—8 Guelf. *cautela,* Fux. *tutelas.* Id.—9 *Nutribat.* Bert. *nutriebatur.* Elmenh. Desideratur *solicite* in Palat. *Nutriebant* in Pith. Reg. Fux. Oxon. Ed. Vicent. et marg. Bas. pr. Hinc quis conjicere posset, *oblatæ nutriebantur.* Unde Elmenh. hic *nutribat* dederit nescio. De eo vide ad lib. III. pag. 67. *scaturibat.* Oud.—1 Lege, *aculeos.* Heins.—2 Abest copula a Pith. *Oud.*—3 Quidam, *pigræ.* Scripserim: *pigræ, et jam s. l.* Colv.—4 D'Orv. Fux. *redire;* quod defendi posset. Oxon. et Guelf. Codd. Edd. Ber. Junt. Ald. *redivere,* Vicent. *redivem.* Oud.—5 *Inc.* Pessime in Ed. Junt. pr. *jam culta.* Id.—6 *Delecta* in Fux. In D'Orv. *delictu.* Voluit forsan *dilectu* librarius. *Id.*—7 Plebem Romæ secretam fuisse ab aliis, quod publico aleretur, notum. Ceterum prius annonam, post collegio pistorum instituto panem accepisse, eumque ab eminentiori loco et gradibus, ubi distribueretur, *gradilem* vocatum, variis Imperatorum constitutionibus, tam Justinianei, quam Theodosiani Codicis docemur. Quæ causa fuit, cur aliquando mutandum hoc loco putarim, *gradiles:* ubi

NOTÆ

[e] *Invidiæ*] Cujus descriptionem vide apud Ovidium, lib. II. Metamorph.

[f] *Semivivorum corporum ferina naufragia*] Corpora ursarum semimortuarum, quæ morbo fracta jacebant, ut navium tempestate quassarum tabulæ trabesque in littore jacentes conspiciuntur. Metaphora est paulo durior a re nautica ducta.

[g] *Passim jacentes epulas accurrunt*]

Tunc e re nata[9] subtile consilium ego et iste babulus[1 h] tale commihiscimur.[2] Ursam,[3] quæ ceteris sagina[4] corporis prævalebat, quasi cibo parandam[5] portamus ad nostrum receptaculum; ejusque probe nudatum carnibus corium, servatis sollerter totis unguibus,[6] ipso etiam bestiæ capite adusque confinium cervicis solido relicto, tergus[7] omne rasura studiosa tenuamus: et minuto cinere perspersum,[8]

excogitamus hoc callidum consilium. Auferimus in nostrum diversorium ursam, quæ superabat reliquas pinguedine corporis, quasi coquendam in nostrum cibum; ejusque pelle egregie purgata carnibus, conservatis unguibus magna industria, relicto etiam ipso capite bestiæ integro usque ad ejus juncturam cum collo; attenuamus totum corium radendo, et conspersum tenui cinere exponimus Soli arefacien-

vero Parisien. Codicem inspexi, non potuit non placere illius lectura, *gratuitas*. Stewech. *Gratuitas* verissime est in Mss. et Edd. O. præter Bas. pr. corruptissime præbentem *gravitas*. Putidum hic foret *gradiles*. De *pane gradili* egerunt multi. In Oxon. *etiam*. In Ed. Bas. pr. *conquerere*. Oud.—8 *Accurrere*. Fux. *excurrunt*. Roaldus. Flor. *accurrunt*. Elmenh.—9 *Tunc nacti* Ald. Vulgata lectio est ab emendatione Beroald. *Roald.*—1 Quid si legas *Bardulus?* inquit Beroaldus. Et quid si *Bubalus?* Quod in Martiale est Epigram. lib. I. *Colv.* Retinui Romani et Codd. Florentinorum lectionem. Beroaldus *Bardulus* legit. Papias: 'Babiger: stultus.' Acta Martyrologii S. Marci: 'Bubulum istum trahite ad locum Buculi.' Forte legendum: *Babulum i. t. a. l. B.* Sed et Tzetzes Chil. II. Hist. 369. bubalum pro stulto et rusticano ponit. *Elmenh.* Beroald. *Bardulus.* Colvius *Bubalus.* Ego a vulgata non recedo. Terent. Adelph. 'Jube jam nunc dinumeret illi Babulo viginti minas.' Ut Nannius illam vocem per me quidem solicitare desinat. *Brant.*—2 Guelf. pr. *commisitur*. Oud.—3 Flor. 2. *unam*, male. *Elmenh.* Immo vero bene, ut egregie docuit Pricæus, sive eximiam e pluribus: uti passim apud alios. Astipulantur Reg. Fux. Pal. Guelf. ambo, Oxon. D'Orvill. Posset utrumque admitti, *ursam unam*. Cic. II. Phil. 3. 'Cum uno gladiatore nequissimo.' Vide ad Ovid. Ep. XV. 162. 'Naias una:' et ad Cæs. lib. V. B. G. cap. 45. 'Unus Nervius.' *Oud.*—4 Rom. *sarcina*. Elmenh.—5 Inepte Par. *cito p.* Pith. *portanda paramus*. Oud.—6 *Sol. ung.* Fux. *sol. totis u.* Roald. Bert. *sol. totis ung.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. II. 8. *Elmenh.* Miror, hoc non secutos esse ceteros, excepto Scriverio, immo Elmenhorstium tacere de Florent. qui et habet *totis* cum Palat. Pith. Oxon. D'Orv. pluribusque, et Ed. Junt. post. *Totis* significat, omnibus omnino. Vide ad lib. III. pag. 53. 'Totas artis manus.' In Palat. *sole'pter*. Oud. —7 *Tergum*. Fux. *tergus*, Roaldus. Ful. *tergus*, ἀρχαϊκῶς. *Wow.* Placet Ms. *tergus*. Sciopp. in Symb. Fulvii liber, *tergus*. Elmenh.—8 Oxon. *persparsum*.

NOTÆ

Tertullianus a Pricæo laudatus, in Apologet. 'Ipsorum ursorum alvi appetuntur, cruditantes adhuc de visceribus humanis; ructatur proinde ab homine caro pasta de homine.'

h *Et iste bab.* [*Babulus*] Δεικτικῶς. Latronem hoc dicens demonstrat, cujus hoc nomen erat.

Soli siccandum tradimus. Ac,[9] dum cœlestis vaporis flammis examurcatur,[1] [i] nos interdum pulpis ejus [k] valenter saginantes,[2] sic instanti militiæ disponimus [3] sacramentum: ut unus e numero nostro, non qui corporis adeo,[4] sed animi robore ceteris [5] antistaret, atque is inprimis voluntarius, pelle illa contectus,[6] ursæ subiret effigiem, domumque Democharis illatus per opportuna noctis silentia nobis januæ[7] faciles præstaret aditus. Nec paucos [74] fortissimi collegii [8] solers species [9] ad munus obeundum *

dum. Dumque expurgatur calore ignis illius ætherei, nos interim, valide saturantes ejus carnibus, disponimus has leges imminenti militiæ: ut unus ex nostra turba, qui reliquis præstaret, non corporis quidem fortitudine, sed animi, quique præsertim susciperet hoc libenter, indueret formam ursæ opertus illo corio, et invectus in ædes Democharis redderet nobis facilem ingressum ostii idoneo tempore noctis, cum omnia silerent. Et illa subtilis transformatio addiderat animos multis ex nostro fortis-

Ed. Bas. pr. *prosperum*, haud male. *Oud.*—9 Palat. et Guelf. duo, *At.* Id.—1 Veteres Editiones, *examurgatur*. Colvius. Flor. et Rom. *examurgatur*. Elmenh. Bene ab ἀμοργή. Vide Serv. I. G. *Amurca* Cato cap. 10. male. Glossæ et Ms. Columellæ Arundel. Ed. Stephan. pag. 455. *amurga*. Wass.—2 Fux. *sanguinantes*. Oud.—3 Scribe, *imponimus*. Wowerius. Ms. *imponimus*. Sciopp. in Symb. *Imponimus*. Vulgo, *disponimus*. Elmenh. Hinc reliqui exhibuerunt *imponimus*, et firmatur a Ms. D'Orvill. Atque ita 'imponere legem,' et similia passim. Verum nihilo deterius, si non melius, se habet *disponimus*, quod extat in Flor. Reg. Fux. aliis, et Edd. ante Wow. Cuilibet scilicet suas partes tribuimus et quasi designamus per sacramenti legem, singulis impositam. Pag. 76. 'His omnibus recte dispositis.' Lib. x. pag. 227. 'Hæc bene atque optime disposita.' Sic disponere diem, ætatem, otium. Cic. lib. IX. ad Fam. 37. Tacit. de M. Germ. cap. 30. Senec. ad Polyb. c. 25. Ep. LI. Plin. lib. IV. Ep. 23. IX. Ep. 36. Suet. Tib. cap. 11. Et magis apposite Tib. I. 10. 64. 'Operum disposuitque vices.' Lucan. lib. VIII. 603. 'Disponis gladios; ne quo non fiat in orbe Heu! facinus civile tibi.' Claudian. II. in Ruf. 25. 'Cladem divisit in urbes, Disposuitque nefas.' *Oud.*—4 D'Orv. *acideo*. Id.—5 Fux. *cetero*. Al. *ceteris*. Oxon. Guelf. pr. *ceteros*. Vide ad p. 68. 'Qui robore ceteros antistabat.' *Id.*—6 Palat. Guelf. sec. *contextus*. Par. *conceptus*. Nihil mutare tentes, suadeo. In Pith. *Demochari*. Id.—7 In Edd. Juntinis et Aldi *janua:* ut sit Ablativus, sive, per januam: et in Palat. *facile*. Vulgata multo est elegantior. *Id.*—8 Reg. Fux. et D'Orv. *f. legum coll.* Id.—9 Bert. *spes*. Elmenh.—1 Flor. *obediendum*. Male. *Elmenh.* Sic tamen et Pith. Fux. Reg. Pal. bini Guelferb. Oxon. a m. pr. In D'Orv. est *obiendum*. Infra aliquoties sic variatur, ut l. VIII. pag. 157. 'Obiens viventium munia: in plerisque obediens.' Sed lib. II. pag. 36. 'Expergite munus obeas.' Lib. XI. pag. 254. 'Obibam ministerium:'

NOTÆ

[i] *Examurcatur*] Amurca fæx est olei: unde examurcare corium hic est illud pinguedine et carne adhærente expurgare; ut examurcatur oleum, cum amurca purgatur.

[k] *Pulpis ejus*] Carnibus musculosis. Lib. VIII. 'Ossa pulpis viduata.'

arrexerat.[2] Quorum præ ceteris Thrasyleon[3] [l] factionis optione[4] delectus, ancipitis machinæ[m] subit[5] aleam. Jamque habili corio, et mollitie tractabili, vultu sereno[6] sese recondit. Tunc tenui sarcimine[7] summas oras ejus adæquavimus;[8] et juncturæ rimam, licet gracilem, setæ[9] circumfluentis densitate sepimus: ad ipsum confinium gulæ, qua[1] cervix bestiæ fuerat exsecta, Thrasyleonis caput subire cogimus;[n] parvisque respiratui circa nares et oculos datis foraminibus, fortissimum socium nostrum prorsus bestiam factum, immittimus caveæ, modico præstinatæ[2] pretio: quam[3] constanti vigore festinus irrepsit ipse. Ad

simo cœtu ad suscipiendam illam provinciam. Ex quibus Thrasyleon, suffragiis collegii electus præ ceteris, subiit discrimen illius machinæ periculosæ. Et tranquillo vultu contegit se pelle illa jam præparata ac tractabili propter suam mollitiem. Tunc consuimus extremas ejus partes sutura subtili, et obtegimus rimam suturæ, quamvis angustam, multitudine villorum ambientium. Inserimus caput Thrasyleonis prope ipsam gulam, qua parte collum feræ fuerat abscissum. Et relictis angustis foraminibus circa nares et oculos, ad respirandum, concludimus generosissimum nostrum commilitonem jam plane transformatum in belluam, cavea, quam emeramus exiguo pretio, in quam celeriter se penetravit alacri impetu. Sic

et in f. 'Munia gaudens obibam.' Vide et lib. x. pag. 223. *Oud.*—2 D'Orvill. *arrepserant.* Par. *arrepserat.* Id.—3 Flor. *Tarsilion.* Elmenh. Passim *Thrasileon* Mss. et Edd. Vett. Sed et recte *Tharsyleon* vel *Thursaleon*, a θάρσος. *Oud.*—4 Pith. *factione optionis.* Palat. *optime.* Edd. Junt. pr. Ald. *dilectus.* Id.—5 Fux. *subiicit.* Forte *subivit.* Roaldus. *Subivit* præbent Reg. Oxon. Pal. D'Orvill. *Subiit* Edd. Elmenhorstius. Scriv. Flor. Perinde est. *Ancipititi alea* Pith. *Oud.*—6 Rebar legendum: *ferino.* Colv. Non debet mutari, *ferina.* Sensus enim est, Thrasileonem ipsum hilari et læto vultu subiisse ursi corium. *Gruter. Susp.* VII. 10.—7 Quidam, *acumine.* Colvius. *Acumine.* Fux. *sarcimine.* N. L. *Roald.* Bert. et Rom. *acumine.* Elmenh. Malo cum aliis editionibus legere *acumine.* Brant.—8 Recte Palat. *adæquamus.* Wower.—9 In D'Orv. inepte *ceræ.* Palat. *circumfluenti.* Oxon. *stipamus.* Guelf. pr. *separemus.* Oud.—1 Male alii, *quam.* Vide ad lib. I. *Colv.* Flor. *qua.* Elmenh. Prave in sola Bas. pr. est *quam.* Oxon. *quaqua.* Vocem *bestiæ* bene addidere Elm. Scriv. Flor. suffragantibus Pal. Fux. Guelf. sec. D'Orv. et Ed. Junt. post. Dein Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *exacta.* Oxon. Guelferb. pr. *exepta.* Oud.—2 *Destinatæ:* Aldus. Sed citra locutionem Apuleii. *Roald.* Flor. et Bert. *prædestinatæ:* male. *Elmenh.*—3 Reg.

NOTÆ

[l] *Thrasyleon*] Nomen latroni aptum. Θρασὺς enim audacem et temerarium significat.

[m] *Ancipitis machinæ*] Ursinæ pellis, quam non poterat nisi cum ingenti discrimine subire.

[n] *Subire cogimus*] Subire facimus, immittimus, non autem, adigimus vi. Supra enim: 'Ut unus e numero nostro,' &c. 'atque is inprimis voluntarius,' &c.

hunc modum prioribus inchoatis,[4] sic ad reliqua fallaciæ pergimus.[5] Sciscitati nomen[6] cujusdam Nicanoris,[o] qui, genere Thracio[7] proditus,[8] jus amicitiæ summum cum illo Demochare colebat, literas affingimus,[9] ut venationis suæ primitias bonus amicus videretur ornando muneri[1] dedicasse. Jamque provecta vespera, abusi præsidio tenebrarum, Thrasyleonis caveam[2] Demochari cum literis illis adulterinis offerimus:[3] qui emiratus[4] bestiæ magnitudinem, suique contubernalis opportuna liberalitate lætatus, jubet nobis protinus gaudii sui gerulis, decem aureos, ut ipse habebat,[5] e suis loculis annumerari. Tunc, ut[6] novitas

inceptis primordiis fraudis, continuamus reliqua hoc modo. Percontati nomen Nicanoris cujusdam, qui ortus stirpe Threicia fovebat maximam amicitiam cum illo Demochare, sic comminiscimur epistolam, ut egregius ille amicus videretur consecravisse primitias suæ venationis decorando muneri Democharis. Et die jam valde inclinato in noctem, freti auxilio obscuritatis, offerimus Demochari caveam, qua inclusus erat Thrasyleon, cum illa epistola conficta; qui admiratus molem belluæ, gavisusque de opportuna beneficentia sui familiaris, imperat, ut protinus decem aurei nummi ex suo marsupio, quod secum habebat, numerarentur nobis, qui attuleramus ipsi tantum gaudium. Tunc, ut mentes hominum solent allici

Fux. *qua.* Oud.—4 Pith. *inchoatum.* Id.—5 *Sic reliqua fallaciæ peregimus.* Fux. *sic ad r. f. pergimus.* Roaldus. Idem Cod. *ad reliqua f. pergimus.* [Sic exscripsimus ex Ed. Oud. a qua tamen abest mentio scriptoris, cui debentur statim præcedentia. Nam a sequentibus suam annotationem inchoat Elmenhorstius.] *Sic ad r. f. pergimus.* Vulgo, *sic r. f. pergimus.* Elmenh.—6 Oxon. Guelferb. pr. *nominis.* Oud.—7 An potius, *Thrace?* ut Apologia I. 'De Zamolxi quodam Thraci generis.' Dicebant indifferenter Thrax, Thracus: Cappadox, Cappadocus: Arabs, Arabus: Æthiops, Æthiopus. Nostrum emendavimus lib. VIII. 'At ille Cappadocum me et satis forticulum denunciat.' Postremum quod posuimus notavit Servius ad VII. Æneidos, et Priscianus lib. VI. 'Lucilius in quarto 'Æthiopus' dixit pro, Æthiops: 'Rhinocerus velut Æthiopus.'' Emendandus hinc Sidonius etiam Apollinaris, licet libris omnibus reclamantibus, Epithalamio Ruricii et Iberiæ: 'Hic lapis est de quinque locis dans quinque colores, Æthiopus, Phrygius, Parius, Pœnus, Lacedæmon.' Vulgant, *Æthiopis.* Colvius.—8 Bert. *productus.* Sciopp. in Symb. Male. Lib. I. 'Generosa stirpe proditum:' et l. IX. 'Prodere partum.' *Elmenh.*—9 Venet. Ald. Ber. *affigimus.* Colvius. Sic et Pith. Fux. Guelf. ambo, D'Orv. Oxon. Edd. Vic. Junt. utraque, male. Vide ad l. VIII. p. 156. 'Officia affingit.' *Oud.*—1 *Muneris* Pith. Oxon. Guelf. pr. *Numeris* Palat. Guelf. sec. *Id.*—2 Pal. *cavea.* Id.—3 D'Orv. Pith. *deferimus.* Id.—4 *Demiratus.* Flor. *miratus.* Elmenh.—5 Si non habuisset, jussissetne numerari? Sed puto potius scribendum: *ut ipse aiebat.* Cusum in Veneta editione, *ut ipse hebat.* Colvius. Fux. *d. a. u. i. h. l. a.* Suet. Galba cap. 12.

NOTÆ

° *Nicanoris*] A victoria deductum nomen. Græcis enim νίκη victoria est, et *νικᾶν* vincere.

consuevit ad repentinas visiones animos hominum pellere,[7] multi numero mirabundi bestiam[8] confluebant: quorum satis callenter[9] curiosos aspectus Thrasyleon noster impetu minaci frequenter inhibebat. Consonaque civium voce satis felix ac beatus Demochares ille [75] sæpe celebratus,[1] quod, post tantam cladem ferarum, novo proventu[2] quoquomodo Fortunæ resisteret. Jubet novalibus[3] suis [p] con-

novitate ad subita spectacula, plurimi concurrebant ad belluam admirantes ipsam, quorum inspectionem curiosiorem noster Thrasyleon impediebat satis astute, sæpe insultans minaciter. Civesque unanimi ore sæpe prædicaverunt Democharem illum valde felicem et fortunatum, quoniam post tantam stragem belluarum resisteret utcumque malignæ sorti novo supplemento. Imperat statim ut bellua ducatur in

sic fere locutus: 'Cano autem choraulæ mire placenti denarios quinque donasse, prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis.' *Roald.* Nec hic substituendum: *ut ipse aiebat.* Nam vult annumeratum ipsis, non decem aureorum pretium, sed decem aureos. Hoc ita pronuntiat libro decimo: 'Centumque aureos solidos offerent pretium:' atque hinc etiam liquet aurei permutationem pluris fuisse illo tempore quam 25. denariorum. Pretium auri, argenti, variis modis crescere, si pluribus doceam, sim nugax. Adeantur tantum Lipsii mei electissimi ad librum I. Annal. Taciti Commentarii: qui tibi divine evolvet illud, cur milites, decem assibus non contenti, flagitent, ut diurnum stipendium sit denarius; quæ postulatio mehercule ridicula sit; denarius et decem asses, unum et idem. *Grut. Susp.* lib. VII. cap. 10. *Ut ipse habebat.* Hæc in Pal. non leguntur, et recte. *Wower.* Vulgo, *uti aiebat.* A Palat. τὸ *habebat* abest. *Elmenh.* Vet. ed. *ut ipse hebat.* Col. *ut ipse aiebat;* minime assentior. Vulgatam cur mutemus, causæ profecto non est. Facit Sueton. Galba cap. 12. 'Cano autem choraulæ,' &c. *Brant.*—6 *Ut* abest a Palat. et Guelferbytanis. *Oud.*—7 Reponendum censet Beroaldus *pellicere.* Sed illud *pellere* loco non pellendum. *Colv.* Beroaldus et Aldus *pellicere.* Elmenh. Item sic edidere Junt. post. et Colin. inciditque Pricæo, vel *impellere,* quod cum Heinsio mallem, si quid innovari esset opus. Sed id nequaquam necesse. Vide Lexica. Auson. Mosell. vs. 302. 'Casus quem fingere in auro Conantem Icarios patrii pepulere dolores.' *Oud.*—8 *Ad best.* Flor. omittit τὸ *ad.* Elmenh. Optime. Neque aliter sine præpositione legas in Mss. Pith. Reg. Fux. Bert. Oxon. D'Orv. utroque Guelferb. Edd. Vicent. Beroald. Bas. pr. citatque G. J. Vossius de Anal. cap. 9. *Oud.*—9 Oxon. *calenter.* Tum *curiosus* Guelf. pr. *Id.*—1 Mallem, si per Mss. liceret, *cœpit* vel *cœptus celebrari.* Id.—2 Ms. *provectu.* Sciopp. in Symb. Fulvius, *provectu.* Elmenh. Immo ejus Cod. quem cave audias. *Oud.*—3 In quibusdam lib. legas: *vivariis:* quod forte præferendum. *Wower.* Sunt libri, in quibus videas: *vivariis.* Idque verum est: jubet scilicet ursum in vivarium, quo aliæ bestiæ coërcebantur, deportari. Firmant hoc proxime sequentia. *Sciopp. in Symb.* Alii rectius, *vivariis.* Vide Agellium lib. II.

NOTÆ

[p] *Novalibus suis*] Novalis et novale est arvum, quod alternis annis seritur: ex Plin. lib. XVIII. cap. 19. Virgil. Georgic. lib. I. 'Alternis idem tonsas cessare novales, Et segnem patiere situ durescere campum.' Ejusmodi ager vocatur etiam requietus. Contra, restibilis ille est, qui

festim bestiam ire: jubet summa cum diligentia reportari. Sed suscipiens[4] ego, Caveas, inquam, domine, flagrantia Solis et itineris spatio fatigatam,[5] cœtui multarum,[6] et, ut audio, non recte valentium committere[7] ferarum. Quin potius domus tuæ patulum ac perflatilem[8] locum,[q] immo et[9] lacu aliquo conterminum[r] refrigerantemque prospicis?[1] An ignoras hoc genus bestiæ lucos consitos, et specus roridos,[2] et colles frigidos, et fontes[3] amœnos semper incu-

sua novalia; imperat ut illinc diligentissime reducatur. Verum ego subjiciens, Cave, inquam, domine, ne ipsam lassatam Solis ardore et longitudine viæ commisceas turbæ multarum bestiarum, quæ, ut accepi, non bene habent. Quidni potius provides aliquem locum tuarum ædium apertum et patentem ventis, immo et vicinum alicui lacui, et refrigerantem? An nescis hujusmodi animalia semper versari in nemoribus opacis, et speluncis humidis, et lætis collibus, et prope fontes gelidos?

cap. 20. Columellam de Re Rustica lib. IX. cap. 1. *Elmenh.* Assentirem cum Florid. et ego, si Mstos nomine citassent. Ego id in nullo reperi; sed *vivaria* intelligo per *novalia*, quomodo videntur etiam vocari quævis rustica prædia. Virgil. Ecl. I. 71. 'Impius hæc tam culta novalia miles habebit.' Auson. in Mos. vs. 332. 'Clausos consepto gurgite pisces Apricas scopulorum inter captare novales.' In Pith. *iret.* Oud.—4 Guelf. sec. *suspiciens.* Id.—5 Pal. *sagipattam.* Guelf. sec. *sagittatam.* Id.—6 Pith. *c. ferarum mult.* Id.—7 Pal. *non comm.* D'Orv. Fux. *non committe.* Oxon. Guelf. ambo, *non comite:* in quibus abundat *non.* An fuit *concomitare*? Id.—8 Flor. *perflabilem.* Elmenh. Per elementum *b* exaratur quoque in Reg. Fux. Guelf. sec. Pal. Oxon. Par. et excuditur in Edd. Junt. post. Elmenh. ac Scriverii. Nil tamen moveor, quo minus servem literam *t.* Vide ad p. 54. lib. III. 'Patore perflatili.' *Oud.*—9 Sopingius apposuit margini, *vel immo et.* Frustra. Sic pag. 78. 'Ut usque diluculum; immo et in multum diem.' Adde ad lib. VIII. pag. 163. 'Immo etiam.' *Id.*—1 D'Orvill. male *prospicias.* Id.—2 Pal. *torsidos.* Cæl. Rhodiginus Antiq. Lect. l. XXV. *Elmenh.*—3 Lege: *montes.* Neque enim ursæ inter aquatilia, quæ fontes incubant. Cod. Bertin. scribit, *calles amœnos:* et Palat. *superincubare,* non *semper incub.* Wower. Rectius Bert. *calles amœnos.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. II. 8. *Fontes frigidos et calles amœnos.* Sic Bert. Vulgo, *et colles frig. et fontes a.* In Flor. τὸ *colles frigidos* non

NOTÆ

quotannis aratur, et seritur. Hic *novalia,* si germana lectio est, intellige prædia rustica. Sciopp. ait se quibusdam in libris legisse: *jubet vivariis suis, &c.* quod facile prætulerim. De vivariis ferarum Columella videndus libri noni initio.

[q] *Perflatilem locum*] Ammian. Marcell. lib. XXII. de Alexandria urbe loquens: 'Auris, et salutari temperamento perflatilis.'

[r] *Lacu aliquo conterminum*] Sextus casus pro tertio; dicitur enim 'alicui conterminus.' Ablativum hunc regere videtur præpositio 'cum,' quæ ingreditur compositionem nominis 'conterminus.'

bare? Talibus monitis Demochares perterritus, numerumque perditorum[a] secum recensens, non difficulter assensus,[4] ut ex arbitrio nostro caveam locaremus. Sed et nos, inquam, ipsi parati[5] sumus hic ibidem pro cavea ista excubare noctes;[6] ut æstus et vexationis[7] incommodo bestiæ fatigatæ et cibum tempestivum et potum solitum accuratius offeramus. Nihil indigemus labore isto vestro,[8] respondit ille. Jam pæne tota familia per diutinam consuetudinem nutriendis ursis[9] exercitata est. Post hæc[1] VALE facto, discessimus: et portam civitatis egressi, monumentum quoddam conspicamur procul a via, remoto[2] et abdito loco positum. Ibi[3] capulos carie et vetustate semitectos, quis inhabitabant pulverei[4] et jam cinerosi mortui, passim ad futuræ prædæ receptacula reseramus: et, ex disciplina sectæ servato[5] noctis illunæ[6] tempore, quo somnus ob-

Demochares territus his monitis, et reputans apud se quot jam amisisset, non ægre assentiens meis verbis, libenter permisit ut collocaremus caveam, quemadmodum nobis libuisset. Quin et nos quoque, inquam, præsto adsumus tibi acturi excubias noctibus hoc ipso in loco ante hanc caveam, ut ministremus majori cura et escam statis horis, et potum consuetum belluæ debilitatæ molestia caloris et jactationis. Nihil opus est nobis opera ista vestra, reposuit ille: jam fere omnes mei servi longo usu periti sunt alendarum ursarum. Post hæc vale *dicto abiimus: et egressi extra portam urbis conspicimus quoddam monumentum exstructum longe a via, in loco semoto, et occulto. Ibi aperimus hinc inde quasdam sandapilas tantum semiopertas ex putredine et vetustate, in quibus erant cadavera jam conversa in pulverem et cineres, ad ea recipienda, quæ rapturi eramus: et observato secundum præscriptum nostræ artis tempore noctis, quo luna non luceret, quo tempore somnus irrepens*

comparet. *Elmenh.*—4 *Non diff. assensus, ut e. a. n. caveam locar. facile permisit.* Fux. *non d. a. tribuit, ut e. a. n. c. l.* et τὰ *facile permisit* absunt a Ms. *Roald.*—5 *Nos, inquam, parati.* Flor. *nos, i. ipsi p.* Elmenh. Τὸ *ipsi* addidi tum hujus codicis, tum D'Orvill. Guelf. pr. et Ed. Junt. post. fide: ut jam ante me fecit Scriverius. *Oud.*—6 Bertin. *nocte*, perperam, uti aliquot Mss. Horat. I. O. 25. 7. 'Longas pereunte noctes:' ubi dormitavit Bentleius *longam noctem* reponens. *Id.*—7 Oxon. et Pith. *æstus in vex.* Mox Edd. Junt. Ald. *afferamus:* prave. *Id.*—8 D'Orvill. inepte *lab. nostro.* Id.—9 D'Orv. *n. nolis.* Fuerat forsan *veluis* pro *beluis* seu *belluis.* Id.—1 *Post hic.* M. *Post hæc.* Putean. Ed. Junt. pr. *Post hinc.* Pith. Ed. Vicent. *Post hoc.* Sed Edd. Junt. post. Ald. Colin. Flor. *Post hæc;* ut est in D'Orvill. Fux. Guelf. pr. aliisque. In ceteris *Post hic*, ut passim variatur. Vide ad pag. 4. lib. I. *Oud.*—2 Guelf. sec. *remotum.* Id.—3 Ed. Vicent. *Ubi.* Id.—4 Ms. Par. Guelferb. pr. *pulveris.* Guelf. sec. *pulveri.* Id.—5 Bert. *scrutato*, male. Supra: 'Observatis opportunis temporibus.' *Elmenh.* Consule ad Luc. I. 601. 'Sidera servare.'

NOTÆ

[a] *Perditorum*] Supple, animalium.

vius [7] impetu primo corda mortalium validius [8] invadit ac premit, cohortem nostram gladiis armatam ante ipsas [76] fores Democharis, velut expilationis [9] vadimonium,[t] sistimus.[1] Nec secius [2] Thrasyleon, examussim [u] capto noctis latrocinali [3] momento, prorepit cavea: [4] statimque custodes, qui prope sopiti [w] quiescebant, ad unum omnes, mox et janitorem [5] ipsum, gladio conficit; clavique subtracta, fores januæ repandit; nobisque promte [6] convolantibus, et domus alveo receptis, demonstrat horreum, ubi

primo conamine fortius occupat et urget hominum animos, astituimus nostram catervam instructam ensibus ante ipsam januam Democharis, veluti satisfacturi sponsioni factæ de direptione domus ejus. Nec minus Thrasyleon, occupato puncto noctis apto latrociniis, placide egreditur cavea: statimque mucrone interfecit omnes ad unum custodes, quotquot erant strati prope ipsum dormientes, continuoque ipsum quoque ostiarium; ereptaque ipsi clave aperit valvas ostii; nobisque accurrentibus celeriter, atque introductis in interiora ædium, ostendit cellam, in quam callide ob-

In Pal. Guelf. sec. *servate*. Oud.—6 *Illumino*. Fux. *illunio*. Verum alibi (lib. VI. pag. 111.) nuptiæ Proserpinæ dicuntur illuminæ. *Roald.* Fulv. et Palat. lib. *illunio*. Plinio: 'Nox illunis.' Apul. 'Illunis caligo.' *Wower.* Ms. *illunio*, quod Fulvio probatur ob Plinii locum in Epistolis, quo nox illunis dicitur. Probatur et mihi: qui similia multa meminerim efferri, ut 'vulgarius' et 'vulgaris,' 'singularius' et 'singularis,' &c. *Sciopp. in Symb. Illunio.* Ita Pal. et Flor. Vulgo, *illumino*. Lib. IX. 'Tenebris illunæ caliginis impeditus.' Sidonius lib. II. Ep. 2. 'Quos a muralibus excubiis non dies ninguidus, non nox illunis et turbida, receptui canere persuadent.' *Elmenh.*—7 Flor. *obius*. Elmenh.—8 Par. et Ed. Flor. *validus*, minus bene. Conjecit Cl. Wasse *valdius*. Sed non ita solet Auctor. Passim vero 'valide' et ejus derivata habet. *Oud.*—9 Pal. *expilatoris*. Id.—1 Guelf. sec. a m. pr. *insist*. Id.—2 Pal. Guelf. sec. *serius*. D'Orvill. *sectius*. Vide Heins. ad Æn. IX. 442. *Id.*—3 D'Orvill. *latrocinalis*. Id.—4 Edd. Junt. Ald. *caveam*. Ne audias. *Id.*—5 *Mox ad unum omnes, etiam jan.* Distingue ex Flor. *omnes ad unum, mox etiam j*, Elmenh. Astipulantur Palat. Oxon. Reg. Fux. in quo *ad unum omnes, mox et*. Immo et Edd. Ald. ac Junt. post. cum Scriv. et Flor. Secutus sum Cod. Regii ordinem. Vulgo erat, *mox ad unum o. &c.* Oud.—6 Guelf.

NOTÆ

[t] *Velut expilationis vadimonium*] Quasi, policiti nos expilaturos Democharis domum, fidem liberare vellemus; hora condicta sistimus nos ante ejus fores, sicut in judicio præsentes sisti solent ad vadimonium. Locutio est e medio foro sumta. Horat. Satyr. 1. lib. I. 'Ille, datis vadibus, qui rure extractus in urbem est.'

[u] *Examussim*] Amussis, inquit Nonius, regula fabrorum est, quam Architecti, cum opus probant, rubrica illinunt: vel tabula quædam, qua utuntur fabri ad saxa coæquanda. Hinc 'examussim' et 'ad amussim:' accurate.

[w] *Qui prope sopiti, &c.*] Reponit Pricæus *probe*, satis Apuleiane. Supra: 'Probe nudatum carnibus corium.'

vespera[7] sagaciter argentum copiosum recondi viderat.[x] Quo protinus perfracto[8] confertæ manus violentia,[9] jubeo singulos commilitonum asportare quantum quisque poterat auri vel argenti, et in illis ædibus fidelissimorum mortuorum occultare propere, rursumque concito gradu[1] recurrentes sarcinas iterare: quod enim ex usu foret omnium,[y] me solum resistentem pro domus limine cuncta rerum exploraturum solicite, dum redirent.[2] Nam et facies ursæ, mediis ædibus discurrentis,[3] ad proterrendos, si qui de familia forte vigilassent,[4] videbatur opportuna. Quis enim, quamvis fortis et intrepidus, immani forma tantæ bestiæ,

servarat vespere plurima vasa argentea recondi. Qua confestim perrupta impetu nostræ densæ cohortis, jubeo unumquemque sociorum auferre quantum posset auri et argenti, et celeriter abdere in illis habitationibus fidelissimorum mortuorum, iterumque remeantes celeri passu asportare nova onera. Nam (quod cederet in communem utilitatem) me solum remanentem ante fores ædium observaturum attente singula, donec reverterentur. Nam et forma ursæ vagantis per mediam domum mihi videbatur idonea ad exterrendos, si qui forte ex famulis essent expergefacti. Nam quis, quantumvis magnanimus et expers metus, conspecta stupenda facie tantæ

pr. *prone.* Id.—7 Oxon. a m. pr. *aspera.* Id.—8 Flor. *prostrato.* Elmenh.—9 Fux. *confestim confertæ manus v.* Roaldus. *Confestim confarctæ m. v.* Flor. *Elmenh.*—1 Vulgo, *occultare corpora.* Alii, *cito gr.* male. Lib. I. (immo h. lib. p. 78.) 'Platææ terminos concito gradu deserentes.' Et, 'Cursu me concito proripio.' Lib. V. 'Alte rursus concito gradu pelago viam capessit.' *Id.*—2 Reg. Fux. *residerent.* Oud.—3 Pal. Guelf. sec. Oxon. *discurrendis.* Id.—4 Geminatione literarum, idque locis geminis, juvanda sententia: *ad perterrendos, si qui forte evigilassent.* De utroque mihi jam persuasum est. Maxime autem de posteriori, quod sciam Ciceronem, Quintilianum id verbi ea notione usurpasse. Est etiam apud Arnobium lib. II. adversus Gentes: 'Quibus causis,' inquit, 'mergamur in somnos, quibus evigilemus.' Itidem Appuleius lib. VIII. 'Somnolentis tenebris relictis, ad aliam evigila caliginem.' *Stewech.* *Proterrendos.* Sic recte scriptum. Bas. I. *proterendos.* Et lib. VIII. scribendum puto: 'Quid miseros homines et laboriosos viatores tam crudelibus animis invaditis ac proterretis?' *Colv.* Assentior Fulvio ex manuscr. reponenti *perterrendos:* quam vocem in Suspectis quoque Lectionibus lib. III. Epist. 8. Apuleio alibi asserui, et ex Cicerone, aliisque scriptoribus idoneis confirmavi supra pag. 38. *Sciopp. in Symb.* Alii, *perterrendos.*

NOTÆ

[x] *Horreum, ubi, &c. argentum copiosum recondi viderat*] Horreum hic gazophylacium est. Sic etiam lib. V. 'Altrinsecus ædium horrea sublimi fabrica perfecta, magnisque congesta gazis conspicit.'

[y] *Quod enim ex usu foret omnium*] Præfatio boni ominis causa, harum similis: 'Quod omnibus bene verteret:' 'Quod felix faustumque esset,' &c.

noctu præsertim, visitata,[5] non se ad fugam statim concitaret?[6] non, obdito cellæ pessulo, pavens[7] et trepidus sese cohiberet?[8] His omnibus salubri consilio recte dispositis, occurrit scævus[9] eventus.[z] Namque, dum reduces[1] socios nostros suspensus[2] opperior, quidam servulus,[3] strepitus scilicet divinitus[4][a] inquietus, proserpit leniter;[5] visaque bestia, quæ libere[6] discurrens totis ædibus commeabat, premens obnixum[7] silentium, vestigium suum replicat: et utcumque cunctis in domo visa pronuntiat. Nec mora, cum numerosæ familiæ frequentia domus tota completur.

belluæ, ac præcipue noctu, non se daret confestim in fugam? non se contineret cella oppessulata pavidus et tremens? His omnibus bene præparatis salutari consilio, obstitit sinister Eventus. Dum enim expecto anxius nostros commilitones revertentes, quidam puer expergefactus strepitu, Diis nempe jubentibus, prorepit placide; conspectaque ursa, quæ soluta vagabatur per totam domum, observans silentium toto nisu, redit unde venerat, et narrat omnibus, ut potest, quæ viderat in ædibus. Continuoque tota domus impletur numerosa turba servorum. Obscu-

Elmenh.—5 Bert. *insica:* male. *Elmenh.* D'Orv. *nocte*, crebra variatione. Vide Bulæum ad Quintil. Instit. lib. I. cap. 4. f. et alios sæpe. In eodem est *inusitata.* Ed. Ber. *usitata*, corrupte, ut factum crebro. *Oud.*—6 Reg. Fux. *statim ad f. se concitaretur.* Pith. *cunctaret.* Guelf. pr. *accitaret.* Id.—7 D'Orv. *poneres.* Id.—8 *Sese cella coh.* *Cella* abest a Ven. et Ald. *Colv.* Τὸ *cella* ex Fl. et Bert. *Elmenh.* Illud *cella* glossema puto. *Brant.*—9 Vulgo passim, *sævus.* Contrarius huic bonus Eventus supra. *Colv.* Manuscr. (Fulv.) *anxius ev.* Sciopp. in Symb. Hinc quis conjiceret *maneus.* Nam et in Palat. ac Guelf. sec. est *scenus.* Sed hinc potius corruptelæ patet ansa. *Sævus* est in Bertin. Oxon. D'Orv. Fux. et Edd. ante Colv. nisi quod Ed. Bas. pr. det *servus.* Adi ad lib. I. pag. 13. *Oud.*—1 Guelferb. ambo, *reducens.* Id.—2 Ed. Bas. pr. *ansuis*, et in marg. *suspensos*, ut in uno Guelf. a m. pr. male. *Id.*—3 Fux. *q. servulorum.* Roaldus. Oxon. Guelf. pr. *quendam servulum.* Reg. *quid. servulorum.* D'Orv. *quid. servulis.* F. *quid. de servulis.* Vide ad lib. VIII. init. *Oud.*—4 *Strepitu sc. d.* Mea auctoritas valeret, restituerem: *strepitu sc. diutino inquietus.* Stewech. Tanquam Deus quis sic voluisset. *Colv.* *Strepitus scilicet* Fux. absunt. *Roald.* Quomodo divinitus inquietus, si strepitu? Potius scribendum, *strepitu sc. diutino.* Nisi illa *strepitu scilicet* e glossa surrepsisse existimemus. Nam eadem verba Pal. Cod. ignorat. *Wow.* *Strepitu sc.* non est in Pal. et putat Wower. e glossa subrepsisse. Vide Grut. l. VII. Suspic. cap. 12. *Elmenh.* F. *divagantes.* Brant.—5 D'Orv. *prospicit leviter.* Oud.—6 D'Orv. *libera.* Verbum deest Ed. Ber. *Id.*—7 Quidam, *obnoxium.* Supra: 'Lenem gradum et obnixum silentium tolerans.' *Colv.* Pal. *obnixim.* Alii, *obnoxium.* Male. Supra: 'Lenem gradum et obnixum silentium tole-

NOTÆ

[z] *Scævus eventus*] Sinister Eventus contrarius prospero Eventui; quem fuisse Deum supra observavimus, p. 245.

[a] *Strepitus* [*strepitu*] *scilicet divinitus, &c.*] Wower. suspicatur reponendum *diutino* pro *divinitus;* recte, ut arbitror.

Tædis, [77] lucernis, cereis, sebaceis,[8] et ceteris nocturni[9] luminis instrumentis clarescunt tenebræ. Nec[1] inermis quisquam de tanta copia processit, sed singuli[2] fustibus, lanceis, destrictis[3] denique gladiis armati, muniunt aditus. Nec secus[4] canes etiam venaticos, auritos illos et horricomes, ad comprimendam bestiam cohortantur.[5] Tunc ego sensim, gliscente adhuc illo tumultu,[b] retrogradi fuga[c] domo facesso: sed plane Thrasyleonem[6] mire canibus repugnantem, latens pone januam, ipse prospicio.[7] Quanquam enim vitæ metas ultimas obiret, non tamen sui, nostrique,[8] vel[9] pristinæ virtutis oblitus, jam faucibus ipsis[1] hiantis Cerberi reluctabat. Scenam[d] denique,[2] quam sponte sumserat

ritas noctis illuminatur facibus, lampadibus, candelis cereis, sebaceis, et aliis instrumentis lucis nocturnæ. Neque ullus ex tanta multitudine venit absque armis sed omnes instructi baculis, hastis, denique ensibus nudatis, occupant aditus. Præterea excitant etiam canes illos venaticos prolixis auribus et horrentibus villis ad reprimendam feram. Tunc ego, crescente adhuc illa turba, retrorsum fugiens proripio me paulatim ex ædibus. Sed tamen abditus post ostium video Thrasyleonem mirifice reluctantem adversus canes. Quamvis enim pervenisset ad extremum terminum vitæ; memor tamen sui, nostrique, et antiquæ fortitudinis, repugnabat ipsi gutturi Cerberi jam inhiantis. Denique retinens cum spiritu personam, quam

rans.' *Elmenh.* Scil. p. 70. ubi eadem varietas. *Obnoxium* est in sola Ed. Bas. pr. *Oud.*—8 Oxon. Guelferb. *sebatus.* Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *sepaceis:* male. Vide ad Frontin. p. 225. *Id.*—9 *Sep. nocturni.* Fux. *sebaceis et ceteris nocturnis.* Recte. *Roald.* *Et ceteris.* Hæc male absunt a vulgatis. *Elmenh.* Præterquam ab Ed. Junt. post. quæ eas voces e Mss. Florentinis jam addidit, agnoscentibus illas quoque Oxon. Pith. Par. et Bertin. cum Edd. Scriv. et Flor. Verissime; sive sumas τὰ 'cereis,' 'sebaceis' substantive, sive jungas 'tædis' et 'lucernis.' Geminus est locus l. XI. p. 244. 'Lucernis, tædis, cereis, et alio genere facti luminis, (vel, *alio, id genus facium, lumine,*) siderum cœlestium stirpem propitiantes:' ubi vide. *Oud.*—1 Guelf. sec. *Ne.* Id.—2 D'Orv. *singulis.* Guelf. sec. *singulo.* Id.—3 Sic Mss. plerique. Ed. Ber. *distructis.* Vulgo *districtis* rursus. Vide ad lib. III. pag. 45. *Id.*—4 *Secius* lego, ut et post paulo, ubi est 'nec secus alius,' *secius* præferam. *Brant.*—5 Oxon. *coartantur.* Oud.—6 Ms. D'Orv. Edd. Junt. pr. Ald. *Thrasyleon.* An fuit *Thrasyleona?* Id.—7 Bert. *conspicio.* Elmenh.—8 *Nostrique.* Fux. *unquam.* Oud.—9 Regius, *nec.* Id.—1 Oxon. *ipsius,* quod præfert Pricæus, non ego. *Id.*—2 Fux. *quippe.* Roaldus. Flor.

NOTÆ

[b] *Gliscente illo tumultu*] Plaut. Asinaria: 'Pulchre hoc gliscit prælium.' Id est, crescit.

[c] *Retrogradi fuga*] Ab adjectivo 'retrogradis,' pro quo usitatius 'retrogradus.'

[d] *Scenam*] Personam scenicam ursæ, quam induerat. Scena tamen proprie est Theatri frontispicium. Vide Vitruv. lib. v. de Architect.

cum anima retinens, nunc fugiens, nunc resistens, variis corporis sui schemis [3] [e] ac motibus tandem domo prolapsus est. Nec tamen, quamvis publica potitus [4] libertate,[5] salutem fuga quærere potuit.[6] Quippe cuncti canes de proximo angiportu satis feri, satisque copiosi, venaticis illis, qui commodum domo [7] similiter insequentes processerant, sese commiscent [8] agminatim. Miserum funestumque spectamen [9] aspexi, Thrasyleonem nostrum catervis canum sævi-

ultro induerat, modo vertens terga, modo reluctans, diversis figuris ac motibus sui corporis evasit demum ex ædibus. Neque tamen potuit conservare vitam suam fugiendo, quamvis redditus esset publicæ libertati. Omnes enim canes ex proximo vico valde truces et multi admodum adjungunt se turmatim venaticis illis, qui eodem tempore prodierant ex ædibus persequentes ipsum similiter. Vidi spectaculum triste ac miserandum, Thrasyleonem nostrum circumdatum atque obsessum agmini-

Codicis lectio est. Vulgo, *scemam*. Elmenh.—3 *Sch.* Sic reposui, cum vulgo male legi putarem: *scenis*. Nonius Marcellus: 'Petauristæ a Veteribus dicebantur, qui saltibus vel schemis levioribus moverentur.' Item: 'Sanniones dicuntur a sannis, qui sunt in dictis fatui, et in motibus, et in schemis:' ut feliciter Lipsius duobus istis locis rescribit. Quem secutus etiam hunc sic emendare non dubitavi. Sunt qui semper in scriptore nostro, ubi *scena* positum est, *schema* legendum censeant,: ut lib. II. supra: 'Venerabilis scenæ facie:' et hic paulo ante: 'Scenam denique, quam sponte sumserat:' et post aliquotiens. Iidem etiam legi in Seneca non ferant Epistola XCIX. 'Vidi ego in funere suorum verendos: in quorum ore amor eminebat, remota omnium legentium scena. Nihil erat, nisi quod veris dabatur affectibus.' Nec in Tertulliano de Anima: 'Cur ipsam corporis scenam tempus aboleverit.' Aut in Sidonio: 'Scenæ mœnium publicorum.' Eodem enim modo ubique 'scena' positum, quo sæpius apud Nostrum. *Colv. Scenis:* i. e. figuris, motibus, quo ex loco P. Fabius putavit omnibus locis restituendam illam vocem; ut infra, pro *venerabili scena*, legebat *venerabili schema:* Prisc. lib. VI. (p. 679.) et Nonio Marcel. Sed quis tandem modus foret tot integros auctorum locos turbandi pervertendique? In solo Apuleio (ne de exteris loquar) septies plus minusve peccandum esset. Hoc est enim peccare, cum recepta et frugi lectio suis sedibus deturbatur. *Roald.*—4 Guelf. sec. *potius*. Oud.—5 Pith. *liberalitate*. Id.—6 Palat. *potui*. Id.—7 Pith. *commodo domum*. Male. Heins. *incommodum*. Dixi alibi. *Id.*—8 Oxon. *se*. Palat. *admicent*. Pith. Guelf. pr. *commissent:* sed Reg. Fux. Guelf. sec. Oxon. *obmiscent:* quod non temere spernendum opinor. Nam Auctor multus est in usu præpositionis 'ob.' Vide Indicem. *Id.*—9 *Spectatum*. Beroaldus rescribit *spectaculum*. Spectatum, ut Postulatum, Denuntiatum, Depensum, et id genus alia. *Colv.* Fux. *spectamen*. Roaldus. Ful. *spectamen*. Alii, *spectaculum*. Wower. In Suspectis (lib. II. Ep. 8.) corrigebam, *spectatu*. Sed Ms. habet *spectamen:* qua voce Plautus non semel usus est: et hic libri VII. pag. 117. 'Novum et hercules memorandum spectamen.' Et statim: *turbellis immisceor*. Sciopp. in Symb. *Spectamen*. Sic membr. Flor. Alii, *spectaculum*.

NOTÆ

[e] *Schemis*] Figuris et gestibus (*postures*). Dicitur 'schema' 'schemæ,' et 'schema' 'schematis.' Græcum est σχῆμα, habitus.

entium cinctum atque obsessum, multisque numero morsibus laniatum. Denique, tanti doloris impatiens, populi circumfluentis turbelis[1] immisceor; et, in quo solo[2] poteram celatim[3] auxilium bono ferre commilitoni, sic indaginis principes[4] dehortabar: O grande, inquam,[5] et extremum[6] flagitium! magnam et vere pretiosam perdimus bestiam. Nec tamen nostri sermonis artes infelicissimo profuere[7] juveni. Quippe quidam procurrens e domo, procerus et validus, incunctanter[8] [78] lanceam mediis injecit ursæ præcordiis: nec secus alius. Et ecce plurimi, jam timore discusso, certatim gladios etiam[9] de proximo congerunt.[1] Enimvero[2] Thrasyleon, egregium decus nostræ factionis, tandem immortalitate digno illo spiritu expugnato magis,[f] quam patientia,[3] neque clamore, ac ne[4] ululatu

bus canum crudeliter irruentium, et jam laceratum plurimis morsibus. Postremo, non sustinens tantum dolorem, admisceo me turbis populi illuc convenientis undique, et (in quo uno poteram ferre occultam opem optimo socio) sic dissuadebam instigatores canum: O facinus, inquam, immane et probrosum! jacturam facimus magnæ belluæ et vere pretiosæ. Neque tamen solertia meorum verborum quicquam profuit infortunatissimo juveni. Quidam enim magnus et robustus provolans ex ædibus absque mora adegit hastam in media viscera ursæ: aliusque similiter. Ecce permulti, deposito jam metu, ingerunt certatim enses, et cominus quidem. Thrasyleon autem, eximia gloria nostræ catervæ, oppressa tandem illa anima digna immortalitate potiusquam devicta constantia, nulla vociferatione violavit fidem jurisjurandi,

Rom. *spectatum.* Elmenh.—1 *Turbulis.* Fux. *turbellis*, pro quo lege *turbelis*, ut supra. *Roald.* Flor. *turbelis.* Elmenh. Sic etiam Oxon. et Palat. bene. *Turbellis* Fulv. Guelf. ambo, et Ed. Junt. post. *Turbulis* in reliquis Mss. et Edd. Vide ad lib. III. pag. 62. 'Inter ipsas turbelas Græcorum.' *Oud.*—2 *Solo* abest a Palat. et Oxon. *Id.*—3 *Celatum.* Emendat Lipsius: *celatim.* Quod mihi verisimile fit. Sisenna enim lib. VI. Historiarum: 'Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit.' *Colv.*—4 Pal. Oxon. Pith. *princeps.* D'Orv. *principem.* Oud.—5 D'Orv. Pith. *inquit.* Fortassis est delendum. Vide tamen ad lib. I. pag. 16. 'Subjicio: Benigne, inquam.' *Id.*—6 Bert. *immane.* Elmenh. E glossa. *Oud.*—7 D'Orv. Oxon. Pith. Fux. Guelf. sec. *profuerunt.* Id.—8 *Incontanter.* D'Orv. Guelf. *incunctanter*, solita variatione. *Id.*—9 Edd. Colv. Vulc. Par. seu Merc. *et jam.* Id.—1 *Congerunt* deest Regio, Fux. *Id.*—2 *Enimv.* Et hoc exulat a Regio, Fux. *Noster* habet Bertinus. *Id.*—3 *Magis, q. pat.* Exciderunt hæ voces per incuriam ex Ed. Wowerii, et hinc Pricæi. *Id.*—4 Sic reposui cum Mss. D'Orv. Oxon. Guelf. pr. et Ed. Junt. post. ac Pricæi nota. Vulgo *nec*, quæ vocula deest Fux. Vide ad l. II. pag. 35. 'Ne obliquanda quidem.' Placebat Heinsio *ejulatu.*

NOTÆ

[f] *Spiritu expugnato magis, &c.*] Amissa prius vita, quam patientia.

quidem, fidem sacramenti prodidit: sed jam morsibus laceratus, ferroque laniatus,[5] obnixo[6] mugitu et ferino fremitu præsentem casum generoso vigore tolerans, gloriam sibi reservavit,[7] vitam fato reddidit. Tanto tamen terrore tantaque formidine[8] cœtum illum turbaverat, ut usque diluculum, immo et in multum diem, nemo quisquam fuerit ausus, quamvis jacentem, bestiam vel digito contingere: nisi tandem pigre ac timide quidam lanius paulo[9] fidentior, utero bestiæ resecto, ursæ[1] magnificum despoliavit latronem.[g] Sic etiam Thrasyleon nobis perimitur; sed a gloria non perivit.[2] [h] Confestim itaque constrictis[3] sarcinis illis, quas

ac ne ejulatu quidem. Verum jam dilaniatus morsibus, et discerptus ferro, simulans totis viribus mugitum et clamorem belluinum, sustinens egregia virtute præsentem sortem, reservavit sibi laudem, efflavit animam. Perculerat nihilominus turbam illam tanto metu et tanto timore, ut ad auroram usque, immo et ad multam lucem nemo prorsus ausus fuerit tangere vel extremo digito belluam, quamvis stratam humi: sed lanius quidam, paulo audacior ceteris, discisso tandem lente ac trepide ventre belluæ, nudavit inclytum prædonem latentem in ursa. Sic Thrasyleon quoque interficitur nobis; sed non interiit, quantum ad gloriam. Nos ergo collectis

Vide ad l. IV. p. 65. *Id.*—5 Malebat Heinsius, *lancinatus.* Id magis morsibus pag. præc. conveniret. Sed vide ad lib. VIII. p. 156. 'Multo dente laniavit.' *Id.*—6 Oxon. Guelf. pr. *obnixu.* Id.—7 Rom. Venet. *reseravit.* Colvius. Fux. *reservavit, et vitam f. r.* Roaldus. Bert. et Rom. *reseravit*: male. *Elmenh.* Ed. Vicent. etiam *reseravit.* Ber. *reservit.* In Regio et Guelf. utroque interjicitur quoque *et*, pro *at.* Frustra. D'Orv. *vitam et.* Oud.—8 Oxon. *fortitudine.* Fux. *tanta form.* Id.—9 Basileenses *Patilo*, tanquam proprium nomen. *Colv.* *Patilo.* Fux. *paulo*, quod vidit etiam Beroald. et Ald. *Roald.* —1 Fux. *utero resecto ursæ.* Verum abesset τὸ *ursæ*, et *bestiæ* retineretur, e re Apuleii magis videretur. Ita enim sæpissime appellavit absolute. *Roald.* Τὸ *ursæ* male abest a Vulcanii editione. *Elmenh.* Illud *bestiæ* ut Glossema jugulo. *Brant.*—2 Bert. *interimitur, sed a gloria non interivit.* Elmenh. D'Orv. *vobis.* Oxon. *picio.* In Guelf. pr. corrupte, *n. pervium* cum Glossa *manifesto.* In Guelf. sec *n. pm.* A *nobis* usque ad seq. *nobis* desunt Regio, Fux. *Oud.* *Perivit.* Scriptum id fuit ἀρχαϊκῶς, pro *peribit.* Plautinam sententiam huic in animum fuisse verisimile est, ex Captivis: 'Qui per virtutem peritat, non interit.' Opinionem nostram non queo commodius, quam ipsius Apuleii germano loco stabilire, qui eodem hoc libro: 'Sed illum utcumque virtus sua peremit, inter inclytos reges ac duces præliorum tanti viri memoria celebrabitur.' Dabo locum, in quo e contrario B pro V immigrasse censeo.

NOTÆ

[g] *Ursæ magnificum despoliavit latronem*] Hanc lectionem si retineas, *ursæ latronem* intellige latronem, qui putabatur ursa, latronem sub ursa jacentem, ut exposui. Si vero magis placuerit Pricæi lectio, qui reponit *ursa*, pro *ursæ*, refer ad 'despoliavit,' et expone: nudavit pelle ursæ.

[h] *Thrasyleon perimitur; sed a gloria non perivit*] In hanc sententiam Ta-

nobis servaverant fideles illi[4] mortui, Platææ terminos[1] concito[5] gradu deserentes, istud apud nostros animos identidem reputabamus, merito nullam Fidem in vita[6] reperiri; quod ad Manes jam et mortuos[7] odio perfidiæ nostræ demigrarit.[8] Sic onere vecturæ, simul et asperæ[9] viæ toti fatigati, tribus comitum desideratis,[1] istas, quas videtis, prædas adveximus.[2] Post istum sermonis terminum, poculis aureis memoriæ defunctorum commilitonum vino mero libant;[3] dehinc, canticis quibusdam Marti Deo blanditi,[4] paululum

protinus sarcinis illis, quas illi fidi mortui nobis asservarant, relictis veloci passu finibus Platæarum, hoc recogitabamus identidem nobiscum, jure nullam fidem inveniri in vita; quoniam illa exosa nostram perfidiam descendit ad Inferos defunctosque. Sic cum essemus omnes defessi pondere sarcinarum, et asperitate itineris, amissis tribus ex nostris sociis, apportavimus hæc spolia, quæ cernitis. Finita oratione his verbis, effundunt vinum crateribus aureis in memoriam sociorum mortuorum; deinde, cum demulsissent Deum Martem quibusdam hymnis, tantisper

Cassiodorus libro VI. Variarum in formula præfecti annonæ: 'Per officinas pistorum cibosque discurris, et munditiam paucis exigis, nec vile judicas, unde te possit Roma laudare.' An ferendum sit *discurris per cibos*? Mihi certe is cibus non sapit. Puto in antiquis fuisse, *bicosque discurris* pro *vicosque*. Id an ad palatum sit eruditiorum, audiam. *Stewech.*—3 Edd. Ald. Junt. post. *constrinctis.* Oud.—4 Mss. Flor. Oxon. Fux. Pal. Ed. Junt. post. carent τῷ *illi.* Sed vide ad l. I. p. 2. In Fux. *fidelem.* Id.—5 *Cito.* Fux. *concito.* Roaldus. Pal. et Fulv. *concito.* Wowerius. Ms. *concito:* quod statim seq. pag. legitur. *Sciopp. in Symb.* *Concito.* Vulgati, *cito.* Male. *Elmenh.* At Wowerius ita jam reposuit verissime ex perpetuo Nostri stylo, et consentientibus Mss. O. præter Guelf. sec. Vide Pric. et Indic. et ad p. 76. *Oud.*—6 Fux. *in vita nostra.* Roaldus. Ms. *in vita nostra.* Sciopp. in Symb. —7 Pith. *Manis et jam m.* Fux. Guelf. ambo, *mansiam et m.* Oud.—8 *Demigravit.* Flor. *demigrarit.* Elmenh. Bene sic quoque Pithœanus, et edidit Scriverius, et haud abludunt Fux. Guelf. pr. Oxon. *dimigrarit*, Pal. Guelf. sec. *demigrati.* In Ed. Bas. pr. *dimigravit* pessime. *Odio* deest D'Orv. Pro *sic* in Guelf. sec. *scio.* Oud.—9 *Asperitate.* Flor. *asperæ.* Elmenh.—1 Manusc. Fulv. *desertis.* Sciopp. in Symb.—2 Guelf. pr. *aduximus.* Oud.—3 Postrema omnium editio: *libantes.* Colv. Fux. *bibunt.* Ald. vero *libant.* Roaldus. Guelf. sec. *liberant.* Par. *bibant.* Ed. Bas. pr. *libans:* sec. *libantes.* Oud.—4 Palat. non habet *Deo.* In Oxon. *blandita.* Id.—5 *Etenim.* Grut.

NOTÆ

citus in Vita Julii Agricolæ: 'Quanquam medio in spatio integræ ætatis abreptus, quantum ad gloriam longissimum ævum peregit.' Præpositio 'a' hoc loco valet, quoad, quantum ad. Sic libro I. 'Transtulit in aliam civitatem summo jugo montis exasperati sitam, et ob id ab aquis sterilem.' Et in Apologia: 'Umbra ignobilitatis tibi a probatore obstitit.' Plaut. Truculento: 'Ab ingenio improbus.'

[1] *Platææ terminos*] Singulari numero hic effert Platæam urbem, quam supra Platæas dixit numero multitudinis.

conquiescunt. At enim[5] nobis anus illa recens hordeum affatim et sine ulla mensura largita est; ut equus quidem[6] meus tanta copia,[7] et quidem solus potitus, [79] salias[8] se cœnasse cœnas[k] crederet. Ego vero, quanquam alias hordeum tunsum minutatim, et diutina cogitatione jurulentum semper essem,[9 l] rimatus angulum, quo panis[1] reliquiæ

dormiunt. Vetula autem illa distribuit nobis hordeum recens abunde, et sine modo; adeo ut meus quidem equus putaret se fuisse exceptum epulis Pontificalibus, cum fructus esset tanta abundantia hordei, et solus quidem. Ego vero, quamvis antea semper comedissem hordeum contusum minutatim, et diu sectum, conditum jure; scrutatus angulum, in quo residua panis totius illius turbæ coacervata fuerant, ex-

At enim. Elmenh. Scil. l. VII. Susp. c. 12. Verissime; ut servarunt Oxon. Palat. Pith. et monuit Pricæus. Vide Ind. Floridi. In. Reg. Fux. Guelf. utroque, et Par. est, *At nobis.* Oud.—6 Non inscite conjecit vir doctus *quondam;* scil. cum adhuc eram Lucius. Sed vide l. III. p. 60. l. IV. p. 63. 'Cum asino vel equo meo.' *Id.*—7 *Tanta copia.* In altero Flor. legitur, *te copiosa.* Elmenh. Sic ibi legitur pro varia lectione. Pro *mensura* in Oxon. Guelf. pr. *miseria,* et mox *equidem* prave. *Oud.*—8 *Saliares.* Flor. *salies* vel *saliens:* deleta voce *cœnas;* male. Vide Indicem. *Elmenh.*—9 *Et diutina resectione virulentum semper eserim.* Sic reposui, maximi Lipsii secutus sententiam. Quidam *refectione:* alii *cogitatione.* Denique Beroaldus *agitatione.* Diutina resectione, quia vetus et diu a stipulis resectum, recisum. *Colv.* Fux. *nunquam a. hordeo cibatus sum minutatim, et diutina cogitatione jurulentum s. e.* Beroald. legit *agitatione.* Roald. Emenda, *diutina refectione jurulentum.* Wowerius. Flor. I. *nunquam alias hordeo cibatus sum.* Durantius, *q. a. tunsum munitaverim.* Dein *diutina refectione jurulentum.* Sic Flor. I. In altero est, *d. cogitatione j.* Bert. *d. cogitatione virulentum.* Schickerad. *d. aquatione j.* Vide Durantium Variar. Lect. l. I. c. 11. Flor. *s. esse.* Elmenh.—1 Reg. Fux.

NOTÆ

[k] *Sal.* [*Saliares*] *cœnas*] Lib. IV. 'Proximum castellum petam, inde vobis Saliares epulas comparaturus.' Vetustissimum Sacerdotum genus fuit apud Romanos Salii, sic dicti a 'saliendo,' quod delapsa cœlo ancilia saltantes ferrent. Saliares cœnæ et Pontificales cœnæ sunt lautæ et opiparæ, quales erant Pontificum, non sine vino generoso. Horat. lib. I. Od. 37. 'Nunc Saliaribus Ornare pulvinar Deorum Tempus erat dapibus, sodales.' Et lib. II. Od. 14. 'Et mero Tinget pavimentum superbum Pontificum potiore cœnis.'

[l] *Ego vero, quanquam alias hordeum tunsum minutatim, et diutina cog. &c.* [*resectione, jurulentum semper ederim, &c.*] Hæc est scriptura Pricæanæ et Scriverianæ editionis, nisi quod virgulam interposui inter voces *resectione* et *jurulentum.* Sensus est: Ego vero, tametsi alias, etiam dum homo essem, solerem edere hordeum minutatim, et diutina resectione tunsum (*orgemonde*), jurulentum, id est, in jure coctum, (cujusmodi etiamnum editur addito saccharo, prodestque macilentis et tussiculosis), sicque ab hordei non conditi esu, asinus factus, non tantopere abhorrere deberem; tamen, quia panis reliquias in angulo reperi, malui iis me satiare. Aliæ quædam editiones habent: *et diutina*

totius multitudinis congestæ fuerant, fauces diutina fame saucias et araneantes[m] valenter[2] exerceo. Et ecce, nocte promota, latrones expergiti castra commovent: instructique varie, partim gladiis armati, in Lemures reformati[3] [n] concito se gradu proripiunt. Nec me tamen instanter ac fortiter manducantem vel somnus imminens impedire potuit. Et, quanquam prius, cum essem Lucius, unico vel secundo pane contentus mensa decederem, tunc ventri tam profundo serviens, jam ferme[4] tertium qualum rumigabam.[o] Huic

erceo strenue guttur meum læsum longa esurie, et jam contrahens araneas. Et ecce nocte provecta prædones excitati movent castra; et ornati diversis modis, partim armati ensibus, partim transformati in larvas, celeriter exeunt domo. Neque tamen vel urgens sopor potuit me cohibere comedentem avide et strenue. Et, quamvis antea, donec eram Lucius, exirem a mensa satiatus uno aut altero pane; tunc indulgens meæ alvo adeo capaci, jam manducabam fere tertium canistrum pa-

panum. Roald.—2 *Vehementer.* Fux. *valenter.* Valenter sane. *Roald. Valenter.* Vulgo, *vehementer.* Elmenh. *Valenter* edidi auctoritate Codd. Flor. Fux. Reg. Oxon. Pal. Ed. Junt. post. cum Elmenh. et Flor. Supra p. 73. 'Nos pulpis ejus valenter saginantes.' Et sic alii. Dein Fux. *en ecce.* Oud.—3 *Reformant.* Fulvius conjecit *reformati.* Stewechius, *se reformant.* Neutrum probo; quid autem dicam melius, non habeo. *Sciopp. in Symb. Reformati.* Hæc ignorat Ms. Pal. Vide Gruterum Suspic. l. VII. c. 13. *Elmenh.*—4 Manuscr. *farinæ.* Sciopp. in Symb. Ex illo Fulv. Cod. sic edidit Scriverius.

NOTÆ

resectione virulentum. Quod mihi non improbatum primitus. Intelligebam enim: Quamvis antea semper edissem hordeum tunsum minutatim, et vetustate insuave, et quasi venenatum, eo quod jam pridem resectum, hoc est, demessum fuisset; atque anus illa tunc temporis recens apponeret longe suavius futurum; malui tamen panem in angulo repertum edere. Verum non scrupulum mihi, sed lanceam injecit, quod vixdum ab uno die Lucius noster factus erat asinus, et hic secundus tantum cibus erat, quem sub asinali forma caperet; et primo quidem non hordeum vetus, sed cruda olera vorarat olitoris illius, cujus hortum diripuerat. Itaque, missa hac posteriori lectione, priori inhærendum censui.

[m] *Araneantes*] In quas cibus jam dudum non intraverat, atque ob id incipientes obduci aranearum telis; quemadmodum loca scopis pridem non purgata.

[n] *In Lemures reformati*] Nonius: Lemures: larvæ nocturnæ et terrificationes imaginum et bestiarum. Quales latronum quidam induebant, quo tutius noctu grassarentur, et majorem obviis terrorem incuterent. Lemures dici putant quasi 'Remures' a Remo, cujus interfecti Manes frater Romulus cum placare vellet, parentalia ipsi instituit Lemuria dicta.

[o] *Rumigabam*] Verbum huic Auctori et loco peculiare; estque, ruminabam, seu remandebam.

me operi attonitum[5] clara lux oppressit. Tandem denique asinali verecundia ductus, ægerrime tamen digrediens,[6] [p] rivulo proximo sitim lenio.[7] Nec mora, cum latrones ultro[8] anxii atque soliciti remeant,[9] nullam quidem prorsus sarcinam, vel omnino licet vilem laciniam ferentes; sed tantum gladiis, totis manibus, immo factionis suæ cunctis viribus, unicam virginem filo liberali,[1] [q] et, ut matronatus[2]

num. Mansi intentus huic operi usque ad multam lucem. Postremo impulsus pudore asinino, repugnanter tamen inde discedens, levo sitim in vicino rivulo. Nec multo post prædones redeunt animo valde inquieto ac turbato, nullum quidem penitus fasciculum prædæ advehentes, ac ne vestem quidem ullam vel vilissimi pretii; sed armati duntaxat ensibus adducebant totis manipulis, immo omnibus copiis suæ catervæ, puellam unam, forma honesta, et, (ut ejus vestitus magnificus ostendebat,)

Rumigabam pro, ruminabam, retinent Mss. O. *Oud.*—5 *Attentum.* Vulgati omnes: *attonitum.* Male. Recte lib. VII. 'Mihi vero per diem laboriosæ machinæ attento furfures apponebat.' Et IX. 'Nam licet forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecerit.' Sed jam etiam primum restitui l. x. in f. 'Tota familia partim ministerio venationis occupata, partim voluptario spectaculo attenta.' *Colv.* Pal. et Bert. *attonitum.* Male. L. VII. p. 134. 'Mihi per diem laboriosæ machinæ attento.' *Elmenh.*—6 Oxon. *digrad.* Oud.—7 Veteres editi, *levitio.* Emendat Beroaldus *levo* vel *lenio.* Colv. *Levo.* Fux. *lenio:* quomodo Beroald. et Ald. *Roald.* Rom. et Flor. *lenio.* Male. Ovidius IV. Tristium Elegia 8. 'Nec siccam Getico fonte levare sitim.' *Elmenh.* Vet. Ed. *levitio.* Vide Notas ad lib. VIII. *Brant.*—8 Pal. Oxon. Fux. Pith. Guelf. *ultra.* Wasseo placebat *retro.* Oud.—9 Ora libri ascriptum habet, *remaneant.* Noli dubitare, quin habitarit in Autographis *reveniant.* Itidem emendandum apud eundem pluries. Inprimis lib. VI. 'Ecce confecto nescio quo gravi prælio latrones eveniunt onusti.' Lege *reveniunt.* Iterum initio libri septimi: 'Quidam de numero latronum pervenit:' lego *revenit.* Apuleius lib. septimo, ubi id vocabulum integrum est, 'Gaudentes,' ait, 'civitatem revenimus.' Iterum l. IX. 'Larem reveni meum.' Solinum, Ciceronem, Plautum sæpenumero usos, non est pretium operæ demonstrare. Corrigamus potius, quod mox subditur: 'Dicere eam sæviore jam vultu jubebat, quod malum fieret.' Formula Comica et irascentis erit, si sic emendes: *quid malum fleret.* Contrarium extat apud eundem hunc libro decimo: 'Sciscitatus quid bonum rideret familia.' *Stewech.* Ora libri, quo usus Stewechius, ut ipse testatur, habet *remaneant.* Ille facit *reveniant.* Mihi nequaquam fit verisimile. Lego *remanant.* Festus: 'Remanant, repedant.' Ennius lib. I. sive ut alii v. 'Desunt rivos camposque remanant:' ubi alii legunt *repelant,* ego feci *repedant.* Pro *Desunt* alii legunt *Deserunt.* F. *Descendunt clivos.* Brant.—1 Bas. 1. et Ven. *liberalem.* Dicam quod huc facit commodius lib. de Deo Socratis. *Colv.* Fl. et Ro. *filio liberalem.* Inepte. Agellius lib. XIV. c. 4, 'Forma

NOTÆ

[p] *Tandem denique asinali verecundia ductus, ægerrime tamen digrediens, &c.*] Virgil. Eclog. VII. 'Ite domum, pasti; si quis pudor, ite, juvenci.'

[q] *Filo liberali*] Nonius: 'Filum oris, liniamentum.' Plaut. Mercatore, Act. IV. Scen. 4. 'Satis scitum filum mulieris.' Gellius, lib. XIV. cap. 4.

ejus[r] indicabat, summatem regionis, puellam mehercules et asino tali[3] concupiscendam, mœrentem, et crines cum veste sua lacerantem, advehebant. Eam simul intra speluncam,[4] verbis, quæ dolebat, minora facientes, sic alloquuntur: Tu quidem, salutis et[5] pudicitiæ secura, brevem patientiam nostro compendio tribue, quos[6] ad istam sectam paupertatis necessitas[7] adegit. Parentes autem[8] tui de tanto suarum[9] divitiarum cumulo, quanquam satis cupidi,[1] tamen sine mora parabunt scilicet[2] [80] idoneam sui

primariam ejus regionis; virginem profecto exoptabilem etiam asino, qualis eram; lugentem, et discerpentem comam una cum vestimento suo. Statim atque intraverunt in cavernam, sic affantur illam, elevantes verbis causas luctus ejus: Tu quidem, cum nihil timendum habeas pro vita et pudicitia tua, concede nobis patientiam paucorum dierum, lucri nostri causa; nobis, quos necessitas inopiæ compulit ad hoc genus vitæ. Tui vero parentes, quamvis valde avari, deproment tamen proculdubio incunctanter de tanto acervo suarum opum dignum pretium redimendæ suæ filiæ. His

atque filo virginali.' Lib. VII. c. 8. 'Pueros liberali forma, in vadis littorum conspectos, miris modis arserunt:' et l. II. c. 23. 'Quod ancillam suam, non inscitam puellam ministerio et facie non illiberali, coactus erat venumdare:' ubi pro *illiberali* male Lipsius *illætabili* reposuit. *Elmenh.* —2 Supra l. II. in principio: 'Aurum in gemmis, et in tunicis, &c. matronam profecto confitebatur.' Et inde fortasse *matronatus*, ut ex tam magnifico cultu atque ornatu virginem hanc et matronam innuat, et summatem ejus regionis. Tentabam *botronatus*, Afrorum verbum. Tertul. de Cultu Fœminarum: 'Nullam de conchylio vestem Esaias increpet, nullas lunulas reprobet, nullum botronatum retundat.' Cyprianus de Habitu Virginum: 'Et revelabit Dominus habitum earum, et auferet Dominus gloriam vestis illarum, et ornamenta earum, et crines, et cincinnos, et lunulas, discriminalia, et dextralia, et armillas, et botronatum, et specula,' et quæ sequuntur. Verbum rarum loco corrumpendo fuit, sed quæ tamen in Veterum scriptis religiose observanda sunt, nec ideo temere migranda, quia ab usu et sermone nostro remota; præsertim cum in Apuleio nulla verba nisi antiqua, et a bonis auctoribus, qui ei tunc non deerant, desumta; sed quibus tamen pro moribus hujus sæculi non omnibus licet uti. *Brant.* Exulat copula a Bert. Vir doctus ad marg. Ed. Junt. post. conjecit, *et utmet ornatus.* Groslotius Ed. Aldinæ ascripsit, *et ut mi ornatus.* Apage ridicula commenta. *Matronatus* est, matronalis habitus et habitudo. Si quid mutandum, mallem credere vocem per scripturæ compendium esse contractam ex *matronalis ornatus.* Oud.—3 *Tali* prave desideratur in Ed. Bas. pr. *Id.*—4 Scilicet, venerant, vel erant. Sed præ tali Ellipsi malim *intrarant.* Guelf. sec. *inter.* Id.—5 *Et* non habet Guelf. pr. a m. pr. Pal. *pudicie e. s. secum.* Guelf. sec. quoque, *secum.* Ed. Bas. pr. *secuta*, in marg. *securæ.* Id.—6 Edd. Juntinæ, Ald. *nos.* Id.—7 Alii, *necessitatis*, male. *Elmenh.* Operarum scilicet vitio in Edd. Colv. et Vulc. *Oud.*—8 *Autem* abest ab Ed. Beroaldi. *Id.*—9 Τὸ *suarum* non est in Flor. *Elmenh.* Immo illic legitur, sed non est in Pal.

NOTÆ

'Forma atque filo virginali.'

[r] *Matronatus ejus*] Matronalis habitus.

sanguinis redemtionem.[s] His et his similibus blateratis, nequicquam[3] dolor sedatur puellæ. Quidni? quæ, inter genua sua deposito capite,[t] sine modo flebat. At illi[4] intro vocatæ anui præcipiunt, assidens eam blando,[5] quantum posset, solaretur alloquio: seque ad sectæ sueta conferunt.[6] Nec tamen puella quivit[7] ullis aniculæ sermonibus ab inceptis fletibus avocari:[8] sed, altius[9] ejulans sese, et assiduis singultibus ilia quatiens, mihi etiam lacrymas excussit. Ac[1] sic, An ego, inquit,[2] misera, tali domo, tanta fa-

aliisque hujusmodi clamose jactatis, luctus virginis nullatenus compescitur. Quippe quæ immoderate plorabat demisso capite inter sua genua. Illi vero accersunt intro anum, et imperant ei, ut assideret ipsi, et consolaretur eam, quantum posset, comibus sermonibus: abeuntque ad solita exercitia suæ artis. Et nihilominus virgo non potuit deterreri ab inchoato luctu ullis verbis vetulæ: sed delamentans altius sortem suam, et concutiens sibi latera perpetuis singultibus, mihi quoque expressit fletum. Atque erumpens in hæc verba, Egone, inquit, infelix, potero finem facere plorandi,

nec Guelf. sec. *Oud.*—1 Reg. *tumidi*: al. *cupidi*. A Fux. abest *satis*. Pith. *sitis*. Id.—2 Scribo, *ilicet*. Et sic legendum infra lib. x. 'Et alterum, ob incestum parricidiumque, capitis ilicet damnatum iri certo sciebat.' *Colv.* Colvius *ilicet*, probe. *Elmenh.* Sic et Stewech. ad lib. I. p. 11. 'Facinoris tibi conscius scilicet.' Sed prave omnino, ut jam monuit Pricæus. 'Sine mora' est *ilicet*. Sed *scilicet*, δηλαδὴ, sexcenties inseritur ab Auctore. Vide eum et ad lib. III. p. 61. IV. 71. et sæpius. *Oud.*—3 Pal. *nec quisq.* Guelf. sec. *nequisquam* Edd. ante Bas. sec. *nec quicquam*. Id.—4 Ed. Bas. pr. *At vi illi*. Palat. Guelf. sec. *introvocati*. Pith. *intus vocatæ*. Verbum abest a Par. Mox *ut* male addit Fux. *Oud.*—5 *Blando*. Guelf. pr. *blande*, Oxon. *blande, quantumque p.* Bertin. *potest*. An rursus *potis* vel *pote*? Vide ad l. III. pag. 61. *Id.*—6 *Conferre*. Scribe ex Bertin. et Fulv. *conferunt*. Wowerius. Bertinianum secutus codicem, olim (Susp. Lect. III. 20.) correxi *conferunt*, nunc idem Fulvii libro continetur. *Sciopp. in Symb.* *Conferunt*. Vulgo, *conferre*. Elmenh. B. *seque ad sectæ sueta conferunt*. M. *seque ad s. consueta conferunt*. Putean. *Conferunt* habent Mss. O. cum Ed. Junt. post. In ceteris ante Wower. *conferre*. Oud.—7 Guelf. ambo, *quievit*. Id.—8 Palat. Guelf. sec. *advocari*. Par. *revocari*. Id.—9 Rescribe ex Flor. *auctius*. Elmenh. Paruit Scriverius; sed bene obnixus est Pricæus. Ceteri omnes habent *altius*, Apuleiano, sed et aliorum stylo. Dein Palat. Guelf. sec. *seseque, et assiduis*. Sed male. Nam vidimus, *ejulare se* dici ad l. III. p. 48. 'Se lugubriter ejulantes.' *Oud.*—1 Vulgati passim, *At*. Colv. *Et* Ed. Junt. post. in Erratis, sed *Ac* in Mss. et Edd. post Colvium. Groslot. conjecit, *Ait*. Id.—2 Τὸ *inquit* non est in Bertino. *Elmenh.*—In Palat. Oxon. ponitur post 'misera.' Facile possemus carere. Vide ad lib. II. pag. 39. 'Ergo igitur senex ille.' Desideratur *an* in Oxon.

NOTÆ

[s] *Sui sanguinis redemtionem*] Filiæ suæ: μετωνυμικῶς. Sic Virgil. 'Dirige tela manu, sanguis meus.'

[t] *Inter genua sua deposito capite*] Talis Mœstitiæ status in tabula Cebetis: Ἡ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα Λύπη. Hæc autem, quæ caput habet in genibus, Mœstitia est.

milia, tam caris [3] vernulis,[u] tam sanctis parentibus desolata, et infelicis rapinæ præda, et mancipium effecta, inque isto saxeo carcere [w] serviliter clausa, et omnibus deliciis, quis [4] innata atque innutrita sum, privata, sub incerto [5] salutis,[x] et carnificinæ laniena, inter tot ac tales latrones et horrendum gladiatorum [6] populum, vel fletum desinere, vel omnino vivere potero? Lamentata sic, et animi dolore,[7] et faucium tendore,[8] et corporis lassitudine jam fatigata, marcentes oculos demisit ad soporem. Jam commodum conquierat:[9] nec diu, cum repente lymphatico ritu [y] somno [1]

aut plane vivere privata tali domo, tot famulis, tam dilectis servulis, tam venerandis parentibus, facta præda infausti raptus, et serva, atque inclusa servilem in modum in hoc ergastulo lapideo, et privata deliciis omnibus, in quibus nata et educata sum, posita in dubio vitæ, et metuens tormenta carnificum, constituta inter tot tamque immanes prædones, et abominandam turbam gladiatorum? Sic questa, et debilitata mœrore animi, et tensione gutturis, et fatigatione corporis, permisit somno languentes oculos. Vix tantillum obdormierat, et momento post, subito excitata

Oud.—3 Guelf. sec. a m. pr. *tamque c.* Pessime Bert. *claris.* Id.—4 Par. Fux. Guelf. sec. *quibus.* Pal. Guelf. sec. *nutrita*, vitiose. In Mss. et Edd. aliquot *sim.* Id.—5 *Incerta.* Amplector Beroaldi correctionem, *incerto.* Infra (p. 84.) 'Vicariæ venerationis incertum sustinebo.' Sic passim juris nostri libris: 'Incertum conditionis, cautionis, successionis.' Minutius Octavio: 'Incertum sortis.' Sæpissime ita veteres Theologi. *Colv. Incerto.* Rom. *incerta.* Elmenh.—6 Oxon. Guelf. pr. *gladiorum:* crebra corruptione e scripturæ compendio nata. *Oud.*—7 *Animi dol.* Fux. *cum d.* Id.—8 Fux. *tridoe.* Non divino. *Roald.* Ms. Fulv. *tundore.* Sciopp. in Symb. B. M. *tundore.* Putean.—9 *Conniverat.* Plerique libri alii, *conquierat.* Beroaldum sequimur. Supra lib. I. 'Commodum conniveram.' *Colv. Conquierat.* Fux. *conniverat.* Roaldus. Aldus, *conquierat.* Elmenh.—1 Exulat τὸ *somno* a Regio, Fux. In

NOTÆ

[u] *Tam caris vernulis*] Vernæ, vernulæ, et vernaculi servi erant, non emti, aut facti, sed domi nati ex ancillis, cum quibus magna fere herilibus filiis familiaritas; quippe qui una crescerent a parvulis, una luderent, una viverent.

[w] *Inque isto saxeo carcere*] Spelunca lapidea, in qua velut in carcere custodiebatur.

[x] *Sub incerto salutis*] 'Incertum' hic substantive positum est. Sic infra: 'Vicariæ venerationis incertum sustinebo.' Sic apud Quintilian. in Declamationibus: 'incertum accusationis,' 'incertum orbitatis:' atque etiam, ut hic, 'incertum salutis.'

[y] *Lymphatico ritu*] Isidorus, lib. x. Origin. vult lymphaticum eum dici, quem Græci ὑδροφόβον vocant, eo quod 'lympha' sit aqua. Sed aliter Festus in voce 'Lymphæ:' 'Lymphæ dictæ sunt a Nymphis. Vulgo autem memoriæ proditum est, quicumque speciem quandam e fonte, id est, effigiem Nymphæ viderint, fu-

recussa, longeque vehementius afflictare sese, et pectus etiam[z] palmis infestis tundere, et faciem illam luculentam verberare incepit:[3] et aniculæ, quanquam instantissime causas novi et instaurati mœroris[4] requirenti, sic assuspirans[5] altius, infit: Hem[6] nunc certe, nunc maxime funditus perii; nunc spei salutiferæ renuntiavi. Laqueus, aut gladius, aut certe præcipitium[z] procul dubio capessendum est. Ad hæc[7] anus subiratior[8] dicere eam sæviore[9] jam vultu jubebat, quid, malum! fleret?[1a] vel quid repente postliminio pressæ [81] quietis[b] lamentationes licentiosas replicaret?[2] Nimirum, inquit, tanto compendio tuæ redem-

sopore in morem furentis, cœpit se torquere multo gravius, pectusque etiam plangere sævientibus manibus, et ferire formosum illum vultum suum. Et trahens profundissimum suspirium, sic respondet anui, licet percontanti obnixe causas luctus novi et recrudescentis: Nunc est profecto, nunc maxime est, cum penitus interii: nunc abjeci spem salutis. Restis, aut ensis, aut sane præcipitium mihi est amplectendum incunctanter. His vetula paulo magis accensa, truciore jam facie imperabat ei, ut exponeret, quam, malum, ob causam ejularet? Aut quare post profundum somnum renovaret subito questus immoderatos? Scilicet, inquit, vis privare

Pith. mox *afflictaret*. Oud.—2 Guelf. pr. *et*. Id.—3 *Incipit*. Dele τὸ *incipit* ex Bert. *Elmenh.*—4 Par. Oxon. Guelf. pr. *doloris et mœroris*. Edd. Ald. Junt. post. *requirentis*. Oud.—5 Fux. *adassusipirans*. Id.—6 In Palat. Guelf. Pith. *Enim*. Sæpe quidem incipit periodum τὸ 'enim,' sed huic loco non aptum est. Ex *Em*, ut in Fux. vel *Eu* est depravatum. In Guelf. pr. *Heia*. Id.—7 Pith. *Et hoc*. Palat. Guelf. sec. *Aio hæc*. Ed. Vic. cum M. Bas. pr. *At hic*: non male: nihil tamen mutandum: vulgatum enim *Ad hæc* nostro cum aliis est frequens; sed pessime Bas. pr. *At hæc*. Id.—8 Flor. *iratior*. Elmenh. Item Reg. Fux. Guelf. uterque, Oxon. Bertin. Palat. cum omnibus Edd. ante Bas. pr. Quare dubito de veritate scripturæ *subiratior*, hoc loco, præsertim si *sæviore vultu* retineamus, qui leniter irascenti vel iram simulanti parum convenit. *Oud.*—9 Bert. *severiore*. Elmenh. Quod probat. Cl. Wasse ex p. 52. 'Vultum asseverabat:' et quia anus non erat *sæva*. Vel sic tamen sævum præferre poterat vultum, sævissima ei minans: 'Faxo viva exurare.' Mihi *iratior* et *sæviore* præplacent. *Oud.*—1 *Quid malum fleret?* Vulgati, *quod malum*. Estne hac locutione quid in Plauto frequentius? *Colv.* Fux. *quid malum fleret*. Et ita Ald. ad rem. *Roald.*—2 *L. l. refricaret*. Repete-

NOTÆ

rendi non fecisse finem; quos Græci νυμφολήπτους, vocant, Latini lymphatos appellant.'

[z] *Laqueus, aut gladius, aut certe præcipitium, &c.*] Tria vulgatissima genera ultroneæ mortis. Sic Phædra apud Senecam, in Hippolyto Act. I. Scen. 2. 'Decreta mors est; quæritur fati genus, Laqueone vitam finiam; an ferro incubem; An missa præceps arce Palladia cadam.'

[a] *Quid, malum! fleret*] 'Malum' hic interjectio est: ut apud Terentium et Plautum multis in locis.

[b] *Postliminio pressæ quietis*] Vide notata ad finem lib. I. pag. 33.

tionis defraudare juvenes meos destinas?[3] Quod si pergis[4] ulterius, jam faxo,[5] lacrymis istis, quas parvi pendere latrones consuevere,[6] insuper habitis, viva exurare. Tali puella sermone deterrita, manuque ejus exosculata,[7] Parce, inquit, mi parens;[c] et durissimo casui meo, pietatis humanæ memor, subsiste paululum. Nec enim,[8] ut reor, ævo longiore maturæ[9] tibi, in ista sancta canitie miseratio prorsus exaruit. Specta denique scenam meæ calamitatis.[1] Speciosus adolescens inter suos principalis,[2] quem filium publicum omnis sibi civitas cooptavit, meus alioquin conso-

meos juvenes tanto lucro, quod percipient ex tua redemtione? Quod si amplius insistas lamentari, jamjam curabo, ut viva cremeris, contemtis istis fletibus, quos prædones solent parvi facere. Virgo exterrita hac oratione, basiata manu ejus, Ignosce, inquit, mater, et, nondum oblita omnis humani sensus, fer tantulam opem meæ acerbissimæ sorti. Neque enim, ut puto, misericordia penitus extincta est in te jam grandiori natu, sub istis venerandis canis. Postremo respice vivam imaginem meæ miseriæ. Juvenis formosus, inter cives principatum tenens, quem tota urbs sibi elegit publice in filium, insuper meus cognatus, tribus tantum annis me grandior,

ret, reminisceretur. Sic Paulus noster Sententiar. lib. I. 'De his criminibus, quibus quis absolutus est, ab eo, qui accusarit, refricari accusatio non potest.' Arnobius lib. VII. 'Si Atydis conspexerit priscam refricari ab histrionibus fabulam.' Unde liquet, nihil hic mutandum videri. *Colv.* Fux. *illicitas.* Roaldus. Nonnulli Codd. *l. illicitas refricaret.* Fulv. et Bertin. legunt *replicaret.* Wow. Sciopp. in Symb. Pal. *replicaret.* Sed nihil mutandum. Cicero ad Famil. lib. v. Epist. 17. 'Ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum.' *Elmenh.*—3 Bert. Guelf. Palat. Oxon. *desinas:* male. *Oud.*—4 *Q. s. peragas.* Fux. *Sed si pergis.* Ald. vero, *Quod si pergis.* Utrumque rectum. *Roald. Peragas* est corrupte in sola Ed. Bas. sec. at in Fux. scribitur, *Quid si pergis.* Oud.—5 *Facto.* Scribe ex Bertino, *faxo.* Wow. In Suspectis (lib. III. 20.) correxi, *faxo.* Quæ est minantis formula. Sic l. I. 'Sed non impune. Jam enim faxo scias, quemadmodum sub meo ministerio mali debeant coërceri.' *Sciopp. in Symb.* B. M. *jam faxo l. i. q. p. p. l. consuevere, insuper habitis, v. exurare.* Putean.—6 Reg. Fux. Guelf. *consueverunt.* Oxon. *consuerunt.* Ed. Vicent. *consuere.* Quod probo. Vide Ind. Not. Suet. *Oud.*—7 Flor. *deosc.* Elmenh.—8 Deest *enim* in D'Orvill. *Oud.*—9 Bert. *maturatæ.* Elmenh. Sic et Palat. cum Oxon. Fux. Guelf. utroque. Perperam. Vide ad Suet. Calig. c. 44. 'Centurionibus maturis.' *Oud.*—1 B. *captivitatis, calamitatisque.* Putean. *Seuam* Oxon. a m. pr. *Meam c.* Reg. Fux. *Oud.*—2 Basileens. 2. Venet. Ald. *principales.* Colvius. *Inter s. principales* Fux. *in.* Lego, *inter suos principalis.* Principalis quis sit, satis notum; principalis meminit infra. Ea re aliorum Commentarios de verborum significatione non compilo. *Roald. Principales* prave quoque legas in D'Orv. Pal. Guelf. ambobus, Edd.

NOTÆ

[c] *Mi parens*] Pro vocativo fœmin. mea posuit 'mi.' Sic infra, et lib. IX. 'Mi herilis:' lib. VIII. 'Mi conjux,' pro, mea uxor. Et apud Salvianum legitur, 'Mi domina.'

brinus,[d] tantulo triennio major in ætate,[e] qui mecum primis ab annis nutritus et adultus, individuo contubernio domusculæ, immo vero cubiculi torique, sanctæ caritatis[3] affectione mutuo mihi pignoratus, votisque nuptialibus pacto jugali pridem destinatus, consensu parentum tabulis[4] etiam maritus nuncupatus, ad nuptias officio frequenti[f] cognatorum[5] et affinium stipatus,[6] templis et ædibus publicis victimas immolabat. Domus tota lauris[7] obsita,[g] tædis lucida, constrepebat Hymenæum.[8 h] Tunc me gremio suo mater[i] infelix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat:

qui altus et educatus mecum ab infantia, indivisa cohabitatione ejusdem domunculæ, quin etiam et cubiculi lectique, desponsus mihi mutuo nexu castissimi amoris, et designatus jamdudum meo conjugio promissis nuptiarum, mihi etiam scriptus maritus in tabulis annuentibus nostris parentibus, cædebat hostias in templis ac delubris publicis nuptiarum nostrarum causa, comitatus magno cætu consanguineorum et affinium. Tota domus obducta lauris, illustrata facibus, resonabat carmine nuptiali. Tunc mea mater infortunata, sustentans me gremio suo, condecorabat me pulchre

Vic. Junt. pr. *Oud.*—3 Pro more D'Orvill. *karitatis* habet. Vide ad l. II. p. 23. *Id.*—4 In Oxon. *dabilis*, et *nuncupatur* D'Orv. *Id.*—5 *Off. freq. cogn.* desunt Oxon. a m. pr. et Guelf. pr. *Id.*—6 Fux. *stipata.* Roaldus. Reg. Fux. Guelf. uterque, Oxon. a m. pr. D'Orv. *stipatu.* Quæ si vera lectio, deesse videtur *cinctus* aut simile: vel 'ad nuptias' jungendum cum 'immolabat.' Sed vulgata bene se habet. *Oud.*—7 Palat. *laureis*, Guelferbitani *lauribus.* Sæpe quarta declinatione hæc vox occurrit. Sed alibi Noster 'lauri folia,' 'lauri faciem' dixit. *Id.*—8 Oxon. *Hymenæā* cum Guelf. pr. ac glossa *maritalam.*

NOTÆ

[d] *Consobrinus*] Consobrini, ex duabus sororibus editi, aut etiam ex fratre et sorore. Patrueles, ex duobus fratribus.

[e] *Major in ætate*] Lib. II. 'Senex gravis in annis.'

[f] *Officio frequenti*] 'Officium' generali vocabulo appellatur omnis honesta actio ad unumquemque conveniens pro conditione personæ. Sed peculiariter 'officium' dicitur, quod impenditur nuptiali festivitati. Juvenal. Satyr. II. 'Officium cras Primo Sole mihi peragendum in valle Quirini. Quæ causa officii? Quid quæris? Nubit amicus, Nec multos adhibet.'

[g] *Domus tota lauris obsita*] Juvenalis, Satira VI. 'Ornentur postes et grandi janua lauro.' Ad quem locum vetus Scholiastes: 'Ad honorem nuptiarum. Sic enim solent in nuptiis præparare.' Christiani hunc morem improbarunt. Tertullian. in De Corona Militis, cap. 13. 'Christianus nec laureis januam suam infamabit,' &c.

[h] *Constrepebat Hymenæum*] Carmine nuptiali resonabat, quo Hymenæus, nuptiarum præses, Deus celebrabatur. Vide Catulli Epithalamium Juliæ et Manlii.

[i] *Tunc me gremio suo mater, &c.*] Festus: 'Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut, si ea non est, ex

mellitisque saviis[9] crebriter ingestis, jam spe futura liberorum votis anxiis propagabat:[k] cum irruptionis[1] subitæ gladiatorum impetus ad belli faciem sæviens, nudis et insertis[2] mucronibus coruscans, non cædi, non rapinæ manus afferunt,[3] sed denso conglobatoque[4] cuneo[l] cubiculum nostrum invadunt protinus. Nec ullo de familiaribus nostris repugnante, ac [82] ne tantillum quidem resistente, miseram, exanimem, sævo[5] pavore trepidam,[6] de medio matris gremio rapuere. Sic ad instar Athracidis,[7] vel Protesilai,

ornamentis nuptialibus; et, sæpe figens dulcia oscula, jam extendebat spem venturorum filiorum desideriis solicitis. Cum subito sicarii magno impetu irruentes, furentes tanquam in bello, micantes gladiis districtis et minantibus, non aggrediuntur cædem neque prædam, sed irrumpunt confestim in nostrum cubiculum spisso confertoque agmine. Nulloque ex nostris domesticis reluctante, ac ne paululum quidem renitente, abstulerunt me infelicem, exanimatam diro metu, e medio sinu conterritæ matris. Sic nostræ nuptiæ disruptæ et dissipatæ sunt, quemadmodum Pi-

Id.—9 D'Orv. Pal. Oxon. Guelf. *sabiis*, Edd. Junt. Ald. Colin. Elm. Scriv. *suaviis*, de more. Vide ad lib. II. pag. 27. Tum Guelf. pr. Oxon. Edd. Colv. Vulc. *crebiter*: male. Vide ad lib. I. pag. 16. *Oud.*—1 Palat. *in ruptidis.* Id. 2 *Incertis.* Mutat Beroald. *insertis.* Malim *exertis.* Si modo quid de vulgata lectione recedendum sit. *Stewech.* Beroaldus, *insertis.* Malim ego, *exertis.* Colvius. Fulv. Ms. *infertis.* Alii, *infestis.* Wow. Ms. *infertis*: alter *insertis.* Forte, *infestis.* Sciopp. in Symb. *Excertis.* Flor. *infertis.* Bert. *incertis.* Alii, *infestis.* Elmenh.—3 *Aff.* Fux. *afflixit.* Roaldus. Ms. (Fulv.) legit, *affixit.* Sciopp. in Symb.—4 Deest copula Cod. Pith. D'Orvill. *conglobatūque* Oxon. Guelf. pr. *Oud.*—5 Fab. *scævo.* Roald. Male. 'Sævus' passim vehementem significat. Virg. II. Æn. 559. 'At me tum primum sævus circumstetit horror.' *Oud.*—6 Lege, *trepidæ.* Wow. *Trepidæ.* Gruterus (Susp. L. VII. 17.) *trepide.* Elmenh. B. *trepedum d. m.* Putean. Vulgo per Wower. legas nunc *trepidæ*, sed Mss. plerique, et Edd. priores dant *trepido.* Verum Oxon. ut diu conjeceram, *trepidam.* Bene. Modo sic distinguas: *miseram, exanimem, sævo p. trepidam*, sive *tremulam.* In Palat. Guelf. sec. est *matri.* Oud.—7 *Sic instar Atracis, &c.* Ven. *Artidis.* Bas. I. *Athracis*: al. *Athidis.* Lipsius, *Ajacis.* Ego jam aliud quam Beroaldus ad hunc locum dicere non possum. *Colv.* Fux. *Sic ad instar Atridis*, a quo absunt illa, *vel Pirithoi.* In Aldo vero est, *instar Athracidis.* In eo etiam desunt illa verba, *vel Protesilai.* A lectione Aldi est Béroaldus. *Roald.* Libri ab Aldo editi ignorant illa, *vel*

NOTÆ

proxima necessitudine, cum ad virum trahitur: quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit.' Nempe cum Sabinas virgines rapuit.

[k] *Jam spe futura liberorum votis anxiis propagabat*] Rescribe, auctore Pricæo, *spem futuram. Spem liberorum propagare* dicit, quemadmodum lib. v. 'familiam propagare.'

[l] *Sed denso conglobatoque cuneo*] 'Cuneus' in re militari dicitur multitudo peditum, quæ prima parte angustior, deinde latior procedit, instar cunei, quo ligna finduntur. Latius, 'cuneus' sumitur pro conferta quavis irrumpentium multitudine, ut hic.

dispestæ [8] [m] disturbatæque nuptiæ. Sed ecce scævissimo somnio [9] mihi nunc etiam redintegratur, immo vero cumu-

rithoi et filiæ Athracis. At ecce mea calamitas nunc etiam renovatur, immo vero

Protesilai. Recte haud dubie. *Wower.* Ms. alii: *Sic ad instar Atridis vel Paridis vel Protesilai.* Alii, *Attidis*, alii, *Athidis.* Sciopp. in Symb. *Sic ad instar Attidis vel Protesilai.* Sic lego cum Flor. et Romano. Palat. *S. a. Athridis.* Bert. *S. a. Agidis.* Venet. *S. a. Atracis.* Aldus, *S. a. Athracidis vel Pyrithoi.* Elmenh. Primo *ad instar* cum Elmenh. et Scriverio, divisis tamen voculis, recepi auctoritate Codd. Flor. Fux. Urs. Guelf. utriusque, Oxon. Bert. Pal. Pith. Reg. D'Orv. et Ed. Junt. post. Id enim exigit auctoris mos. Adi me ad lib. VII. p. 135. 'Ad instar tyrannicæ potestatis.' Dein cum Elmenh. Scriv. reposui primarum Edd. *Attidis* (al. *Artidis*) *vel Protesilai* lectionem, quæ vel *Atthidis* confirmatur a Pith. Oxon. aliisque. In Flor. *Ajacis vel Protesilai:* uti primam vocem Lipsius legit, nescio quam intelligens historiam. In Palat. Guelferbytanis, Reg. ut et Fux. et Incert. est *Athridis* seu *Atridis vel Protesilai.* In Bert. *Agidis vel Prot.* In D'Orv. *Paridis vel Protesilai.* et a m. sec. *Protesilæ.* Juntæ, Ald. Colin. receperunt Beroaldinam correctionem *Atracidis vel Pirithoi:* immo ejus scrinia compilans Floridus audacissime edidit, *Atracidis et Pir.* Ineptissime vero Edd. Basil. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pricæi exhibent *Athracis vel Pirithoi vel Protesilai.* Sciopp. in Epist. Syll. Burm. T. II. p. 51. ait se cum Ms. Fulvii legere, *ad instar Atridis vel Paridis vel Protesilai.* Perperam omnino. Nullum mihi est dubium, quin respexerit auctor ad historiam nuptiarum Hippodamiæ et Pirithoi: unde certissimam reor lectionem *Atracidis* ex Ovidii Epist. XVII. 247. 'An fera Centauris indicere bella coëgit Atracis Hæmonios Hippodamia viros,' vel l. I. Am. 4. 8. 'Atracis Hæmonios traxit in arma viros.' Ac forsan erravit Appuleius memoriæ vel calami properantis vitio, ac *Protesilaum* pro *Pirithoo* posuit. Præsertim cum supra quoque pag. 68. similitudinem sumens de *Lapithis Centaurisque*, eos confundere et errare *Thebanos* dicens videatur. Consule eum locum, et notata. *Oud.*—8 *Despectæ.* Idem Lipsius, *disjectæ.* Gulielmius, *dispectæ.* Colv. Legendum ex J. Gulielm. (ad Plauti Trinum. C. 4.) sententia, *dispectæ.* In Bertin. *dispestæ.* Sciopp. in Symb. Lipsius, *disjectæ.* Jan. Gulielmius, *dispestæ.* Elmenh.—9 *Sævissimum omnium.* Emendarim, *scævissimum.* De hoc dixi semel simul ad multos in hoc Auctore locos. Ecquo usque per eandem lineam hanc serram reciprocabimus? *Colv.* Fux. *sævissimo somnio mihi.* Omnino depravate. Aldi liber melius, *sævissimum omnium.* Roald. Malim legere cum Palat. et Fulv. *Sed ecce sævissimo somnio nunc etiam red.* Wower. Nauci non est hæc lectio, *sævissimum omnium*, quam ex Fulviano sic constituo: *Sed ecce sævissimo somnio nunc etiam*

NOTÆ

[m] *Sic ad instar Athracidis, vel P. d.*] [*et Pirithoi, dispectæ*] Sic Aldus, Beroald. et Wower. Pirithoi et Hippodames, seu Hippodamiæ, Athracis filiæ, nuptias, et in iis Centaurorum cum Lapithis rixam, raptumque Hippodamiæ, habes apud Ovid. lib. XII. Metamorphos. Quædam editiones loco *Pirithoi* habent *Protesilai;* quædam loco *Athracidis* habent *Attidis.* Quædam habent *Pirithoi* et *Protesilai.* Male. Celebratur quidem insignis in Protesilaum Laodamiæ uxoris amor, sed nusquam disturbatas fuisse ejus nuptias comperies. *Dispestæ* [*Dispectæ*] Alii quidam *despectæ.* Male. 'Dispectæ,' a 'dispecisci,' opponitur τῷ 'pactæ.'

latur infortunium meum. Nam visa sum mihi[1] de domo, de thalamo, de cubiculo, de toro denique ipso violenter extracta per solitudines avias infortunatissimi mariti nomen invocare: eumque,[2] ut primum[3] meis amplexibus viduatus est, adhuc unguentis madidum, coronis floridum, consequi vestigio[4] me, pedibus fugientem alienis.[n] Utque clamore percito[5] formosæ raptum uxoris conquerens populi testatur auxilium, quidam de latronibus importunæ persecutionis indignatione permotus, saxo grandi pro pedibus[6] arrepto, misellum juvenem maritum meum percussum interemit. Talis[7] aspectus atrocitate perterrita, somno funesto pavens[8] excussa sum. Tunc fletibus ejus assuspirans anus sic incipit: Bono animo esto, mi herilis,[9][o] nec vanis som-

et augetur somnio infaustissimo. Nam mihi visa sum avulsa per vim ex domo, ex thalamo, ex cubiculo, denique ex lecto ipso, per inaccessa deserta nomine ciere meum infelicissimum conjugem: ipse vero, statim atque privatus fuit meo complexu, etiam tunc delibutus unguentis, ornatus corollis floreis, mihi visus est sequi me per mea vestigia, dum fugerem pedibus alienis. Dumque implorat populi opem magnis vociferationibus, lamentans rapinam suæ pulchræ conjugis, quidam ex prædonibus percitus ira, ob molestam illam insecutionem, interfecit infelicem adolescentem, maritum meum, ictum ingenti lapide, quem arripuerat jacentem ante pedes. Ego, exterrita immanitate hujus spectaculi, excitata sum tremens ex funesto somno. Tunc anus, suspirio excipiens ejus lamentationes, sic incipit: Resume animum, domina

---

red. Sciopp. in Symb. *Sed scævissimo s.* Flor. *Sed ecce scævissimo s.* Elmenh. —1 D'Orv. *mihi visa s.* Pith. *visa mihi s.* Oud.—2 Palat. Guelf. pr. *cumque.* Id. —3 Oxon. Guelf. pr. *primis.* D'Orv. *a meis ampl.* A Regio, Fux. abest *est.* Id.—4 D'Orv. corrupte *vestigie.* Id.—5 In eodem, et Pith. prave *partito clam.* Id.—6 Incert. Cod. *præp.* Pal. *arreptum.* Par. *abjecto.* Reg. D'Orv. Flor. et, quod miror, Edd. O. habent *abrepto;* exceptis Wow. et Pric. *arrepto.* Vide ad l. I. p. 16. 'Arrepta lacinia:' et crebro. *Id.*—7 *Talis.* Pith. *et vel.* Id.—8 Par. Cod. *s. facies id p.* Id.—9 *B. a. esto me hercules.* Scribo primum, *Bono animo es.* Inde in verbis aniculæ juramentum illud non puto tolerandum. Fœminæ enim per Herculem non jurabant, neque per Castorem viri, ut docet nos Agellius in Noctibus Atticis. Quæ causa est, cur ulterius scribam: *Bono animo es, mi Herilis.* Blandienti vox convenit, identidem apud eundem hunc usurpata libro nono: 'De isto quidem, mi Herilis, tecum ipsa videris.' Simile blandimentum in verbis juvenculæ, quibus ea vetulam affatur, eodem libro nono: 'Sed nosse valde cupio, et oro, mater, ordine mihi singula retexe.' *Stewech.* *Mea herilis.* Sic Colon. et Ald. Bas. I. *mi hercules.* Alii, *me hercules,* quod et in aliis est. *Colv.* Fux. *me herilis.* *Mi herilis* lego.

NOTÆ

[n] *Pedibus fugientem alienis*] Nimirum pedibus latronum, qui eam sublimem raptam gestabant.

[o] *Mi herilis*] De voce 'mi' pro, mea, jam supra monui. Heros juvenes, hoc est, herorum filios, servi

niorum figmentis terreare.[1] Nam, præter quod diurnæ quietis imagines falsæ perhibentur, tum[2] etiam nocturnæ visiones contrarios eventus nonnunquam[3] prænuntiant. Denique, flere, et vapulare,[p] et nonnunquam jugulari, lucrosum prosperumque proventum[4] nuntiant: contra,[5] ridere,[6] et mellitis dulciolis[7] ventrem saginare, vel in[8] voluptatem

mea, neque inanes fictiones somniorum incutiant tibi metum. Nam, præterquam quod phantasmata somni diurni dicuntur esse falsa, nocturna etiam somnia aliquando significant exitus sibi contrarios. Denique plorare, et verberari, aliquando etiam occidi, significant eventum quæstuosum et felicem: contra vero ridere, et infercire ventrem placentis mellitis, aut coire in Venerem, prænuntiant cruciatum iri

✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦✦

'Mea herilis' est infra, quod est etiam apud Aldum. Græce δέσποινα ἐμῆς.
Roald. Mi herilis. Rom. *me hercules;* Aldus, *mea herilis.* Male. Lib. IX.
'De isto quidem, mi herilis,' &c. *Elmenh.*—1 Guelf. pr. Oxon. *terrearis;*
et pro *diurnæ* a m. pr. Oxon. *divinæ.* Vitiose, ut sæpe. *Oud.*—2 Guelf. pr.
D'Orv. *tunc.* Id.—3 *Nonn.* delet V. D. ad oram Ed. Colv. item Salmasius.
Oud.—4 Male *proventum* exulat a Regio, et Boxhorn. ad Sueton. Jul. c. 7.
conjicit *proventurum.* Vide supra ad pag. 74. 'Novo proventu.' *Idem.*—
5 Edd. primæ, Bas. pr. *circa;* ut supra sæpe variatur; plerumque, ut hic,
correctum a Beroaldo. *Id.*—6 Ed. Vicent. et M. Bas. pr. *videre.* D'Orv. *idem.*
Guelf. sec. *redire.* Id.—7 *Et mell. dulciolis, &c.* In explicatione somniorum, ne
quid somniarem, pro virili contendi. Quid vero mihi evenerit, doctorum
judicium esto; inter eos tuum, mi Dalanthe. Qui in margine libri addidere
vel laxatum viri, videre quidem vulnus, sed nihil minus, quam curavere.
Absterrere vult anus puellam a superstitione somniorum, non debere variis
illis figmentis vel terreri vel moveri: quippe visiones nocturnas contrarios
sequi eventus. In qua secta hodieque non pauci; et inter Veteres, qui de
somniorum interpretatione scripserunt, Artemidorus auctor Græcus. Is
libro secundo suo tradidit plorantem, dolentem in somniis, exinde gavisurum.
Qui autem mortuum se somniat, nuptias contracturum et contra: eo quod
nuptiæ et mors invicem se repræsentent. In eadem opinione Plinium juniorem fuisse, ejusdem Epistolæ indicant. Eadem mens aniculæ hujus seu
Apuleii fuit: ad quam exprimendam videndum quid faciat mea conjectura:
contra ridere, et mellitis eduliis ventrem saginare, vel in voluptatem Veneream convenire: tristitia animi, languore corporis, damnisque ceteris lancinatum iri prædicant. Arnobius primo adversus Gentes: 'Isis furva mœrens perditum filium, et membratim conjugem lancinatum.' Idem libro secundo: 'Ipsam,'
inquit, 'credulitatem facetiis jocularibus lancinare.' Iterum lib. eodem:
'Cruciatibus et belluis, quibus corpora lancinatis.' Usi quoque lancinandi
vocabulo Catullus et Sallustius Catilinaria conjuratione: 'Bona,' inquit,
'patria dissipaverat.' Merito repositum ab Jano Palmerio nostro: *Bona pa.*

NOTÆ

'heriles suos' vocitabant; subintelligentes, filios. Itaque hic 'mi herilis' est, mea herilis filia, quod anus puellæ dicit blandiens, non ex rei veritate.

[p] *Flere, et vapulare, &c.*] Astrampsych. Oneirocrit. Γελῶν καθ' ὕπνους δυσφόρους ἕξεις τρόπους, Κλαίων καθ' ὕπνους παγχαρὴς πάντως ἔσῃ. Ridens in somnis molestos habebis eventus, Lugens in somnis lætus omni ex parte eris.

Veneream convenire, tristitie[9] animi, languore[1] corporis, damnisque[2] ceteris delassatum[3] iri prædicunt. Sed ego te narrationibus[4] lepidis anilibusque fabulis protinus avocabo.[5][q] Et incipit: Erant[6] in quadam civitate[r] rex et regina.

tristitia mentis, morbo corporis, aliisque malis. At jam ego te recreabo festivis historiis et fabulis anilibus. Et sic incipit: Erant in quadam urbe Rex et Re-

lancinaverat. Id ex fide manuscripti codicis. Reddamus suadeo idem verbi Sallustio, primo libro Historiarum in oratione L. Philippi: 'Remp. largitionibus lacerari videbam.' Lego *lancinari.* Ibidem paulo inferius: 'Angitur enim et laceratur animi cupidine.' Lego *lancinatur.* Nunc quod, *mellitis eduliis,* in Apuleio reposuerim, pro *mellitis dulceolis,* causam vide: Apuleius lib. x. inquit, 'Panes et mellita edulia concinnabat.' *Stewech.* Veteres *dulcioli.* Vide quæ notabo infra ad lib. x. *Colv.* Fux. *m. dulciolis.* Beroaldus. *Roald.* Bertin. *melliciisque dulcioli.* Male. *Elmenh.*—8 *In* deest Guelf. sec. et in utroque est *coire.* Oud.—9 *Tristitie.* Ita reposui; cum vulgo passim esset *tristitiæ.* Sic etiam rescripsi lib. x. 'Senili tristitie striatam gerens frontem.' Sed vide, quæ scribemus ad lib. v. *Colv.*—1 *Lang.* Sic audacter rescripsi. Vulgo, *languori:* quod irrepsit, quia putatum dandi etiam casu legi *tristitiæ.* Colv. Nihilominus *languori* vel *langori* est etiam in D'Orv. Pal. Oxon. Guelf. pr. *Oud.*—2 Reg. Guelf. ambo, Pal. Bert. cum Ed. Ven. *damnique.* Id.—3 *Anxiatum.* A Beroaldo est. Exprimi debebat vetus lectio, *vel exatum.* Unde Lipsius, *delassatum.* Sic quidem Plautus Asinaria: 'Ibi labore delassatum noctem totam stertere.' An *laceratum?* Minutius Felix: 'Cum febribus ureris, cum dolore laceraris.' Reponit Beroaldus *vexatum.* Ego aliquando scripsi *divexatum.* Persa: 'Itaque me Toxilus perfabricavit; itaque meam rem divexavit.' *Colv. Trist. &c. vel anxiatum iri.* Fux. *tristitia cum languore corporis d. c. vexatum iri prædicant.* A libro Aldi abest τὸ *vel.* Roald. Inepte putat Colv. h. lect. a Beroaldo esse, cum extet in Palat. Aldo, Bertino, et Veneto. Rom. *axatum.* Flor. *delassatum* legit. *Elmenh.* V. L. *vel exatum* Unde Lipsius, *delassatum.* Alii aliter. *Brant.*—4 Guelf. duo, Pith. *rationibus.* Reg. Fux. Oxon. Palat. *et rationibus.* An *enarrat?* Oud.—5 *Evocabo.* Fux. *avocabo.* Lepide. *Avocare* absolute est, alio mentem abducere et sevocare: quo sensu supra: 'Quod lepidæ fabulæ festivitate nos avocavit.' *Roald.* Cod. Pal. *advocabo.* Fulv. *avocabo:* quod verum existimo. *Wower.* Ms. *avocabo.* Rectissime. Sic l. I. p. 12. 'Lepidæ f. f. nos av.' id est, delectavit. Sic Tertullianus circulatorem seu agyrtam vocat avocatorem hominum: Arnob. l. v. (p. 166.) 'Nonne vobis videmini aut textriculas puellas audire, tædiosi operis circumscribentes moras, aut infantibus querulis avocamenta quærentes anus longævas varias fictiones sub imagine veritatis expromere?' *Sciopp. in Symb. Avocabo.* Vulgo, *evocabo.* Male. L. I. 'Lepidæ f. f. nos av.' Vide Indicem. *Elmenh.* Et eo loco p. 15. Ed. Pric. Sed sic legendum esse, ante omnes jam monuit Beroaldus, et edidit Junt. post. e Florent. quibus adde Pith. Prave de more D'Orv. et Oxon. quoque cum Guelf. utroque, *advocabo.* Oud.—6 Edd. Junt. Ald. *Erat.* In Palat. *E. et quad.* Exulat

NOTÆ

[q] *Avocabo*] Ab isto mœrore.

[r] *Erant in quadam civitate, &c.*] Incipit Psyches fabula, quam Apuleio omnino debemus. Neque enim ullum extat de ipsa verbum in Luciani Asino, unde Noster suum desumsit.

Hi tres numero [83] filias, forma conspicuas, habuere. Sed majores quidem natu, quamvis gratissima specie, idonee[7] tamen celebrari posse laudibus humanis credebantur; at vero puellæ minoris,[8] tam præcipua,[9] tam præclara pulchritudo, nec exprimi, ac ne[1] sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat. Multi denique civium, et advenæ copiosi, quos eximii spectaculi[2] rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessæ formositatis[s] admiratione stupidi, et admoventes oribus suis dexteram,[3t] primore[4] digito in[5] erectum pollicem residente, ut ipsam pror-

gina. Hi habuerunt tres filias insignes pulchritudine. Verum grandiores quidem ætate, quamvis essent venustissima forma, putabantur tamen posse digne prædicari encomiis hominum; tanta vero, tamque excellens erat pulchritudo virginis ætate minimæ, ut non posset efferri verbis, neque satis quidem celebrari inopia humanæ orationis. Denique plurimi ex civibus, et permulti extranei, quos fama egregii spectaminis convocabat curiosa frequentia, stupentes admiratione pulchritudinis inaccessibilis, et ori suo applicantes manum, digito indice innixo super pollicem

---

quadam a Pith. Dein *conspicua* Guelf. sec.—7 *Idoneæ.* Mallem, *idonee.* Aldus vero ita interpunxit, *quamvis g. s. idoneæ, tamen.* Roaldus. *Inidonee.* Flor. *idonee.* Elmenh.—8 *Junioris.* Pal. *minoris.* Id.—9 *Tam præc.* Hæ voces perperam desunt Ed. Floridi. *Oud.*—1 Male Ed. Bas. pr. *nec.* Id.—2 Oxon. *spectabili.* Id.—3 Palat. Guelf. sec. *dextera.* Elmenh. not. *dextras.* Male. Vide ad lib. II. pag. 26. 'Columbarum colli flosculos.' *Id.*—4 Vulgo passim, *priore.* Plautus Pœnulo: 'Vix quidem hercle, ita pauxillula est, digitulis primoribus.' Noster correctus itidem, lib. X. 'Saltare sublatis primoribus digitis perdocuit.' Turpilius Demetrio: 'Sandalio innixa digitis primoribus.' Varro Armorum Judicio: 'Ut in littore cancri digitis primoribus stare.' Et hæc adducta a nobis, non tam genuinæ scripturæ ostendendæ, quam notionis etiam veræ indicandæ. Nam sunt, qui per primorem digitum, secundum a pollice, hoc est, Indicem intelligunt: cum de quolibet alio dictum etiam videri possit. Id quod exempla illa convincunt. *Colv.* Omnes hanc Colvii, sive Gulielmii, ut margini allevit Groslotius, scripturam receperunt, confirmatam, ut videtur, a Florent. membranis, et Puteani ac Pithœi Codd. aliisque. Sed Reg. Fux. Guelf. ambo, Oxon. Pal. D'Orv. et Edd. priores dant *priore.* Vide ad l. II. pag. 22. 'Currunt primores.' *Oud.*—5 Abest *in* a Pal.

NOTÆ

Hanc allegorico sensu commentatus est Fulgentius, Mythalog. lib. III. quem vide.

[s] *Inaccessæ formositatis*] Virgil. lib. VII. Æneid. 'Dives inaccessos ubi Solis filia lucos,' &c. Ubi 'inaccessos' Servius exponit, inaccessibiles, inaccedendos.

[t] *Admoventes oribus suis dexteram*] Qui mos et gestus adorantium. Plin. lib. XXVIII. cap. 2. 'In adorando dexteram ad osculum ferimus, totumque corpus circumagimus; quod in lævum fecisse, Galliæ religiosius credunt.' Noster in Apologia, de irreligioso: 'Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere.'

sus Deam Venerem, religiosis adorationibus venerabantur.[6] Jamque [7] proximas civitates et attiguas [8] regiones fama pervaserat, Deam, quam cœrulum [9] [u] profundum pelagi peperit, et ros spumantium [1] fluctuum educavit, jam numinis sui passim tributa venia, in mediis [2] conversari populi cœtibus: vel certe rursum novo cœlestium stellarum [3] germine, non maria, sed terras, Venerem aliam [4] virginali flore præditam [5] pullulasse. Sic immensum [6] procedit in dies opinio: sic insulas [7] jam proximas, et terræ plusculum, provinciasque plurimas fama porrecta [8] pervagatur. Jam multi mortalium longis itineribus, atque altissimis maris meatibus, ad sæculi specimen gloriosum confluebant. Paphon nemo, Cnidon nemo, ac [9] ne ipsa quidem Cythera [w] ad conspectum Deæ Veneris navigabant.[1] Sacra

erectum, adorabant eam cultu religioso perinde ac ipsam Deam Venerem. Jamque rumor perlatus erat per finitimas urbes et provincias conterminas, Deam, quæ nata est e cæruleo gurgite maris, et enutrita humore undarum spumantium, jam versari in mediis turbis populorum, promiscue facta potestate videndæ suæ divinitatis: aut saltem, non pelagus, sed tellurem iterum progenerasse aliam Venerem dotatam flore virginitatis, ex novo semine cœlestium siderum. Sic existimatio progreditur quotidie in immensum: sic rumor jam prolatus extenditur per vicinas Insulas, magnamque partem continentis, et plurimas provincias. Jam plurimi homines convolabant ad præstantissimum spectaculum temporis illius, per prolixas vias, et per profundissimos tractus maris. Nulli amplius navigabant Paphum, nulli Cnidum, ac ne ipsam quidem insulam Cythera ad videndam Deam Venerem. Sacrificia Deæ

Guelf. sec. *residentem.* D'Orv. Pith. Ed. Bas. pr. *residentes.* Id.—6 *Ven.* Fux. *crederent.* Roald. Sic etiam Reg. Guelf. ambo, Palat. *Crederentur* in Oxon. et Par. 'Sub qua lectione quid lateat, rimentur acutiores. *Oud.*—7 D'Orv. *Jam.* Id.—8 Bertin. *contiguas.* Elmenh. Guelf. pr. *actiguas.* Oud.—9 D'Orv. *cæruleum.* Sed vide ad lib. II. pag. 26. 'Cœrulos flosculos.' *Id.*—1 Palat. Guelf. sec. *summantium.* Id.—2 D'Orv. non male, *et in m.* Ed. Bas. pr. *certibus.* Id.—3 *Cæl. st.* Bert. *sperarum st.* Male. *Elmenh.*—4 *Aliam Ven.* Fux. *Oud.*—5 D'Orv. *proditam.* Id.—6 Quidam *in imm.* sed infra de philosophia: 'Nec immensum augeri per avaritiam, nec prodigi per luxuriam, aut deseri per negligentiam sinant.' *Colv.*—7 D'Orvill. *in ins.* Oud.—8 Bertin. *projecta.* Wow. Recte Bert. *projecta:* id est, longe jacta, extensa, interprete Nonio. Sisen. 'Postquam ejus facti mentionem projecit.' Infra tamen lib. V. p. 74. (90. Ed. Pric.) 'Latius porrecta fama.' *Sciopp. Susp.* lib. III. 20. *et in Symb.*—9 Venet. Aldin. *at.* Colvius. *Ac ne ipsa quidem sacra quidem Cythera:* Ald. *Roald.* Male etiam Vicent. Junt. *at.* Oud.—1 Bert. *vagita-*

NOTÆ

[u] *Deam, quam cærulum, &c.*] Venerem, e mari ortam.

[w] *Paphon nemo, Cnidon nemo, ac ne ipsa quidem Cythera*] Loca Veneris cultu et delubris nobilia. Ovid. lib. x. Metamorph. Fab. 12. 'Capta

Deæ proferuntur;[2] templa deformantur; pulvinaria proteruntur:[3] [x] cærimoniæ negliguntur; incoronata simulacra, et aræ viduæ[4] frigido cinere fœdatæ. Puellæ supplicatur, et in humanis vultibus Deæ tantæ[5] numina placantur, et, in matutino progressu virginis, victimis et [84] epulis Veneris absentis nomen propitiatur.[y] Jamque per plateas commeantem populi frequenter[6] floribus sertis[7] [z] et solutis apprecantur. Hæc[8] honorum cœlestium ad puellæ mortalis cultum immodica translatio veræ Veneris vehemen-

negliguntur; delubra deturpantur situ; lecti ejus calcantur; cærimoniæ insuper habentur; statuæ ejus cernuntur destitutæ coronis, et altaria deserta, inquinata frigido cinere. Preces admoventur virgini, et tantæ Deæ divinitas propitiatur sub humana forma, et, matutino tempore dum puella procedit foras, nomen absentis Veneris invocatur hostiis et conviviis. Jamque populi sæpe ei supplicant, dum incedit per vicos, jacientes flores implexos et solutos. Hæc immoderata translatio divinorum honorum ad adorationem virginis mortalis graviter concitavit indignatio-

bant. Sciopp. in Symb. *Elmenh.*—2 *Deferuntur.* Lege ex Aldino, *deseruntur.* Reliqui, *proferuntur:* quod inepte hic bis repeteretur. Forte non male etiam, *differuntur.* Colvius. Bertin. *proferuntur.* Vera lectio, *deseruntur.* Wowerius. *Proferuntur, templa deformantur.* Ita Bert. Sed statim puto legendum: *pulvinaria proteruntur*, id est, contemnuntur et conculcantur. *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. III. 20.—3 *Deferuntur. Deseruntur* Ald. Recte. *Roald.* Emendo, *proteruntur.* Wowerius. Rom. *perferuntur.* Bert. *proteruntur.* Recte. *Elmenh.* —4 Oxon. a m. pr. *idie.* Mox *supplicantur* Fux. *Oud.*—5 Reg. *tanta.* Id. —6 *Frequenter.* Præfero lectionem Ed. Junt. post. *frequentes.* Oud.—7 Edd. primæ et Bas. pr. *certis.* Inepte. Vide Beroald. et ad lib. II. p. 31. 'Rosa serta et soluta.' Copulam non agnoscunt Palat. Oxon. Fux. Guelf. sec. *Id.* —8 Edd. Vicent. Ber. Junt. pr. Colin. Bas. pr. *Hic.* Male, ut sæpe. *Id.*—

NOTÆ

[Venus] viri [Adonidis] forma non jam Cythereia curat Littora, non alto repetit Paphon æquore cinctam, Piscosamque Cnidon, gravidamque Amathunta metallis.' Paphos oppidum est Cypri Insulæ. Cnidos urbs Cariæ, adhærens in extremo cornu Peninsulæ, Praxitelis Venere nobilitata. Cythera autem, plurali numero, Insula contra Cretam, teste Strabone, quinque millibus distans a Maleæ Promontorio. Hodie *Cerigo* dicitur.

[x] *Pulvinaria proteruntur*] Lectuli, in quibus ejus effigies (ut et ceterorum Deorum in suis cujusque delubris) epulis appositis jacebat: quod Lectisternium dictum. Hujus frequens apud Livium mentio rebus dubiis aut adversis, et monstrorum procurandorum causa.

[y] *Veneris absentis nomen propitiatur*] Sic lege juxta Editionem Vicentinam, non autem *numen*, ut est in plerisque. Mox enim dixerat: 'Et in humanis vultibus Deæ tantæ Numina placantur;' sicque futilis esset repetitio.

[z] *Floribus sertis*] Contextis, colligatis. Nam apud antiquos 'serere' est, jungere. Lucanus: 'Accipiunt sertas nardo florente coronas.'

ter[9] incendit animos: et, impatiens indignationis, capite quassanti[1] fremens altius, sic secum disserit:[2] En rerum naturæ prisca parens,[a] en elementorum[3] origo initialis, en orbis totius alma Venus,[b] quæ[4] cum mortali puella partiario majestatis honore tractor! et nomen meum[5] cœlo conditum terrenis[6] sordibus profanatur.[7] Nimirum communi numinis[8] piamento[c] vicariæ venerationis incertum sustinebo,[9] et imaginem meam circumferet puella moritura.[1] Frustra me pastor ille,[d] cujus justitiam fidemque magnus comprobavit Jupiter, ob eximiam speciem tantis prætulit Deabus.[e] Sed non adeo gaudens[f] ista, quæcumque est, meos honores usurpabit.[2] Jam faxo hujus etiam ipsius[3]

nem veræ Veneris, quæ, cum non caperet amplius iram, sic apud se loquitur concutiens caput, et minitans graviora: Sumne ego illa Venus, antiqua mater rerum naturalium, et origo initialis elementorum, et altrix totius orbis, quæ advertor cultu divinitatis participato cum virgine mortali? Meumque nomen cœlo repostum polluitur immunditiis terrestribus? Nempe, dum meum numen placatur sub ejus persona, ego subibo hanc aleam, ut alia colatur meo loco? et virgo mortalis geret meam formam? Ille igitur pastor, cujus Jupiter approbavit fidem et æquitatem, frustra anteposuit me tantis Deabus propter egregiam meam pulchritudinem. Verum illa, quæcunque tandem sit, non usque adeo lætabitur intercepisse cultum mihi debi-

9 *Vehementes.* Ex postrema Basil. editione. Ante ubique *vehementer.* Colvius. Fux. *vehementer incendit.* Roald.—1 D'Orv. *cassanti.* *Oud.*—2 *Diss.* Frustra Pricæo ultima vox videtur insititia. Guelf. pr. *dixerit.* Idem.—3 Pal. *cultorum.* Ed. Bas. pr. *clementum.* Oxon. *unalis* pro *vernalis*, ut legas in Guelf. pr. *Id.*—4 *Quæ.* Multo efficaciore sententia et elegantiore locutione pronomen relativum hic non legeretur. Nec addidissent aurei ævi Poëtæ et Oratores. *Id.*—5 Abest *meum* a Cod. D'Orv.—6 Guelf. pr. *terreis*, de qua voce alias. *Id.*—7 Fux. *profamatur.* Roald.—8 Pal. *ramini.* Guelf. *numini.* Oud.—9 Palat. *sustineto.* Id.—1 Bertin. *morcina.* Correxi, *morticina.* Sic enim vocamus, quos turpes et cadaverosa facie notare volumus. Plautus Persa utitur. *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. III. 20. Male. *Elmenh.*—2 *Usurpavit.* Videbit quilibet, eorum certe, qui aliquid vident, rectum esse *usurpabit.* Vitium ex commu-

NOTÆ

[a] *En rerum naturæ prisca parens, &c.*] Omnia enim generatione, cui Venus præest, producuntur et propagantur. Vide Lucretium, initio sui Operis.

[b] *Orbis totius alma Venus*] Festus: 'Alma, sancta sive pulchra, vel alens, ab alendo.' Servius ad Georgic. lib. II. 'Almus ager, ab eo, quod nos alat.'

[c] *Nimirum communi numinis piamento, &c.*] Locum hunc παραφραστικωτέρως paulo exposui in interpretatione; sed vix aliter potuit sensus aperiri.

[d] *Pastor ille*] Paris, Priami filius.

[e] *Tantis Deabus*] Junoni et Palladi.

[f] *Sed non adeo gaudens, &c.*] 'Non gaudens usurpabit,' Græca locutio, pro, non gaudebit usurpasse. Aristænetus lib. I. Epist. 5. Τὴν ἐμὴν εὐνὴν

illicitæ[4] formositatis pœniteat.[5] Et vocat confestim puerum suum,[g] pinnatum[6] illum, et satis temerarium: qui malis suis moribus contemta disciplina publica,[7] flammis et sagittis armatus, per alienas domos [8] nocte discurrens, et omnium matrimonia corrumpens, impune committit tanta flagitia, et nihil[9] prorsus boni facit. Hunc, quanquam genuina[1] licentia procacem, verbis quoque insuper stimulat. Perducit[2] ad illam civitatem, et Psychen[3] [h] (hoc enim nomine puella nuncupabatur)[4] coram ostendit.[5] Et, tota illa perlata de formositatis æmulatione fabula, gemens ac fremens[6] indignatione, Per ego te, inquit, mater-

num. Jam curabo, ut ipsam pœniteat etiam suæ illegitimæ pulchritudinis. Et statim accersit filium suum alatum illum, et valde audacem, qui prava sua indole spretis legibus publicis, instructus facibus et telis, vagans nocte per domos aliorum, et labefactans connubia omnium, perpetrat impune tanta scelera, neque quicquam omnino boni facit. Hunc, tametsi protervum innata sibi licentia, instigat quoque præterea verbis. Deducit eum in illam urbem, et demonstrat ipsi Psychen (hoc enim erat nomen virginis). Et narrata illa historia de contentione pulchritudinis, suspirans, et fremens ira, Ego te obsecro, inquit, per vinculum amoris materni, per

tatione V. et B. Mendum simile in tribus codicibus editis observabam lib. IX. 'Sed forsitan, lector scrupulosus, reprehendens narratum meum, sic argumentaveris.' Scribo, *argumentaberis.* Emaculandum quoque libro primo Floridorum; 'Alexandri præclara facinora fatigaberis admirando.' Perperam enim istic editur, *fatigaveris.* Stewech. *Usurpabit.* Sic Aldina editio. Reliquæ, *usurpavit.* Colvius. Bert. *usurpavit.* Elmenh.—3 *Ipsius* abest a Palat. *Oud.*—4 Quid si legas, *illiciæ?* Certe etiam sic placebat Lipsio. *Colv.* Lips. *illiciæ.* Bert. *ipsius licitæ.* Male. *Elmenh.* *Illiciæ* divinat Colv. et ait, sic etiam placuisse Lipsio. Ego confirmem exemplo Cypriani Sermone de zelo et livore: 'Offert oculis formas illices et faciles voluptates, ut visu destruat castitatem.' *Brant.* Sed adi Pricæum, recte explicantem, nimiæ, nec mortalem decentis. Perperam *illiciæ* Vulcanius edidit. *Oud.*—5 D'Orv. Fux. *pœnitebit.* Prave. Vide Pric. et me supra ad pag. 71. *Id.*—6 *Pinnatum* Ald. *Roald.* Per *i* Mss. et Edd. Bene. *Illatum* pro *illum* Pith. *Oud.*—7 Pal. Guelf. sec. *publicata.* Id.—8 Edd. Elmenh. Scriv. *domus.* Vide ad pag. 71. *Id.*—9 Ms. Guelf. pr. a m. pr. *nulli.* D'Orv. *n. bone scit.* Consule Pricæum. *Faciat* Fux. *Id.*—1 Pith. Pal. Guelf. sec. *gemina.* Vide ad lib. III. pag. 62. 'Genuino sermone.' *Id.*—2 *Stimulat. Perducit.* Non satis sana hæc sunt. Mss. Reg. Fux. Pith. Guelf. ambo, Oxon. Palat. D'Orv. Ed. Junt. post. inserunt *et.* Sed putem, Auctorem dedisse, *stimulatum p.* Id.—3 Prave in aliquot Edd. recentioribus *Psychem.* Id.—4 Oxon. Palat. Guelf. ambo, Ed. Junt. post. *nuncupatur.* Id.—5 Oxon. a m. pr. *obstendit.* Id.—6 Palat. *tremens.* Elmenh. Cum Guelf. Male. 'Fre-

NOTÆ

οὔποτε χαίρουσα καθυβρίσει: Lectum meum nunquam gaudens injuria afficiet.

[g] *Puerum suum*] Cupidinem.

[h] *Psychen*] Nomen Græcum ψυχὴ, anima. Unde Fulgentius fabulam hanc de anima allegorice explicat.

næ caritatis fœdera deprecor, per [7] tuæ sagittæ dulcia vulnera, per flammæ istius mellitas [85] uredines,[8] vindictam tuæ parenti,[9] sed [1] plenam tribue: et in pulchritudinem [2] contumacem reverenter vindica;[3] idque unum et præ [4] om-

suaves plagas tui teli, per dulciculas ustiones istius facis, da tuæ matri ultionem, sed perfectam: et puni formositatem superbam, pro tua in me reverentia: et ultro

mere' enim est indignantis. *Oud.*—7 *Per ego te, inquit, m. c. fœdera [deprecor] per, &c.* Magnum periculum est, ne in deprecatione hac Venerea formula debita et consueta servata non sit. Nam vel solo aurium sensu initium ejus nimis asperum deprehenditur, quia præcipitatum. Placeret mihi: *Per te, inquit, per maternæ caritatis fœdera:* quia placuisse video eam formam priscis, Livio inprimis; 'Per vos,' inquit, 'fidemque vestram.' Sallustio Jugurthino bello: 'Oro vos per liberos atque parentes vestros.' Sed ibidem, non injuria, veteres membranas secutus eruditissimus Joannes Rivius emendavit, abjecto verbo, *Per vos, per liberos atque parentes vestros.* Vide anne et supra lib. II. his verbis Apuleii medelam adhibuerim: 'Miserere, ait sacerdos, miserere per cœlestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per (se) nocturna silentia.' Particulam inclusam ad superiora retraho, et muto, *Miserere per te, per cœlestia sidera.* Iterum apud Apuleium in ipso limine libri sexti, ubi Psyche Cererem Deam apprecatur: 'Rogo te frugiferam, tuam dexteram istam deprecor, per lætificas messium cærimonias, per tacita sacra cistarum.' Marginalem scripturam Beroaldus arripuit, *Per ego te frugiferam.* Mihi pro genuino erit, quamdiu ero, *Per te, per frugiferam tuam dexteram.* Petronio eadem formula reddenda: 'Per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem.' Emendo: *Per te, per formam tuam ne fastidias hominem.* Usum hac formula Virgilium, et quidem perlibenter, testimonio sit vel unus lib. x. Æneid. in quo eam reperias bis terve. Arnobium quoque usum adverti libro quarto adversus Gentes: 'Per humani generis jura atque ipsius mortalitatis consortia, cum auditis et legitis,' &c. *Stewech.* Fux. *f. te depr.* Sed abundat. *Roald.*—8 Guelf. pr. *uridines. Oud.*—9 Pith. Guelf. pr. *parentis.* Oxon. *parentis et plen.* Id.—1 Deest *sed* male in Pal. *Id.*—2 *Et pulchr. c.* Fux. *et in p. c. r. v.* 'Vindicare in aliquem' notissima formula Latinis auctoribus. Capitol. Marco: 'Ac ne in quenquam facile vindicaret:' et, 'In conscios defectionis vetuit senatum graviter vindicare.' Vulcatius Cassio, qua urget Marcum, 'Ut in Cassium graviter vindicet.' Hic Noster alibi, 'Vindicans in mei mariti cruentum peremtorem.' Vide etiam l. IX. c. de pœnis. *Roald.* Bert. *in p. continuam reverenter veridica.* Sciopp. in Symb. *Elmenh.*—3 Quid si, *severiter v.* ut supra lib. II. 'Extremum facinus in nefariam scelestamque istam fœminam severiter vindicate.' Et lib. III. 'De eo crimine, quod etiam in vestrum civem severiter vindicaretis.' Cicer. Act. II. in Verrem: 'Si quid vindicatum severe est.' Divus Pius l. II. D. de his, qui sunt sui vel alieni juris: 'Sciet me admissum severius executurum.' 'Severissime animadvertere,' habes in l. ult. D. de off. præs. et apud Nostrum supra lib. I. 'Ut in eam die altera severissime saxorum jaculationibus vindicaretur.' Symmach. lib. IX. Epist. 128. 'Facinus cunctis ad hunc usque diem sæculis severissime vindicatum competenter ulcisci.' *Brant.* Sexcenta talia afferri possent. Sed nihilominus hic nihil videretur mutandum, quia *reverenter* valet, obedienter, præ matris tuæ reverentia, nisi Fulgentius lib. III. Myth. c. 6. plerumque servans Apuleii verba, reliquisset etiam: 'Cupidinem petit, ut in contumacem formam severiter vindicaret.' Brantio suffragatur etiam Heinsius. Sal. *severenter.* Sic vir d. in marg. Ed. Colv. *Oud.*—4 Oxon. Fux. Palat. Guelf. ambo, *pro.* Pal. Pith. Fux. Guelf.

nibus unicum volens effice.[i] Virgo ista[k] amore flagrantissimo teneatur hominis extremi; quem et[5] dignitatis et patrimonii simul et incolumitatis[6] ipsius fortuna damnavit,[l] tamque infimi,[7] [m] ut per totum orbem non inveniat miseriæ suæ comparem. Sic effata,[8] et osculis hiantibus[9] filium diu ac pressule[1] saviata, proximas oras reflui littoris petit, plantisque roseis vibrantium fluctuum summo rore calcato,[2] ecce jam profundi maris udo[3] resedit vertice; et ipsum[4] quod incipit velle, statim quasi pridem præceperit,[5] non moratur marinum obsequium. Adsunt[6] Nerei filiæ,[n] chorum ca-

incumbe in id unum, et solum præ ceteris. Puella hæc flagret ardentissimo amore hominis vilissimi, quem fortuna privaverit et honore, et simul bonis, et sanitate; et qui sit adeo abjectus, ut neminem reperiat in toto orbe sibi parem miseria. Sic locuta, et diu atque arcte osculata natum suum ore semiaperto, confert se ad proximos margines ripæ undosæ, et roseis pedibus inambulavit supremum humorem undarum salientium. Jam constiterat in humida superficie alti pelagi, cum illico marina numina exequuntur idipsum, quod tantum incipiebat velle, perinde ac si jamdudum imperasset illud. Nereides præsto sunt agentes concentum, et Neptunus hirsutus

effici. Id.—5 *Et* perperam excidit e Floridi editione contra Nostri stylum. *Id.*—6 Ms. *columitatis.* Sciopp. in Symb. Sic et Pith. Quasi esset a 'columis,' quod pro sano, incolumi est apud Plaut. Trin. III. 3. 15. Gloss. 'Columis, incolumis, σῶος.' *Oud.*—7 *Infirmi.* Corrige ex Fulv. et Bertin. *infimi.* Wow. Ms. *infimi:* quomodo et in Suspectis nostris (III. 20.) correxeramus. *Sciopp. in Symb.* Bert. *infimi.* Elmenh.—8 D'Orvill. *aff.* Sed vide Ind. *Oud.*—9 Bert. *vibrantibus.* Sciopp. in Symb. Elmenh.—1 *Presulem* Guelf. pr. In D'Orv. Palat. Guelf. rursus *sabiata.* Edd. aliquot male *suaviata.* Oud.—2 *Summum rorem calcavit.* Ms. *summo rore calcato.* Sciopp. in Symb. Flor. *summo rore.* Elmenh. In Ed. Vicent. *roseis.* Multo vero efficacius hanc Deæ celeritatem exprimit lectio Mss. Flor. Fulv. Fux. Oxon. Palat. D'Orv. Guelferbytanorum, et Ed. Junt. post. *summo rore calcato, ecce:* quod idcirco reposui. *Oud.*—3 Fux. *sudo.* Roaldus. Ms. *sudo.* Sciopp. in Symb. Flor. *sudo.* Elmenh.—4 Reg. Fux. *istud.* Oud.—5 *Præcepit.* Fux. *præceperit,* et Aldus. *Roald.* Bert. *præceperit.* Elmenh.—6 Fux. *Assunt.* Perpetua

NOTÆ

[i] *Idque unum et præ omnibus unicum volens effice*] Posterior vox auget vim prioris. Sic Gellius, lib. XVIII. cap. 4. 'Cum ille se unum et unicum lectorem enarratoremque Sallustii diceret.'

[k] *Virgo ista*] Psychen ostendit.

[l] *Quem et dignitatis, &c. fortuna damnavit*] 'Damnare' hic est ἀποκληροῦσαι, privare, exhæredare.

[m] *Tamque infimi*] Sic Wower. ex Mss. non autem *infirmi.* Terent. Eunucho, Act. III. Scen. 2. 'Tace, tu, quem ego esse infra infimos omnes puto.'

[n] *Nerei filiæ*] Nereides, Nymphæ maris, quas ex Doride sorore sua Nereus genuit, numero quinquaginta. Fuit ille Nereus Oceani et Tethyos filius juxta Hesiodum, vel Oceani seu Ponti, et Terræ, juxta Apollodorum, lib. I. Bibliothecæ.

nentes, et Portunus [o] cœrulis [7] barbis hispidus, et gravis piscoso sinu Salacia, [8] [p] et auriga [9] parvulus delphini Palæmon; [1] [q] jam passim maria persultantes [2] Tritonum cater-

glaucis barbis, et Salacia onerata sinu pleno piscibus, et parvus Palæmon inequitans Delphino; jam turmæ Tritonum undique cernuntur saltantes per maria. Hic tuba

scriptura in Pandectis Flor. et Fla. *Roald.*—7 Alii, *cæruleis.* Colv.—8 Mss. aliquot, et Edd. pp. *solatia*, et *salatia*: quod bene correxit Beroaldus. *Slacia* Ed. Junt. post. Thetis hæc Ciceroni, ut monet Serv. ad Virgil. lib. I. Georg. 31. *Oud.*—9 *Aur.* Fux. *et aur.* Roald. Sic Mss. O. ut bene ediderunt Elmenh. Scriv. Flor. A reliquis Edd. exulat copula. *Oud.*—1 Mss. D'Orv. Guelferbytani, *Palæmo.* Sic *Λάμπων*, 'Lampo,' de Deo Socratis pag. 694. Sed de hac terminatione adi Pier. ad Virgil. Æn. x. 322. Barth. ad Statii T. IV. pag. 1691. me ad Lucan. lib. I. 213. *Id.*—2 Legit Beroaldus, *persulcantes*, et eum secuti, qui postremæ editioni Basileensi præfuerunt. Malum factum. Seneca de Divina Providentia: 'Imbrem culmo aut fronde defendunt: super durata glacie stagna persultant: in alimentum feras captant.' Et ita fere Sidonius Panegyrico Majoriani: 'Cum stagna superbo Irrupit temerata gradu, turmæque frequentes Hellespontiaco persultavere profundo.' *Colv.* Fux. *persultantes.* Roaldus. Bert. *persulcantes.* Sed nihil mutandum. Tacitus lib. II. Annalium: 'Simul exercitu Ibero campos persultante.' *Elmenh.*

NOTÆ

[o] *Et Portunus*] Qui Palæmon Græcis, Portunus vulgo Latinis dictus est. At hic non Palæmona, sed ipsum Neptunum Portuni nomine intelligas; sequitur enim mox Salacia Neptuni uxor, ac deinde Palæmon alius a Portuno. Martianus Capella, l. v. Nupt. Merc. et Philolog. 'Portuni trifidam suspirans flagitat hastam.' Ubi vides tridentem Neptuni insigne Portuno tribui, qui proinde Neptunus est. Sed dubitationem omnem aufert hic locus Ciceronis, lib. II. de Natura Deorum: 'Datum est igitur Neptuno, &c. maritimum omne Regnum: nomenque productum, ut Portunus, a portu, sic Neptunus, a nando.'

[p] *Et gravis piscoso sinu Salacia*] Augustinus, lib. IV. de Civitate Dei: 'Quid est, quod mare Neptuno tribuitur, terra Plutoni? ac, ne ipsi quoque sine conjugibus remanerent, additur Neptuno Salacia, Plutoni Proserpina. Inferiorem maris partem Salacia tenet, terræ inferiorem Proserpina.' Salacia a salo dicta est. Cum autem inferiorem maris partem teneat, aquam ejus atque una pisces omnes sustentat, ideoque recte a Nostro dicitur 'gravis piscoso sinu Salacia.'

[q] *Auriga parvulus delphini Palæmon*] Claudianus, de Nuptiis Honorii et Mariæ: 'Cadmeia ludit Leucothoë, frænatque rosis delphina Palæmon.' Reliqua ibidem vide, hæc enim mire faciunt. Athamas, Thebarum Rex, a Junone in furorem actus, occiso Learcho filio, cum Melicertam quoque alterum filium, atque una Ino uxorem, Cadmi filiam, persequeretur similiter occisurus, illi se in mare egerunt præcipites, et Veneris precibus in Deos a Neptuno versi sunt: Ino in Leucotheam, seu Leucothoën, quæ Latinis dicta est Mater Matuta; Melicerta in Palæmona, Latinis Portunum dictum, ut jam monui. Cum autem dicit 'auriga parvulus del-

væ.[r] Hic concha sonaci[s] leniter buccinat: ille serico tegmine flagrantiæ Solis obsistit inimici:[3] alius sub oculis dominæ speculum[4] prægerit: currus bijuges alii subnatant.[5] Talis ad Oceanum[t] pergentem Venerem comitatur exercitus. Interea Psyche cum sua sibi perspicua[6] pulchritudine nullum decoris sui fructum percipit.[7] Spectatur ab omnibus,[8] laudatur ab omnibus: nec quisquam, non[9] rex, non regius, nec de plebe saltem, cupiens[1] ejus nuptiarum petitor accedit.[2] Mirantur quidem divinam speciem, sed ut simulacrum fabre[3] politum mirantur omnes. Olim[4] duæ majores sorores, quarum temperatam[5] formositatem nulli

canit jucunde concha sonora: ille defendit ardorem Solis infesti umbella serica: alius præfert speculum ante conspectum dominæ; alii natant sub curru ejus bijugi. Talis cœtus stipat Venerem euntem ad Oceanum. Interim Psyche cum sua ipsius inclyta pulchritudine nihil capit utilitatis ex sua forma. Omnes contemplantur eam: omnes laudant: nullus tamen exoptans ejus connubium venit ad parentes ipsam petiturus, non Rex, non regiæ stirpis, neque saltem plebeius. Omnes quidem admirantur divinam ejus formam, sed admirantur veluti signum affabre sculptum. Jamdudum ambæ sorores grandiores natu, quarum moderatam pulchritudinem nulli

—3 *Inimicis.* Fux. *inimici.* Ald. *Roald.*—4 Bertin. *specularum.* Male. Vide Spondanum ad Hesiodum p. 36. *Elmenh.* In Mss. Oxon. Pith. Palat. D'Orv. Guelferb. ambobus est *progerit;* quod magis placet Pricæo. Late de eo agam ad l. XI. p. 245. 'Potentissimorum Deum præferebant insignes exuvias.' Vulgo, *prof.* Oud.—5 Ms. *subvagantur.* Sciopp. in Symb.—6 Me auctore, scripseris: *præcipua.* Wower.—7 Ed. Ber. *præcipit.* Oud.—8 Reg. Fux. *hominibus,* solita variatione. Repetita *ab omnibus* male desunt Oxon. et Ed. Bas. pr. *Id.*—9 Mss. D'Orv. Pith. *nec.* Id.—1 Guelf. pr. *capiens.* Id. —2 Venetus, *accidit.* Colv.—3 Pith. *fabro.* Par. Cod. *positum.* Oud.— 4 Oxon. *Enim* pro, enimvero; non male. Vide ad hujus libri pag. 69. 'Enim vos bonæ frugis latrones.' *Id.*—5 Fux. *temeratam.* Corruptissime. Temperata enim formositas est, quam 'statam' appellat Ennius apud Agell. lib. V. c. 11. *Roald.* Fulgent. l. III. Myth. c. 6. Auctoris retinuit verba:

NOTÆ

phini Palæmon,' alludere videtur ad id, quod ait Pausanias in Atticis, Melicertam a delphino exceptum fuisse, cum decidisset e Petra Moluride, et in Corinthiorum Isthmum delatum. Hinc Isthmici ludi in honorem ejus instituti.

[r] *Tritonum catervæ*] Triton Neptuni fuit et Salaciæ filius, summa sui parte hominem referens, ima piscem. Sed et magnus Tritonum numerus post illum a Poëtis confictus est, sive illius prioris fratres essent, sive filii.

[s] *Concha sonaci*] Ovid. Metamorphos. lib. I. 'Supraque profundum Extantem, atque humeros innato murice tectum, Cœruleum Tritona vocat, conchaque sonaci Inspirare jubet, fluctusque et flumina signo Jam revocare dato,' &c.

[t] *Ad Oceanum*] Ad regiam Oceani, maris Dei, mariti Tethyos.

diffamarant [6] populi,[u] procis regibus desponsæ, jam beatas nuptias sunt adeptæ: [7] sed Psyche, viro [8] vidua domi residens,[w] [86] deflet desertam [9] suam solitudinem, ægra corporis,[1] animi saucia; et, quamvis gentibus totis complacitam,[2] odit in se suam formositatem. Sed [3] infortunatissimæ filiæ miserrimus pater, suspectatis cœlestibus odiis, et iræ Superum metuens, Dei Milesii [4][x] vetustissimum percontatur oraculum: [y] et tanto [5] numine precibus et victimis [6] ingratæ virgini [z] petit nuptias et maritum. Sed Apollo,

populi prædicaverant, desponsatæ erant Regibus, amatoribus suis, et jam factæ compotes felicium nuptiarum: at Psyche, vidua tametsi virgo, degens domi, dolens corpore, et læsa animo, luget se solam derelictam, et odit in se suam pulchritudinem, tametsi gratam universis nationibus. At pater infelicissimus filiæ miserrimæ suspicans id fieri odiis alicujus Numinis, et formidans iram Deorum, consulit antiquissimum oraculum Dei Milesii: et precibus hostiisque poscit a magno illo Deo matrimonium et virum mæstæ filiæ. Sed Phœbus, quamvis esset Græcus et

'Majoribus, quæ temperata erant specie.' *Oud.*—6 Fux. *diffamaverunt.* D'Orv. *diffamarunt.* Pal. Guelf. sec. *diffamavere.* Oxon. Guelf. pr. *diffamare.* Pith. *diffamarent.* Id.—7 *Nup. adeptæ.* Fux. *nuptias st. ad.* hoc est, *statim.* Roaldus. Ms. *nuptias sunt adeptæ.* Sciopp. in Symb. Immo vero *st.* valet *sunt*; quod, suffragantibus D'Orv. Regio, addidi. *Sed* non agnoscit Pith. Bene. In hanc depravata est vox *sunt.* Oud.—8 *Virgo.* Puto legendum, *viro.* Elmenh.—9 Potius legerim: *deserta:* ut supra l. I. 'At ego scilicet Ulyxi astu deserta, vice Calypsonis, æternam solitudinem flebo.' *Colv.* *Deserta.* Flor. *desertam.* Elmenh. Vulcan. scilicet Colvii conjecturam erat secutus: quod et fecit Floridus. Sed Mss. O. præbent *desertam.* Quod nescio quid efficacius sonat, et magis poëticum: quamvis fatear, ipsam simplicius dici *desertam,* quam solitudinem. *Oud.*—1 Lib. v. 'Psyche corporis et animi alioquin infirma.' *Elmenh.* Male *corpore* Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *Erga c.* in Pal. Guelf. sec. *Oud.*—2 Pith. *complic.* Id.—3 Ms. *Sic.* Sciopp. in Symb. Rectius in Bertin. *Sic.* Wow. Immo vero perperam; licet suffragentur D'Orv. Fux. et Palat. Sensus omnino postulat *Sed.* Temere nimis τὸ *Sic* in textum recepit Wower. et ex eo Pricæus. *Oud.*—4 Palat. Guelf. sec. *Miliesi.* D'Orv. Guelf. pr. *percunctatur.* Male. *Id.*—5 Bert. *et cauto.* Quid si: *et a tanto?* velut pag. 86. ubi Venus de judicio Paridis loquitur: 'Frustra me pastor ille ob eximiam speciem tantis prætulit Deabus.' Et Arnob. l. v. de Jove Elicio: 'Etiamne credemus Deum numinis tanti tractum esse ad terras?' *Sciopp. in Symb.* Bert. *cauto.* Elmenh.—6 Guelf. am-

NOTÆ

[u] *Nulli diffamarant populi*] Non infamarant, sed prædicaverant. Supra: 'Chryseros diffamat incendio repentino domum possideri.'

[w] *Sed Psyche, viro vidua domi residens*] In Apologia: 'Filia autem, &c. nisi in facilitatem Pontiani incidisset, fortassean adhuc, vidua, antequam nupta domi sedisset.'

[x] *Dei Milesii*] Apollinis, qui templum habuit et oraculum apud Miletum, Ioniæ caput.

[y] *Dei Milesii vetustissimum percontatur oraculum*] Branchidarum, vel Branchiadarum, (qui Apollinis Sacerdotes erant,) primo dictum, postea

quanquam Græcus et Ionicus, propter Milesiæ conditorem,[a] sic Latina sorte respondit:

Montis in excelsi scopulo desiste[7] puellam
  Ornatam mundo funerei thalami:
Nec speres generum mortali stirpe creatum,
  Sed sævum atque ferum, vipereumque malum;
Qui, pinnis volitans super æthera, cuncta fatigat,
  Flammaque et ferro singula debilitat:
Quem[8] tremit ipse Jovis:[b] quo numina terrificantur:
  Flumina quem horrescunt,[c] et Stygiæ tenebræ.[d]

Rex olim beatus,[9] affatu[1] sanctæ vaticinationis accepto,

Ionicus, propter eum, qui condidit Milesiam, respondit tamen oraculo Latino, his verbis:

Siste virginem in vertice montis alti,
  Excultam ornatu nuptiarum feralium.
Neque expectes generum cretum humano sanguine,
  Sed crudelem et ferocem, et malum instar viperæ.
Qui, volans alis supra cœlum, labefactat omnia,
  Et frangit cuncta igne et ferro:
Quem ipse Jupiter metuit, quo Dii terrentur,
  Quem fluvii reformidant, et obscuritas Tartarea.

Rex fortunatus quondam, auditis verbis sortis divinæ, revertitur domum tardus

bo, et Palat. *et victime.* Oud.—7 Fux. *subsiste.* Roald.—8 Palat. Fux. Guelf. uterque, *Quo.* Oxon. D'Orv. *Quod.* Male, ut dixi supra. *Oud.*—9 *Beatus.* Pith. *bis.* D'Orv. Guelferb. uterque, *bantus,* cum gl. 'nomen proprium.' Pal. *bantas.* Sed et supra pro *beatas n.* in Guelf. sec. *bantas n.* Id.—1 Legendumne *effatu?* Effari, effatus, effatum proprie de eo, qui ex oraculo loquitur. D. Augustinus l. II. de Civit. Dei: 'Quem quidem ille versum vel brevitate vel veritate tanquam ex oraculo quodam mihi effatus videtur.' Noster lib. de Mundo: 'Pars vero præsagiis effantes futura.' Locus etiam alibi apud Varronem in hanc rem de Lingua Latina, qui jam mihi non ad manum. *Colv.*

NOTÆ

Apollinis Didymæi.

[z] *Ingratæ virgini*] Mœstæ, tristi. Virgil. Æneid. VI. 'Et cineri ingrato suprema ferebant.' Ad quem locum Servius: ''Ingrato,' tristi; ut 'gratum' aliquid lætum dicimus.'

[a] *Propter Milesiæ conditorem*] Qui, sive Miletus fuerit filius Apollinis, ut quidam volunt, a quo nomen sortita sit Milesia civitas; sive Neleus Pylius, ut vult Strabo; sive denique Ionus, ut tradit Vitruvius, a quo et reliquas Ioniæ civitates conditas affirmat: certe Græcus fuit.

[b] *Jovis*] Nominativus antiquus, a quo fluxere omnes reliqui casus nominis 'Jupiter,' quod sonat, Jovis pater.

[c] *Flumina quem horrescunt*] Quippe qui et ipsas aquas urere consuevit, ut ait Noster, lib. V.

[d] *Et Stygiæ tenebræ*] Neque enim a telis Cupidinis, de quo intelligendum oraculum est, Plutonem ipsum

piger [2] tristisque retro domum pergit, suæque conjugi præcepta [3] sortis enodat infaustæ. Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis. Sed diræ sortis jam urget teter [4] effectus. Jam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium [5] struitur. Jam tædæ lumen [c] atræ fuliginis cinerem arcessit: [6] [f] et sonus tibiæ zygiæ [7] [g] mutatur in querulum Lydium, [8] [h] cantusque lætus Hymenæi [i] lugubri finitur ululatu: et puella nuptura deterget lacrymas ipso suo flammeo. [k] Sic affectæ [9] domus triste fatum cuncta etiam civi-

et mæstus, explicatque suæ uxori jussa funesti oraculi. Lugetur, ploratur, ejulatur per dies sat multos. Sed exitiabilis exitus crudelis oraculi jam instat. Jam instrumentum funebris matrimonii apparatur puellæ infelicissimæ. Jam lux facis obscuratur cinere nigræ fuliginis: et sonus tibiæ nuptialis convertitur in luctuosum modum Lydium: et hilaris cantus Hymenæi desinit in mæstum ejulatum: et virgo mox nuptura abstergit lacrymas ipso suo velamine nuptiali. Tota quoque urbs una deplorabat acerbam sortem domus ita afflictæ, statimque præcipitur cessatio

Affatu. Flor. *effatu.* Elmenh.—2 Placebat Lipsio: *pigens.* Colvius. *Pigens.* Rom. *piger.* Elmenh.—3 Ms. Fulv. *secreta.* Wow. Sciopp. in Symb.—4 *Urgent tetri.* Ms. Fulv. *urget teter.* Sciopp. in Symb. Flor. et Bert. *urget teter.* Elmenh.—5 Oxon. Guelf. *coragium.* Oud.—6 Bert. *arescit*, optime. *Elmenh.* —7 Bas. 1. *Gigiæ.* Unde fortassis verum esse videri posset, *gingrinæ*, ut et quosdam suo ævo legisse innuit Beroaldus. *Colv.* Flor. Rom. et Baptista Pius Sylloge III. cap. 188. *Gygiæ.* Male. Vide Indicem. *Elmenh.*—8 *In q. Lydii modum.* Fux. *in q. Lydium.* Roaldus. Idem Bert. Cod. *Lydium.* Pal. *Lydium cantum.* Wow. Ms. rursum, *in q. Lydium modum.* Sciopp. in Symb.

NOTÆ

sua protegere potuit obscuritas. De Styge jam lib. II. egimus.

[c] *Tædæ lumen*] Nuptialis tædæ. In nuptiis præferebantur tædæ, dum sponsa velata flammeo in mariti domum ducebatur. Mali autem erat ominis, si ejusmodi tædæ aut extinguerentur, aut fumosæ essent, minusque lucerent.

[f] *Cinerem arcessit*] Lege *cinere marcessit.* Id est, obscuratur, debilitatur, languescit.

[g] *Tibiæ zygiæ*] Nuptialis, jugalis: ζύγιος αὐλὸς, Græcis. Sic pronuba Juno, cui vincla jugalia curæ, ab iisdem Ζυγία dicta est, a nomine ζυγὸς, quod jugum significat.

[h] *In querulum Lydium*] Varii fuere apud antiquos Musicæ modi, quos enumerat Noster in Floridis Fragmento 2. his verbis: 'Seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.' Ad quem locum vide quæ notavimus. Lydius modus ab Amphyone, ut perhibent, inventus, luctui et flebili querimoniæ erat accommodatus.

[i] *Cantusque lætus Hymenæi*] Vide Epithalamium Juliæ et Manlii apud Catullum, et Honorii ac Mariæ apud Claudianum.

[k] *Ipso suo flammeo*] Velamen erat flammei, id est, rubri coloris, quo amicta erat nova nupta, cum ex paternis ædibus ad maritum duce-

tas congemebat, luctuque publico confestim congruens[1] edicitur justitium.[l] Sed monitis cœlestibus parendi necessitas misellam[2] Psychen ad destinatam pœnam efflagitabat. [87] Perfectis[3] igitur feralis thalami cum summo mœrore solennibus, toto prosequente populo, vivum producitur funus: et lacrymosa Psyche comitatur non nuptias, sed exequias suas. Ac, dum mœsti parentes, et tanto malo perciti,[4] nefarium facinus perficere[m] cunctantur,[5] ipsa illa filia talibus eos adhortatur vocibus: Quid infelicem senectam fletu diutino cruciatis? Quid spiritum vestrum, qui magis meus est, crebris ejulatibus fatigatis? Quid lacrymis inefficacibus ora mihi veneranda fœdatis?[6] Quid laceratis in vestris oculis mea lumina? Quid canitiem scinditis? Quid pectora, quid ubera sancta tunditis? Hæc[7] erunt vobis egregiæ meæ formositatis præclara præmia. Invidiæ ne-

Juris dicendi, conveniens mærori publico. Verum necessitas obediendi jussis divinis deposcebat miseram Psychen ad designatum supplicium. Absolutis ergo cærimoniis lugubrium nuptiarum cum maximo luctu, vivæ exequiæ procedunt tota plebe sequente: et Psyche plorans comitatur non pompam nuptialem, sed funus suum. Dumque parentes ejus dolentes et perculsi tanta calamitate morantur peragere illud nefandum scelus, illa ipsa eorum nata commonefacit eos his verbis: Quare affligitis longo luctu miseram senectutem? Quare torquetis tam frequentibus lamentis vitam vestram, quæ potius mea est? Cur deturpatis vultus mihi venerabiles lacrymis inutilibus? Cur laniatis meos oculos dilaniando vestros? Quare vellitis vestros canos? Quare plangitis pectora, quare castas mammas? Hæc erit vobis egregia merces meæ eximiæ pulchritudinis. Nunc id animadvertitis, sed tardius, cum icti

—9 Par. *affertæ*. Oud.—1 Guelf. pr. *congemens* a m. pr. Oxon. *congemens ei dicitur.* *Ei* etiam in Par. Tum *villitium* Pal. Guelf. sec. Corrupte omnia. *Id.*—2 Rom. et Bert. *Milesiam*. Elmenh.—3 *Profectis*. Fux. *perfectis*, et ita Ald. *Roald*. Omnesque Mss. et Edd. Typothetarum est vitium in Ed. Bas. sec. *Ferialis* Palat. Guelf. sec. *Oud.*—4 Guelf. sec. *parati*. Id.—5 Sic, vel *cunt*. D'Orv. Palat. Guelf. sec. Ed. Junt. post. In aliis *contantur*. Guelf. pr. *cuntanter*. Id.—6 *Quid lacr. &c. fædatis*. Desiderantur hæc in D'Orvill. Cod. *Quid* exulat a Fux. in quo, *ora m. verecunda*. Id.—7 *Hic*. Fux. *Hæc*. Roaldus. B. *Hæc*. Putean. Neque aliter Reg. Oxon. Pal. Guelf. Bert. D'Orv. Pith. et Edd. Elmenh. Scriv. Flor. In ceteris *Hic*, de more. *Formos. meæ præcula pr.* Pal. *Form. meæ* quoque Fux. *Clara* Pith. *Oud.*—8

NOTÆ

batur. Flammearii Planto sunt, qui ejusmodi flammea faciunt, aut rubro colore inficiunt.

[l] *Justitium*] Cessatio est a Jure dicendo in publico luctu indici solita. Lucanus: 'Ferale per urbem Justitium; latuit plebeio tectus amictu Omnis honos.'

[m] *Nefarium facinus perficere*] Filiam ad scopulum ducere.

fariæ letali plaga percussi, sero sentitis. Cum gentes[8] et populi celebrarent nos divinis honoribus, cum novam me Venerem ore consono nuncuparent: tunc dolere, tunc flere,[9] tunc me jam quasi[1] peremtam lugere debuistis. Jam sentio, jam video, solo me nomine Veneris perisse.[2] Ducite me, et, cui sors addixit,[3] scopulo sistite. Festino felices istas nuptias obire; festino generosum illum maritum meum videre. Quid differo? quid detrecto venientem, qui totius orbis exitio[4] natus est? Sic profata[5] virgo conticuit:[6] ingressuque jam valido pompæ populi prosequentis sese miscuit.[7] Itur[8] ad constitutum scopulum montis ardui: cujus in summo cacumine statutam puellam cuncti deserunt:[9] tædasque nuptiales, quibus præluxerant, ibidem lacrymis suis extinctas relinquentes. Choragio itaque perfecto dejectisque capitibus domuitionem parant.[1] Et miseri qui-

estis vulnere mortifero malæ Invidiæ. Quando populi et nationes prosequebantur me cultu divino, quando vocabant me novam Venerem voce unanimi: tunc oportuit vos mærere, tunc lugere, tunc me deflere quasi jam mortuam. Jam adverto, jam certo scio me ideo tantum interiisse, quia nominata sum Venus. Producite me, et constituite in rupe, cui oraculum me destinavit. Propero peragere illud fortunatum connubium; gestio intueri præclarum illum conjugem meum. Quid moror? Quare refugio illum ad me accedentem, qui ortus est in perniciem totius mundi? Puella sic locuta tacuit, et jam confirmato gressu immiscuit se cœtui plebis se comitantis. Pergunt ad destinatam rupem montis excelsi: in cujus supremo vertice collocatam virginem omnes relinquunt: ibidem faces jugales, quas secum accensas attulerant, dimittentes extinctas suis fletibus. Igitur, peracta pompa, domum ire pergunt ca-

Gens. Fux. *gentes.* Roaldus. Recte Manuscr. *gentes.* Sciopp. in Symbola. *Gentes.* Vulgo, *gens.* Elmenh.—9 *T. fl. t. dol.* [Fortasse erravit Oud. dum sic hæc verba collocavit.] Ms. D'Orv. *nunc fl. nunc dol.* Male. Vide Pric. Virgil. IV. Æn. vs. 597. 'Tunc decuit, cum sceptra dabas.' *Oud.* [In Ed. Elmenh. *dolore.*]—1 *Quasi* abest a Bertino. *Elmenh.* *Jam* ab Oxon. *Oud.*—2 D'Orv. et Ed. Scriv. *periisse.* Id.—3 D'Orv. *edixit.* Prave. Vide ad l. II. p. 40. 'Umbris et addictus poculo.' [Frustra hanc sententiam ibi aut in Auctore aut in Correctoribus reperire conaberis.] *Id.*—4 Flor. *q. ocioso o. e.* Elmenh. Pith. *quid ocios orbis e.* Guelf. pr. a m. pr. *exitium.* Oud.—5 Guelf. pr. *præf.* Id.—6 Bert. *atticuit.* Elmenh. F. *obticuit.* Wass. Sed vide Donat. et alios ad Terent. Eun. v. 1. 4. Nec 'obticere' usquam usus est Apuleius. *Oud.*—7 D'Orv. Pith. *miscuit sese.* Id.—8 Guelf. pr. *Iter.* Pal. Guelf. sec. *Jam.* Pith. *Igitur.* Id.—9 Fux. *deserentes.* Roald. Sic etiam Edd. Beroaldo priores; nec non Junt. post. Male, ut mox videbimus. *Oud.*—1 *Dejectis c. d. p.* Fulgentius Placiades de Prisco Sermone: 'Choragium virginale funus vocatur. Apuleius Metamorphos. 'Choragio itaque perfecto, domuitionem parant.'' Qui certe locus nondum adhuc mihi in hoc opere repertus, et hic debet poni, aut nusquam. Unde conjicere licet, vel scriptorem nostrum non hic integrum, vel ex fide priscæ scripturæ non satis emendatum: aut ipsum Fulgentium errore memoriæ lapsum, et voluisse

dem parentes ejus, tanta clade defessi, clausæ domus abstrusi[2] tenebris, [88] perpetuæ nocti sese dedidere.[3] Psychen autem paventem ac trepidam,[4] et in ipso scopuli vertice deflentem,[5] mitis aura molliter spirantis Zephyri,[n] vibratis[6] hinc inde laciniis, et reflato sinu sensim levatam, suo tranquillo spiritu[7] vehens, paulatim per devexa rupis excelsæ, vallis subditæ[8] florentis cespitis gremio[9] leniter delapsam, reclinat.

pitibus demissis. Et infelices quidem ejus parentes fracti tanta calamitate, absconditi in obscuritate ædium obseratarum, tradiderunt se perpetuis tenebris. Psychen vero formidantem ac trementem, et plorantem in ipso cacumine rupis, mollis spiritus Zephyri leniter flantis paulatim sustollit, expansis vestimentis ejus in omnes partes, et sinu explicato flatibus, et, portans eam sua aura placida sensim per declivia profundæ vallis subjacentis, resupinat in sinu floridi graminis clementer lapsam.

notare locum illum hoc ipso libro: ‘Jam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur.’ Sed præter conjecturas hic nihil habemus. Nam scripti exemplaris hic nobis nulla copia. *Colv.* *Choragio itaque perfecto, dejectisque cap. &c.* Ita rescribendum hoc loco docet Fulvii et Bembi antiquissimus Cod. Fulgentius de Prisco Sermone ex Apuleii Metamorphoseon lib. adducit illa verba: *Choragio itaque perfecto, domuitionem parant.* Et hic inserenda convincit testimonium veterum librorum. *Wow.* Corrigenda et augenda hæc ex Ms. *relinquentes. Choragio itaque perfecto dejectisque capitibus d. p.* Et confirmat hanc V. C. lectionem Fulgentius Placiades de Prisco Sermone. In præcedentibus ergo legendum erit: *deserunt, tædas nuptiales, &c.* Sciopp. in Symb. *Choragio itaque perfecto, dejectisque c.* Locus a Fulgentio citatus in Bembino Msto ita legitur. *Putean.* Hunc locum ita lego ex Fulgentio et Bembi codice, ut jam olim monuerunt viri eruditissimi, Colvius, Andreas Schottus in Nodis Ciceron. l. IV. c. 10. et Erycius Puteanus Epistol. Centur. I. Epist. 38. *Elmenh.*—2 Bert. *absconsi.* Elmenh.—3 Fux. *dedere.* Roaldus. *Noctis se d.* Guelf. Oxon. *Dedere* Reg. et D'Orv. Bene utrumque, et passim confusum vel neglecta vel addita syllabæ iteratione. Vide ad Cæs. lib. II. B. G. c. 15. Drak. ad Liv. l. XXXIX. c. 50. *Oud.*—4 D'Orv. Oxon. Fux. *trepidantem.* Pal. Guelf. sec. *strepidantem.* Pro *et* in Fux. *etiam.* Oud.—5 *Deflentem.* Non arridet hæc nobis scriptura. Commodius putabam: *degentem*, vel *flentem.* Colvius. *Degentem* Colv. vel *flentem.* Utrique nonne præstet *defientem?* id est, deficientem: ut infra lib. x. ‘infit,’ id est, non fit. *Brant.*—6 Flor. *vibrantis.* Elmenh.—7 Ed. Junt. post. *spirito.* Oud.—8 *Per devexa excelsæ vallis subditæ.* *Rupis.* Hoc male deest vulgatis. *Elmenh.* B. *per d. rupis excelsæ vallis subditæ florentis, &c.* Putean.—9 Bert. *gramine.* Elmenh. Perperam. *Gremio* est Dativus, ut opinor, et passim ‘telluris,’ &c. ‘gremium’ occurrit. L. x. in f. ‘Mollissimo arenæ gremio.’ Tum *leviter* in Guelferb. et D'Orvill. Ceterum Fux. hæc et sequentia connectens, habet, *reclinat Psychen. Ten.* Oud.

NOTÆ

[n] *Zephyri*] Hic ventus e Veneris atque Cupidinis famulatu est. Lucret. lib. IV. ‘It Ver, et Venus, et Veneris prænuntius ante Pennatus graditur Zephyrus vestigia propter.

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER V.

PSYCHE teneris et herbosis locis,[1] in ipso[2] toro roscidi graminis,[a] suave recubans, tanta[3] mentis perturbatione sedata dulce conquievit.[4] Jamque, sufficienti recreata somno, placidiore[5] resurgit animo. Videt lucum proceris et vastis arboribus consitum: videt fontem vitreo latice pellucidum,[6]

Psyche, leniter jacens in teneris et gramineis locis in ipso strato herbæ roridæ, tanto tumultu animi pacato, suaviter obdormivit. Et, postquam refecta est sopore satis longo, exsurgit mente tranquilla. Aspicit nemus plantatum altis et magnis arboribus: aspicit in ipso medio nemoris fontem limpidum aqua clara instar vitri.

1 Oxon. Guelf. pr. *in ten. et herboreis l.* Oud.—2 *In ipso.* Non est in Bertino. *Elmenh.* Uncis inclusit Scriverius. Nec desideres, præsertim si *in* ex Oxon. admittas. 'Herbosa loca' est 'torus roscidi graminis,' qui Psychæ fuit mollissimus lectus dormitorius. *Rosidi* Pith. *Germinis* in Ed. Bas. pr. *Oud.*—3 Gruterus, *tandem.* Elmenh. Lib. VIII. Susp. c. 2. Sed frustra. Subintelligit, quantam ante descripserat. Quin et sæpe 'tantus' pro maximo ponitur. Vide ad pag. 86. habita sc. relatione ad rem vel personam, qua de agitur. *Oud.*—4 Reg. Fux. D'Orv. Mss. *req.* Id.—5 Colon. *placido.* Bas. 1. *placide.* Colvius. Fux. *placido.* Ald. vero, *placidiore.* Roaldus. *Placido.* Vulgo, *placidiore.* Elmenh. In Mss. O. et Edd. Vett. est, *placido.* Istud *placidiore*, quod est in Colv. Vulc. Wow. Pric. Edd. profluxit a Bas. sec. *Oud.*—6 *Placidum.* Bas. 1. in marg. *pellucidum:* ut et III. Col. Alii, *placidum. Pellucidum* jam magis placet. Itaque reposuerim. *Colv.* Fux. *pellucidum:* et est in Aldo. *Roald.* *Pellucidum.* Flor. *placidum.* Virg. Ecl. 'Nec sum adeo informis, nuper me in littore vidi, Cum placidum ventis staret mare.'

NOTÆ

[a] *In ipso toro roscidi graminis*] Virgil. 'Viridante toro consederat herbæ.' Servius ad illum locum: 'Verbum de verbo; nam torus a tortis herbis dictus est.'

medio luci meditullio. Prope fontis allapsum[7] domus regia est, ædificata non humanis manibus, sed divinis artibus.[8] Jam scies[9] ab introitu primo, Dei cujuspiam[1] luculentum et amœnum videre te deversorium. Nam summa laquearia citro[b] et ebore[c] curiose cavata[2] subeunt aureæ columnæ. Parietes omnes argenteo cœlamine conteguntur, bestiis et id genus pecudibus occurrentibus ob os introëuntium. Mirus prorsum [89] homo,[3] immo semideus, vel certe Deus, qui magnæ artis subtilitate tantum efferavit argentum.[4][d] Enimvero[5] pavimenta ipsa, lapide pretioso cæ-

Juxta fluentum fontis est regale palatium, constructum non opera hominum, sed arte Deorum. Jam a primo ingressu agnosceres te cernere magnificam et jucundam habitationem alicujus Numinis. Nam aureæ columnæ suppositæ sunt cameris altissimis ex cedro et elephanto studiose arcuatis. Parietes omnes incrustati sunt argento cœlato, in quo belluæ atque ejusmodi pecudes obviæ sunt oculis intrantium. Admirandus plane ille homo fuit, vel potius semideus, aut etiam Deus, qui solertia mirabilis artis tantum argenti effinxit in feras. Pavimenta autem ipsa distin-

Elmenh.—7 Reg. Fux. *p. fontem a.* D'Orvill. *f. alapsus.* Oud.—8 *Non humanis, sed divinis manibus, ac artibus.* Fux. *non h. manibus, sed divinis artibus:* quod est etiam apud Ald. 'Manus' proprie de homine; 'artes' de Deo. *Roald.* Scripti et Edd. omnes præter Basileenses consentiunt Fux. ut debet. *Oud.* —9 Lege, *scires.* Wowerius. *Scires.* Vulgo, *scies.* Elmenh.—1 Pith. *cuspiam.* Oud.—2 F. *cœlata.* Brant.—3 *Mirus prorsum magnæ artis homo.* Fux. *magne.* Roald. *Mirus prorsum homo: immo s. &c.* Sic hunc locum ex Palat. emendavi, qui in vulgatis fœdo glossemate perlitus. *Elmenh.*—4 *T. e. a.* Sic Rom. Basileenses. Beroaldus emendavit *effigiavit.* At eleganter *efferavit*, id est, in feras formavit. Pro *argentum* optime Lipsius *argumentum.* Virgilius Æneidos VII. 'Argumentum ingens, et custos virginis Argus, Cœlataque

NOTÆ

[b] *Citro*] Quæ cedrus est, thya quoque Veteribus dicta, Homero θεῖον teste Plin. lib. XIII. cap. 16. Commendat etiam cedrum ad lacunaria Vitruvius, lib. II. c. 9. propter æternam, ut ait, diuturnitatem. 'Item cedrus,' inquit, 'et juniperus easdem habent virtutes et utilitates; sed, quemadmodum ex cupressu et pinu resina, sic ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, nascitur; quo reliquæ res cum sunt unctæ, (uti etiam libri,) a tineis et a carie non læduntur. Arbores autem ejus sunt similes cupresseæ foliaturæ, materies vena directa. Ephesi in æde Dianæ simulacrum, et etiam lacunar ex ea, et ibi et in ceteris nobilibus fanis propter æternitatem sunt facta.' Similia habet Plin. loco mox citato, ubi etiam refert mensas illas citreas tanti luxus, et omni pretio pretiosiores, ex hujus arboris radicibus factas fuisse.

[c] *Et ebore*] 'Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes, Et Mauri celeres, et Mauro obscurior Indus, Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu Jam nimios capitique graves:' Juvenal. Satyr. II.

[d] *Tantum efferavit argentum*] For-

sim diminuto,[6] [e] in varia picturæ genera discriminantur. Vehementer[7] iterum ac sæpius beatos illos, qui super gem-

guuntur in diversas species picturæ, lapidibus pretiosis sectis in frustula. O multum, et terque quaterque felices illos, qui ambulant super margaritas et lapides

amnem fundens pater Inachus urna.' Servius: 'Argumentum ingens, aut fabula, ut Cicero: 'Argumenta erant in valvis.'' Propert. lib. III. 'Argumenta magis sunt Nestoris addita formæ.' *Colv.* *Effigiavit.* Fux. *efferavit:* ut et Beroald. *Roald.* In Beroaldo, Aldo, et Basil. 1. est *effigiavit.* Lipsius, pro *argentum, argumentum* legit: quod antiquis artificium ingeniosum, ut vir eruditiss. ad Capellam observat. *Elmenh.* Malo *effigiavit.* Brant.—5 Bert. *Quinvero.* Elmenh. Sed vide Ind. Floridi. *Enim* Guelf. pr. *Oud.*—6 Fux. *l. p. sensim deminuto.* Errore certo. Lapidem enim pretiosum editio vulgata vocat marmor in crustas et tessellas secatum, quibus sola ædium insterni et exornari olim solita, additis in picturæ modum gemmis vel vitro aut lapidibus pictis: quod ostendunt duo illa loca, quæ supra a nobis relata sunt ex Epist. LXXXVI. Senecæ his verbis: 'Nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi illa undique operosa et in picturæ modum variata circumlitio prætexatur:' et illud ex Sidonio: 'Ac sub versicoloribus figuris Vernans herbida crusta sapphiratos Flectit per prasinum vitreum lapillos.' Ex viridi enim colore quæsitus ut plurimum decor vermiculato illi operi. Adde et alium locum ex eodem Burgo: 'Sectilibus paries tabulis crustatus ad aurea tecta venit.' Picturas etiam id genus appellat Cassiod. lib. I. Ep. 6. 'Marmorarii, qui eximie divisa conjungant, et venis colludentibus illigata naturalem faciem laudabiliter metiantur. De arte veniat quod vincat naturam; discolora crusta marmorum gratissima picturarum varietate terantur.' Ceterum, quis primus marmor in crustas secuerit, docet Plinius libro XXXVI. capit. 6. ubi scribit, primum Mamurram Formianum, illum a Catullo Carminibus proscissum, parietes domus suæ crusta marmoris operuisse. Unde et Ulp. scribit, 'tabulas pictas, quæ protectorio includuntur.' Item crustas marmoreas ædium esse in L. fundi 37. §. quæ tabulæ de actio. emti D. Crustæ igitur de marmoribus. Itaque nescio, an improprie nimis Jurisconsultus 'crustas aureas' dixit in l. 32. de auro et argento leg. quæ proprie bratteæ aut folia nominari debuissent. Hinc incrustatio omnis et marmoratum. *Roald.*—7 *Discriminantur vehementer.* Forte legendum, *emblemate* vel *emblematis.* Brant. Male Brantius, vitiosa distinctione quarundam editionum deceptus, ita conjecit. Post verbum erat interpungendum, ut bene in Mss. et aliis Edd. ac jungenda *Vehementer iterum ac sæpius.*

NOTÆ

mavit in ferarum imagines. Beroaldus malebat *effigiavit,* quod etiam Pricæo placet. At nihil mutandum. Supra enim: 'Bestiis et id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium.' Vox *efferavit* plane Apuleiana est. Loco *argentum* reponebat Lipsius *argumentum,* argutius, quam verius. Supra enim: 'Parietes omnes argenteo cœlamine conteguntur, bestiis,' &c.

[e] *Lapide pretioso cæsim diminuto*] Ejusmodi opus pictum coagmentatis testulis variorum colorum Musaicum appellamus. Ælianus Spartianus in Pescennio Musivum dixit: 'Hunc [Pescennium nempe] in Commodianis hortis in porticu curva, pictum de Musivo, inter Commodi amicissimos videmus Sacra Isidis ferentem.' Ejusmodi fuere Asarota, quorum mentio apud Vitruv. Plin. Statium, et

mas et monilia calcant. Jam ceteræ partes longe lateque dispositæ domus, sine pretio pretiosæ,[8] totique parietes solidati massis aureis, splendore proprio coruscant; ut diem suum sibi domus faciat,[9] licet Sole nolente: sic cubicula,[1] sic porticus, sic ipsæ valvæ [2] fulgurant.[f] Nec secius opes ceteræ majestati domus respondent;[3] ut equidem illud [4] recte videatur ad conversationem [5] humanam magno Jovi fabricatum cœleste palatium. Invitata Psyche talium locorum oblectatione,[6] propius [7] accessit: et paulo fidentior [8] intra limen sese facit.[9] [g] Mox, prolectante [1] studio pulcher-

pretiosos! Reliquà vero membra ædium longe ac late porrectarum tam pretiosa sunt, ut nequeant æstimari; universique parietes firmati molibus aureis micant suopte fulgore; adeo ut domus ipsa sibi creet lucem etiam invito Sole: usque adeo cubicula, porticus, ipsæque balneæ coruscant. Nec reliqua supellex minus convenit magnificentiæ domus. Ita ut jure quidem putetur esse cœlestis regia ædificata summo Jovi ad conversandum cum hominibus. Psyche, illecta amœnitate horum locorum, accessit propius: et facta paulo audacior ingreditur domum. Mox inci-

In Pal. et D'Orv. *variæ*. Oud.—8 Ut æstimari nequeant. *Pretio* deest D'Orvill. Ms. *Id.*—9 *Faciant* minus bene Reg. Fux. Pith. et Pal. *Id.*—1 Oxon. *cubiculum*. Id.—2 Fux. *balneæ*. Roaldus. *Balneæ*. Vulgo, *valvæ*. Elmenh.—3 Pith. *responderet*. Oud.—4 Palat. *istud*. Id.—5 D'Orv. Fux. *conversionem*. Id.—6 Vitiose Ed. Bas. pr. *oblatione*. A Fux. abest *talium*. Id. —7 Par. et Oxon. a m. pr. *prius*. Ne audias. Vide Indic. et Pricæum, item me ad Lucan. lib. II. vs. 398. *Id.*—8 Bert. *fiducior*. Elmenh.—9 *Intra l. s. facit*. In Parisiensi editione correxisse animadverti *locorum oblectatione*, ubi bene etiam immutatum alterum istud, *mira. limen*. Sed hactenus tantum. Etenim magnum pignus dederim, reliqua non ab Apuleio, sed ab aliquo librario esse. Video, quid illi fucum fecerit. In Ms. reperit *sese acit*; hinc ille more suo effecit *facit*. Ceterum vera lectio in altero latet; tantum scriptura mutetur, *agit*. Agere sese intra limen, imitatio Virgiliana est: idemque valet, quod pedetentim, et quasi suspenso gradu (pendentem alibi hic Noster vocat) ire. Proprium eorum, qui metuunt. Subdubito etiam hunc Apuleii locum libri decimi de Asino non integrum: 'Hæc ut primum ante judicis conspectum facta est.' *Stewech*. Legebam: *intra limen sese agit*.

NOTÆ

alios: pavimenta nempe ex testulis diversicoloribus sic coaptatis, ut referrent purgamenta cœnæ, et verrentium fallerent oculos. Hoc tamen præstabat palatii Cupidinei pavimentum, quod testulæ, quibus constabat, essent lapides pretiosi.

[f] *Sic ipsæ val.* [*balneæ*] *fulgurant*] Seneca Epistol. LXXXVI. de Africani villa: 'Balneolum angustum, tenebricosum ex consuetudine antiqua. Non videbatur majoribus nostris caldum nisi obscurum.' Sed luxu crescente (ut idem subjungit) non probata sunt balnea, nisi quæ totius diei Solem fenestris amplissimis reciperent. Vulgati hic habent *valvæ*, sed τὸ *balnea* astruxit Pricæus ex manuscriptis Codicibus.

[g] *Intra limen sese facit*] Lib. x. 'Hæc

rimæ visionis, miratur singula, et altrinsecus ædium horrea sublimi fabrica perfecta magnisque congesta gazis conspicit. Nec est quicquam,[2] quod ibi non est. Sed, præter ceteram tantarum divitiarum admirationem,[3] [h] hoc erat præcipue mirificum, quod nullo vinculo, nullo claustro,[4] nullo custode totius orbis thesaurus ille muniebatur.[5] Hæc ei[6] summa cum voluptate visenti[i] offert sese vox quædam corporis[7] sui nuda, et, Quid, inquit, domina, tantis obstupescis opibus? Tua sunt hæc[8] omnia. Prohinc cubiculo te offer,[9] et lectulo lassitudinem refove, et ex arbitrio lava-

tata curiositate pulcherrimi spectaculi, cuncta admiratur. Et in altera parte domus videt cellas ædificatas magnifica structura, et repletas ingentibus divitiis. Nihilque est, quod non sit ibi. Sed, supra reliquam admirationem tantarum opum, hoc erat præsertim admirandum, quod ille thesaurus universi mundi nulla catena, nullo repagulo, nullo custode defendebatur. Dum illa intuetur hæc cum voluptate maxima, vox quædam destituta suo corpore exhibet se ei: et, O hera, inquit, quare stupes ad conspectum tantarum divitiarum? Illa omnia sunt tua. Redi igitur in cubiculum, et refice toro defatigationem, et, cum libitum fuerit, ito in balneum. Nos,

Comica locutio, 'Quo te agis?' *Colv.* *Facit.* Ita Mss. omnes. Modius mavult: *i. l. se se jacit*, vel *facessit.* Alii, *i. l. s. agit.* Male. Vide Indicem. *Elmenh.* *Sese agit.* Colv. ut apud Comicos passim: 'Quo te agis?' Tamen a vulgata non recedo. Nisi placeat, *intra limen se facessit.* Brant.—1 *Perlectante.* Malim, *prol.* Infra hoc ipso libro: 'Et illæ sedatæ lacrymæ postliminio redeunt, prolectante gaudio.' Et lib. XI. 'Ut canoræ etiam aviculæ, prolectante verno vapore, concentus suaves assonarent.' *Colv.* Fux. *prolectante.* Roaldus. Pal. *prolectante.* Wow.—2 *Nec quicq.* Ed. Junt. pr. *Nec quicq. est* Ald. et Junt. post. *Oud.*—3 Palatin. Guelf. sec. *p. cetera admiratione.* Id.—4 *N. claustro* exsulant a Fux. *Id.*—5 D'Orv. Pith. *inveniebatur*, quasi ἀρχαϊκῶς scriptum fuisset *mœniebatur.* Id.—6 *Hic ei.* M. *Hæc ei.* Puteanus. Reg. Pith. *Hoc ei.* Oxon. Fux. Edd. Ald. Scriv. *Hæc ei.* Palat. *Hic enim.* Fux. *cum s. voluntate.* In Guelf. pr. quoque *voluntate* cum gl. 'desiderio.' Oxon. *visendi.* D'Orv. *se.* Oud.—7 In D'Orv. *corporum.* Id.—8 Fux. *Tua hæc sunt.* Roald. Sic etiam Reg. uti et *hæc* in Mss. plerisque. Ante Vulc. ediderunt *hic*, ut passim apud Nostrum. *Oud.*—9 *Te refer.* Flor. *te offer.* Elmenh.—1 Flor.

NOTÆ

[Venus] ut primum ante Judicis [Paridis] conspectum facta est.'

[h] *Præter ceteram tantarum divitiarum admirationem*] Hic 'admiratio' sumitur non pro actu admirantis, sed pro pulchritudine rei, quæ admirationem excitat in animis spectantium.

[i] *Hæc* [*Hic*] *ei summa cum voluptate visenti*] 'Hic' loco 'Hæc' positum: quod sæpius apud hunc Auctorem observare licet. Infra hoc ipso libro: 'Hic illa verbosa et satis curiosa avis in auribus Veneris, filii lacerans existimationem, ganniebat.'

crum pete. Nos, quarum voces accipis,[1] tuæ famulæ,[2] sedulo tibi præministrabimus; nec corporis curatæ tibi regales epulæ morabuntur.[3] Sensit Psyche divinæ providentiæ beatitudinem: monitusque voces informes [k] [90] audiens, et prius somno, et mox lavacro fatigationem sui diluit.[4] Visoque statim proximo semirotundo [l] suggestu [5] propter, instrumentum cœnatorium [6] rata, refectui suo commodum, libens accumbit.[7] Et [8] illico vini nectarei eduliorumque variorum fercula copiosa, nullo serviente, sed tantum spiritu quodam impulsa, subministrantur. Nec quenquam tamen illa videre poterat, sed verba tantum audiebat exci-

tuæ ancillæ, quarum audis voces, tibi suppeditabimus omnia diligenter; et quæ pertinent ad curandum corpus, et regiæ dapes tibi præsto erunt. Psyche advertit felicitatem sibi paratam providentia divina: parensque illis monitis, quæ erant voces incorporeæ, discutit lassitudinem sopore primum, et paulo post balneo. Conspectoque hemicyclo proximo, et mensa prope illud, arbitrata esse supellectilem cœnaticam idoneam suæ refectioni, discumbit ultro. Et statim apponuntur missus copiosi dulcissimi vini, et diversarum dapum, nemine ministrante, sed solum acti quodam flatu. Illa tamen neminem poterat cernere, sed audiebat solum verba elabentia, et habebat

ancipis. Male. *Elmenh.* D'Orv. *occipis.* Pal. *accipitis.* Oud.—2 Oxon. *familiæ.* Id.—3 Sic recte priores editiones. Infra: 'Novam nuptam interfectæ virginitatis curant.' Similis ratio loquendi in Plauto: 'Nec sermonis fallebar tamen.' Et jam sic Florentiæ recte scriptum apud Ulpianum: 'Puto et de eo sensum casu, quo curæ et tutelæ liberetur:' L. L. D. De legat. III. et Marcianum: 'Ejusdem legis pœnæ afficitur.' Quadrigarius apud Gellium: 'Manu significare cœpit utrique, ut quiescerent pugnæ.' Lipsius quoque rectissime reposuit in Livio, lib. XXI. 'Levarunt animum religionis.' *Colv. Corpus.* Fux. *corporis.* Roald. Variant libri; sed optima lectio: *nec corporis cura te, nec reg. ep. m.* Wow. *Nec corporis cura, nec tibi.* Ita legimus olim in Susp. Lect. (lib. II. Ep. 10.) neque nunc mutamus. *Morabuntur tibi,* βραδυνοῦσί σοι. *Sciopp. in Symb.* Alii: *nec corporis curatæ tibi.* Est idiotismus. *Elmenh.*—4 *Fatig. dil.* Fux. *fat. sui d.* et Ald. *Roald.* Τὸ *sui* ex Mss. adjeci. *Elmenh.*—5 *Suggestum.* Flor. *suggestu.* Male. *Id.*—6 Bene sic emendavit Beroaldus pro *cœnatorum;* quod est in Pal. Pith. Fux. Guelf. et Edd. pp. *Oud.*—7 Ms. D'Orv. *occumbit.* Id.—8 Copula

NOTÆ

[k] *Voces informes*] Omni forma corporea et visibili destitutæ.

[l] *Semirotundo*] Lecto in dimidii circuli figuram curvato, qualem Græcis vocabulis 'hemicyclon' et 'sigma' vocarunt. Græcorum enim sigmati in inscriptionibus eadem figura, quæ Latinorum C. Juxta lectum hujusmodi mensa apponebatur, quam hic suggestum vocat Apuleius, figuræ aut semicircularis aut rotundæ.

dentia, et solas voces famulas habebat. Post opimas[9] dapes quidam intro cessit,[1] et cantavit invisus; et alius citharam pulsavit, quæ non videbatur,[2] nec ipse. Tunc modulatæ multitudinis conferta vox[m] aures ejus affertur;[3 n] ut,[4] quamvis hominum nemo pareret, chorus tamen esse pateret. Finitis voluptatibus, vespera suadente,[o] concedit[5] Psyche cubitum. Jamque provecta nocte, clemens[6] quidam sonus aures ejus accidit.[7] Tunc virginitati[8] suæ pro tanta solitudine metuens, et pavet,[9] et horrescit; et quovis

tantum voces pro ancillis. Post exquisitos illos cibos quidam ingressus est, et cecinit inconspicuus, et alius personuit cithara, quæ non aspiciebatur quoque. Tunc voces permultæ turbæ musice canentis perveniunt ad aures ejus; ita ut, tametsi nullus homo cerneretur, manifestum tamen esset concentum esse. Postquam finis factus est horum gaudiorum, Psyche it cubitum, vespere adhortante ipsam. Cumque nox jam esset promota; lenis quidam susurrus fertur ad aures ejus. Tum timens suæ pudicitiæ propter tantam solitudinem, et formidat, et horret, et magis metuit quod nescit,

deest Edd. Juntinis, et Aldi. *Id.*—9 Pith. Edd. Ber. et Bas. pr. ineptissime, ut alibi, *optimas.* Guelf. pr. addit in marg. var. lect. *copiosas.* Id.—1 *Intro cessit.* Fux. *intercessit.* Roald.—2 *Quæ videbantur nec ipsa.* Fux. *videbatur.* Et Ald. et Beroald. *Roald.* Bert. *nec ipse.* Elmenh.—3 *Cum m. m. c. vox a. e. a.* Fux. *Tunc in modum multitudinis confertæ vox auribus ej. af.* Restituo: *Tunc modulantis multitudinis conferta vox aures ejus aff.* Roaldus. Palat. *in modum multitudinis.* Elmenh.—4 Oxon. D'Orv. Pal. Fux. *et* sine sensu. *Oud.* —5 Palat. Guelf. sec. *contendit.* Pith. *consedit.* Sed 'concedere cubitum' Nostro sæpius. 'Concedere quieti,' Auson. Per. XIV. Odyss. *Oud.*—6 *Et clemens.* Dele τὸ *et* suasu Mss. deinde rescribe, ut Bert. *virginitatis suæ.* Wower. Ex Bertiniano particulam *et* delevimus, quam et a Fulvii libro abesse video. *Sciopp. in Symb.*—7 *Acc.* Vulgati libri omnes, *accedit:* quod fortassis ferri posset, et me volente quidem retinebitur. Illud tamen Latinius putabam. Attius Meleagro: Timide eliminor Clamore, simul ac agnita vox ad aures ejus accidit.' Plautus Sticho: 'Certo enim mihi paternæ vocis sonitus aures accidit.' Auctor ad Herennium: 'Quod ubi ad aures accidit.' Priscianus: 'Vocem definiunt philosophi ictum auribus accidentem.' *Colv.* Pal. et Rom. *accedit*, male. Valer. Flacc. lib. IV. vs. 579. 'Vox hæc simul accidit aures.' Vide Colvium. *Elmenh.*—8 *Virginitatis.* Vulgo, *virginitati.* Elmenh.—9 Perperam a Codice Palat. Edd. Elm. Scriv. Flor. abest polysyndeton *et pavet*, ut sæpe est factum

NOTÆ

[m] *Modulatæ multitudinis conferta vox*] *Modulatæ* intellige, modulantis; præteritum pro præsenti. Vicentina editio et manuscripti Codices nonnulli Pricæo laudati habent, non male meo judicio: *in modum multitudinis conferta vox.*

[n] *Aures ejus affertur*] Fertur ad aures ejus. Sic mox: 'Aures ejus accidit.' Paulo post: 'Scopulum istum protinus aderunt.' Ubi præpositio verbo juncta est, non nomini, quod frequens apud hunc Auctorem, ut jam monui.

[o] *Vespera suadente*] Virgil. Æneid. II. 'Suadentque cadentia sidera somnos.'

malo plus timet, quod ignorat.[1] Jamque aderat ignobilis maritus,[p] et torum inscenderat,[2] et uxorem sibi Psychen fecerat, et ante lucis[3] exortum propere discesserat: statim[4] voces, cubiculo præstolatæ, novam nuptam interfectæ virginitatis curant.[q] Hæc diutino tempore sic agebantur.[5] Atque, ut est natura redditum, novitas per assiduam consuetudinem delectationem ei[6] commendarat: et sonus vocis incertæ[7] solitudinis erat solatium. Interea parentes ejus indefesso luctu atque mœrore[8] consenescebant.[r] Latiusque porrecta fama, sorores illæ majores cuncta cognorant:[9] properceque mœstæ atque lugubres, deserto Lare, certatim ad parentum suorum conspectum affatumque [91] perrexerant.[1] Ea nocte ad suam Psychen sic infit maritus: (namque[2] præter oculos et manibus et auribus

quam quodcumque aliud malum. Jamque sponsus incognitus aderat, et conscenderat lectum, et Psychen fecerat sibi conjugem, atque abierat festinanter ante diluculum: illico voces præsto astantes in cubiculo refovent extinctum pudorem novæ nuptæ. Hæc sic gesta sunt per longum tempus. Atque, ut est a natura comparatum, novitas reddiderat ipsum ei jucundum per continuam conversationem. Et sonus vocis incognitæ erat ei solamen solitudinis. Interim ejus parentes contabescebant assiduo fletu atque tristitia. Et, rumore latius diffuso, sorores illæ natu grandiores factæ erant certiores de omnibus; et relicta domo contenderant festinanter et certatim tristes ac flentes, ad videndos et alloquendos parentes suos. Illa nocte maritus sic alloquitur suam Psychen (exceptis enim oculis, sentiebatur tactu

in posterioribus Edd. contra Nostri genium, sed ubique per me monitum et correctum. *Oud.*—1 Oxon. *ignoratur.* Id.—2 Sic bene correxit Beroaldus, ut jam est in Ed. Vicent. In aliis prioribus et Ed. Bas. pr. *incenderat.* Vide ad Sueton. Ner. cap. 48. 'Equum inscendit.' *Id.*—3 Palat. *solis.* Id.—4 Oxon. *prospere d. statimque.* Pith. *prope*, et mox *præstolante.* Id.—5 *Hic d. t. sic agebant.* Fux. *Hæc d. t. s. agebantur:* et Aldus. *Roald.* B. M. *Hæc d.* Putean. *Hoc* est in Pith. *Hæc* est in Mss. plurimis, et Ed. Junt. post. ut Wow. &c. bene reposuere. *Agebant* nusquam, nisi in Ed. Ber. et Bas. *Oudendorp.*—6 *Del. ejus.* Tò *delectationem* non est in Aldo. *Elmenhorst.* Neque etiam in Edd. Juntinis. *Oudendorp.*—7 D'Orv. *s. v. incertus.* Idem.—8 Palat. *mœrore animi.* Wowerius. Pal. *m. animi senescebant.* Cic. pro Cluent. 'Mœrore et lacrymis consenescebant.' *Elmenh.*—9 D'Orv. Fux. Pal. Oxon. *cognoverant.* Tum *propeque* Pith. Pro *atque* in D'Orv. Pith. *ac.* Pal. *lugubre.* Oudendorp.—1 *Affectumque* Pith. D'Orv.

NOTÆ

[p] *Ignobilis maritus*] Ignotus. Glossæ: 'Ἄγνωστος, ignobilis.'

[q] *Interfectæ virginitatis curant*] Nota genitivum cum verbo 'curo.' 'Interfectæ virginitatis' dicit, ut Tertull. post ipsum, 'occisæ in publicum castitatis,' lib. de Pallio.

[r] *Mœrore consenescebant*] Sic Cicero, pro Cluentio: 'Mœrore et lacrymis consenescebant.'

rentibus opem salutarem ferre, ac[7] ne videre eas quidem omnino posset.[8] Nec lavacro, nec cibo, nec ulla denique refectione recreata, flens ubertim,[9] decessit ad somnum. Nec mora, cum paulo maturius lectum maritus accubans, eamque etiamnunc[1] lacrymantem complexus, sic expostulat: Hæccine[2] mihi pollicebare, Psyche mea? Quid jam de te tuus maritus expecto? Quid spero?[3] Et perdia, et pernox,[4 t] nec inter amplexus[5] conjugales desinis cruciatum.[6] Age jam nunc, ut* voles,[7] et animo tuo damnosa

ne posset quidem ferre auxilium salubre suis sororibus, quæ lugebant propter se, aut etiam eas aspicere ullo modo. Neque balneo refecta, neque esu, neque demum ullo cibo, sed plorans largiter, contulit se dormitum. Confestimque maritus ejus cubans in lecto juxta ipsam paulo citius solito, et amplexus eam adhuc plorantem sic conqueritur: An hoc promittebas mihi, Psyche mea? Quid ego, quamvis tuus conjux, possum deinceps expectare a te? Quid possum sperare? Neque die, neque nocte, neque in ipsis complexibus tui mariti finem ullum facis te macerandi. Fac nunc jam, quicquid libitum erit, et gere morem animo tuo cupienti exitiabilia:

Colv. Item Mss. Flor. D'Orv. Pith. Guelf. sec. Edd. Vicent. Junt. ut sæpe erratur. *Suis* abest a Pith. *Oud.*—7 Plerique alii, *At.* Colv. *At* in Edd. O. ante ipsum, contra Mss. in quorum multis rursum *nec.* Oud.—8 Mss. Flor. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. Oxon. Palat. dant *posse,* sine idonea constructione. Nisi pro *quæ* legas cum superscripta lectione Guelf. pr. *et,* ut referatur ad 'iterans.' *Id.*—9 Par. Guelf. pr. *uberrime.* In Pal. *flensque.* Sed vide ad lib. I. pag. 45. *Id.*—1 Male Edd. Juntin. Ald. *nunc etiam.* Id.—2 *Hiccine.* Vel *Hoccine* vel *Siccine* legendum. Sæpissime in his libris sic peccatum inveni. *Sciopp. in Symb.* Rom. *Hiccine.* Legendum: *Siccine.* Elmenh. *Hoccine* edidit Scriver. ut p. 93. 'Hoccine tibi complacuit.' Sed *Hæccine* recte in Mss. plerisque, Edd. Ald. Junt. post. Wow. Pric. Flor. In D'Orvill. *pollicebar.* Pith. *pollicibare.* Oud.—3 *Quid spero* absunt a Cod. Palat. *Id.*—4 *Et p. et p.* Fux. *perfida et pernox,* ut Ald. Verum sine perfidia immutari non potest. Elegans locutio. Agell. lib. II. cap. 2. 'Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius atque pernox.' Symmach. Epist. 47. lib. II. 'Actus, quos pernox et perdius tibi curæ habes.' Sic etiam legitur infra illo loco: 'At ego misera per noctem et per diem lanificio nervos contorqueo.' Vetus lib. præfert: 'At ego misera pernox et per diem,' &c. Pergo igitur legere: *pernox et perdia.* Roaldus. Flor. Rom. et Ald. *perfida,* male. *Elmenh.* Palatin. quoque, D'Orv. Pith. Guelferb. et Oxon. a m. pr. cum Edd. Vicent. Juntinis habent *perfida.* Sed bene jam correxit Beroaldus, et *perdia* servarunt ex meis Regius et Ms. Oxon. In Fux. est *perfidia.* Vide et Pric. ad lib. II. pag. 271. et Elmenh. Ind. ac de 'pernox' ad Virg. G. III. 230. *Oud.*—5 Oxon. *aspectus.* Id.—6 *Cruciatus.* F. *ejulatus.* Dictum, ut Horat. 'Desine querelarum:' Sed cum accusandi casu Noster lib. III. 'Scelus desinere:' lib. IV. 'Fugam et fletum desinere:' ut Cicero l. VII. Epist. 1. ad

NOTÆ

[t] *Perdia, et pernox*] 'Perdius' et 'pernox' adjectiva sunt, idem sonantia ac, per totam noctem, aut per totum diem aliquid faciens, durans, perseverans.

poscenti pareto:[8] tamen[9] memineris meæ seriæ monitionis, cum cœperis sero pœnitere. Tunc illa precibus, et dum se morituram comminatur, extorquet a marito, cupitis annuat: ut sorores videat, luctus mulceat, ora conferat.[1] Sic ille novæ nuptæ precibus [92] veniam tribuit; et insuper, quibuscumque vellet, eas auri[u] vel monilium donare concessit. Sed identidem monuit, ac sæpe terruit, ne quando, sororum pernicioso consilio suasa, de forma[2] mariti quærat: neve se sacrilega curiositate[3] de tanto fortunarum suggestu[4] pessum[5] dejiciat; nec[6] suum postea contingat amplexum. Gratias egit[7] marito. Jamque lætior animo,[8] Sed prius, inquit, centies[9] moriar, quam tuo isto dulcissimo[1] connubio caream. Amo enim, et efflictim te, quicumque es, diligo, atque ut meum spiritum, nec ipsi Cupidini

verum recordare meorum prudentium monitorum, cum cœperit te pœnitere, sed tardius. Tunc illa rogitans, et minitans se alias morituram, impetrat ab invito marito ut assentiatur suis optatis; ut ipsa fruatur conspectu sororum, leniat earum mœrorem, præsentesque præsens eorum alloquatur. Sic ille concessit hanc facultatem precibus suæ novæ conjugis, et permisit præterea, ut eas impertiret quocumque munere vellet, sive auri, sive gemmarum. Sed subinde admonuit, et sæpius deterruit, ne unquam, inducta exitiabili consilio suarum sororum, inquirat quæ sit facies sui conjugis; neve se deturbet ex tanto culmine divitiarum impia curiositate, neque postea fruatur suo complexu. Illa egit grates suo conjugi, et jam exhilarata animo, At, inquit, peream potius centies, quam priver hoc tuo suavissimo conjugio. Diligo enim, et perdite amo te, quisquis es, et veluti meam vitam, teque antepono

Marium, 'Artem desinere.' *Brant.*—7 Palat. Guelf. sec. *ut volens.* Oud.—8 Oxon. a m. pr. *parabo.* Guelf. pr. *parato.* Id.—9 Fux. *tantum:* quod placet. *Roaldus. Tantum.* Vulgo, *tamen.* Elmenhorstius. B. M. *tantum.* Putean. Adde Flor. Pal. Oxon. D'Orv. Pith. cum Edd. Wow. Elm. et Pric. Vix tamen persuadent. Passim *tamen* in *tantum,* et vice versa, abiit, et sæpe pro, nihilominus tamen, ponitur. Vide ad lib. III. p. 57. 'Præsentis tamen facti stupore defixus.' *Oud.*—1 Quidam, *conserat.* Colvius. *Conserat.* Fux. *conferat,* et Ald. Rectum. Quomodo infra: 'Ad Venerem collata facie:' ut est in Ms. *Roald.*—2 Guelf. sec. *seiusa de f.* Palat. c. *seiade formia.* Ed. Junt. post. *sua de forma.* Cave audias. Lib. IX. 'Probe suasum et confirmatum animi.' *Oud.*—3 Par. *cupiditate.* Id.—4 Guelf. pr. *suggesto.* Id.—5 Oxon. Fux. *pensum d.* Pith. *pensa d.* Id.—6 Rectius puto, *ne.* Colv. Non satis idoneam video mutandi rationem. Dein *exemplum* Pith. *Oud.*—7 D'Orv. *agit.* Id.—8 Malim, si per Mss. liceret, *animi.* Vide ad l. v. p. 90. *Id.*—9 Alii, *sexcenties.* Elmenh. *Sexcent.* Ms. J. Bapt. Ægidii, laudante Ptolemæo Flavio, Coll. cap. 61. T. I. Thes. Crit. pag. 978. In Edd. Ber. Bas. pr. vitiose *senties.* Oud.—1 D'Orv. *dulciss. isto.* Id.—2 Ita rescripsi pro *illud* auctoritate

NOTÆ

[u] *Quibuscumque vellet, eas auri, &c.*] Græca locutio.

comparo. Sed istud[2] etiam precibus meis[3] oro largire, et illi tuo famulo præcipe Zephyro,[4] simili vectura[w] sorores hic[5] mihi sistat. Et imprimens oscula suasoria, et ingerens verba mulcentia, et jungens membra cohibentia, hæc[6] etiam blanditiis astruit: Mellite mi, mi[7] marite, tuæ Psyches dulcis anima. Vi ac potestate Veneris usurus,[8][x] invitus succubuit[9] maritus, et cuncta se facturum spopondit. Atque[1] etiam, luce proximante, de manibus uxoris evanuit.

ipsi Cupidini. Verum tribue quoque hoc meis supplicationibus, quæso, et impera illi Zephyro, tuo servo, ut advehat huc ad me meas sorores pari vehiculo. Et his dictis figens basia persuasoria, et addens dicta delinientia, et applicans artus devincientes, addit etiam his blanditiis: Mi dulcicule, mi conjux, suavis spiritus tuæ Psyches. Maritus, subactus vi ac potentia voluptatis Venereæ, dedit manus, quamvis renitenter, et promisit se præstiturum omnia; dieque adventante similiter

Flor. Pal. D'Orv. Guelf. pr. Edd. Vicent. Junt. utr. Aldi. *Id.*—3 D'Orv. Pal. Pith. Fux. *meis prec.* Id.—4 Iidem cum Guelf. utroque, et Ed. Junt. post. *Zeph. præc.* Id.—5 *Huc.* Colon. *hic.* Colvius. Item Palat. Fux. Guelf. Edd. Vic. Juntin. Ald. quod malim. Abest a Pith. *Oud.*—6 *Hic.* Bas. *hinc.* Scribo: *his.* Colvius. Fux. *hæc:* et Aldus. Forte: *hoc*, vel, *has.* Roald.—7 *Mellite, mi. Mellite, mi mi* Fux. et est in Aldo. Delicias faciunt hæ blandientes voculæ. *Roald.* Sic Msti et princeps Editio. Hieronymus de Vita Clericorum ad Nepotianum: 'Crebra munuscula, et sudariola, et fasciolas, et vestes ori applicitas, ac degustatos cibos, blandasque ac dulces literulas sanctus amor non habet. Mel meum, lumen meum, meum desiderium, omnes delicias et lepores, et risu dignas urbanitates et ceteras ineptias amatorum in comœdiis erubescimus, in sæculi hominibus detestamur.' Plautus Casina, Scena 'Non mihi licere,' &c. 'Cha. Quid facies? Ol. Concludere in fenestra firmiter; Unde auscultare possis, cum ego illam osculer: cum mihi illa dicet, Mi animule, mi Olympio, mea vita, mea mellilla, mea festivitas. Sine tuos oculos deosculer, voluptas mea, sine amabo te amari; Meus festus dies, meus pullus, meus passer, mea columba, mi lepus.' Ubi in tertio versu Nobiliss. Dousa pro *mellilla* contra fidem Mstorum et editorum male *medulla* reposuit. *Elmenh.*—8 Scribendum putem *victus*, vel potius *ursus*, ab, urgeo. Sed οὐκ εἰδὼς, ἀλλὰ εἰκάζων id dico. *Brant.*—9 *Succumbit.* Fux. *succubuit.* Roaldus. Flor. *succubuit.* Elmenh. Præteritum tacite jam ediderat Wower. e Palat. Consentiunt Reg. Oxon. Par. D'Orv. et Ed. Juntin. post. cum Scriv. et seqq. Edd. *Oud.*—1 Edd. Ber. Bas. pr. *At etiam.* Pith. *Atque in.*

NOTÆ

[w] *Simili vectura*] Ac ego advecta sum.

[x] *Vi ac potestate Veneris usurus*] Loco *usurus* Brantius proponebat *victus*, vel *ursus* ab 'urgeo.' Pricæus, *oppressus.* Facile prætulerim *victus.* Quod si retinere velis *usurus*, sic intellige, ut Psyches maritus, qui uti debuisset vi ac potestate Veneris, cujus erat filius, ad devinciendum animum uxoris, et nutibus suis astringendum, ab ea vincatur, licet invitus.

At illæ sorores percontatæ scopulum locumque [2] illum, quo fuerat Psyche deserta, festinantes [3] adveniunt: ibique deflebant oculos, et plangebant ubertim; [4] quoad crebris [5] earum [6] ejulatibus saxa cautesque [7] parilem sonum resultarent. Jamque nomine proprio sororem miseram ciebant: [8] quoad, sono [9] penetrabili vocis ululabilis per prona delapso, [1] amens et trepida Psyche procurrit e domo, et, Quid, inquit, vos miseris lamentationibus nequicquam [2] affligitis? Quam lugetis, adsum. [3] Lugubres voces desinite, et diutinis lacrymis madentes genas siccate tandem: quippe cum [4] jam possitis, quam plangebatis, [93] amplecti. Tunc vocatum Zephyrum præceptis maritalibus [5] admonet. Nec mora, cum ille parens imperio, sta-

abiit ex manibus conjugis suæ. Illæ vero sorores, cum sciscitatæ essent rupem et locum illum, in quo Psyche fuerat relicta, advolant illuc celeriter: atque ibi macerabant oculos lacrymando, et tundebant papillas; donec rupes et scopuli remitterent sonum similem frequentibus earum clamoribus. Et jam vocabant infelicem suam germanam proprio nomine; cum Psyche excitata sono acuto vocis ejulantis, quæ descendebat deorsum per declivia, prorumpit ex ædibus vecors animi, et trepidans: et, Quare, ait, maceratis vos frustra miserandis ejulatibus? Ecce me, quam defletis. Temperate jam a lamentis, et exsiccate demum malas humidas longo fletu; siquidem jam potestis complecti illam, quam lugebatis. Tunc accersit Zephyrum, et memorat jussa sui mariti. Et confestim ille, obediens mandato, defert illas

Bene vir doctus divinavit *Atque jam.*—2 Flor. *lucumque.* Elmenhorst. Vitiose, et crebra variatione. Pro *scopulum* in Pith. est *populum.* Oudendorp.—3 Venetus, *festinantur.* Vere Romanus, *festinanter.* Infra: 'Saviis festinanter ingestis.' Lib. VI. 'Et protinus arreptam completamque festinanter.' *Colvius.* Rom. *festinanter.* Elmenhorst.—4 *Ubera.* Flor. *ubertim.* Elmenh.—5 Palat. Guelf. sec. *crebrius.* Oud.—6 Vitiose *eorum* Edd. Ber. Junt. pr. Ald. Bas. pr. Colin. in cujus Notulis id jam monitum. *Id.*—7 Guelf. pr. *caveasque.* Id.—8 Palat. Guelf. sec. *nemine s. m. faciebant.* Id.—9 Pal. D'Orv. *quo s.* Id.—1 *Delapsæ.* Flor. *delapso:* recte. *Elmenh.* Pal. Pith. Fux. Guelf. ambo, Oxon. *delapsa.* Sed D'Orv. etiam *delapso,* rectius: quippe quo periodus melius sustineatur. Atque sic adscripsit libro Salmas. *Oud.*—2 D'Orv. *necquicquam.* Pal. Oxon. Pith. Guelf. Edd. Vicent. Ber. Bas. pr. *effligitis;* ut alibi sæpe. Vide ad pag. 17. Ed. Pr. Sed hic minus bene. L. VI. pag. 116. 'Venus Psychen graviter affligit.' *Id.*—3 Fux. *assum,* ut infra. *Roald.* Oxon. Guelf. pr. a m. pr. *quare l.* Pith. *adusum.* Oud.—4 *Siccate, tandem quippe.* Distingue: *siccate tandem: quippe.* Wowerius. Res ipsa loquitur ita distinguendum, ut jam in aliquot Edd. ante Wower. dispungebatur. *Oud.*—5 *Præcepti maritalis a.* Secutus sum Cod. Fulv. qui scribit *præceptis maritalibus,* id est, iis verbis, quibus maritus Zephyro imperarat. *Wower.* Assentior Ms. Fulvii, ut legatur, *præceptis maritalibus.* Vult dicere, eam verbis mariti et loco ejus imperasse. *Sciopp. in Symb. Præcepti maritalis.* Wowerius et Sciopp. e Fulvii libro, *præceptis maritalibus.* Elmenh.

tim[6] clementissimis flatibus, innoxia vectura[7] deportat illas. Jam mutuis amplexibus et festinantibus saviis sese perfruuntur: et illæ sedatæ lacrymæ[8] postliminio redeunt, prolectante gaudio. Sed et tectum, inquit, et Larem nostrum lætæ succedite, et afflictas animas cum[9] Psyche vestra recreate. Sic allocuta, summas opes domus aureæ, vocumque servientium populosam familiam auribus earum demonstrat,[1] lavacroque pulcherrimo et inhumanæ mensæ[y] lautitiis eas opipare[2] reficit; ut, illarum prorsus cœlestium

mitissimis auris vectione innocua. Jam potiuntur sese mutuo reciprocis amplexibus, et basiis ingestis propere, illæque lacrymæ jam repressæ recurrunt iterum, lætitia eas eliciente. At, inquit, subite etiam nostram domum et nostros penates cum gaudio, et reficite vestrum animum ægrum cum vestra Psyche. Sic affata ipsas, ostendit eis immensas divitias ædium aurearum, et earum auribus numerosum famulatum vocum ministrantium, et recreat eas laute balneo pulcherrimo, et opiparis epulis mensæ non humanæ; adeo ut, satiatæ abundantia illarum opum

—6 Fux. *p. immo statim.* Roaldus. Et Reg. ut alibi; sed hic eam vim non habet. *Oud.*—7 Male D'Orv. *innoxiam vecturam.* Reg. Fux. Pal. Oxon. Guelf. pr. *eas.* Id.—8 Oxon. *lacrimine.* An *lacrymulæ?* Oud.—9 Palatin. Oxon. Guelf. pr. *et cum.* Id.—1 *Locumque serv. p. f. a. e.* Non est integer satis hic locus. Beroaldus tentat restaurare legens: *locumque ostendit serv. &c.* Ego aliud, quod dicam, non habeo. *Colv.* Temerariis remediis magni morbi curantur, inquit Philosophus. Itaque hujus notæ sit et hoc meum: *Sic allocuta, exsinuat opes domus aureæ oculis, servientium pop. familiam auribus earum.* Apertissimo sane sensu. Exhibuit, inquit, sororum oculis thesauros ædium, auribus vero frequens famulitium. 'Exsinuare,' verbum efficax, et quod frustra laudem, sive peritis, sive imperitis: neque divertit longius a prioris vocis literis. Quod restat, 'inhumanæ mensæ lautitias' vocat dapes cœlestes; non aliter quam Petronius (c. 90.): 'Minus quam duabus horis mecum moraris, et sæpius poëtice, quam humane locutus es.' *Gruter.* Lib. VIII. *Susp.* cap. 4. *F. demonstrat auribus:* Fux. quod probo. Aliter enim deficeret oratio, quod vidit etiam Interp. *Roald.* Facile fuit corrupta hæc et depravata ex Mss. restituere. Omnes uno consensu libri nostri ita scribunt: *domus aureæ, vocumque servientium pop. fam. auribus earum demonstrat, lavacroque.* Wowerius. Suspect. Lect. lib. II. Epist. 10. correxi: *vocumque servientium p. f. demonstrat auribus earum.* Nunc video illud *demonstrat* et in Fulviano apparere. *Sciopp. in Symb. Vocumque et servientium pop. fam. demonstrat auribus earum.* Sic Flor. et Bert. quomodo etiam conjecit Schickeradus. In vulgatis est: *locumque e. s. p. f. a. e. ingerens.* Infra: 'Mulier voces ancillas habet, et ventis ipsis imperat.' Fulgentius: 'Ibique vocibus sibi tantummodo servientibus, ignoto et mansionario utebatur marito.' Et postea: 'Habuit ergo vocale servitium, ventosum dominium, nocturnum commercium, ignotum conjugium.' *Elmenh.* F. *vocumque serv.* Supra hujus libri principio: 'Nos, quarum voces accipis, tuæ famulæ, sedulo tibi præministrabimus.' Et, 'Solas voces famulas habebat.' Et sic edidit Joann. a Woulberen, vir accuratissime doc-

NOTÆ

[y] *Inhumanæ mensæ*] Non humanæ, sed divinæ.

divitiarum copiis affluentibus satiatæ, jam præcordiis penitis[3] nutrirent invidiam. Denique altera earum satis scrupulose curioseque[4] percontari non desinit, quis illarum rerum[5] cœlestium dominus, quisve vel qualis ipsius sit maritus. Nec tamen Psyche[6] conjugale illud præceptum[7] ullo pacto[8] temerat, vel pectoris arcanis[9] exigit: sed e re nata confingit, esse juvenem quendam, et speciosum, et commodum lanoso[1] barbitio genas inumbrantem, plerumque rurestribus et montanis venatibus occupatum. Et, ne

plane divinarum, jam alerent invidiam in intimis visceribus. Postremo una earum non cessat quærere satis solicite et curiose, quis esset dominus illarum rerum divinarum, quisve aut cujusmodi esset vir ejus. Neque tamen Psyche violat ullo modo mandatum sui mariti, aut illud effert ex secreto cordis sui: sed ex tempore comminiscitur eum esse quendam adolescentem et formosum, et tunc primum vestientem malas molli lanugine, utplurimum intentum venationibus campestribus et montanis.

tus atque eruditus. *Brant.*—2 Edd. Ber. Bas. pr. *opipere.* Sicut in iisdem perperam *satietate.* Oud.—3 *Penitus.* Conjectura hæc nostra non difficulter, ut spero, se tibi probabit: *j. p. penitis.* Iterum ea vox reddenda Apuleio prima Apologia sua: 'De summis montibus in mare transferatis, et penitus piscium ventribus insuatis:' ac legendum: *penitis p. v. i.* Sat notum est, antiquos, et quidem Latinissimos declinasse 'penitus, penita, penitum.' Quin et ipse Apuleius ad eum modum summi fontis scaturiginem appellat 'penitam,' sexto de Asino. De offa penita meminere Festus et Arnobius. Subditur eadem pagina de Veneris filio Cupidine, quem ut adolescentem, modo florenti lanugine barbam instruentem, sua Psyche describit, his verbis: 'Sed e re nata confingit esse juvenem quendam et speciosum commodum. Lanostim barbitio genas inumbrantem.' Emendandum arbitror: *juvenem quendam speciosum, et commodum lanatim genas inumbrantem:* ut *lanatim,* sic ille 'efflictim,' 'discretim,' 'angulatim,' 'acervatim,' alia sexcenta usus, et cum eo optimus quisque. *Stewech.* Scribere malim: *penitis.* Noto ad lib. VIII. infra. *Colv.* Nec secus Pricæus. Atque ita videtur esse in Florent. et ediderunt Vulc. Elmenh. Scriv. Flor. Vide ad lib. I. pag. 10. 'Immissa dextera per vulnus illud ad viscera penitus.' Oxon. *nutriverunt.* D'Orv. a m. pr. *incurrent.* Oud.—4 Pal. ignorat vocem *curioseque,* et in iis quæ sequuntur *quisve vel qualis.* Wower. Τὸ *curiose* delet Palat. Non recte. Vide Indicem. *Elmenh.*—5 Abest a quibusdam priscæ edit. vox *rerum.* Rectius fortasse reponas *ædium* vel *opum,* nisi vehementer judicans fallor. *Brant.* Abest scil. a Bas. pr. typothetarum vitio. Quis nescit, *rebus* designari quascumque divitias? D'Orv. Fux. Palat. Pith. *cœlestium rerum.* Oud. —6 Palat. Guelf. sec. *Nec Ps. tamen.* Exulat τὸ *tamen* ab Oxon. *Id.*—7 Reg. Fux. pr. *præc. illud.* Pal. Guelf. sec. et Oxon. carent τῷ *illud,* lunulis clauso a Wow. et Pric. *Id.*—8 *Ullo pacto.* Etiam hæc male absunt a Palatino. *Elmenh.*—9 Bert. *arcana.* Id.—1 *Lanostim.* Fux. *lanoso.* Quod vidit Beroaldus et Aldus. *Roald.* *Lanoso.* Rom. *lanostim.* Infra: 'Florenti lanugine barbam instruens.' Lib. VII. 'Ei commodum lanugo malis inserpebat.' Virgil. 'Genas vestibat flore juventæ.' Vide Theocritum Eidyll. II. Apollon. lib. II. *Elmenh.* Et quos non? *Lanoso* bene emendavit Beroaldus. *Lanostim* Ed. quoque Ven. *lanostum* Vicent. *lanosum* Pith. et M. Bas. pr.

qua sermonis procedentis [1] labe consilium tacitum proderetur, auro facto [z] gemmosisque monilibus onustas eas statim vocato Zephyro tradit reportandas.[3] Quo protinus perpetrato, sorores egregiæ [4] domum redeuntes, jamque gliscentis invidiæ felle [5] flagrantes, multa secum sermonibus mutuis perstrepebant. Sic denique infit altera: En orba et sæva et iniqua fortuna! [a] Hoccine [6] tibi complacuit, ut,[7] utroque parente prognatæ, diversam sortem sustineremus? Et nos quidem, [94] quæ natu majores sumus, maritis advenis ancillæ deditæ,[b] extorres [8] et Lare et ipsa patria degamus, longe parentum velut exulantes; hæc [9] autem

Ac, ne secretum suum efferretur aliquo errore, si colloquia ducerentur in longum, Zephyro accersito dat confestim eas revehendas, oneratas tamen prius vasis aureis et torquibus ex gemmis. Quo statim facto, eximiæ illæ sorores revertentes domum, et jam ardentes viru invidiæ crescentis, multa inter sese garriebant alternis colloquiis. Tandem altera harum sic incipit: O cœca, et crudelis, et injusta fortuna! Hocne tibi libitum est, ut nos, procreatæ iisdem ambobus parentibus, quibus ipsa, nancisceremur sortem adeo dissimilem? Et nos quidem, quæ sumus grandiores ætate, datæ extraneis viris famulæ potius, quam conjuges, ejectæ et domo et ipsa patria, vivamus procul a parentibus, veluti relegatæ in exilium; hæc vero

Oud.—2 *Præced.* Correctius puto, *proc.* Infra lib. VII. 'Nam procedente sermone, paulo jam clarius.' *Colv.* Modius, *proc.* Elmenh.—3 Bert. *export.* Id.—4 Videtur *regiæ* legendum. *Putean.* Perperam omnino. *Oud.*—5 D'Orv. *felli.* Id.—6 *Hiccine.* Bene et Rittershusius meus: *Siccine;* ut in Suspectis (lib. II. Ep. 10.) dixi. Fulvianus tamen *Hoccine.* Sciopp. in Symbola. Flor. *Hoccine.* Elmenhorstius. B. *Hæccine.* M. *Hoccine.* Puteanus. Sopingio etiam placebat *Siccine,* de quo vide ad lib. III. pag. 57. *Hæccine* etiam in Reg. Fux. et D'Orvill. Sed tum *sic* vel *ita* addi debuisset. Quare *Hoccine,* ut bene e suis scriptis edidere Wow. Elmenh. et seqq. prætuli, confirmatum insuper ab Oxon. Pith. Guelf. utroque, Palat. et Ed. Junt. post. Vide ad pag. 91. *Oud.*—7 Deest *ut* in Palatin. Guelf. sec. *At* in Reg. Fux. *Progenitæ* Oxon. et Par. *Id.*—8 *Exteriores* inepte Par. et Guelferb. pr. a m. pr. *Oud.*—9 Edd. Ber. Colin. Bas. pr. *hic.* Id.—1 Satis sanus hic locus fortassis.

NOTÆ

[z] *Auro facto*] Auro non in massa, non in lamina, sed fabricato in vasa, aut alia similia opera. Glossar. vetus: 'Argentum factum, ἀργυροῦν σκεῦος.' Contra aurum vel argentum infectum est illud, quod nondum expertum est artificis manum.

[a] *En orba, &c. fortuna*] Orba oculis, cœca: Epitheton perpetuum fortunæ: Græcis, τυφλὴ καὶ κωφὴ τύχη, cœca et surda fortuna. Aristoph. in Pluto cœcum inducit Plutum, divitiarum Deum et Fortunæ filium.

[b] *Maritis advenis ancillæ deditæ*] Cui malo ut obviam iretur, coëmtio apud antiquiores Romanos adhibebatur inter reliqua nuptiarum solennia. Isidor. Origin. lib. IV. cap. 24. 'Antiquus nuptiarum erat ritus, quod se maritus et uxor invicem emebant, ne videretur ancilla uxor.'

novissima, quam fœtu satiante[1] postremus partus effudit, tantis[2] opibus et Deo marito potita sit,[3] quæ nec uti recte[4] tanta bonorum copia novit? Vidisti, soror, quanta in domo jacent, et qualia monilia: quæ prænitent vestes,[5] [c] quæ splendicant[6] gemmæ, quantum præterea passim calcatur aurum.[7] Quod[8] si maritum etiam tam formosum tenet, ut[9] affirmat, nulla nunc[1] in orbe toto felicior vivit. Fortassis tamen, procedente consuetudine, et[2] affectione roborata, Deam quoque illam Deus maritus efficiet. Sic est[3] hercules: sic se gerebat ferebatque. Jamjam[4] sursum

ultima, quam mater, jam fastidiens prægnationem, ejecit novissima partitudine, fruatur tantis divitiis, et Deo conjuge, quæ nec scit quidem bene uti tanta opum abundantia? Vidisti, soror, quot et cujusmodi monilia strata sunt per ædes; quæ vestes præfulgent; qui lapilli coruscant; quanta insuper copia auri ubique pedibus teratur. Quod si habeat etiam virum æque pulchrum atque asseverat, nulla nunc degit in toto mundo fortunatior. Forsan etiam, crescente familiaritate, et confirmato amore, Deus, ejus conjux, eam quoque faciet Deam. Sic est profecto; sic agebat; sic se extollebat. Jamjam meditatur sublimia, et sumit sibi divinos spi-

Sed ego putavi aliquando reponendum: *sarcinante.* Nam sic lib. x. 'Sarcina prægnationis oneratam.' Fuit etiam, cum legerem: *saburrante.* Lena de sui ordinis mulieribus apud Plautum Cistellaria: 'Quæ ubi saburratæ sumus, Largiloquæ extemplo sumus.' Paulo aliter Arnobius lib. v. 'sanguinem saburratum' dixit. Sed hæc conjectura duntaxat. Sæpius enim arbitrarias correctiones hic ponere cogimur, quia certa e scripto libro non suppetunt. *Colv.*—2 D'Orvill. male, *tantisque.* Oud.—3 *Potita.* Ms. (Fulv.) *potita sit.* Sciopp. in Symb. Addidi verbum pendens ab τῷ 'ut,' et oppositum τῷ 'degamus,' auctoritate Mss. quoque Reg. Fux. Pith. Guelf. pr. Oxon. D'Orv. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *Oud.*—4 *Recte.* Fux. *ratione.* Probabile. *Roald.* Sed vide Pricæum. Omnia hæc a *quæ* ad *monilia* desiderantur in Oxon. Guelf. utroque, sed in sec. margini ascripta. Vox *bonorum* a Palat. abest. *Cupido* pro *copia* in Fux. *Oud.*—5 Oxon. *veste.* Id.—6 Quidam, *splenditunt.* Infra l. vii. 'Quippe cum mihi etiam tunc depiles genæ lævi pueritia splendicarent.' *Colv.* Fux. *splenditant.* Aldus vero *splenditent.* Roaldus. Rom. *splenditant.* Lib. vii. (pag. 137. Ed. Pr.) 'Cui depiles genæ levi pueritia splendicarent.' *Elmenh.*—7 Si Mss. addicerent, facile concederem in sententiam N. Heinsii ad l. ii. Valer. Flacc. vs. 661. reponentis *auri.* Vide et ad Cæs. lib. i. B. Civ. cap. 64. 'Tantum studii.' *Oud.*—8 Fux. *Quid.* Id.—9 Abest τὸ *ut* a Palatin. et Guelf. sec. *Id.*—1 *Nunc* exulat a D'Orvill. *Id.*—2 *Et.* Oxon. et Par. *ut in,* probante Wasseo; sive, ut solet fieri, quando affectio per consuetudinem accepit robur. Non male. *Id.*—3 Reg. Fux. *Sic etiam h.* D'Orv. *Sic u. h.* Forte: *Sic est jam h.* Id.—4 Guelf. pr. *Jam et etiam:* ac mox *Dea.* Id.—5 *Respiciet.* Fux. *respicit,* et

NOTÆ

[c] *Quæ prænitent vestes*] 'Vestes' Latinis non vestimenta modo sunt, sed etiam aulæa, tapetes, stragulæ, omnis denique linea et serica supellex.

respicit,[5] et Deam spirat mulier, quæ voces[6] ancillas habet, et ventis ipsis imperat. At ego misera primum patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita calviorem,[d] et quovis puero pumiliorem,[7] cunctam domum seris[9] et catenis obditam custodientem.[8] Suscipit[9] alia: Ego vero maritum articulari etiam morbo complicatum, curvatumque, ac per hoc rarissimo[1] Venerem meam recolentem sustineo,

ritus hæc mulier, quæ habet Voces famulas, et imperat ipsis Ventis. Ego vero infelix primum nacta sum conjugem natu grandiorem meo patre, tum autem magis calvum, quam est cucurbita, et magis pusillum quolibet puero, qui totam domum servat occlusam seris et catenis. Altera subjungit: Ego autem patior maritum etiam laborantem articulari morbo, et incurvum, propterea que rarissime aran-

Aldus. *Roald.* Omnesque Mss. et Edd. ut debet, præter Bas. sec. Sed in Fux. est *sursura r.* Oud.—6 Prave Oxon. a m. pr. *noctes.* Id.—7 *Glab. et q. p. p.* Sic Fulgentius de Prisco Sermone hunc locum laudat. Bert. et Florentini: *calviorem, et q. p. pusilliorem* legunt. *Elmenh.*—8 *Quovis puero pumiliorem. Cum cuncta domum serris et cat. obdita c.* Forte an dixerit Auctor: *quidni? cunctam domum seris et c. obdita custodientem,* vel hoc pacto, *cunctam domum seris et ca. obditum custodientem.* Nunc, qui *pusilliorem* reponere conantur pro *pumilionem,* sciant, se id facere, invito Fulgentio, qui, in libello suo de Prisco Sermone, adductis præcedentibus Apuleii verbis, *pumilum* interpretatur, mollem; et pro *calviorem* legit *glabriorem.* Quomodo et Arnobio id verbi usitatum lib. III. adversus Gentes: 'Hos capillorum intortionibus crispulos: calvitiis alios et glabritatibus rasos.' Item lib. VI. Arnob. 'Uterque a vobis glaber, atque ore compingitur levi.' Quapropter auctoritate Fulgentii primum illud retinendum: alterum quoque in possessionem remittendum censeo. De pumilionibus sæpiuscule meminit Plinius. 'Pupulum,' a 'pupus,' quasi parvum puerum, Catullus et similiter Apuleius denominavere. Quod ad *pumulum,* corrigo Epitomen Livii lib. LIII. (LII.) 'Qui Alexandri filio bimulo admodum regnum asserebat:' restituoque, *pumilo admodum:* neque sequor eos, qui reposuere, *puero admodum.* Causa depravandi fuit similitudo literarum B et P. Nam et has, uti et R, non semel ex affinitate commutatas, testes mihi Quintilianus et Plinius, quorum verba et monita de majusculis et Romanis literis accipienda, quod iis antiqui in libris describendis usi, frustra te monerem. Potius Varronianum fragmentum ex Bimargo mecum considera: 'Nam humanis omnia sunt paria: quippe major plus urget, pisces ut sæpe minutos magnus comest, ut aves enecat accipiter.' Vide divinationem, sive hallucinationem meam: *quippe major pumiles urget. Stewech.* Fux. *pusilliorem.* Non probe. Est tamen in libro Aldi. *Roald. Seris.* Idem. Fux. *ferris. Seris.* Flor. et Palat. *ferris.* Elmenh.—9 Pal. Par. Guelf. sec. *incipit.* Sed vide ad l. II. p. 40. 'Suscipit ille.' *Vero* tantum est in marg. Guelf. pr. *Oud.*—1 *Rarissime.* Flor. *rarissimo.* Elmenh.—

NOTÆ

[d] *Cucurbita calv.* [*glabriorem*] Editio Vicentina et Beroaldi *calviorem;* bene. Et, si retineas *glabriorem,* erit eodem sensu exponendum, quo *calviorem;* de capite nempe, cum 'glabrum' utplurimum dicatur de corpore depili et delicatulo.

plerumque detortos et duratos in lapidem digitos[e] ejus perfricans, fomentis olidis, et pannis sordidis, et fœtidis cataplasmatibus[2] manus tam delicatas istas adurens,[3] nec uxoris officiosam faciem, sed medicæ[4] laboriosam personam sustinens. Et tu quidem, soror, videris,[5] quam patienti, vel potius servili (dicam enim libere, quod sentio) hæc[6] perferas animo. Enimvero ego nequeo[7] sustinere ulterius tam beatam Fortunam collapsam[8] indigne.[f] Recordare enim, quam superbe, quam arroganter nobiscum [95] egerit, et ipsa jactatione immodicæ ostentationis tumentem suum prodiderit animum: deque tantis divitiis exigua nobis invita[9] projecerit, confestimque præsentiam nostram gravata, propelli[1] et efflari[2] exsibilarique[3][g] nos jusserit. Nec

tem meum fundum, perfricans ejus digitos contortos, et induratos in modum lapidis, terens has molliculas manus fomentis fœtidis, et pannis immundis, et emplastris putidis: neque fungens obsequiosæ uxoris vice, sed molesto officio medicæ. Et tu quidem, germana, patere, si lubet, ista animo tolerantissimo, vel potius servili (libere enim tibi aperiam sensa mei animi); quantum ad me autem, non possum amplius pati tam felicem sortem immerito obtigisse nostræ sorori. Revoca enim tibi in mentem, quam jactanter et quam tumide se gesserit nobiscum, et ostenderit superbum suum animum ipsa ostentatione fastus immoderati; atque ex tot opibus jecerit nobis pauca, et invita quidem; statimque præceperit nos ejici et auferri flatu ac sibilo Zephyri, quod nostra præsentia esset ipsi molesta. Nec sum mulier, neque

2 *Cataplasmatis.* Fux. *cataplasmatibus.* Utrumque rectum. *Roald.*—3 Fux. *adaures.* Oud.—4 Vett. impressi, *modice*, vel *medico*. Ald. *medici*. Colvius. Fux. *modice.* Ald. vero, *medici.* Ego autem, *medicæ*. Martial. 'Protinus accedunt medici, medicæque recedunt.' *Roald.* Ms. *modicam et lab.* Sciopp. in Symb. Aldus, *medici l. p.* male. *Elmenh.*—5 Pessime Ed. Junt. pr. Ald. *vides.* Oud. —6 *Hic.* Fux. *hæc:* ut et Ald. et Beroald. *Roald.* Item Ed. Junt. post. et Mss. O. cum Vulc. et seqq. nisi quod in Pith. sit *hoc.* Sed Beroald. *hic* explicat per *hæc*, more, ut putat, Appuleiano. *Oud.*—7 Corrupte Ald. Junt. post. *neque.* Id.—8 Malebat Lipsius legere, *collatam.* Colvius. *Collapsam.* Sic Mss. Rom. et Aldus. Scaliger et Lipsius, *collatam.* Vulcan. *collectam.* Male. *Elmenh.*—9 *In vita.* Bert. *in via.* Puto *xenia*, aut aliquid ejusmodi latere. *Sciopp. in Symb. et Susp. L.* II. 18. Bert. *in via.* Elmenhorstius. B. M. *invita.* Putean.—1 Guelf. sec. Palat. *compelli.* Oud.—2 Bert. *afflari.* Male. *Elmenh.*—3 Abest *que* a D'Orvill. *Oud.*—4 *Nec sum mulier, nec o. spiro.* Flor.

NOTÆ

[e] *Duratos in lapidem digitos*] Lapidosa chiragra laborantes, ut Persii verbis utar, Satyr. v. 58. 'Sed cum lapidosa chiragra Fregerit articulos.'

[f] *Collapsam indigne*] Scaliger et Lipsius *collatam.* Sed nihil mutandum. Recte dicitur *collapsa* fortuna, quæ indigno obtigit. Neque accedo Pricæo, qui *indignæ* reponit. *Fortuna collapsa indigne* dicitur, ut apud Plaut. 'opera pulchre locata.'

[g] *Efflari exsibilarique*] Ad augen-

sim mulier, nec omnino spirem,[4] nisi [h] eam pessum de tantis opibus dejecero. Ac si [5] tibi etiam, ut par est, inacuit[i] [6] nostra contumelia, consilium validum ambæ requiramus. Jamque ista, quæ ferimus, non parentibus nostris, ac nec [7] ulli demonstremus alii; immo nec omnino quicquam de ejus salute [8] norimus. Sat est, quod ipsæ vidimus, quæ vidisse pœnituit; nedum [9] ut genitoribus et omnibus populis tam beatum ejus differamus præconium. Nec sunt enim beati, quorum divitias nemo novit. Sciet, se non ancillas, sed sorores habere majores. Et nunc quidem concedamus ad maritos;[1] et Lares pauperes nostros, sed [2] plane sobrios, revisamus: denique, cogitationibus pressioribus instructæ, ad superbiam [3] puniendam firmiores re-

prorsus vivo, nisi deturbavero eam deorsum ex tanta fortuna. Ac, si injuria nostra tibi etiam sicuti mihi perdoluit, ut æquum est, excogitemus ambæ aliquod egregium consilium. Ac primum, ne ostendamus nostris parentibus neque cuiquam alii hæc dona, quæ gestamus; immo nihil etiam prorsus compererimus de ejus vita. Satis est quod nos ipsæ aspeximus, quæ nollemus aspexisse, nedum ut prædicemus tantam ejus felicitatem parentibus nostris et universis populis. Neque enim illi sunt felices, quorum opes nemini notæ sunt. Noverit se habere non famulas, sed sorores, et nata quidem grandiores. Et nunc revertamur quidem ad nostros viros; et redeamus visum nostras domos, pauperes quidem, sed certe modestas. Et, postquam munierimus nos diu consiliis accuratioribus, revertamur validiores ad plectendam

spirem. Elmenh.—5 Guelf. uterque, *sic.* Oud.—6 Vellem scriptum, *innotuit.* Roald.—7 *Ne.* Desideratur *ne* in Ms. D'Orv. *Nec* habent Guelf. Codd. Edd. Vic. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. Colv. Vulc. et forsan Mss. Flor. Reg. Fux. Utrumque bene. Vide ad l. I. p. 17. 'Ne ulla sessibula:' ad l. III. pag. 48. 'Nec ipse.' Tunc *monstremus* Pal. Fux. Guelf. pr. Oxon. Ed. Junt. post. *Oud.*—8 *Salute* abest Oxon. a m. pr. *Morimus* D'Orv. *Id.*—9 D'Orv. Fux. Guelf. Codd. *necdum.* D'Orv. Pal. Guelf. sec. *defer.* Male. *diser.* Fux. Pro *beati* in Pith. *bini.* Id.—1 Typographicus error videtur, quod est in Ed. Scriver. Amstel. *majores.* In Palat. Guelf. sec. est *contendamus,* more illorum Codicum. *Id.*—2 Ms. *si.* Sciopp. in Symbola. Grut. *p. sobriæ.* Elmenh. Nempe lib. VIII. Susp. c. 6. *Oud.*—3 Bas. 1. *adque superbiam.* Colvius. Rectius, *diuque cogitationibus press.* Wowerius. B. M. *diuque*

NOTÆ

dam invidiam vocabulis utitur contemtus, 'exsibilari' enim dicitur, qui cum sibilo et risu ejicitur, ut malus et insubidus histrio e theatro.

[h] *Nec sim mulier, nec omnino spirem, nisi, &c.*] Apud Petronium: 'Aut ego vir liberque non sum, aut noxio sanguine parentabo injuriæ meæ.' Apud Ovid. Metamorphos. III. Juno de Semele: 'Nec sim Saturnia, si non Ab Jove mersa suo Stygias penetrabit ad undas.'

[i] *Tibi inacuit*] Acerbitate sua te pupugit, et excitavit indignationem. Infra in hunc sensum dicit: 'acidas et amaras nuptias.'

deamus.[4] Placet pro bono duabus [5] malis malum consilium: totisque illis tam pretiosis muneribus absconditis, comam trahentes, et, proinde [6] ut merebantur, ora lacerantes, simulatos redintegrant fletus. Ac sic [7] parentes quoque, redulcerato prorsus [8] dolore, raptim deterrentes,[9] vesania turgidæ, domus suas contendunt,[1] dolum scelestum, immo vero parricidium, struentes contra sororem insontem.[2] Interea Psychen maritus ille, quem nescit, rursum suis [3] illis nocturnis sermonibus sic commonet:[4] Videsne, quantum tibi periculum velitatur [k] Fortuna eminus?[5] Ac, nisi [6] longe firmiter præcaves, mox [7] cominus congredictur.[8] Perfidæ[9] lupulæ [96] magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant: quarum summa est, ut te suadeant meos

ejus arrogantiam. Pravum illud consilium approbatur a duabus pravis mulieribus ut bonum: et, occultatis illis omnibus donis tanti pretii, vellentes capillos, et dilaniantes facies suas, prout merebantur, revocant fictas lacrymas. Et sic quoque relinquentes festinanter parentes suos, post redintegratum prorsus eorum mærorem, petunt domos suas tumidæ furore, machinantes nefariam fraudem, immo vero parricidium adversus sororem innocentem. Interim Psychen conjux ille, quem ignorat, sic iterum commonefacit suis illis nocturnis affatibus: Cernisne quantum periculum fortuna vibrat in te e longinquo? Et, nisi mature adhibes validam cautionem, jamjam adorietur te ex propinquo. Lupæ fraudulentæ struunt in te scelestos dolos magno molimine, qui eo denique redeunt, ut tibi dent consilium observandi

cogitat. Putean. *Diuque* post Wow. ediderunt omnes, nihil de Mss. monentes. Sed est in Pal. D'Orv. Oxon. Par. Fux. Pith. Guelf. sec. At Flor. Guelf. pr. servant *denique.* Forsan, *deinque.* Oud.—4 Par. Guelf. pr. *fortiores vel firm. reddamus.* E varia sc. lectione in contextum irrepsit. *Id.*—5 D'Orv. Pith. Guelf. pr. Oxon. prave *duobus. Malum* exulat a Pith. *pretiosis* a Fux. *Id.*—6 Vulgati, *perinde.* Elmenh.—7 Oxon. *si par. q.* Pal. *sic quoque p.* Oud.—8 Flor. *prorsum.* Elmenh. Item Fux. In Pal. *dol. prorsum.* Oxon. *revulnerato.* Male. Vide Lex. et Glos. *Oud.*—9 Ven. Ald. Rom. Ber. *deterentes.* Genuinum puto, *deserentes.* Series fabulæ id probat. *Colv.* Scribo, *deserentes.* Wowerius. *Deserentes.* Sic recte Colvius. Flor. *deterrentes.* Rom. et Ald. *deterentes.* Supra: 'Jugum sororum consponsæ factionis ne parentibus quidem visis scopulum petunt.' *Elmenh.*—1 Oxon. *concedunt.* Oud. —2 *Dolum scelestum, &c. insontem.* Hæc omnia desunt Codd. Guelf. pr. Par. *Celestium* Pith. In Ed. Elmenh. vitiose editur, *proinde ricidium.* Mox *interea, &c.* deest Pal. et Guelf. sec. usque ad *eminus.* Id.—3 Pith. *suum.* Id. —4 Edd. Elmenh. Scriv. male *commovet.* Dein *volitatur* Guelf. pr. *Id.*—5 Pith. *eminens.* Id.—6 Guelf. sec. *ni.* Id.—7 Guelf. pr. *mors.* Id.—8 D'Orv. *protinus.* Perperam. Oxon. *congredientur.* Id.—9 D'Orv. sine sensu *per-*

NOTÆ

[k] *Velitatur*] Jactatur eminus. Velites sunt levioris armaturæ milites, qui prælia eminus jaculando ineunt. Hinc 'velitari' et 'velitatio.'

explorare vultus; quos, ut tibi sæpe prædixi, non videbis, si videris. Ergo igitur, si posthac[1] pessimæ illæ Lamiæ[l] noxiis animis armatæ venerint, (venient autem, scio,) neque omnino sermonem conferas; et,[2] si id tolerare pro genuina simplicitate, proque animi tui teneritudine[3] non potueris,[4] certe de marito nil[5] quicquam vel audias, vel respondeas. Nam et familiam nostram[m] jam propagabimus,[6] et hic adhuc infantilis[7] uterus gestat nobis infantem alium: si[8] texeris nostra secreta silentio, divinum; si profanaveris, mortalem. Nuntio Psyche[9] læta florebat,[1] et divinæ sobolis

meam faciem; quam, si semel aspexeris, non aspicies amplius, ut jam sæpe monui te. Si ergo nequissimæ illæ Striges deinceps venerint instructæ perniciosis consiliis, (scio autem eas venturas,) ne colloquaris ullo modo cum ipsis; aut, si non potueris id ferre propter nativam tuam simplicitatem, et animi tui pietatem, saltem nihil prorsus aut auscultes, aut reponas de tuo conjuge. Amplificabimus enim brevi nostram familiam, et iste venter adhuc puerilis fert nobis puerum alium, qui futurus est divinus, si occultaveris silentio nostra arcana; mortalis autem, si divulgaveris ea. Psyche, exhilarata hoc nuntio, pulchrior facta erat, et sibi gratulabatur sola-

---

fidie. Id.—1 Oxon. *posthinc.* Par. Guelf. pr. *posthanc.* Oxon. *lacrimæ* a m. pr. et Guelf. pr. D'Orv. *veniunt.* Guelf. sec. a m. pr. *venerunt.* Id.—2 D'Orv. *sed.* Oxon. Guelf. pr. *ideo tol.* Pal. *gemina*, ut passim erratur. Vide ad l. III. p. 62. *Id.*—3 Guelf. pr. *perque a. t. teneritudinem.* Id.—4 *Poteris.* Sic quidem tacite ediderunt Wow. Pric. Florid. Sed reliquæ cum Mss. plurimis, ut Flor. Oxon. Reg. &c. dant *potueris.* Palat. *potis.* D'Orv. *potuis.* Forsan, *potis eris.* Vide ad l. III. p. 61. *Id.*—5 Ms. D'Orvill. et Ed. Flor. *nihil.* Id.—6 *Propagavimus.* Rom. *propagabimus.* Elmenh. Contrario se plane modo res habet. Vulgo est futurum. Sed *propagavimus* est in Edd. Rom. et Aldi. Nec male. Quia jam uterum ferebat Psyche. *Oud.*—7 *Infantulus.* Ms. *infantilis.* Et placet. *Sciopp. in Symb.*—8 Edd. ante Beroaldum, *sed.* Male. D'Orv. *legeris.* Oud.—9 *Mortalem. Nuntio P* Potius distinguendum: *si texeris nostra secreta s. divinum, si profanaveris, mortalem nuntio. Psyche læta,* &c. Colvius. Sic jam distinxit Ed. Vicent. et dein Bas. sec. cum Mss. Pith. Fux. Guelf. pr. Sed perperam omnino. Præcedere tum debuisset pronomen. Vir doctus inserit: *tali P. s.* In Palat. Guelf. pr. vitiose *initio.* Guelf. sec. a m. pr. *mentio.* Oud.—1 *Psyche florebat.* Fux. *Ps. læto fl.* Roaldus. F. *læta*, ut in Mss. et Edd. O. præter Bas. sec. ea voce carentem, et

NOTÆ

[l] *Lamiæ*] Mulieres esse putabantur, seu potius quædam Dæmonum phantasmata, quæ, formosarum mulierum specie assumta, pueros blanditiis allectos devorarent. Horat. lib. de Arte Poëtica: 'Neu pransæ Lamiæ puerum vivum extrahat alvo.' Porro sorores Psyches Lamiæ dicuntur, quasi, veluti Lamiæ, ipsi vorandæ inhiarent. Verti 'Striges,' quo nomine easdem infra appellat.

[m] *Familiam nostram*] Non famulitium, sed stirpem.

solatio plaudebat,[2] et futuri pignoris gloria[3] gestiebat, et materni nominis dignitate gaudebat. Crescentes dies et menses exeuntes[4] anxia numerat, et sarcinæ nesciæ rudimenta[n] miratur, de brevi punctulo tantum incrementulum[5] locupletis uteri. Sed jam pestes illæ teterrimæque[6] Furiæ anhelantes vipereum virus, et festinantes impia celeritate navigabant. Tunc sic iterum[7] momentarius maritus[o] suam Psychen admonet: Dies ultima,[8][p] et casus extremus, et[9] sexus infestus, et sanguis inimicus jam sumsit arma, et castra commovit,[1] et aciem direxit, et classicum personavit. Jam mucrone destricto[2] jugulum tuum nefariæ tuæ sorores petunt. Heu quantis urgemur[3] cladibus, Psyche dulcissima! Tui nostrique[4] miserere: religiosaque continentia

mine divinæ prolis, ac mirifice gaudebat honore venturi infantis, et lætabatur gloria materni nominis. Computat solicite dies procedentes, et menses elabentes: et admiratur initia prægnationis sibi ignota, tantum augmentum fœcundi uteri fieri ex parvo puncto. Sed jam illæ pestiferæ mulieres ac nequissimæ Furiæ navigabant spirantes venenum viperinum, et properantes sacrilega festinatione. Tunc ille conjux brevis conversationis commonefacit Psychen suam his verbis: Adest dies extremus, et ultima calamitas, et sexus tibi infensus, et inimica cognatio jam se armavit, jam processit, et instruxit aciem, et dedit signum tuba. Jam tuæ scelestæ sorores adoriuntur fauces tuas nudato gladio. Eheu quanta nobis instat pernicies, Psyche dulcissima! Misereat te mei, tuique, et exsolve a

Scriv. *lætata*. Oud.—2 *Et d. s. s. p.* Desiderantur hæc in Ed. Pric. *Solatio* abest a Regio, Fux. *Id.*—3 Ms. D'Orvill. *gloriam*. Vide ad lib. III. pag. 55. 'Aditum gestientes.' *Id.*—4 B. *existentes*. Puteanus. Inepte: φθίνοντας intelligit ac finientes. Sic 'dies,' 'annus,' 'ætas exit' apud alios. Abest copula a Pith. *Oud.*—5 B. M. *incrementum*. Puteanus. Item Reg. Fux. Pithœan. Guelf. pr. Oxon. in quo et Guelf. sec. *locupleti*. Palat. *ventris*. Guelf. sec. *ventri*. Oud.—6 B. M. *deterrimæque*. Putean.—7 Palat. *istum*. Oud.—8 *Ultimus*. Mannsc. *ultima*. Sciopp. in Symbola. Flor. *ultima*. Elmenh. Adde Reg. Fux. Guelf. pr. Oxon. Pal. D'Orv. et Edd. Wow. Pric. quas sum secutus. Vide lib. VII. pag. 133. 'Altera die.' *Oud.*—9 *Et* exulat a Fux. et Guelferb. pr. *Id.*—1 Pal. *commovet*. Male. *Id.*—2 Sic edidi cum Oxon. Palat. Guelf. pr. Edd. Vicent. Ber. Junt. pr. Vulgo, *distr.* ut passim. Revolve pag. 45. lib. III. *Tuæ* non est in Guelf. sec. nisi in margine. *Id.*—3 Fux. *urguemur*, veteri scriptura, ut 'unguo,' 'tinguo,' quorum et alia similia in optimis membranis et Pand. Flor. *Roald.* Bene. Et sic Guelf. pr. Adi ad lib. IV. pag. 70. Dein *classibus*, in marg. 'Al. cladibus,' Guelf. pr. *Oud.*—

NOTÆ

[n] *Nesciæ* [*Nescia*] *rudimenta*] Nescita, occulta, passiva significatione. Infra: 'inscio quodam tramite,' id est, ignoto.

[o] *Momentarius maritus*] Qui momento veniebat, momento avolabat ex amplexu conjugis.

[p] *Dies ultima, &c.*] Supple, adest.

domum, maritum, teque,[5] et istum parvulum nostrum imminentis ruinæ infortunio libera. Nec illas scelestas[6] fœminas, quas tibi post internecinum[7] odium, et calcata[8] sanguinis fœdera, sorores appellare non licet, vel videas, vel audias;[9] cum in morem[1] [97] Sirenum[q] scopulo prominentes funestis vocibus[2] saxa personabunt. Suscipit Psyche, singultu lacrymoso sermonem incertans:[3 r] Jamdudum, quod sciam,[4] fidei atque parciloquii mei perpendisti documenta: nec eo secius approbabitur tibi nunc etiam firmitas[5] animi mei. Tu modo Zephyro nostro rursum præcipe, fungatur obsequio, et, in vicem[6] denegatæ sacrosanctæ imaginis tuæ, redde saltem conspectum[7] sororum, per istos cinnameos et undique pendulos crines tuos,[s] per teneras et

calamitate casus impendentis domum, virum tuum, te ipsam, istumque infantulum inviolabili silentio: neque vel aspicias, vel auscultes illas nefarias mulieres (quas non est tibi fas vocare germanas post mortiferum odium, quo te prosequuntur, et post subterhabita jura cognationis,) quando, extantes e scopulo instar Sirenum, percutient has rupes suis exitiabilibus clamoribus. Psyche respondet interseccando verba singultu flebili: Jam pridem, quantum arbitror, spectata tibi sunt argumenta meæ fidei atque taciturnitatis: et nihilominus dabitur tibi etiam nunc a me testimonium meæ constantiæ. Tu tantum impera iterum nostro Zephyro, ut faciat suum officium; et loco tuæ divinæ formæ, quam me celas, concede saltem ut iterum videam meas sorores, oro te per istos tuos capillos ambro-

4 *T. meique* Reg. *Id.*—5 D'Orvill. Fux. *maritumque, t.* Id.—6 Reg. *scelestis f.* Guelf. bini, *scelestes f.* Id.—7 Veteres excusi *internocivum.* Beroaldus primus emendavit *internecivum.* Internecivum odium, ut internecivum testamentum: de quo Festus, et Isidorus Origin. lib. v. *Colvius. Internecinum. Prius* in Ald. *Roald. Internecivum.* Alii, *internecinum.* Rom. *internocivum.* Elmenhorstius.—8 Oxon. *calcati.* Guelf. pr. *calcatis.* Oud.—9 *Vel audias* exulant ab Ed. Junt. post. *Id.* - 1 *More.* Bert *in more.* Flor. *in morem.* Recte. Elm. —2 Palat. *voc. fun.* Oud.—3 Aldus, *insertans.* Male. *Elmenh.*—4 *Quod sciam.* Palatin. Guelferb. pr. *consciam.* Guelf. sec. *conscia.* Oud.—5 Oxon. a m. pr. *nec etiam.* Pith. *nunc infirmitas.* Id.—6 Pith. *in vincit.* Id.—7 Bert. *complexum.* Elmenh. At sequitur mox, 'Germani complexus indulge fructum.' *Salutem* Pith. *Salutem redde* Guelf. pr. In Par. *salutem r. conspectu.*

NOTÆ

q *In m. Sirenum*] Ovid. lib. III. de Arte Amandi: 'Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora Quaslibet admissas detinuere rates.' Hæ filiæ fuerunt Acheloi fluvii et Terpsichores: quanquam alii Melpomenen, alii Steropen, alii Calliopen Sirenum matrem faciunt. Plura vide apud Mythologos, Lil. Gyraldum, Syntagmate 5. Natalem Comitem, lib. VII. cap. 13. et alios.

r *Incertans*] Infringens, et incertum reddens; quod fit, dum singultibus verba intersecantur.

s *Per istos cinnameos et undique pendulos crines tuos*] Quos Psyche hoc

teretes[8] et meis similes genas, per pectus, nescio quo calore, fervidum.[9] Sic in hoc saltem[1] parvulo[1] cognoscam faciem tuam, supplicis anxiæ piis precibus erogatus germani complexus indulge fructum, et tibi devotæ caræque[2] Psyches animam gaudio recrea. Nec quicquam amplius in tuo vultu requiro. Jam nil officiunt[3] mihi nec ipsæ nocturnæ tenebræ. Teneo te, meum lumen. His verbis et amplexibus mollibus[4] decantatus maritus, lacrymasque ejus[5] suis crinibus detergens, facturum spopondit: et prævertit statim

sios dependentes ex omnibus partibus, per malas tuas delicatas, et rotundulas, ac similes mearum, per pectus tuum æstuans nescio quo ardore. Ita agnoscam vultum tuum saltem in hoc infante, exoratus piis precibus mei supplicantis et solicitæ concede mihi voluptatem amplectendi meas sorores, et refice hilaritate mentem Psyches tibi addictæ et dilectæ. Et nihil jam inquiro ulterius de tua facie. Jam ipsa etiam obscuritas noctis nullatenus mihi obstat. Complector te, mea lux. Maritus devinctus ejusmodi verbis, et teneris amplexibus, et abstergens capillis suis ejus fletus, promisit se facturum quod rogaverat, et confestim prævenit discessione sua

Oud.—8 Repetit præpositionem non male D'Orv. *per ten. per teretes.* Oxon. *tereteis.* Guelf. sec. Edd. Ber. Junt. pr. Ald. Bas. pr. *teretis.* Tum Palat. *teretes mei s.* At Oxon. *et meis similes genas.* Quod recipiendum videtur. Genæ non erant similes Psychæ, sed ejus genis. *Id.*—9 Vitiosissime in Oxon. *pparatus n. quos calorem f.* suprascr. *p partus.* Guelf. sec. *perspectus.* Id.—1 Bas. 1. *faciem:* unde fortean legi pōsse videatur *face.* Colvius. *Face.* Flor. et Rom. *saltem.* Elmenh.—2 *Dicatæque.* Ms. Fulv. *caræque.* Wowerius. Sciopp. in Symbola.—3 Fux. *obiciunt.* Guelf. pr. a m. pr. supra *efficiunt.* Oud.—4 Palat. *mellitis.* Wow. Elmenh. Non *mollitis,* ut est in nota Pricæi, *mellitis* cum Wow. edentis, sed improbantis e Virgiliano lib. VIII. 388. 'Cunctantem amplexu molli fovet,' non 'tenet.' Ita medici molles manus dicuntur in tangendo. Consule J. F. Gronov. Observ. lib. II. cap. 1. *Mellitis* tamen e Pithœano correxit Salmas. *Oud.*—5 Abest τὸ *ejus* a Bertin.

NOTÆ

dicens contrectabat. Nam, ut supra dictum, 'maritus ille præter oculos et manibus et auribus sentiebatur.' 'Cinnamei crines' sunt suave olentes: est enim cinnamum seu cinnamomum frutex, cujus cortex jucundi odoris non infimum locum tenet inter aromata. Hujus considerationem vide apud Plin. lib. XII. cap. 19. 'cinnameos' ambrosios verti, non tam respiciens ad ipsam vocem, quam ad mentem Auctoris.

[1] *Sic in hoc saltem parvulo, &c.*] Solennis obtestantis particula 'sic.' Vertumnus sub anu latens Pomonæ apud Ovid. Metamorphos. lib. XIV. 'Sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat Poma, nec excutiant rapidi florentia venti.' Horat. 'Sic te Diva potens Cypri, Sic fratres Helenæ, lucida sidera,' &c. *In hoc parvulo*] Quem utero gestabat, patri similem futurum.

lumen nascentis diei. Jugum sororium[u] consponsæ factionis,[w] ne[6] parentibus quidem visis, recta de navibus scopulum petunt illum, præcipiti cum velocitate:[7] nec venti ferentis[8] oppertæ præsentiam, licentiosa cum temeritate prosiliunt in altum. Nec immemor Zephyrus regalis edicti, quamvis invitus, susceptas eas gremio spirantis auræ, solo reddidit. At illæ incontatæ[9] statim conferto[1] vestigio domum penetrant, complexæque[2] suam prædam,[x] sorores nomine mentientes, thesaurumque penitus abditæ fraudis[y] vultu læto tegentes,[3] sic adulant: Psyche, non ita ut pri-

lucem diei orientis. Ambæ sorores, quæ simul conspiraverant, ne visitatis quidem parentibus suis, conferunt se præcipiti festinatione e navibus recta ad rupem illam; neque expectata præsentia Zephyri vehentis, desiliunt in præceps cum liberiore confidentia. At Zephyrus, non oblitus mandatum sui Regis, detulit eas ad terram, exceptas, quamvis ingratiis, complexu sui flatus. At illæ absque mora intrant e vestigio in ædes gradu celeri, et invadentes suam prædam, simulantes verbis se esse sorores, et celantes hilari facie penum fallaciarum intime absconditarum, sic ficte abblandiuntur: Psyche, non es amplius parva quemadmodum olim, sed ipsa jam es

Pro *diei* male Toll. in marg. ‘F. Dei.’ *Id.*—6 *Nec*. Plerique, *ne*. Colv. Bene. Alterum *nec* male, licet nonnulli præbeant Mss. ipse substituit Colvius, sequentibus prave Vulc. Elmenh. Scriv. *Oud.*—7 Oxon. et Pal. *p. animi velocitate:* unde Cl. Wasse conjecit, *pr. nimis vel.* Cur non *nimium?* Sed passim *animi* seu *āi* et *cum* seu *cū* solent permutari. Vide ad pag. 90. *Id.*—8 In Palat. Guelf. sec. *fercentis.* Id.—9 Forte rectius, *incontanter*. Supra lib. III. ‘Magistratibus te incontanter objiciam.’ Lib. etiam IX. ‘Tunc unus e tribus fratribus incontanter et paulo liberius respondit.’ *Colv.* Ego vulgatum retineo, ut apud Petronium, ‘indelectatus:’ ‘At ille non indelectatus nequitiæ meæ.’ *Brant.*—1 Vulgo, *confecto*. Vulcan. *conserto*. Male. Lib. VIII. ‘Conferto gradu se penetrant.’ *Elmenh.*—2 Pal. Guelf. sec. *complexoque.* Par. Guelf. pr. *domum suam.* Fux. Pal. *præd. suam.* Oud.—3 *Testantes.* Tam certum bene me emaculare, quam meridie lucere, *tectantes:* quomodo ipsemet locutus alibi Apuleius, ‘Vultu tamen,’ inquit, ‘gaudium tegit.’ Sic et lib. X. ‘Fidei,’ ait, ‘supprimens faciem, prætendens imaginem, blandiuscule respondit.’ Porro et ipso rerum usu indies experimur, et a Cic. libro primo Epist. 9. docemur, fronte ac vultu simulationem facile sustineri. Virg. IV. Æneid. ‘Consilium vultu tegit, ac spem fronte sere-

NOTÆ

[u] *Jugum sororium*] Ut ‘jugum boum’ dicitur, pro pari boum simul conjugatorum, ita hic ‘jugum sororium’ pro duabus sororibus, malitiæ vinculo fraudiumque fœdere inter se sociatis.

[w] *Consponsæ factionis*] Conjuratæ. Festus: ‘Consponsor, conjurator.’ Metaphora ducta a pacto jugali. Idem Festus: ‘Consponsos antiqui dicebant mutua fide colligatos.’

[x] *Suam prædam*] Sororem Psychen, cui inhiabant, veluti prædæ latrones solent.

[y] *Thesaurumque abditæ fraudis*] Sic ‘thesaurus mali.’ Et in versu Græ-

dem parvula,[4] et [98] ipsa jam mater es.[z] Quantum putas boni nobis geris in ista perula?[5] [a] Quantis gaudiis totam domum nostram[6] hilarabis? O nos[7] beatas, quas infantis aurei[8] nutrimenta lætabunt! Qui,[9] si parentum, ut oportet, pulchritudini responderit, prorsus[1] Cupido nascetur. Sic affectione simulata, paulatim sororis invadunt animum. Statimque eas lassitudine viæ sedilibus refotas, et balnearum vaporosis fontibus curatas, pulcherrimo triclinio,[b]

mater. Quantum boni existimas te nobis portare in isto sacculo? Quanta lætitia afficies omnem nostram familiam? O nos felices, quas nutricatus pretiosi istius pueri exhilarabit! qui, si æquaverit formam parentum suorum, ut par est, prodibit merus Cupido. Sic mentitæ amorem, occupant sensim mentem suæ sororis. Easque illico refectas sellis ex fatigatione itineris, et lotas aquis tepidis balneorum,

nat.' Iterum dicto libro: 'Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.' Atqui hypocrisim istam scitissime a Sallustio depictam non negabis in Conjurat. 'Aliud clausum in pectore, aliud promtum in lingua habere;' et paulo post: 'Magisque vultum, quam ingenium bonum habere.' *Steweck.* *Tegentes.* Stewechius, *tectantes*, ridiculosissime. *Elmenh.* Alii *testantes*: unde Stewechius, *tectantes*. Brant.—In errorem scripturæ, non sensus incidit Stewechius per Edd. Beroald. et Bas. pr. in quibus illud *testantes*. Mss. et Edd. ceteræ, ut debent, *tegentes*. Oud.—4 Grut. *pupula*. Elmenh.—5 Bas. 1. *paris in ista parvula*: unde conjectura doctissimi Lipsii, *geris in ista parmula*, vel *arcula*. Colvius. *Perula*. Ita omnes Mssti, et editi, quod Lipsius perperam innovat in *arcula*. Vide Notas ad Arnobium lib. III. fol. 70. *Elmenh.*—6 *Nostram* abest Edd. Ber. Colin. Bas. pr. *Oud.*—7 Abest *nos* ab Oxon. *Duos* Pith. *Id.*—8 Veteres editi, *in tantis aureis*. Infans aureus, id est, pulcer. Χρυσῆ 'Αφροδίτη apud Mimnermum, et alios. *Colv.* *In tantis aureis.* Fux. *infantis aurei*. Insanum bene! Infantem aureum dixit pro pulchro, imitatione Græcorum, apud quos omnia τὰ καλὰ sunt χρύσεια; ut χρυσέα 'Αφρὼ Lyricis, et 'aurea mediocritas' Horatio. Notatum ab aliis; sed memini me legere apud Synesium quiddam περὶ τῶν παίδων χρυσείων, quod male acceptum est ab ejus interprete. Locum apposuissem, si ejus libri nunc esset copia, qui mihi est interceptus, dolo dicam, an culpa sodalis mei? *Roald.*—9 *Quid*. Par. *Quod*. Oud. Edidit Oudendorpius *Quid*, per errorem scribendi, ut videtur: nam nullam facit mentionem τοῦ *Qui*, quod exhibent Edd. quas consuluimus. Nihilominus istud *Quid* iterat, ut vides, Oudendorpius in VV. LL.—1 Edd. Colin. Bas. pr. *protinus*. Colvius. Item Ber. pervulgari errore, ut lib. v. pag. 109. qui irrepsit et in Arnob. lib. I. pag. 9. 'Pax nulla in terris, nulla protinus vilitas aut abundantia rerum fuit.' Sensus

NOTÆ

co: Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή. 'Thesaurus est malorum mala mulier.'

[z] *Et ipsa jam mater es*] Latiori etiam acceptione 'mater' dicitur, quæ nondum quidem peperit, sed gravida est, ut hic.

[a] *In ista perula*] In utero, quem simul cum dicto demonstrant.

[b] *Triclinio*] Triclinium est cœnaculum, a tribus lectis discumbentium dictum. Κλίνη enim Græcis lectus est.

mirisque illis et beatis edulibus atque tuccetis[c] oblectat. Jubet[2] citharam loqui, psallitur: tibias agere,[3] [d] sonatur: choros canere,[e] cantatur. Quæ nullo præsente cuncta dulcissimis modulis animos audientium remulcebant. Nec tamen scelestarum fœminarum[4] nequitia[f] vel ipsa[5] mellita cantus dulcedine mollita conquievit: sed, ad destinatam fraudium pedicam sermones conserentes,[6] dissimulanter oc-

excipit magnifico triclinio, et illis ferculis atque tucetis admirandis ac lautissimis. Imperat personari cithara, personatur; jubet cani tibiis, canitur: concentum fieri, cantatur. Quæ omnia, tametsi nemo videretur, deliniebant mentes auditorum suavissimis modulationibus. Neque tamen malitia nefariarum lamiarum cessavit, delinita vel ipsa mellea suavitate concentus: sed ipsæ, deflectentes orationem ad compactos laqueos fallaciarum, ficte incipiunt interrogare eam, cujusmodi esset ejus ma-

postulat *prorsus*. Oud.—2 Ed. Junt. pr. *Jube*. Id.—3 Ambigo, an *tibias agere* αὐλεῖν dicamus. Posset legi: *tibias jugere*. Festus, 'Milvina tuba.' Solinus cap. 11. *Wow*. Αὐλεῖν. Scaliger ad Manilium emendat p. 428. *tibias jugere*. Bene. Nam respicit ad milvinas tibias, de quibus Solinus cap. 11. pag. 80. Festus in 'Jugere.' *Elmenh.*—4 Bertin. *strivarum*. Correxi (in Susp. Lect. I. 10.) *strigarum*, id est, veneficarum. Glossæ: 'Striga, γυνὴ φαρμακίς.' Vulgus Italorum *stregas* vocant. *Sciopp. in Symbola*. Bert. *strigarum*, recte. *Elmenh.*—5 Palat. Oxon. *illa*. Oud.—6 *Conferentes*. Bertin. *cons*. Recte. Nam 'sermo' a, serendo, dictus. Sed et *conferre* hic locum habet, atque adeo præ altero placet. *Sciopp. in Symb.* Bert. *cons*. Elmenh.—

NOTÆ

[c] *Tucetis*] Vide Not. lib. II. p. 43.

[d] *Tibias agere*] Scaliger ad Manil. reponit in hoc loco, *tibias jugere*, de milvinis tibiis intelligens. Milvinæ autem tibiæ Solino cap. 11. sunt 'tibiæ, quæ in accentus exeunt acutissimos.' Porro Festo: 'Jugere milvii dicuntur, cum vocem emittunt.' At non a voce milviorum dictas fuisse illas milvinas tibias crediderim: sed potius quod ex milviorum tibiis, hoc est, crurum ossibus, factæ primum fuerint tibiæ illæ acutæ et tenues. Nihil ergo *jugere* pertinet ad tibias. Si solicitandus sit hic locus, aliud quærendum existimo.

[e] *Choros canere*] Isidor. Origin. lib. VI. cap. 18. 'Cum unus canit, Græce, μονῳδία, Latine sicinium dicitur: cum vero duo canunt, bicinium appellatur: cum multi, chorus.'

[f] *Scelestarum fœm.* [*strigarum*] *nequitia*] Lectio hæc est Bertin. Codicis; alii habent *scelestarum fœminarum*. Quæ hic 'strigæ' Apuleio, ceteris 'striges,' ex Ovidio lib. VI. Fastorum: 'Sunt avidæ volucres; non quæ Phineïa mensis Guttura fraudabant: sed genus inde trahunt. Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ, Canities pennis, unguibus hamus inest; Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes, Et vitiant cunis corpora rapta suis. Carpere dicuntur lactantia viscera rostris: Et plenum poto sanguine guttur habent. Est illis Strigibus nomen: sed nominis hujus Causa, quod horrenda stridere nocte solent.' Est quoque in maledictis habitum

cipiunt sciscitari, qualis ei maritus, et unde natalium sectacula proveniret.[7] [g] Tunc illa, simplicitate nimia pristini sermonis [h] oblita, novum commentum instruit; aitque[8] maritum suum de provincia proxima,[9] magnis pecuniis negotiantem, jam medium cursum ætatis agere, interspersum[1] rara canitie. Nec in sermone isto tantillum morata, rursum opiparis[2] muneribus eas onustas, ventoso vehiculo, reddidit. Sed, dum Zephyri tranquillo spiritu sublimatæ

ritus, et a quibus parentibus duceret originem. Tum illa præ nimia simplicitate immemor eorum, quæ prius dixerat, comminiscitur novum mendacium: et dicit suum maritum esse ex vicina regione, exercentem maximum commercium, constitutum in ætate media, tunc primum canescentem. Neque insistens ullo modo huic orationi, tradidit eas vehiculo venti, oneratas iterum lautis donis. Verum ea sur-

7 Insolens locutio. Rom. Ber. Ven. *noctalium sectacula.* Bas. *noctalium spectacula.* Caligo hic mihi, quam discutere tento, legens: *natalium notacula provenirent.* Noctacula natalium, id est, signa et indicia, quibus natales probentur. Minutius Octavio: 'Sic nos denique non notaculo corporis, ut putatis; sed innocentiæ ac modestiæ signo facile dignoscimus.' *Colv.* Non magis me his expedio, quam qui ante me. Acri judicio et suavissimi ingenii adolescens, Simon Ulricus Pistoris suspicabatur: *unde natalium sectaculo proveniret*, id est, unde deduceret natalium seriem; ut scilicet *sectaculum* derivetur a, sequendo. Ingeniose prorsus. Ego nihil possum. Somnians tantum hariolabar: *natalium signaculo proveniret.* Quod meminissem canere Prudentium Apotheos. contra Unionitas: 'Quin potius sectare Dei signacula, in ipso Fonte vetustatis.' Sed istud sane proprie est dimicare in tenebris. *Grut.* l. VIII. *Susp.* c. 5. Non capio illa *natalium sectacula.* Certe verius legerim: *et unde natalium, secta cuja proveniret.* Wow. Ms. *unde natalium sectacula provenirent*, et infra *monstruoso.* Sciopp. in Symb. *N. secta cuja provenerit.* Flor. *n. sectacula proveniret.* Pal. *noctalium s. p.* Rom. et Venet. *notalium s. c. p.* Colvius, *natalium notacula p.* Gruterus, *n. signaculo p.* Wower. *et unde natalium s. c. proveniret.* Latet ulcus, quod peritioribus medicis delego. *Elmenh.*—8 Vitiose in Ed. Pric. *atque.* Guelf. sec. *et idque.* Oud.—9 Edd. Ber. Colin. Bas. pr. *maxima*, solenni confusione. Vide me ad Cæs. lib. III. B. G. c. 29. et ad Sueton. *Id.*—1 Ms. D'Orv. *intersparsum.* Tum typographi errore *cara can.* pro *rara* in Ed. Vulc. sec. *Inspersum* Pith. *Id.*—2 Ed. Bas. pr. *cum*

NOTÆ

hoc nomen, et dicitur de veneficis mulieribus.

[g] *Unde natalium sectacula prov.* [*provenirent*] Hæc est lectio Florentini codicis, et Beroaldi, nisi quod *provenirent* malui, cum Pricæi editione, quam *proveniret*, ut *sectacula* sit pluralis numeri. Colvius legebat *natalium notacula*, Wower. et Pontanus *natalium, secta cuja*, argutius sane quam verius. Satis clara est exposita lectio. *Natalium sectacula* sunt series et stemmata generis, et *unde natalium sectacula provenirent* est, unde generis seriem duceret.

[h] *Pristini sermonis*] Quo dixerat maritum suum esse 'juvenem quendam et speciosum, commodum lanoso barbitio genas inumbrantem.'

domum redeunt,[3] sic secum altercantur:[4] Quid, soror, dicimus de tam monstruoso[5] fatuæ illius mendacio? Tunc adolescens, modo florenti lanugine barbam instruens, nunc ætate media, candenti[6] canitie lucidus. Quis ille, quem temporis modici spatium repentina senecta reformavit?[7] Nil aliud reperies, [99] mi soror, quam vel mendacium[8] istam pessimam fœminam confingere, vel formam mariti sui nescire. Quorum utrum verum est,[9] opibus istis quam primum exterminanda est. Quod si viri[1] sui faciem ignorat, Deo profecto[2] denupsit; et Deum nobis prægnatione ista gerit. Certe si divini puelli, quod absit, hæc mater audierit,[3] statim me laqueo nexili[4] suspendam. Ergo interim ad parentes nostros redeamus, et exordio sermonis hujus[5] quam concolores fallacias attexamus. Sic inflam-

sum latæ placida aura Zephyri, dum revertuntur domum, sic disserunt inter se: Quid dicimus, o germana, de mendacio tam prodigioso illius stolidæ? Tunc, cum primum vidimus ipsam, juvenis erat maritus ejus, incipiens tantum vestiri florida lanugine: hodie est mediæ ætatis, interlucens canis albentibus. Qualis ille potest esse, quem breve intervallum temporis mutavit subito in senem? Nihil aliud invenies, germana mea, quam vel hanc mulierem nequissimam comminisci mendacium, vel ignorare faciem conjugis sui. Quorum utrumlibet sit, dejicienda quantocyus ex illis divitiis. Quod si non novit formam sui mariti, certe nupta est Deo, et nunc gestat nobis Deum in utero. Profecto, si hæc fuerit parens divini infantis, (quod Dii avertant) suspendam me illico reste alligata. Interea igitur revertamur ad nostros parentes, et concinnemus dolos quam maxime congruentes initio hujus

opip. D'Orv. *opimaris.* Id.—3 Ms. Par. *requierunt.* Guelf. pr. *redemit.* Id.—4 *Altercantes.* Veteres editi, *altricantes*: de quo notatum quid forsitan infra l. x. *Colv.* Pal. *altercantur.* Wowerius. Rom. *altricantes.* Male. *Elmenhorstius.* B. M. *altercantur.* Putean.—5 Al. *monstroso.* Elmenh.—6 *Candenti* excidit e Cod. D'Orv. *Oud.*—7 Oxon. *qui, &c. formavit.* In Fux. *spatii.* Guelf. pr. *senectute formavit.* Id.—8 Placet Manuscripti lectio, *mendacio.* Nimirum formam mariti confingit mendacio. *Sciopp. in Symb.*—9 Mire mihi placuit olim (l. II. Susp. Ep. 10.) doctissimi Rittershusii lectio: *Quorum utrum utrum est*, id est, utrumcumque, quomodocumque sit. Sed jam non videtur necessaria immutatio. Cic. 'Utrum eorum accidisset, verum oraculum fuisset.' Livius: 'Feciales decreverunt, utrum eorum fecisset, recte facturum.' Plura apud bonos auctores passim occurrunt. *Sciopp. in Symb.* Rittershusii conjectura placet quoque Pricæo et Wasseo. Nec male. Vide ad p. 108. 'Solatium unde unde petendum.' In Pith. *utrum verumque* sine τῷ *est.* Oxon. *utrumque verum.* Ab Ed. Bas. pr. abest *verum.* Oud.—1 Bertin. e glossa *mariti.* D'Orv. *f. v. suo f. ignorati.* Id.—2 Ed. Vicent. *perfecto.* Fux. *prof. Deo.* Dein *illa* Pith. *Id.*—3 *Erit.* Ms. quidam: *aderit.* Alius, *adierit.* Recte igitur ego olim in Suspectis (l. I. Ep. 10.) legi, *audierit*: id est, dicetur. *Sciopp. in Symb.* Inepte Emendatores hanc interpolarunt lectionem in *erit.* Vide indicem. *Elmenh.*—4 Guelf. sec. *nexilii.* Palat. *exilii.* Oud.—

matæ,[6] parentibus fastidienter appellatis, et nocte turbatis vigiliis perditæ,[7] matutino[8] scopulum pervolant: et inde soliti[9] venti præsidio vehementer[i] devolant; lacrymisque pressura palpebrarum coactis, hoc astu[1] puellam appellant: Tu quidem[2] felix, et ipsa tanti mali ignorantia beata,[k] sedes incuriosa periculi tui: nos autem, quæ pervigili cura rebus tuis excubamus, cladibus tuis misere[3] cruciamur. Pro vero namque comperimus, nec te, sociæ scilicet[4] doloris casusque tui, celare possumus, immanem colubrum,[5] multinodis[6] voluminibus serpentem, veneno noxio colla sanguinantem,[7][l] hiantemque ingluvie profunda,[m] tecum

colloquii. Ita accensæ, et parentibus salutatis tantum obiter, excitatæ insomniis quibus turbatæ fuerant noctu, mane facto currunt ad rupem, atque illinc celeriter descendunt ope consueti Venti: lacrymisque vi expressis terendo oculos, hac arte alloquuntur puellam: Tu quidem fortunata, et felix ipsa ignoratione tanti mali, manes hic nullatenus solicita de discrimine, in quo versaris; nos vero, quæ invigilamus rebus tuis solicitudine insomni, vehementer angimur tuis calamitatibus. Cognovimus enim pro certo, et, utpote participes tui mali et infortunii, non possumus tibi dissimulare, monstrosum draconem, sinuantem terga in spiras multorum nodorum, cui cervices rubent veneno letali, et os patet alto hiatu, concumbere tecum clanculum sin-

5 D'Orv. *ejus.* Id.—6 Guelf. pr. Oxon. *inflammatis.* Id.—7 Scribendum forte, *percitæ.* Et ita quoque Lipsio visum. *Colv.* *Percitæ.* Flor. Rom. et Aldus, *perditæ.* Elmenh.—8 Par. *matutinis*, ascribente Cl. Wasseo, 'sc. horis.' Plin. lib. x. 'Vel matutinæ.' Sed consule notata ad p. 94. 'rarissimo.' *Oud.*—9 Palat. *solito.* Recte. *Elmenh.*—1 *Hoc astu* deest in Guelf. pr. a m. pr. *Hoc haustu* Pal. Guelf. sec. Oxon. a m. pr. *Oud.*—2 Edd. Ber. Bas. pr. *quidam.* Id.—3 Ed. Vicent. *miseræ.* Id.—4 Male a D'Orvill. abest τὸ *scilicet.* Vide ad lib. III. pag. 61. *Id.*—5 Venet. Rom. Ald. *colubram.* Notatur a Grammaticis. *Colv.* Ald. et Rom. *colubram.* Vide Nonium c. 3. ubi exempla generis masculini et fœminini affert Isidorus Orig. 12. cap. 4. in neutro genere posuit. *Elmenh.*—6 *Multis modis.* Fux. *multimodis:* quod probo. *Roald.* *Multinodis.* Vide Gruteri Suspic. lib. IV. cap. 7. *Elmenh.*—7 *Saginantem.* Sic lego ex Bertin. et Fulv. Virgil. 'Et sibila colla tumentem.' *Sciopp. in Symb. et*

NOTÆ

[i] *Vehementer*] Quid si legas, *vehentis?*

[k] *Tu quidem felix, et ipsa tanti mali ignorantia beata*] Seneca in Thyeste, Act. IV. 'In malis unum hoc tuis Bonum est, Thyesta, quod mala ignoras tua.'

[l] *Colla sanguinantem*] Virgil. Æneid. II. de anguibus a Tenedo tranquilla per alta venientibus: 'Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque Sanguineæ exsuperant undas.'

[m] *Hiantemque ingluvie profunda*] 'Ingluvies,' ab, inglutiendo, spatium est gulæ, sive œsophagi. Virgil. lib. III. Georgic. de angue similiter 'ingluviem' dixit: 'Piscibus atram Improbus ingluviem ranisque loquacibus implet.'

noctibus latenter[8] acquiescere. Nunc recordare sortis Pythicæ,[n] quæ te trucis[9] bestiæ nuptiis destinatam esse clamavit. Et multi coloni, quique circumsecus venantur,[1] et accolæ plurimi viderunt[2] eum vespera redeuntem e pastu, proximique fluminis vadis innatantem. Nec diu blandis alimoniarum obsequiis te saginaturum[3] omnes affirmant: sed, cum primum prægnationem istam[4] plenus maturaverit uterus, opimiore fructu præditam devoraturum. At hic[5] jam tua est existimatio, utrum sororibus [100] pro tua cara salute solicitis assentiri velis, et declinata morte nobiscum secura periculi vivere, an sævissimæ bestiæ sepeliri visceribus. Quod si te ruris hujus vocalis[6] solitudo,[o] vel clandestinæ Veneris fœtidi periculosique concubitus, et venenati serpentis amplexus delectant; certe piæ[7] sorores

gulis noctibus. Revoca jam tibi in mentem oraculum Apollinis, quod pronuntiavit te esse addictam connubio ferocissimæ belluæ. Et plurimi agricolæ, et qui venantur huc illuc circa hunc locum, et permulti vicini aspexerunt ipsum redeuntem e pabulo, et nantem in aqua vicini amnis: et cuncti asseverant te non diu pinguefactum iri ab ipso suavibus et officiosis epulis, sed ipsum deglutiturum te prægnantem pinguiore fætu, statim atque pleno jam ventre partitudo tibi appetet. At tuum est nunc videre, an velis credere sororibus tuis, anxiis pro cara tua vita, et evitata nece vitam degere nobiscum tuta a periculo; an vero contumulari ventre belluæ crudelissimæ. Quod si solitudo hujus villæ personans vocibus, aut coitus putidi et exitiabiles secretæ Veneris, et complexus anguis virosi tibi placent: nos saltem, quæ sorores

Susp. I. 10.—8 Guelf. pr. *lactenter.* Oud.—9 Flor. *pertrucis.* Elmenh.—1 D'Orv. Cod. *venerantur.* Oud.—2 *Videre.* Flor. *viderunt.* Elmenh.—3 *Saginari.* Fux. *saginaturum.* Roaldus. Malo cum Pal. *saginaturum.* Wow. Manusc. *saginaturam.* Unde Fulvius conjecit, *saginatum iri* [quod etiam Salmasius margini ascripsit, quasi e Pithœano]. Ego non credo; sed scio legendum, *saginaturum*, scilicet colubrum illum. Nam mox sequitur 'devoraturum.' *Sciopp. in Symb.* Flor. *saginaturum.* Elmenh. Bene eam lectionem receperunt viri docti; quam confirmant Reg. Oxon. Par. Guelf. D'Orvill. in quo etiam *saginaturam.* In Edd. prioribus est *saginari.* Ber. *saginati.* In Palat. inepte *se s.* Oud.—4 *Pr. tuam.* Fux. p. *istam.* Roald.—5 Fux. *Ad hoc.* Roaldus. Bertin. *Ad hoc*, id est, præterea, verbum historicum. Infra pag. 174. *Sciopp. in Symb. et Susp.* I. 10. *Ad hoc.* Al. *At hæc.* Elmenh.—6 Pith. *vocabulis.* Oud.—7 Fux. *pie.* Roaldus. *Pie.* F. *piæ.* Brant. Male scilicet *pie* ediderant Colv. Vulc. Merc. Wow. ut pro more est in Mss. multis, sed

NOTÆ

[n] *Sortis Pythicæ*] Oraculi Apollinei. 'Pythius' unum est ex Apollinis nominibus, ipsi attributum ob interfectum serpentem Pythonem. Et Pythia dicta est Sacerdos Apollinis, quæ oracula ex tripode pronuntiabat; et Pythia ludi in ejus honorem.

[o] *Vocalis solitudo*] Quæ vocibus incorporeis resonabat.

nostrum[8] fecerimus. Tunc Psyche misella, utpote simplex, et animi tenella,[p] rapitur verborum tam tristium formidine: et,[9] extra terminum mentis suæ posita, prorsus[1] omnium mariti monitionum suarumque promissionum memoriam effudit, et in profundum calamitatis sese præcipitavit: tremensque, et exsangui[2] colore lurida, tertiata[3] verba semihianti[4] voce[q] substrepens,[5] sic[6] ad illas ait: Vos quidem, carissimæ sorores, ut par erat, in officio vestræ pietatis permanetis: verum[7] et illi,[8] qui[9] talia vobis affirmant, non videntur,[1] mihi mendacium fingere. Nec enim unquam viri mei[2] vidi faciem, vel omnino cujatis sit[r] novi[4] sed[3] tantum nocturnis subaudiens vocibus, maritum incerti status, et prorsus lucifugam tolero, bestiamque aliquam recte[4] di-

sumus amantes tui, functæ fuerimus nostro officio. Tunc infelix Psyche, quippe quæ simplex erat, et molli animo, corripitur metu propter illa verba adeo funesta: et, impos animi facta, oblita est prorsus cunctorum monitorum sui conjugis, et suorum promissorum, et sese dejecit in voraginem infortunii; et trepidans ac pallida colore buxeo, proferens demisse truncata verba voce attenuata, sic affatur illas: Vos quidem, dilectissimæ germanæ, semper estis in officio vestræ caritatis, ut æquum est: sed illi quoque, qui vobis asseverant ista, non mihi videntur comminisci mendacium. Nunquam enim intuita sum vultum mei mariti, neque prorsus scio unde sit; sed sustineo conjugem incognitæ formæ, qui fugit omnino lucem, paululum audiens tantum verba ejus noctu; et vobis jure assentior, quæ bene affirmatis

piæ recte in prioribus et posterioribus est Edd. *Oud.*—8 *Nostrum officium.* Τὸ *officium* dele ex Aldo et Florentino. *Elmenh.*—9 *Et* deest Mss. Reg. Fux. Pith. Guelf. pr. Oxon. D'Orv. Edd. Vicent. Ber. Bas. pr. *Oud.*—1 *Prorsus.* Oxon. Guelf. pr. *quod rursum.* Hinc male Pricæus maluit *rursus.* Id.—2 *Et exs.* non est in Pal. *Elmenh.* Neque in Guelf. sec. Prave ideo uncis inclusæ sunt voces *et exs.* ab eo et Scriv. *Lurido* Oxon. Al. *livida*, ut in Fux. *Oud.*—3 In Oxon. *terniata*, Guelf. pr. *ternata.* Id.—4 *Semianimi.* Flor. *semihianti.* Elmenh.—5 Oxon. *subscerpens.* Oud.—6 D'Orv. *sed.* Pricæus hic et alibi τὸ *ait* deleri vult pro glossa. Bene. Mox, 'Sic denique altera.' Vide ad lib. II. pag. 39. *Oud.*—7 Guelf. pr. *vesuram.* Id.—8 Pith. *ille.* Id.—9 Ed. Bas. pr. *quam.* Palat. *tanta.* Pith. *affirmat.* Id.—1 Oxon. Pith. *videtur.* Id.—2 D'Orv. *viri mei unq.* Id.—3 *Vel cujatis sit n. Et* Pith. In Reg. *cujatis sit modi novi.* Prave. Vide ad lib. I. p. 4. 'Ut noritis, qui sim et cujatis.' *Novis* Oxon. *Oud.*—4 Abest τὸ *recte* a Palat. *Id.*—5 *Marito consentio.* Lerneæ

NOTÆ

[p] *Animi tenella*] Supra: 'Si id tolerare pro genuina simplicitate, proque animi tui teneritudine non potes.'

[q] *Sem.* [*Semianimi*] *voce*] Cod. Florent. habet *semihiante*, non male.

[r] *Cujatis sit*] Rectus casus antiquus, pro, cujas. Lib. I. 'Sed ut prius noritis quis sim, et cujatis,' &c.

centibus vobis merito consentio.[5] Meque [6] magnopere semper a suis terret aspectibus, malumque grande de vultus curiositate præminatur.[7] Nunc,[8] si quam salutarem opem periclitanti [9] sorori vestræ potestis afferre, jam nunc subsistite. Ceterum incuria sequens [*] prioris providentiæ beneficia corrumpit. Tunc [1] nactæ, jam [2] portis patentibus, nudatum sororis animum [3] facinorosæ mulieres, omissis [4] tectæ machinæ latibulis, destrictis [5] gladiis fraudium, sim-

eum esse aliquam belluam. Ille enim me valde dissuadet a visione sui et præmonet ingens malum mihi impendere ex curiositate contemplandi ejus oris. Nunc, si potestis dare aliquod salubre auxilium vestræ sorori positæ in periculo, nunc nunc succurrite. Namque negligentia subsequens labefactat benefacta vigilantiæ præcedentis. Tunc nefariæ fœminæ, invenientes pectus sororis jam patens, foribus apertis, relictis latebris occultæ fallaciæ, occupant timidum animum mu-

bestiæ capita aliquot concidisse me intelliges, rem ipsam si considerabis; hoc est, Psychen conjugale præceptum hic temerasse, quanquam ille serio monuerat, graviaque interminatus erat, si unquam de forma illius vel investigare, vel prodere quicquam perniciosissimis lupulis, Sororibus suis, ipsa auderet; tum fore, ut infans, quem utero gestabat, divinus alioquin futurus, mortalis fieret; et, vultibus mariti exploratis, eos post illa amplius non visuram. Rescribo autem præcedentia in hunc modum: *maritum incerti status* (*flatus* al.) *et p. l. tolero, bestiamque a. dicentibus vobis maritum consentio, me qui magnopere s. a suis terret aspectibus. Malumque grande de vultus curiositate præminatur.* Stewech. *Maritum consentio.* Secutus hic sum correctionem Beroaldi. Vulgati, *marito cons.* Unde etiam legi posse arbitror, *merito consentio.* Colvius. Fux. *maritum.* Roaldus. Recte Bertin. *merito consentio.* Sciopp. in Symbola. *Merito.* Sic recte Flor. Vulcanius, *maritum c.* Pessime. *Elmenh.* Dant etiam Reg. Pal. Guelf. et Oxon. ut pertineat ad 'dicentibus;' sed, cum præcesserit *maritum incerti status*, assentior ceteris, qui *merito* cum Schickerado prætulerunt; ut jam edidit Wow. &c. *Marito* cum VV. Edd. est in D'Orv. et Pith. *Oud.*—6 Ex vitiosa Ed. Paris. lectione *Me qui*, frustra conjecit Gruter. l. VIII. Suspic. c. 9. *Me quidem.* Id.—7 Bas. pr. *præmiatur.* Colvius. Item Ed. Vicent. in quibus et *Dei vultus.* Forte pro *de sui vultus.* Certe sic est in Oxon. *Oud.*—8 Pith. *Nam.* Id.—9 Oxon. *pericalitanti.* *Vestris* Guelf. sec. *vestris p. afferri* Palat. *Id.*—1 *Hunc.* Fux. *tunc.* Roaldus. Bene, conspirantibus Reg. Oxon. Pal. D'Orv. Guelf. Pith. et, ut puto, aliis; ac tacite jam edidit Wow. et seqq. Ante vulgabatur *Hunc;* nisi quod in Edd. Vicent. et Bas. pr. sit *Hunc.* Oud.—2 Pith. *tam.* Guelf. sec. *j. p. petentibus.* Id.—3 D'Orv. *s. casum.* Mx *mulieres* desunt Pith. Cod. *Id.*—4 Guelf. *obm.* Id.—5 *Diffictis* Pith. *districtis* Mss. D'Orv. Guelf. pr. a m. sec. cum Ed. Flor. Perverse. Ceteri Codd. et Edd. hic recte servarunt *des.* Vide ad lib. III. pag. 45. Dein perperam Edd. Junt. et Ald.

NOTÆ

[*] *Ceterum incuria sequens, &c.*] Sensus est: 'Alias, si mihi in posterum opem ferre negligitis, frustra invigilaveritis antehac meæ saluti, et frustra me monueritis discriminis mihi impendentis.'

plicis puellæ paventes[6] cogitationes invadunt. Sic denique altera: Quoniam nos originis nexus pro tua incolumitate [101] periculum quidem nullum ante oculos habere compellit: viam, quæ sola deducit iter[7] ad salutem,[t] diu diuque cogitatam monstrabimus[8] tibi. Novaculam præacutam, appulsu[9] etiam palmulæ lenientis[u] exasperatam, tori[1] qua parte accubare[2] consuesti, latenter absconde: lucernamque concinne[3] completam oleo, claro lumine præmicantem, subde aliquo claudentis aululæ[4 w] tegmine. Om-

liercula nudatis mucronibus gladiorum. Ac sic demum una earum incipit: Quia vinculum cognationis vetat nos ullum periculum inspicere, cum agitur de tua salute, ostendemus tibi modum, quem diutissime meditatæ sumus, quo uno poteris evadere incolumis. In ea parte lecti, in qua soles jacere, abde clanculum cultrum acutissimum, exacutum frictu coticulæ lævigantis, et suppone alicui operculo ollæ tegentis lampadem commodæ magnitudinis, plenam oleo, præfulgentem luce micanti. Et,

---

fraudantium. Id.—6 Tractata primum Psyche a sororibus astu: tecte enim et quasi per cuniculos omnia primum expiscatæ, postea, destrictis fraudium gladiis, aperte illam invaserunt. Ea propter scribo: *patentes.* Stewech. Prave; licet 'patentibus' jam portis nudatus sit Psyches animus, nihilominus 'pavidas' secum volvit cogitationes, quas ipsi paventi timentique recte et poëtice tribuit Appuleius. *Pavescens* Pith. unde quidam conjecit *pavefactas.* Mox *Quoniam, &c. ante.* Exulant hæc omnia in Pith. *Oud.*—7 Τὸ *iter* Palatino deest. Bert. legit: *perducit.* Vide Gruteri Suspic. l. VIII. c. 4. et Indicem nostrum. *Elmenh.*—8 Reg. Fux. *ostendimus.* Bas. pr. *monstravimus.* Oud.—9 *Ad pulsum.* Fux. *appulsu.* Roaldus. Ful. Ms. *appulsu,* et statim *accubare.* Sciopp. in Symbola.—1 Guelf. pr. *torum.* Oud.—2 *Cubare.* Fulv. et D'Orv. *accubare.* Bene. Supra p. 91. 'Lectum maritus accubans.' In Flor. N. 24. 'Coram, luce clarissima, accubuit.' Dein *consuevisti* in Palat. Fux. Guelf. sec. et D'Orv. Frustra. *Id.*—3 *Concinnem.* Ms. *concinne.* Sciopp. in Symb.—4 *Auleæ.* Emendatio hæc Beroaldi. Impressi veteres, *aululæ.* Colvius. Becichemus, *aulæ* sive *aululæ.* Id est, ollæ, ollulæ. Fulgentius l. III. Mythologiar. ubi ex hoc Nostro fabulam hanc narrat, ejusque pæne verba eadem nonnunquam exscribit, habet: 'Novaculam sub pulvinari abscondit, lucernamque modio contegit.' *Idem in Add.* Fux. *tabulæ.* Roaldus. *Auleæ.* Vitiosam hanc scripturam arguit lectionis varietas. Inde est, quod eruditi

NOTÆ

[t] *Viam, quæ sola deducit iter ad salutem*] 'Via' hoc distingui videtur ab 'itinere,' quod 'via' sit, per quam fit iter; 'iter' vero ipsa viæ decursio. Lucret. lib. v. dixit, iter viæ: 'Certantes, iter infestum fecere viaï.' Hæc tamen usurpantur sæpius promiscue.

[u] *Appulsu etiam palmulæ lenientis*] An cotis, cujus figura palmulam efert? An vero manus Psyches, quam, utpote delicatulam, palmulam vocat? De cote magis placet: sequitur enim 'exasperatam.' Cos leniens illa est, qua novacularum acies, asperiore illa cote orbiculari jam attenuata, lenitur et coæquatur.

[w] *Claudentis aululæ* [*aulæ*] 'Aula' hic olla est, ut apud Plautum, in Aulularia: 'Aulam onustam auri.'

nique isto apparatu[5] tenacissime dissimulato, postquam, sulcatos[6] intrahens gressus, cubile solitum conscenderit,[7] jamque porrectus, et exordio somni prementis implicitus, altum soporem flare cœperit: toro delapsa, nudoque vestigio pensilem gradum[x] paululatim[8] minuens, cæcæ[9] tenebræ custodia liberata lucerna, præclari tui facinoris[1] opportunitatem de luminis[2] consilio mutuare: et ancipiti telo illo, audaciter prius dextera sursum elata,[3] nisu[4] quam valido noxii sèrpentis nodum cervicis et capitis abscide.[5] Nec[6] nostrum tibi deerit subsidium: sed, cum primum illius morte salutem tibi feceris,[7] anxiæ præstolabimur:[8] cunc-

omni isto instrumento secretissime celato, postquam ille ascenderit in consuetum lectum inferens gradus sinuosos, jamque stratus et involutus principio gravis soporis cœperit profunde stertere; tu descendens lecto, et placide sustinens suspensum gressum nudis pedibus, depromta lampade ex obscuro carcere operimenti, sume commodum tempus gerendi tui egregii facinoris ex suasu lucis; et primum, sublata audacter manu, reseca conatu valentissimo hoc gladio utrinque acuto caput anguis perniciosi, qua parte annectitur collo. Neque nostrum auxilium deficiet te: sed, statim atque tibi pepereris incolumitatem illius morte, nos, solicitæ de te, aderimus

in ea emendanda laborunt. Sed genuina lectio, *aulæ*. Nam in vulgatis, *aululæ*. Ful. et Palat. Cod. *tabulæ*. Wow. *Aulea* a Beroaldo est, cum passim antea legeretur *aululæ*. Fulvii codex, *tabulæ*. Sciopp. in Symbola. *Aululæ*. Sic Flor. et Rom. Palat. *tabulæ*. Beroald. et Ald. *auleæ*. Wower. *aulæ*. Fulgentius: 'Novaculam sub pulvinar abscondit, lucernamque modio contegit.' *Elmenh.* Sic etiam Baptista Plantius hunc locum legit Comm. in Persium. *Idem in Add.*—5 Fux. *app. isto.* Oud.—6 Vitiose Pal. *salutatos*. Guelf. sec. *salutatutos*. Guelf. pr. a m. pr. *saltaturos*, a m. f. *sulcatos eos*. Oxon. a pr. m. *salutaturos intuens*. In Pith. *sulcato itrahens* pro *sulcatos trahens*, ut ascripsit Salm. *Id.*—7 Ven. Bas. 1. *concederit*. Colvius. Quidam *concederit*: unde fortasse non male *concesserit*. Brant.—8 Venet. *pullulatim*, ex veteri scriptura *pollulatim*. Observavi etiam lib. II. supra. *Colv.* In Regio, Fux. etiam *pullulatim*. Pith. D'Orv. Guelf. pr. *pululatim*. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. *paulatim*. Vide ad pag. 31. 'Relictum paululatim labellis minuens.' *Oud.*—9 Pith. Guelf. pr. a m. pr. *ecce*. Id.—1 *Tui fac.* Fux. Guelf. ambo, Pal. *animi fac.* et mox Fux. *opportunitate*, atque *illo telo*. Id.—2 *Lumine* Oxon. *Id.*—3 Fux. *elevata*. Roald. Sic etiam Reg. Guelf. pr. et Oxon. e glossa. Adi Pric. et Drak. ad Liv. lib. x. c. 41. 'Scuto super caput elato.' Sic 'humo efferre pallia,' pro, tollere, Ovid. I. Art. 154. *Oud.*—4 Guelf. pr. Edd. Ber. Junt. Ald. Colin. Bas. pr. rursus *nixu*: ut semper variatur. Pag. 103. 'Articuli nisu fortiore.' Mox malim, si per Mss. liceret, *noxio serpenti*: de quo Dativo alibi egi latius. *Id.*—5 Plerique alii, *abscinde*. Colvius. Flor. et Aldus, *abscinde*. Elmenh. Minus bene ille et seqq. revocarunt *abscinde*; licet cum iis faciant Fux. Par. Guelf. pr. et Edd. Colin. Bas. In ceteris Mss. et Edd. *abscide*. Vide ad l. IV. p. 70. 'Manum abscidimus.' *Oud.*—6 Guelf. sec. *Ne*. Id.—7 Fux. *fecimus*. Roaldus. Non in mea collatione.

NOTÆ

[x] *Pensilem gradum*] Dixit supra, 'suspensum.'

tisque istis ocyus tecum relatis,[9] votivis nuptiis hominem te jungemus homini. Tali verborum incendio flammata viscera sororis jam prorsus ardentis deserentes ipsæ[1] protinus, tanti mali confinium[2] sibi etiam eximie metuentes, flatus[3] alitis impulsu solito[4] porrectæ super scopulum, illico pernici se fuga[5] proripiunt: statimque conscensis navibus abeunt. At Psyche relicta sola, nisi quod, infestis Furiis[y] agitata, sola non est, æstu pelagi simile[6] mœrendo fluctuat:[7] et, quamvis statuto consilio, et obstinato animo, jam tum facinori[8] suas manus admovens, adhuc

tibi præsto: et, omnibus his opibus asportatis tecum, quam citissime copulabimus te, puellam humanæ naturæ, homini connubio optabili. Ipsæ, confestim relinquentes præcordia sororis jam penitus flagrantis accensa hoc incentivo sermonis, sibi etiam timentes mirum in modum propinquitatem tanti mali, delatæ in rupem consueta impulsione volucris venti, aufugiunt statim velociter: et conscensis e vestigio navigiis abscedunt. Psyche vero relicta sola, nisi quod illa non est sola, quæ exagitatur Furiis sævientibus, fertur huc illuc mœrore ad instar æstus maris: et, quanquam constanti decreto et mente obfirmata jamjam adhiberet nefarias manus, adhuc

Saltem Pith. *Oud.*—8 Palat. Pithœan. *præstolabimus.* Id.—9 *Cunctisque istis sociis tecum rel.* Legere conor: *cunctisque istis opibus.* Sed hoc scio magis facturum ad palatum: *cunctisque istis ocyus tecum relatis.* Adhibendus Festus in 'Ocyus.' *Stewech.* *Cunctisque ocyus t. r.* Vulgati omnes libri, *cunctisque sociis t. r.* Simul hæc omnia monilia ex auro argentoque, et id genus alia pretiosa tecum asportaris. *Colv.* Bert. *cunctisque istis sociis tecum rebus.* Latet quippiam. *Sciopp. in Symb. C. ocyus tecum rebus r.* Rom. *cunctisque istis sociis t. r.* Male. *Elmenh.*—1 Flor. *ipsam.* Idem. Bene, si *flammato viscere* vel *flammatis visceribus* supra legeretur. Et sane quis dixit *deserere viscera alicujus?* Immo *ipsam* extat quoque in D'Orvill. At sic fere pag. 95. 'Parentes redulcerato dolore raptim deserentes.' In Ed. Junt. post. est *disserentes.* Oud.—2 *Consilium.* Malis consultoribus malum id consilium futurum haud dubie pessimum. Verumtamen, quod in Paris. editione repererim *confinium,* inducor, ut utrumque ab adulterina manu esse deputem. *Stewech.* *Confinium.* Fux. *consilium.* Roald. Frigide etiam Reg. Fux. D'Orv. Edd. Ber. Bas. pr. *consilium.* Neque recte *confinium* ejiciendum suspicatur Stewech. Sic lib. x. pag. 256. 'Accessi confinium mortis.' *Oud.*—3 Venetus, *flatis.* Scribo, *flantis.* Sed *flatis* forte, ut 'prægnatis,' 'intemperatis,' supra alibi. *Colv.*—4 Adjectivum desideratur in Palat. *Oud.*—5 Junt. pr. *perniciose f.* D'Orv. Pith. *fuga se.* Id.—6 *Similiter.* Fux. *simile,* et Ald. habet. *Roald.* Placet Bertiniani scriptura *simile:* quomodo et apud Cic. I. Acad. legitur. *Sciopp. in Symb. et Susp.* I. 10. Bert. *simile.* Elmenh.—7 Oxon. Guelf. pr. *defluctuat:* quod augeret sensum. Alibi tamen non occurrit: sed nec 'confluctuare,' adhibitum a Nostro lib. XI. pag. 240. *Oud.*—8 *Facinorosas.* Fux. *facinori.* Bene. *Roald.* Scripsi ex Fulv. *facinori.* Wower. Recte Ms. *facinori.* Sciopp.

NOTÆ

y *Infestis Furiis*] 'Furias' hic intellige varios animi tumultus, quibus vexata est misera Psyche, post sororum orationem.

incerta consilii titubat,[9] multisque calamitatis [102] suæ distrahitur affectibus. Festinat, differt; audet, trepidat; diffidit, irascitur; et, quod est[1] ultimum, in eodem corpore[2] odit serpentem bestiam, diligit maritum. Vespera tamen jam noctem trahente,[3] præcipiti festinatione nefarii sceleris instruit apparatum. Nox aderat, et maritus aderat,[4][z] primisque Veneris præliis velitatus[a] altum soporem[5] descenderat. Tunc Psyche, et corporis et animi alioquin infirma, Fati tamen sævitia subministrante,[6] viribus roboratur: et, prolata lucerna, et arrepta[7] novacula, sexum audacia mutavit.[8] Sed, cum primum luminis oblatione tori secreta claruerunt, videt omnium ferarum mitissimam dulcissimamque bestiam, ipsum illum[9] Cupidinem formosum De-

tamen vacillat, dubitans quid actura sit, et trahitur in diversas partes plurimis curis suæ cladis. Properat, remoratur; confidit, tremit; diffidit, indignatur: et, quod postremum est, in eodem corpore odio habet belluam, et amat conjugem. Vespere tamen jam accersente noctem, disponit instrumenta criminis infandi tumultuaria properatione. Nox venerat, et una maritus, * * * * * * * * *et demersus erat in profundum somnum. Tunc Psyche, licet alias esset imbecilla et corpore et animo, sumit tamen vires, suppeditante eas ipsi crudelitate fati: et depromta lampade, sumtoque cultro, visa est immutasse sexum magnanimitate. Verum, simul atque illata luce arcana lecti collustrata fuerunt, aspicit clementissimam suavissimamque bestiam omnium bestiarum; illum ipsum Cupidinem pulchrum*

in Symbola. Palat. *facinori.* Recte. *Elmenh.*—9 Edd. Junt. pr. Ald. *titubabat.* Oud.—1 *Est* exulat a Palat. et Oxon. nec ineleganter. *Id.*—2 Fux. *tempore.* Roald.—3 Flor. *nocte trahentem.* Male. *Elmenh.*—4 Fux. *advenerat*; quod probo. *Roald.* Præferunt quoque Fux. libri scripturam Pricæus et Floridus. Ne cum iis sentiam, obstat Quintil. Decl. x. pag. 217. 'Nox aderat, et primis statim tenebris præsto filius erat.' Tum *priusque* Fux. *Oud.*—5 Lego, *altum in s.* Colv. Fortassis ex Fulgentio jam scribendum videatur: *altum soporem extenderat.* Sic enim ille. In quo postea legendum moneo: 'Tandem multis jactata Veneris persecutionibus,' non, ut vulgatur, *venenis, persecutionibus.* Idem in Add.—6 Scil. vires; ut bene exponunt viri docti. In D'Orv. *facti,* Oxon. *Furi:* unde facile conjectu est *Furiarum.* Nam dixerat pag. præc. 'infestis Furiis agitatam.' Sed nec vulgatam spreverim. *Tum* Pith. *F. fidel. sævitia* Guelf. pr. *Sineminist.* Fux. *Oud.*—7 Fux. *accepta.* Id.—8 Pith. *secum a. mutatum.* Oxon. *mutuavit,* et mox *torum.* Id.—

NOTÆ

[z] *Nox aderat, et maritus aderat*] Insuavis est hæc repetitio ejusdem vocis: repone ex Codice Fuxensi, *maritus advenerat.*

[a] *Veneris præliis velitatus*] Decenter et satis apte significat Cupidinem cum Psyche primos concubitus exeruisse. Nam, ut velites milites hastis velitaribus præliantur pugna Mavortia, sic bellatores Veneris prælio Venerio congrediuntur. *Beroald.*

um formose cubantem: cujus aspectu[1] lucernæ quoque[2] lumen hilaratum increbruit,[3] et acuminis sacrilegi novacula prænitebat.[4] At vero Psyche tanto aspectu deterrita,[5] et impos animi,[6] marcido pallore[7] defecta, tremensque desedit[8] in imos poplites; et ferrum quærit abscondere,[9] sed in suo pectore. Quod profecto fecisset, nisi ferrum, timore tanti flagitii, manibus temerariis[1] delapsum evolasset. Jamque[2] lassa salute, defecta,[3] dum sæpius divini vultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi. Videt capitis aurei genialem cæsariem ambrosia temulentam,[b] cervices

Deum jacentem decoro situ corporis: cujus intuitu lumen etiam lampadis exhilaratum magis splenduit, et cultrum ipsum pœnitebat sui impii mucronis. Psyche autem dimota a suo proposito tali spectaculo, et posita extra terminos mentis, et exanimata languido pallore, et trepidans reclinat se in imos poplites et tentat abdere cultrum, sed in suum pectus. Quod fecisset procul dubio, nisi culter, metu tanti sceleris, excidens e manibus illius temerariæ mulieris aufugisset. Cumque jam fessa esset, et semimortua, reficitur animo, contemplando sæpius venustatem divinæ faciei. Cernit comam nativam flavi capitis saturam ambrosia, cirros capillorum dispersos

9 Ed. Flor. *illum ipsum.* Male. *Id.*—1 Oxon. *in cujus aspectum.* Vide ad lib. II. pag. 21. *Id.*—2 Fux. *lucernaque.* Id.—3 *Increbuit.* Bert. *increbruit.* Elmenh. Vere, ac suffragantur Oxon. Palat. Guelf. ambo, Edd. Junt. pr. Ald. Vide ad lib. I. pag. 16. *Id.*—4 Elegantissime Lipsius: *novaculam pœnitebat.* Pœnitebat novaculam ipsam, quod fuisset tam acuta, ut Cupidinem, tam pulchellum, læderet. *Colv.*—5 Reg. Fux. Guelf. pr. Palat. *det. asp.* Oud.—6 Reg. *i. cum.* Vide ad pag. 90. et infra. *Id.*—7 Fux. *colore.* Roaldus. Reg. *colore,* al. *pallore.* Id.—8 *Decedit.* Idem elegantissimus Criticorum: *desedit.* Ego, *decidit.* Sic apud Ovidium lib. X. Metamorphoseon: 'Poplite deciduo genua intremuere, fugitque Et color et sanguis, animusque reliquit euntem.' *Colv.* *Decidit.* Consensus Mss. induxit, ut legerem *desedit.* Wow. *Desedit.* Sic Palat. et Lipsius. Alii, *discedit.* Colv. *decidit.* Elmenh. —9 Bert. addit, *a. timore.* Forte, *abs. temere.* Elmenh. Ineptissimum est hic istud *temere.* Illapsum huc est *timore* in illum Codicem e seq. versu. *Oud.*—1 *Temerariæ.* Fux. *temerariis.* Roaldus. Pal. *temerariis.* Wowerius. Palat. et Flor. *temerariis.* Elmenh. Adde Oxon. Pith. Guelf. sec. D'Orv. aliosque, ut jam edidere Wow. Pric. Flor. *Temerariæ* tamen Edd. pp. cum Beroaldo, Junt. pr. Ald. Colvii, Vulc. Elm. habent. *Temerarie* Edd. Junt. post. Col. Bas. Scriv. Restitui autem *delapsum* e Mss. O. et Edd. Vett. pro quo est *elapsum* in Edd. Elmenh. Scriver. Floridi. *Oud.*—2 D'Orv. *ipsaque.* Id.—3 *Lassa, salute defecta.* Emendat idem magnus vir: *lassa, ac luce def.* Ego conjeceram: *cassa salute defecta.* Cassa salute, ut apud Panegyristem legendum reor, *spe jam cassa:* ubi vulgo etiam, *spe jam lassa.* Sed locum promam. Nazarii est: 'Idemque Ruricius magna suorum clade rejectus in mœnia, spe jam cassa, et adhuc mente vesana, cum se Veronam proripuisset,' &c. Sic cassa specula Nostro infra lib. VI. 'Quin igitur masculum sumis animum, et cassæ speculæ renuntias fortiter.' Arnob. lib. III. 'Quare nihil est, quod nos fallat, nihil quod nobis polliceatur spes cassas.' Sic cassus tumultus, labor. Cassa invidia, præsumtio apud hunc Nostrum: cassa judicia l. 1. c. de Sacros. Eccles. *Colv.* *Lassa ac luce defecta.* Flor. et Rom. *cassa, saluteque defecta.* Colvius: *cassa salute d.* In Palat. vox *luce* non comparet.

lacteas, genasque purpureas pererrantes crinium globos, decoriter [4] impeditos, alios antependulos, alios retropendulos: quorum splendore nimio [5] fulgurante, jam et ipsum [6] lumen lucernæ vacillabat.[7] Per humeros volatilis Dei pinnæ [8] roscidæ micanti [9] flore candicant; et quamvis alis [1] quiescentibus, extimæ [2] plumulæ tenellæ ac delicatæ, tremule [103] resultantes, inquieta [3] lasciviunt. Ceterum corpus glabellum, atque luculentum, et quale peperisse Venerem non pœniteret. Ante lectuli pedes jacebat arcus, et pharetra, et sagittæ, magni Dei propitia tela.[c] Quæ

per colla candida instar lactis, et per malas roseas, venuste implicatos, alios dependentes in anteriorem partem capitis, alios in posteriorem: quorum nimio fulgore coruscante, ipsa quoque lux lampadis fluctuabat. In scapulis volatici illius Dei pennæ roridæ albicant nitore fulgenti; et, licet alæ maneant immotæ, extremæ tamen plumulæ teneræ ac molles, trepide subsultantes, tremunt lascive. Reliquum corpus depile, et formosum, et quale non pœniteret Venerem esse enixam. Ad pedes tori arcus, et pharetra, et sagittæ jacebant, arma benigna potentis illius Dei. Quæ

Elmenh.—4 Par. *decorditer.* Oud.—5 Fulvius conjectura ductus legit, *minio.* Sciopp. in Symb. Istam Ursini conjecturam satis jam refellit Pricæus. 'Nimius' Nostro sexcenties aliisque est, perquam maximus. Vide Indicem, et Pric. ac l. IV. p. 64. lib. X. p. 212. Burm. ad Lucan. l. IV. vs. 696. *Oud.*—6 *Et ipsum.* Fux. *jam et ipsum.* Roaldus. Flor. *et jam ipsum.* Elmenh. Hinc ille cum Scriverio et Florido dedit, *etiam ipsum.* Sed Florent. item Oxon. Palat. Guelf. pr. habent quoque, *jam et ipsum.* Quod, ut elegantius et efficacius, excudi curavi. Huc facit et Pith. Cod. lectio, *fulgurantem:* ex quo *jam* etiam allevit Salmas. *Oud.*—7 Pal. Fux. Guelf. a m. pr. *bacillab.* Id.—8 *Pennæ* Guelf. pr. a m. pr. Oxon. *pennæ rosidæ.* Id.—9 Flor. *micantes.* Elmenh. *Micante* Fux. *micanti* Pith. *Oud.*—1 Inepte Guelf. sec. Pal. *alias.* Pith. Fux. Ed. Vicent. *aliis.* Id.—2 Bert. *extremæ.* Elmenh. Item Palat. Guelf. sec. Prave. Guelf. prim. *eximiæ,* ut apud Bocatium, sed in marg. *extimæ.* Tum in Oxon. Guelf. pr. *plumellæ.* Mox Oxon. Guelf. pr. a m. s. *temere.* Edd. Ber. Colin. Bas. pr. Bocat. *tremulæ.* Minus bene. *Oud.*—3 *Inquietæ.* Fux. *inquieta.* Ald. *quiete.* Ego *inquiete.* Roaldus. *Quiete* etiam Junt. pr. *inquieto* Guelf. sec. *inquietæ* est in Edd. Ber. Bas. pr. Bocat. Sed optime Fux. Pith. Guelf. pr. et Palat. præbent *inquieta;* atque ita jam prostat in Ed. Junt. post. Adverbialiter est rursus positum Adjectivum neu-

NOTÆ.

[b] *Ambrosia temulentam*] Sic Solis equos Ovidius libro secundo Metamorphos. facit 'ambrosiæ succo saturos.' 'Αμβρόσιος immortalis est; et 'ambrosia' liquor Deorum immortalium pabulo adhibitus; 'temulenta ambrosia cæsaries' est ejusmodi liquore uncta.

[c] *Magni Dei propitia tela*] Apud Gellium l. VI. Noct. Attic. c. 5. Alfenus Jurisconsultus: 'Sicut novum novitium, dicimus et proprium propitium; augere atque intendere volentes 'novi' et 'proprii' significationem.' Utinam aliquod aliud testimonium præ manibus habeam, quo

dum insatiabili[4] animo Psyche satis curiosa[5] rimatur atque[6] pertractat, et mariti sui miratur arma: depromit unam de pharetra sagittam, et puncto pollicis[d] extremam aciem periclitabunda, trementis[7] etiamnunc articuli nisu fortiore pupugit altius; ut per summam cutem roraverint parvulæ[8] sanguinis rosei guttæ. Sic ignara[9] Psyche sponte in[1] Amoris incidit amorem. Tunc magis[2] magisque cupidine flagrans Cupidinis, prona in eum efflictim[3] inhians, patulis ac petulantibus[4] saviis festinanter ingestis, de somni mensura metuebat.[5] Sed, dum, bono tanto[6] percita, saucia mente fluctuat, lucerna illa, sive perfidia pessima, sive invi-

dum Psyche valde curiosa explorat animo inexplebili, et contrectat, atque admiratur tela sui conjugis: extrahit unam sagittam ex pharetra; et, volens experiri extimum ejus acumen punctiuncula pollicis, pupugit illum profundius impressu validiore articuli adhuc trepidantis; adeo ut exiguæ stillæ cruoris purpurei fluxerint per extimam pellem. Sic Psyche ignorans prolapsa est ultro in amorem ipsius Amoris. Tunc magis ac magis accensa cupiditate Dei Cupidinis, atque reclinata in eum, et correpta immoderata desiderio ipsius, impressis propere osculis hiantibus et procacibus, timebat ne spatium soporis ejus esset brevius. At, dum ipsa affecta tanta voluptate jactatur huc illuc animo vulnerato, lampas illa, sive quod esset nequam et

trum plur. Adi ad l. III. p. 62. 'Nos crebra tundentes.' *Oud.*—4 Pal. Guelf. ambo, *satiab.* Id.—5 D'Orv. Pal. Oxon. Pith. Fux. Guelf. sec. Ed. Junt. post. *satis et cur.* Oxon. Guelf. pr. *curiose.* Id.—6 *Et* Fux. Guelf. pr. *Pertrectat* Ed. Junt. post. *Rimatur* Oxon. *Id.*—7 Male D'Orv. *tremens*, et Edd. Vulc. sec. Elm. Scriv. Flor. *etiamnum.* Cum D'Orv. Pal. Pith. Fux. Guelf. Edd. Vicent. Junt. post. prætuli *nisu*, ut supra, 'nisu quam valido:' &c. In aliis *nixu* pro perpetua variatione. *Id.*—8 *Ut rorav. parv.* Fux. *et roraverunt parvæ.* Id.—9 Alii, *ingrata.* Elmenh. Ita in solis est Palat. ac Guelf. sec. *Oud.*—1 Guelf. sec. *vi.* Id.—2 *Magis* exulat a D'Orv. Vide ad l. II. p. 42. *Id.*—3 Ita Flor. Vulgo, *afflictim.* Elmenh. *Affl.* est in sola Ed. Vulc. sec. item Mss. Bert. D'Orv. In ceteris recte *efflictim*, nisi quod Palat. det suo more *efflicti.* Vide ad l. III. p. 53. 'Efflictim deperit.' *Oud.*—4 Bas. pr. *petulis ac patulantibus.* Unde lego, *petilis ac petul.* Paronomasia non inelegans, *petilis ac petulantibus.* Petilum Veteribus idem quod exile et tenue. Lucilius l. XII. 'Insignis varis est cruribus, atque petilis.' Plautus Plocions: 'Nam coloratum frontem habet, petilis labris.' Petilis labris, ut hic, petilis saviis, id est, delicatis, mollibus, teneris. Sed etiam non inelegans quod Lipsio visum, *pætulis ac petulantibus.* Colvius. *Patulis.* Ita Flor. Vulgo, *petulis.* Bert. *i. e. a. i. p. ac peculantibus.* Elmenh.—5 *De s. m. m.* desunt in

NOTÆ

hunc *propitio* significatum astruam: mire enim huic loco quadraret. Sed Alfeni hujus testimonio vix fido, cum illum in aliis refellat ipse Gellius. Hinc malui vertere *benigna.*

[d] *Puncto pollicis*] Melius fortasse legas, *punctu.*

dia noxia, sive quod tale corpus contingere, et quasi basiare et [7] ipsa gestiebat, evomuit de summa [8] luminis sui stillam ferventis olei super humerum Dei dextrum. Hem audax [9] et temeraria lucerna, et amoris [1] vile ministerium! ipsum ignis totius [2] Deum [e] aduris: cum te [3] scilicet amator [4] aliquis, ut diutius cupitis etiam nocte potiretur, primus invenerit.[5] Sic inustus [6] exsiluit [7] Deus, visaque detectæ fidei colluvie,[f] prorsus ex oculis et manibus infelicissimæ conjugis [8] tacitus avolavit.[9] At [1] Psyche, statim resurgentis ejus crure dextro [2] manibus ambabus arrepto,[3] sublimis evectionis [4] appendix [5] [g] miseranda,[h] et per nubilas

perfida, sive quod vellet ei nocere ex invidia, sive quia ipsa quoque cuperet tangere et quasi osculari corpus tam formosum, effudit ex summo suo ellychnio guttam olei ardentis in scapulam dextram Dei. O insolens ac proterva lampas, et abjectum instrumentum amoris, uris ipsum Deum omnium flammarum: quamvis tu primum inventa sis ab amante aliquo, ut diutius frueretur etiam noctu optato conspectu amicæ! Cupido sic ustulatus surrexit repente, et, conspecto flagitio revelati arcani, silens subtraxit se prorsus volatu ex conspectu et manibus miserrimæ uxoris. Sed confestim Psyche apprehendens utraque manu dextram tibiam ejus dum consurgeret, et miserandum in modum pendens ex ipso elato in altum, et comitans eum per re-

Regio, Fux. *Oud.*—6 *Tanto* exulat a Pal. *Id.*—7 Paulo rectius legas, *etiam.* Colv. Colvii judicium hic requiras. Multo enim elegantius vulgatum. *Oud.*—8 Guelf. pr. a m. s. *de summo.* Id.—9 Palat. *mendax.* Male. Pro *hem* in Guelf. pr. *heu.* Id.—1 Citat N. Heinsius *Amoribus* in Adversar. p. 766. *Id.*—2 Fux. *ipsum ignem, ignis t. D.* Roaldus. Palat. *Deum ign. t.* Oud.—3 *Cum te.* B. *cutem.* Putean.—4 Pal. Guelf. sec. *amor.* Oud.—5 Edd. Ber. Bas. pr. *invenit.* Id.—6 Pith. *immixtus.* Id.—7 Oxon. *confestim exsilivit.* Nec male sane id adverbium additur. *Exsilivit* etiam Fux. et Guelf. pr. *Id.*—8 Ed. Vicent. *concitus.* Id.—9 Bertin. *èvolavit,* et mox *appendio.* Elmenh. Item D'Orv. et Pith. *evol.* frequenti variatione. Vide, cum alibi, tum ad Sueton. *Adrol.* Palat. Fux. Guelf. ambo. *Oud.*—1 D'Orv. de more, *Ac.* Id.—2 Ed. Scriv. *dextero.* Id.—3 Guelf. pr. *arrecto.* Id.—4 Oxon. Guelf. pr. *event.* Id.—5 Lego ex Bertin. *appendio,* id est, appensione, adhæsione. *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. II. 18. Infelicissime profecto, ut monuit jam Pricæus. L. VIII. p. 168. 'Appendicem parvam trahens, se in puteum præcipitat.' [Citat vir doctus negligenter.] Adde N. Heinsium ad Petron. cap. 92. 'Ut

NOTÆ

[e] *Ignis totius Deum*] Cupidinem, qui tot ignibus hominum Deorumque pectora quotidie inflammat.

[f] *Colluvie*] Fœditate. 'Flagitium' verti, quod est crimen cum dedecore conjunctum.

[g] *Sublimis evectionis appendix, &c.*] Sublimior est hæc oratio, et supra communem usum captumque. Itaque παραφραστικωτέρως mihi fuit exponenda.

[h] *Appendix miseranda*] Sic lib. VIII. 'Laqueum sibi nectit, infantulumque, quem de eodem marito jamdudum susceperat, eodem funiculo nectit, seque in præaltissimum puteum, ap-

plagas penduli comitatus extrema consequia,[i] tandem fessa delabitur solo. Nec Deus amator, humi jacentem deserens, involavit proximam cupressum, [104] deque[6] ejus alto cacumine sic eam graviter commotus affatur: Ego quidem,[7] simplicissima Psyche, parentis meæ Veneris præceptorum immemor, quæ te, miseri extremique hominis devinctam cupidine, infimo matrimonio addici jusserat, ipse potius amator advolavi tibi. Sed hæc feci leviter, scio: et, præclarus ille sagittarius, ipse me telo meo percussi, teque conjugem meam feci, ut bestia scilicet[8] tibi viderer, et ferro caput excideres meum, quod istos amatores tuos oculos[9] gerit? Hæc tibi identidem semper cavenda censebam, hæc benevole remonebam. Sed illæ quidem consiliatrices egregiæ tuæ[1] tam perniciosi magisterii[2] dabunt actutum[3] mihi pœnas: te vero tantum fuga mea punivero.[4] Et, cum termino[5] sermonis,[k] pinnis[6] in altum se proripuit.

gionem nubium suspensa, ac pone sequens, lassata demum decidit in terram. At Deus, ejus amator, non relinquens ipsam prostratam in terra, volavit in proximam cupressum, atque ex summo vertice illius sic alloquitur eam valde iratus: Ego equidem, o Psyche nimis credula, oblitus jussorum Veneris, meæ matris, quibus præceperat mihi uti illigarem te amore hominis miseri et vilissimi, ac manciparem conjugio abjectissimo; ego, inquam, ipse adveni potius tibi amator. Verum gessi me inconsiderate in hac re, fateor; atque ego, qui habeor tam peritus sagittarius, ferii me mea sagitta: et ascivi te mihi in uxorem, ut nempe crederes me belluam, et gladio amputares meum caput, quod gestat hos oculos tui amantes? Suadebam tibi frequenter cavendum esse semper ab his malis; commonefaciebam te amanter de his. Verum illæ quidem, quæ dederunt tibi hoc eximium consilium luent mihi e vestigio supplicium debitum documento tam exitiabili: te autem plectam solum mea fuga. Et, finita hac oratione, subtraxit se alis in sublime. At Psyche jacens

ipsum hominem laciniam fascini crederes.' *Oud.*—6 Fux. *denique.* Id.—7 Ms. D'Orvill. *Ego siquidem.* Vocem *Veneris* uncinulis inclusere Edd. Wow. Pric. Sed vide ad p. 105. 'Cupidinem Deorum maximum.' *Id.*—8 Palat. post hanc vocem repetit *ut.* Deest *scilicet* in Fux. *Id.*—9 Pith. *oc. tuos.* Id.—1 *Tuæ* deest D'Orvill. *Id.*—2 Oxon. *maisterii.* Pith. *dabant.* Id.—3 Bert. *ad nutum.* Sciopp. in Symb.—4 D'Orv. Palat. Guelf. uterque, *puniero.* Oud.—5 *Cum term.* Bert. *Et cum term.* Sciopp. in Symb. et Susp. II. 18. Male aberat hæc copula ab Edd. Ber. Colv. Vulc. Wow. Pric. At Mss.

NOTÆ

pendicem parvulum trahens, præcipitat.'

[i] *Extrema consequia*] Consequium sequelam sonat. Lib. x. 'Spretis luculentis illis vehiculis, ac posthabitis decoris rhedarum carpentis, quæ partim contecta, partim revelata, frustra novissimis trahebantur consequiis.'

[k] *Et cum termino sermonis*] Sic alibi

Psyche vero humi prostrata, et, quantum visu poterat, volatus mariti prospiciens, extremis affligebat lamentationibus animum. Sed, ubi remigio plumæ [l] raptum maritum [7] proceritas [8] spatii fecerat alienum, per [9] proximi fluminis marginem præcipitem [1] sese dedit. Sed mitis fluvius, in honorem Dei scilicet,[2] qui et ipsas aquas urere [m] consuevit, metuens sibi, confestim eam innoxio volumine [3] super ripam florentem herbis exposuit. Tunc forte Pan, Deus rusticus,[n] juxta supercilium amnis [o] sedebat, complexus

humi, et prospectans volatum sui conjugis, quantum valebat acie oculorum, cruciabat pectus suum questibus vehementissimis. Verum, statim atque altitudo intervalli subduxit ab ejus conspectu maritum sublatum jactatione alarum, præcipitavit se ex ripa fluvii vicini. Sed amnis mansuetus, in honorem nempe Dei illius, qui solet incendere ipsas undas, timens pro se, projecit eam innocuis fluctibus in marginem virentem gramine. Tunc forte Pan, Deus agrestis, sedebat humi prope ripam

et Edd. ceteræ agnoscunt. *Oud.*—6 Oxon. Guelf. pr. a m. s. *pennis:* a m. pr. *premis.* Id.—7 *Remigio plumæ; captu maritum.* Fux. *raptum:* quod etiam viderat Beroald. *Roald.* Veram lectionem præfert Cod. Fulvii, *remigio plumæ raptum maritum.* Wower. Legi posse videtur: *Sed, ubi remigis plumæ raptu maritum.* Ita enunciat lib. II. 'Quæ [navis] postquam cursus spatio prospectum sui nobis incertat.' *Grut. Susp.* lib. VIII. cap. 12. Præclara est emendatio ex Ms. *remigio plumæ raptum maritum.* Sciopp. in Symbola. *Raptum.* Sic Flor. Gruterus, *u. remigis plumæ raptu m.* Vulgo, *ubi r. p. captum m.* Male. Virgilius lib. I. Æneid. 'Volat ille per aëra magnum Remigio alarum:' et lib. VI. 'Tibi, Phœbe, sacravit Remigia alarum.' Lucretius l. VI. vs. 744. 'Remigii oblitæ pennarum vela remittunt.' Noster l. VI. de aquilæ volatu: 'Remigium dextra lævaque porrigens.' De Deo Socratis: 'Aëra proximum terræ volitando transverberant. Ceterum, cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra seu [ceu] portus est.' *Elmenh.*—8 Pith. *procinctas.* Oud.—9 D'Orv. caret τῷ *per;* item Pith. pro eo dans *et.* Sed vide ad lib. VIII. p. 168. Pro *sese* est *se* in Oxon. Guelf. pr. *Id.*—1 Fux. *præcipitantem.* Id.—2 Pith. *semel.* Id.—3 Palat. Fux. Guelf. ambo, *volamine.* Perperam.

NOTÆ

Noster: 'Et eum isto fine sermonis.'

[l] *Remigio plumæ*] Sic lib. de Deo Socratis: 'Ceterum, cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est.' Et Virgil. lib. I. Æneid. 'Volat ille per aëra magnum Remigio alarum.' Metaphora est a navibus ducta.

[m] *Et ipsas aquas urere*] Fluviorum scilicet, et maris Numina, Nymphasque, necnon et ipsos pisces amoris ignibus accendere.

[n] *Pan, Deus rusticus*] Pan, quem antiqui pastorum venatorumque Deum fecerunt. Cujus filius fuerit, non satis constat apud Auctores. Herodotus Mercurii et Penelopes filium facit. Duris Samius, Penelopes ex omnibus suis procis. Epimenides Pana et Arcadem geminos ex Jove et Callisto natos ait. Alii Jovis et Ὕβρεως, id est, Contumeliæ filium fuisse ferunt. Inuus Latinis dictus est. Orpheus Pana universam

hic humo Cannam Deam,[4] [p] eamque voculas omnimodas[5] edocens recinere.[6] [q] Proxime ripam vago pastu lasciviunt comam fluvii[r] tondentes[7] capellæ. Hirtuosus[8] Deus[s] sauciam Psychen, atque defectam, utcumque casus ejus non inscius, clementer ad se vocatam, sic permulcet verbis lenientibus: Puella scitula,[9] sum quidem[1] rusticanus et [105] opilio,[2] sed, senectutis prolixæ[3] beneficio, multis experimentis instructus. Verum, si recte conjecto, quod profecto prudentes viri divinationem autumant, ab isto titubante et sæpius vacillante vestigio, deque nimio pallore corporis, et assiduo suspiritu,[4] immo et ipsis mœrentibus

fluvii, amplectens Nympham Syringa, et docens eam reddere canendo omne genus vocum. Juxta marginem capellæ carpentes herbam fluminis errant huc illuc libero pastu. Caprinus Deus accitam ad se leniter Psychen, perculsam ac lassatam, sic delinit blando sermone, non omnino ignarus ejus calamitatis: O venusta adolescentula, ego equidem sum agrestis et pastor ovium, sed edoctus plurima experientia, propter longam senectam. Sed, si bene conjicio, (quod sane prudentes viri habent pro divinatione) si, inquam, bene conjicio ex tuo gradu incerto, et sæpe titubante, atque ex immodico pallore corporis, perpetuisque suspiriis, quin immo et ex ipsis

Undarum volutiones intelligit Auctor. *Id.*—4 Flor. *hæc homo canam D.* Inepte. *Elmenh.*—5 Palat. Guelf. pr. sec. *oinedas.* Oud.—6 *Retinere* Ald. *Roald.*—7 D'Orv. *tundentes.* Oud.—8 In eodem libro Fulv. et Palat. *Hircosus.* Wowerius. Sciopp. in Symbola. Flor. *Hircuosus.* Pal. *Hircosus.* Elmenh.—9 Guelf. pr. *fatula*, cum gl. *pazzarella.* Oud.—1 D'Orv. *quidam.* Id.—2 An *upilio*, ut infra bis? Florent. Ms. Colum. VII. 3. Noster 'upil.' cum 'bubsequa' conjungit. *Wass.* Juvat Ed. Junt. post. *uopilio.* Immo *upilio* est in Pith. Sed non temere extra metrum *u* scribam. Adi Serv. et alios ad Virgil. Ecl. x. 19. 'Venit et upilio: tardi venere bubulci.' *Oud.*—*Prolixo* Guelf. pr. D'Orv. Pal. *prolixa* Fux. et statim in Guelf. sec. ac Pal. *prudentis.* Id.—4 Plerique, *suspiratu.* Vide, quæ super hoc supra ad lib. I.

NOTÆ

naturam esse voluit, cujus elementa et cœlum membra sint. Fusam Panos descriptionem vide apud Servium, ad hunc versum Eclog. II. Virg. 'Mecum una in sylvis imitabere Pana canendo.'

[o] *Juxta supercilium amnis*] Sic apud Ammian. lib. XVI. 'Supercilia Rheni.' Et lib. XXII. 'Istri supercilia.' Et Noster, lib. VII. 'Ripæ supercilium.'

[p] *Complexus Cannam Deam*] Fistulam ex arundinibus seu cannis, in quas Nympha Syrinx conversa fuerat, dum fugeret ejus amplexus. Fabulam vide lib. I. Metamorphos.

[q] *Eamque voculas omnimodas edocens recinere*] Virgil. Eclog. II. 'Pan primus calamos cera conjungere plures Instituit.'

[r] *Comam fluvii*] Gramen ripæ, μεταφορικῶς.

[s] *Hirt.* [*Hircosus Deus*] Pan, qui hircinis cornibus et pedibus insignis erat.

oculis tuis,[t] amore nimio laboras. Ergo mihi ausculta, nec te rursus præcipitio vel ullo mortis arcessito genere[5] perimas. Luctum desine, et pone mœrorem: precibusque potius Cupidinem[6] Deorum maximum percole: et, utpote adolescentem delicatum luxuriosumque, blandis obsequiis promerere.[7] Sic locuto Deo pastore, nulloque[8] sermone reddito, sed adorato tantum numine[9] salutari, Psyche pergit ire. Sed, cum aliquam multum[1] viæ laboranti[2] vestigio pererrasset, inscio quodam tramite[u] jam delabente,[3] accedit quandam civitatem, in qua regnum maritus[4] unius sororis ejus obtinebat. Qua re cognita, Psyche nuntiari præsentiam suam sorori[5] desiderat: mox inducta, mutuis am-

etiam tuis oculis lugentibus, ardes immodico amore. Crede mihi igitur; neque te iterum velis interficere præcipitio, aut ulla alia morte spontanea. Cessa jam flere, et mitte tristitiam; et propitiare potius precibus Cupidinem potentissimum Deorum, atque illum devinci tibi blanditiis, utpote juvenem mollem et deditum voluptatibus. Ubi Deus Opilio dixit ea, Psyche prosequitur suum iter nullo responso dato, sed venerata Numen propitium. At nondum confecerat multum itineris incessu ægro, cum pervenit per quandam semitam declivem sibi incognitam in urbem quandam, cujus Rex erat maritus unius ex ejus sororibus. Quo comperto, Psyche rogat ut moneatur soror se adesse. Introducta statim, postquam defunctæ

Colv. *Suspiratu.* Fux. *suspiritu:* ut et infra ex Ms. 'Crebros intermiscet suspiritus:' et alibi: 'Suspiritus cruciatus tarditate vehementer.' *Roald.* *Suspiratu.* Alii, *suspiritu.* Flor. *spiritu.* Elmenh.—5 Fux. *a. te g.* ut est in lib. Ald. *Roald.*—6 Scriverius deleri jussit vocem *Cupidinem*, quasi non necessariam: ut pag. 104. 'Parentis meæ Veneris,' uncis ultimam vocem inclusere alii. *Oud.*—7 Bas. pr. *promere.* Id.—8 Abest copula ab Guelf. pr. Edd. Junt. utraque, Ald. Bas. sec. Colv. Vulc. contra Mss. et orationis nexum. Abesse potuisset copula, si præcessisset Psyches nomen. *Id.*—9 Bert. *nomine.* Elmenhorstius. B. M. *nomine.* Putean.—1 *Sed* *antequam multum.* Flor. *S. aliquam m.* Elmenh. An *ubi aliquam multum viæ* vel *ante aliquam m.?* Ita ter et sæpius Noster. *Wass.*—2 Divinabam potuisse scribi, *labascenti.* Corrupte Arnobius lib. III. adversus Gentes: 'Si novenarius numerus cognomen Novensilium dicat, Cornificius balare convincitur, qui novitati præsidentibus Diis alienæ potentiæ vim donat:' ubi rescribo: *Cornificius labare convincitur.* Infra enim sub finem libri ejusdem: 'Cum ex uno et altero manifestum fiat et pateat labare, nec quicquam vos certi de his rebus quas asseritis dicere.' Et hanc nostram in Arnobio conjecturam certiorem puto ista altera, quæ hoc loco Apuleii. *Colv.* *Laboranti.* Sic Flo. et Ro. quod male mutavit Colvius in *labanti.* Vide Gruter. Susp. l. VIII. c. 12. et Indicem. *Elmenh.*—3 Ms. Fulv. *delabante.* Sciopp. in Symb.—4 *Maritus* desideratur

NOTÆ

[t] *Et ipsis mœrentibus oculis tuis*] Priceus sat verisimilius reponit: *istis marcentibus oculis.*

[u] *Inscio quodam tramite*] Ignoto. Sic supra: 'Nesciæ sarcinæ rudimenta miratur.'

plexibus alternæ salutationis[6] expletis, percontanti[7] causas adventus sui sic incipit:[8] Meministi consilium vestrum scilicet, quo mihi suasistis,[9] ut bestiam, quæ mariti mentito nomine mecum quiescebat, priusquam[1] ingluvie voraci me misellam hauriret, ancipiti novacula perimerem. Sed, cum primum, ut æque[2] placuerat, conscio lumine vultus ejus aspexi, video mirum[3] divinumque prorsus spectaculum: ipsum illum Deæ Veneris filium, ipsum, inquam, Cupidinem leni quiete[4] sopitum. Ac, dum, tanti boni spectaculo percita, et nimia voluptatis[5] copia turbata, fruendi laborarem[6] inopia; casu scilicet pessimo,[7] lucerna fervens oleum rebullivit[8] [106] in ejus humerum. Quo dolore statim somno recussus, ubi[9] me ferro et igni conspexit armatam, Tu quidem, inquit,[1] ob[2] istud tam dirum facinus, con-

fuerunt mutuis amplexibus salutationis reciproca, cum interrogaret soror, quare illuc venisset, incipit hoc modo: Recordaris vestri consilii, quo nimirum hortatæ estis me, ut interficerem cultro utrinque acuto belluam, quæ mecum cubabat simulato nomine conjugis, antequam deglutiret me infelicem gutture famelico. Sed, simul atque intuita sum faciem ejus ad lumen lucernæ, ut convenerat inter nos, cerno spectamen stupendum, et penitus divinum, ipsum filium Deæ Veneris, illum ipsum, inquam, Cupidinem placide dormientem. Cumque, attonita aspectu tanti boni, non possem potiri ipso, propter voluptatem immoderatam, qua eram perturbata; pessimo fato accidit ut lampas refunderet oleum ardens in scapulam ejus. Quo dolore excitatus repente e sopore, ut me vidit instructam novacula, et lucerna, Tu quidem, ait,

in Pal. *Oud.*—5 Pith. *soror.* Id.—6 *Alternis ampl. mutuæ sal.* Fux. *mutuis ampl. alternæ salut.* magis proprie et significanter. *Roald.* Manuscriptus, *mutuis ampl. alternæ salut.* Sciopp. in Symbola. *Alternæ ampl. mutuis salut.* Flor. *Elmenh.*—7 Reg. *percuntantim.* Oud.—8 Potius scribam, *infit*, ut sæpe alias. *Colv.*—9 *Cons. vestrum, scilicet quo mihi suasistis.* Fux. *cons. tuum scilicet quomodo mihi suasisti.* Roald. In Regio etiam *tuum.* In Pal. *si* pro *scilicet.* D'Orv. Pith. *quo mihi scil.* Guelf. pr. *quomodo.* Pith. *suasti.* Ed. Junt. pr. *suastis.* Est, qui rursus suspicetur, *scilicet* esse irreptitium. Nam deest Fux. Male, ut sæpe monui. Sed malim distinguere: *cons. vestrum scilicet, quo.* Oud.—1 Pith. *quam.* Id.—2 *Utræque.* Geminata syllaba scribo, *ut utræque.* Itidem ut eadem hac pagina *promerere.* Male enim vulgatur *promere.* Stewech. *Ut æque.* Lego, *utique.* Colv. Forte, *ut utræque:* id est, utrique vestrum. *Sciopp. in Symb.* *Utique.* Ro. *ut æque.* Al. *ut utræque.* Elmenh.—3 Oxon. Guelf. pr. *virum.* Oud.—4 Fux. *quieti.* Id.—5 Prave D'Orv. Pith. Fux. Guelf. sec. Ed. Junt. post. *voluntatis.* Guelf. pr. *voluntate corporis.* Oxon. *voluptate corporis.* In D'Orv. a m. pr. *tributa.* Id.—6 Fux. *laborem.* Id.—7 Guelf. sec. a m. pr. *pessumo.* Id.—8 Quid si legatur *ebullivit:* et post, *somno statim excussus?* Præpositiones RE et EX ita commutatas librariorum negligentia alibi ostendemus. *Stewech.*—9 Fux. *nisi.* Oud.—1 Delet hoc verbum Schottus lib. IV. Obs. c. 4. *Id.*—2 *Ob.* Sic non dubitavi reponere, cum ubique vulgaretur, *ubi.* Et ita etiam Lipsius ad I. Annal. Ta-

festim toro meo diverte,[3] tibique res tuas habeto.[w] Ego vero sororem tuam, et nomen, quo tu[4] censeris, aiebat,[5] jam mihi[6] confarreatis nuptiis[7] conjugabo.[x] Et statim Zephyro præcipit, ultra terminos me domus ejus efflaret.[8] Necdum sermonem[9] Psyche finierat: illa, vesanæ[1] libidinis et invidiæ noxiæ stimulis agitata, præconcinnato[2] mendacio fallens maritum, quasi de morte parentum aliquid comperisset, statim navem ascendit:[3] et ad illum scopulum protinus pergit;[4] et, quamvis alio[5] vento flante, cæca spe

discede actutum a meo thalamo, ob scelus adeo crudele, et effer hinc quæ tua sunt. Ego autem mihi jungam protinus pignore atque hoc connubio tuam sororem, (et dicebat nomen, quo tu vocaris,) et imperat extemplo Zephyro, ut expelleret me flatu ex finibus suarum ædium. Nondum Psyche fecerat finem loquendi, cum illa, exstimulata aculeis insanæ cupiditatis et invidiæ exitialis, decipiens maritum conficto mendacio, perinde ac si audivisset aliquid de obitu suorum parentum, ingreditur subito navem: et confert se statim ad illam rupem; et, licet alius ventus quam

citi. *Colv.*—3 *Divorte.* Male D'Orvill. Fux. Guelferb. *diverte.* Oud.—4 Tò *tu* non est in Bertino. *Elmenh.* Scriv. uncis inclusit. *Oud.*—5 Istud 'aiebat' hic plane supervacuum, præcedente jam 'inquit.' Sed idiotismus est loquendi, præsertim in ore puellari. Vide ad lib. I. pag. 16. 'Risu subjicio, inquam.' *Id.*—6 Exulat *mihi* a Palat. *Id.*—7 *Confestim arra atque his nuptiis.* Eruditiss. vir Josias Mercerus legendum censet: *confarreatis nuptiis conjugabo:* ingeniose, sed sine consensu Mss. Et sane *arra et nuptiis conjugabo,* haud absurde dici posse existimo. *Wower.* Fl. c. *arreptam his n. c.* Pal. c. *arreaticiis, n. c.* Mercerus ad IV. Annal. Taciti, *confarreatis n.* Elmenh.—8 Male Mss. D'Orv. Pith. Guelf. Oxon. Ed. Scriv. Amst. *affl.* Vitiose *domos* Ed. Pric. *Oud.*—9 Fux. *sermone.* Id.—1 Perperam Edd. Vulc. sec. Elmenh. Scriv. *vesaniæ.* Id.—2 Lege ex Palat. *et reconcinn.* Wowerius. Flor. et Pal. *reconcinnato m.* Bene. *Elmenh.* Wowerii Editionem secutus est Pricæus, addendo copulam *et.* Scriv. et Flor. adhæserunt Elmenhorstio, cui suffragatur Guelf. sec. Ceteri Mss. O. et Edd. *præconcinnato:* quod nec temere mutatum vellem. *Oud.*—3 Ms. Oxon. Guelf. pr. Edd. Wow. Pric. *conscendit.* Front. lib. IV. c. 7. §. 31. 'Naves ascendere jussit.' Phædr. lib. IV. F. 21. 'Ascendit navem:' ubi vide Burm. *Id.*—4 Vide, sitne pro adulterino habendum τὸ *pergit.* Stewech. Rationem non percipio. In Florent. est, *statim p.* Oud.—5 *Alieno,* si in Mss. esset, non respuerem. Nunc, cum sit mera Pricæi conjectura, et *alius* quam Zephyrus intelligatur, nihil mutes, suadeo.

NOTÆ

[w] *Tibique res tuas habeto*] Verba solennia divortiorum. Martial. 'Mense novo Jani veterem, Proculeia, maritum Deseris, atque jubes res sibi habere suas.' Dicebatur etiam, 'Tibi res tuas agito,' Πράττε τὰ σά. In sponsalibus discutiendis renuntiatio hac formula concepta erat, 'Conditione tua non utor.'

[x] *Conf. n. c.* [*Confestim arra, atque his nuptiis conjugabo*] Mercerus, ad lib. IV. Annal. Taciti, reponebat hoc loco *confarreatis nuptiis,* quod valde placet. Notum quid fuerit in nuptiis Veterum confarreatio, et de hac agemus lib. VI. ad hæc verba, 'Psyche convenit in manum Cupidinis.'

tamen inhians, Accipe me,[6] dicens, Cupido, dignam te conjugem: et tu, Zephyre, suscipe dominam: saltu se maximo præcipitem dedit. Nec tamen ad illum locum, vel saltem mortua, pervenire potuit. Nam per saxa cautium[7] membris jactatis atque dissipatis, et, perinde[8] ut merebatur, laceratis visceribus suis, alitibus bestiisque obvium ferens pabulum, interiit.[9] Nec vindictæ sequentis[y] pœna tardavit. Nam Psyche errabundo rursus[1] gradu pervenit ad civitatem aliam, in qua pari modo[2] soror morabatur alia. Nec secius et ista[3] fallacie[4] germanitatis inducta, et in sororis sceleratas[5] nuptias[z] æmula, festinavit ad scopulum: inque simile[6] mortis exitium cecidit. Interimdum[7]

Zephyrus tunc spiraret, nihilominus cupiens ardenter id, quod sperabat absque ratione, dicensque: Suscipe me, o Cupido, uxorem te dignam: tu vero, Zephyre, excipe tuam heram: præcipitavit se ingenti saltu. Neque tamen potuit illuc deferri, vel mortua quidem. Obiit enim disjectis et dispersis artubus per cautes scopulorum, et interaneis suis dilaniatis, quemadmodum digna erat, offerens avibus et feris escam paratam. Neque supplicium debitum secundæ ultioni diu dilatum est. Psyche enim devenit iterum vago gressu in aliam urbem, ubi altera soror ejus similiter habitabat. Et ipsa simili modo persuasa fraude fraternitatis, et appetens conjugium suæ germanæ nefarie disturbatum, properavit ad rupem: et corruit peritura

Flante vento Fux. Guelf. pr. *Id.*—6 Ab Oxon. et Guelf. pr. abest *me.* Id.—7 Pal. Guelf. sec. *cautum.* Id.—8 Mss. D'Orv. Pith. Oxon. Palat. Edd. Elm. Scriv. *proinde.* Adi ad pag. 95. *Id.*—9 Edd. Ber. Bas. pr. *interit.* Id.—1 Fux. *rurs. errab.* Idem.—2 Forte, *domo.* Colvius. Frustra. *Oudendorp.*—3 *Secus et ipsa.* Rom. *secius et ipsa.* Elmenh. *Secius* Mss. et Edd. præter Ed. Junt. post. in qua *secus.* Vide ad lib. IV. pag. 76. *Sectius* Pith. In Palat. *et ista,* quod præplacet. *Oud.*—4 Vulgati omnes, *fallaciæ.* Sic 'sævitiem' infra lib. VI. 'minutiem' l. IX. ubi etiam restituo: 'Talis sermonis blanditie cavillatum.' Sic 'Critias, mea delicies,' Apol. I. Emendavi etiam supra lib. IV. *tristitie:* et lib. X. Sic Varro dixit Rerum Divinarum lib. XI. 'Prosiciem extorum vel in mensam porricere.' Sic 'amicities' alibi apud Lucretium: 'notities' in Glossario veteri. Sed jam ohe. *Colv.* Solæ Edd. Junt. Ald. Bas. dant *fallaciæ,* in ceteris scriptis et Edd. est *fallacie,* nisi quod Oxon. det *fallacia,* Pal. *fallem.* Adi Voss. de Anal. pag. 145. et Add. et ad l. IV. pag. 82. *Oud.*—5 Stewech. ad l. X. pag. 379. seu 231. Ed. Pric. conjicit *celeratas.* Male. *Sceleratæ* erant, quia non sine scelere erant disturbatæ, nec sine scelere per sororem appeti poterant. *Id.*—6 Bert. *festinante ad sc. in consimile.* Male. *Elmenh. Inque consimile.* Ita Bertin. *Sciopp. in Symb. et Susp.* II. 18. *Consimile* edidere Wower. et Pric. quod compositum passim adhibet

NOTÆ

[y] *Vindictæ sequentis*] De altera sumendæ.

[z] *In sororis sceleratas nuptias*] Non scelestas, sed consceleratas, scelere sororio violatas et disturbatas: a verbo 'scelerare.' Vel intellige 'sceleratas,' quæ non poterant a sorore citra scelus appeti.

Psyche, quæsitioni[8] Cupidinis intenta, populos circuibat, at[9] ille,[1] vulnere lucernæ dolens, in ipso thalamo matris jacens ingemebat. Tunc avis peralba illa Gavia,[2] [a] quæ super fluctus marinos[3] pinnis natat, demergit sese propere[4] ad Oceani[5] profundum gremium. [107] Ibi commodum Venerem lavantem natantemque[6] propter assistens, indicat adustum filium ejus gravi vulneris dolore, mœrentem,[7] dubium salutis jacere: jamque[8] per cunctorum ora populorum rumoribus conviciisque variis[9] omnem[1] Veneris familiam male audire: quod ille quidem montano[2] scortatu, tu vero marino natatu secesseritis;[3] ac per hoc non Voluptas ulla,[4] non Gratia, non Lepos, sed incomta,[5] et agrestia, et

eodem genere necis. Interea, dum Psyche, attenta ad investigandum Cupidinem, percurrebat provincias, ipse, laborans ustione lampadis, lamentabatur stratus in ipso lecto suæ parentis. Tunc Gavia, volucris illa candidissima, quæ alis natat super undas maris, penetrat se festinanter ad imum sinum pelagi. Illic stans juxta Venerem, quæ tum forte abluebat corpus, et nabat, nuntiat ipsi natum ejus decumbere graviter ustum, et ob dolorem gementem, et ambiguum vitæ; et jam totam stirpem Veneris differri rumoribus ac maledictis diversis in ore omnium nationum: quoniam, inquit, abivistis, ille in montes ad scortandum, tu vero in mare ad lavandum; et propterea nulla jam est voluptas, nullæ gratiæ, nulla venustas; sed omnia sunt in-

Appuleius. Mss. tamen reliqui hic habent, *inque simile.* Nec erat mutandum. *Festinat* D'Orv. *Oud.*—7 *Interim dum.* Non dubito scriptum fuisse: *Interdum.* Sed jam supra alibi dixi. *Colv.* Ego vulgatam retineo, ut 'primum dum,' et similia. *Brant.* Alius delebat *dum.* In Fux. est *de.* Oud.—8 Ms. D'Orv. Guelf. pr. a m. pr. Edd. Aldin. Juntin. post. *quæstioni.* Eadem variatio est in Mss. Plautinis, et alibi pro *inquisitioni.* Id.—9 Τὸ *at* delendum. *Sciopp. in Symb.*—1 Edd. Elm. Scriv. *illo*, male. *Oud.*—2 Pith. *gaudia.* Id. —3 Abest *mar.* a D'Orvill. in quo et Guelf. pr. est *pennis.* Id.—4 Oxon. male *prope.* Id.—5 Pith. *Oceanum.* Id.—6 Fux. *Veneri lavanti natantique.* Roaldus.—7 *Vulnere, dolore mœbentem.* Fux. *vulneris.* Roaldus. Ful. et Pal. recte scribunt: *gravi vulneris dolore mærentem.* Wow. Recte Ms. *gravi vulneris dolore.* Sciopp. in Symb. Distinguo cum Flor. *gravi vulneris dolore.* Elmenh. Accedunt D'Orv. Guelf. sec. et Ed. Junt. post. item Guelf. pr. et Oxon. in quibus *vulnerum.* Ex Wowerii jam tempore *vulneris* edidere viri eruditi. *Oud.*—8 Guelf. sec. Palat. *ipaque.* Id.—9 Mannsc. *validis.* Sciopp. in Symbola. Alii, *validis.* Elmenh. Eadem confusio apud Sueton. in Cæs. c. 79. 'Quin etiam varia fama percrebruit.' Al. *valida:* ubi vide Burm. et me. *Oud.*—1 Oxon. *eamque.* Guelferb. ambo, *omnemque.* Id.—2 *Montano* exulat a Regio, Fux. *Id.*—3 Pal. *secessis.* Oxon. Fux. Guelf. ambo, *secesseris.* Id.—4 *Illa.* Recte Ms. *ulla.* Sciopp. in Symbola. *Ulla.* Vulgo, *illa.* Male. *Elmenh.*—5 Fux. *incomparata.* Id.—6 Pal. Guelf. sec. *horrenda.* Id.—7 *Eluvies.*

NOTÆ

[a] *Gavia*] Gaviæ, teste Plinio, lib. x. cap. 32. aves sunt aquaticæ, in petris nidificantes. Eod. lib. cap. 74. anatibus infensæ.

horrida[6] cuncta sint: non nuptiæ conjugales, non amicitiæ sociales, non liberum caritates, sed enormis illuvies,[7] et squalentium fœderum[8 b] insuave fastidium. Hæc[9] illa verbosa et satis curiosa avis in auribus Veneris, filium lacerans existimatione,[1] ganniebat.[2] At Venus, irata solidum,[3] exclamat repente: Ergo[4] jam ille bonus filius meus habet amicam aliquam? Prome, agedum,[5] quæ sola mihi servis amanter, nomen ejus, quæ puerum[6] ingenuum et investem[c] solicitavit, sive illa[7] de Nympharum[8] populo,[d]

concinna, et rusticana, et hispida: non conjugia honesta, non amicitiæ inter socios, non amor filiorum; sed portentosa fœditas et ingratum tædium sordentium matrimoniorum. Illa volucris garrula et nimis curiosa insusurrabat hæc in aures Veneris, violans famam nati ejus. At Venus his penitus accensa statim exclamat: Ille igitur probus natus meus jam nactus est aliquam amicam? Agedum, tu, quæ sola mihi famularis amice, dic mihi nomen illius, quæ pellexit adolescentem liberalem, et adhuc imberbem, sive illa sit ex plebe Nympharum, sive ex numero Horarum, sive

Fux. *ingluvies.* Roald. Omnes Mss. *ingluvies.* Lege, *illuvies:* et *voluptas ulla*, non *illa.* Wowerius. Ms. *ingluvies.* Placet *illuvies*, ἀλουσία, et squalor. *Sciopp. in Symb.* Flor. et Rom. *gluvies.* Vera lectio, *illuvies.* Elmenh. Sic etiam Salmas. *Ingluvies* etiam D'Orv. Guelf. Oxon. Par. Palat. *Gluvies* Ed. Vicent. e quo male Beroaldus fecit *eluvies*, recte tamen explicans sordes et dehonestamenta. Sed ea sunt *illuvies.* Vide ad lib. I. pag. 5. 'Illuviem operose effrico.' *Oud.*—8 *Federum.* Scribendum, *fœtorum*, aut, si libet, *fœdorum*, voce quasi composita ex 'fœdo' et 'odore.' *Stewech.* *Fœdorum.* Vulgo, *viscerum.* Male. Vide Indicem. *Elmenh.*—9 *Hic.* Legendum: *Sic*, vel, *Hæc.* Sciopp. in Symb.—1 *Filium l. existimationem.* Scribendum erat: *filii l. exist.* Nusquam tamen ante nos emendatum fuit. *Colv.* Ego, *filii l. exist.* Roaldus. Ms. *existimatione.* Putabam: *filii l. existimationem.* Sciopp. in Symbola. Lib. x. 'Cum fidem coram lacerari videret.' *Elmenh.*—2 Bert. *gemebat.* Inepte. *Id.*—3 B. *solitum in exil.* Putean. *Solitum* male etiam in D'Orvill. Perperam quoque Beroald. et alii jungunt *solidum exclamat.* Oud. —4 Pith. *Erga.* Id.—5 Vulgo, *age tu.* Elmenh. E Mss. Florent. sic correxit Elmenh. sequentibus Scriverio et Florido. Bene, et juvant Palat. *promo gedu*, ac Par. *promeo gradu.* In Pith. *promeo gedu.* Fux. *promo gedu.* Guelf. pr. *promodo gredu:* sec. *promeo gradu.* In ceteris Mss. et Edd. *age tu.* Liv. l. IX. c. 16. 'Agedum, lictor, excide radicem hanc.' Sed adi Drakenb. ad lib. III. c. 62. et alibi. *Oud.*—6 Prave ab Ed. Flor. exulat *τὸ puerum.* Id. —7 Ms. Par. *ulla.* Id.—8 D'Orv. *de Nymphis.* Id.—9 *De dearum numero.*

NOTÆ

[b] *Squalentium fœderum, &c.*] Conjugium enim absque amore mutuo non est vere conjugium, sed potius vile pactum, tædii et fastidii plenum.

[c] *Investem*] Nondum vesticipem, nondum puberem. Festus: 'Vesticeps puer est, qui jam vestitus est pubertate: e contra investis, qui necdum pubertate vestitus est.' Nonius 'investes' dici vult, quasi adhuc in Vesta, id est, in pudicitia atque castitate: sed pugnat huic etymo, quod puberes 'vesticipes' dicantur. A veste ergo, non a Vesta,

seu de Horarum numero,[9] [e] seu de Musarum choro,[f] vel de mearum Gratiarum ministerio.[1] [g] Nec loquax illa conticuit avis; sed, Nescio, inquit, domina. Puto, puellæ, si probe memini,[2] Psyches nomine dicitur, efflicte[3] cupere. Tunc indignata Venus exclamavit: Vel maxime Psychen ille,[4]

ex Choro Musarum, aut ex famulitio mearum Charitum. Nec volucris illa garrula siluit: verum, O Domina, inquit, non plane scio. Arbitror eum perdite amare virginem, cui nomen est Psyche, si bene recordor. Tum Venus irata erupit in has voces: Et certo amat illam præsertim Psychen, æmulam meæ pulchritudinis,

Suasu omnium librorum scribendum, *seu de Horarum n.* Wow. Ineptum huic loco *Dearum* nomen. Recte igitur Ms. *seu de Horarum n.* Et statim Ms. habet, *efflictim cupere.* Sciopp. in Symbola. *Horarum.* Sic scribo cum Pal. et Flor. In vulgatis est, *Dearum.* Lib. de Mundo: 'Quam pulchræ et facundæ Horæ.' Ruffinus lib. VII. Antholog. Epigr. 151. Κάλλος ἔχεις Κύπριδος, Πειθοῦς στόμα, σῶμα καὶ ἀκμὴν Εἰαρινῶν Ὡρῶν, φθέγμα δὲ Καλλιόπης. *Elmenh.* —1 Inepte Bas. pr. *ministerio.* Oud.—2 Guelf. pr. *meminerim.* Id.—3 Verius, *efflictim.* Colv.—4 *Illum.* Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. ambo, Pal. Oxon.

NOTÆ

deducendum est.

[d] *De Nympharum populo*] Innumerabili sane. Fuerunt enim permulta Nympharum genera. Aliæ οὐράνιαι, cœlestes; aliæ ἐπίγειοι, terrestres; aliæ ποτάμιαι, fluviatiles; aliæ λιμναῖαι et λιμνάδες, stagnorum; aliæ θαλάσσιαι, marinæ. Et aliis nominibus, Oreades, montium Nymphæ; Dryades et Hamadryades, sylvarum; Napeæ, convallium; Naiades, fontium; et Nereides, maris. De quibus vide plura apud Mythologos.

[e] *De Horarum numero*] Orpheus in Hymno, et Apollodorus Biblioth. lib. I. Horas Jove et Themide natas aiunt. Hæ una cum Jano Cœli portis præerant, teste Ovid. lib. I. Fastorum, ubi Janus ait: 'Præsideo foribus Cœli cum mitibus Horis.' Eas idem Ovid. Floræ dat comites, Fast. V. ubi Flora: 'Conveniunt pictis incinctæ vestibus Horæ, Inque leves calathos munera nostra legunt.' Cui consonat Noster lib. VI. 'Horæ rosis et ceteris floribus purpurabant omnia.' Aliqui Horas a Gratiis non distinxerunt. Horas ἀπὸ τοῦ ὠρεύειν, a custodiendo, dictas ait Scholiastes Hesiodi. Plato in Cratylo ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, a terminando. Macrob. ab Horo, qui Sol est. Tres nominantur vulgo Εὐνομία, Δίκη, et Εἰρήνη; Lex, Justitia, et Pax. Viginti quatuor innuit Ovidius, lib. I. Metamorphos. cum dicit: 'Et positæ spatiis æqualibus Horæ.' Sed de Horis jam satis. Plura si vis, consule Gyrald. Syntagm. XIII.

[f] *De Musarum Choro*] Novem fuere Musæ, quibus varii parentes a variis Auctoribus assignantur. Musæus et complures antiquorum una cum Saturno natas e Cœlo fuisse crediderunt. At Orpheus, Hesiodus, et recentiores Poëtæ Jovis et Mnemosynes filias dixere. Hinc Phædrus: 'Ego, quem Pierio mater enixa est jugo, In quo tonanti sancta Mnemosyne Jovi Fœcunda novies Artium peperit Chorum.'

[g] *De mearum Gratiarum ministerio*] Lib. II. 'Licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni Gratiarum Choro

meæ formæ succubam,[h] mei nominis æmulam, vere diligit. Nimirum istud incrementum[5] lenam me putavit, cujus monstratu puellam illam cognosceret. Hæc quiritans[6] [i] properiter[7] emergit e mari, suumque protinus aureum thalamum petiit:[8] et reperto, sicut audierat, ægroto puero, jam inde a foribus quam maxime boans,[9] Honesta, inquit, hæc,[1] et natalibus[2] nostris bonæque tuæ frugi [108] congruentia?[3] Ut primum quidem tuæ parentis, immo dominæ[4] præcepta calcares, nec sordidis amoribus inimicam meam pollueres; verum etiam, hoc ætatis puer, tuis licentiosis et immaturis jungeres amplexibus; ut ego nurum scilicet to-

quæ conata est usurpare meum nomen. Nempe hoc est augmentum mei doloris, quod habuerit me pro lena, cujus indicio nosset hanc virginem. Vociferans hæc vehementer enatat celeriter e mari, et contendit statim ad suum lectum aureum: et, invento suo filio ægro, ut nuntiatum fuerat ipsi, clamitans altissima voce ab ipsa usque janua, Ista sunt decora, inquit, et convenientia nostro generi, ac tuæ probitati! Ut primum quidem subter haberes jussa tuæ matris, immo dominæ, nec torqueres virginem mihi odiosam vilibus amoribus; quin immo tu, pusio tantulæ ætatis, admoveres eam tuis protervis et præproperis complexibus: nempe ut ego paterer

ille, ut taciti edidere Wow. Pric. In D'Orv. *illam nec f.* Oud.—5 *N. illud incr.* Suspectus locus de mendo. Forte, *n. i. excrementum.* Cupidinem suum Venus præ ira et indignatione τὸ σπέλεθος appellarit. *Roald.* Quidam lib. *retrimentum.* Wowerius. Bert. *ni et aurum illud incrementum.* Alii, *retrimentum.* Lego, *ni et aureum i. incr.* Vide Indicem. *Elmenh.*—6 *Queritans.* Verisimiliter Beroald. *quiritans.* Non semel hæc dictio e nostro hoc Auctore excidit. *Colv. Quiritans.* Sic Manuscr. Vulgo, *quæritans.* Elmenhorstius. B. M. *quiritans.* Putean.—7 *Propiter.* Fux. *properiter*: quod probo. *Roald.* B. M. *properiter.* Putean. Quasi magnum quid præstantes, ita quoque corrigunt Gruter. lib. VIII. Susp. c. 14. Meurs. Exerc. l. IV. c. 17. l. V. Crit. Arn. c. 13. cum istud *propiter* non sit, nisi typothetarum error in Ed. Basil. sed ascitus quoque in Edd. Colv. et Vulc. Nam ceteræ Edd. æque ac Mss. habent vere *properiter.* Vide ad l. I. p. 17. 'Quibus properiter lectis.' *Oud.*—8 Bert. Fux. Guelf. sec. Pith. Pal. Edd. Wow. Pric. *petit.* Quod est perinde. Nam et præterito tempore per contractionem sumi potest: ac præsens et præteritum in relatione historica millies jungi, monitum est creberrime. *Id.*—9 Pith. *boēs.* Id.—1 Rursus *hic* Edd. Vic. Ber. Colin. Bas. pr. *Id.*—2 *Nat. nostris.* Bertin. *et vocalibus vestris.* Sciopp. in Symb. et Susp. II. cap. 18. Elmenh. Prave. Genus nostrum dicit, ut pag. 98. 'Natalium sectacula provenire.' *Oud.*—3 D'Orv. *congruē.* Id.—4 Pith. Oxon. Guelf. pr. *Deum.* Id.—5 *Inimicam meam*

NOTÆ

stipata,' &c. ad quem locum vide Notas nostras.

[h] *Succubam*] Pellicem, quæ debitum Veneris pulchritudini cultum intercepérat. Succuba proprie thalami jugalis dicitur. Hypsipyle Jasoni in Heroidibus: 'Quod gemit Hypsipyle, lecti quoque succuba nostri Mœreat, et leges sentiat ipsa suas.'

[i] *Quiritans*] Clamitans: quasi, invocans Quirites.

lerarem inimicam.[5] Sed utique præsumis[6] nugo, et corruptor, et[7] inamabilis,[k] te solum generosum, nec me jam per ætatem posse[8] concipere. Velim ergo scias, multo te[9] meliorem filium alium genituram, immo, ut contumeliam magis sentias, aliquem[1] de meis adoptaturam vernulis: eique donaturam istas pinnas,[2] et flammas, et arcum,[3] et istas[4] sagittas, et omnem meam supellectilem, quam tibi non ad hos usus dederam. Nec enim de patris tui bonis[l] ad instructionem istam quicquam concessum[5] est. Sed male prima pueritia inductus[6] es, et acutas manus habes,[7][m]

nurum mihi invisam. At nimirum putas, o nugator, et labefactator morum, et odiose, te unum esse nobilem, nec me posse deinceps fieri gravidam propter ætatem grandiorem. Volo igitur ut scias, me procreaturam alium natum longe meliorem quam tu sis; immo, (ut hæc contumelia sit tibi gravior,) me ascituram in filium aliquem ex meis servulis, et daturam ipsi istas tuas alas, et facem, et arcum, et ipsa tela, atque omnia mea arma, quæ non tibi donaveram, ut sic utereris iis. Nihil enim tibi datum est ex opibus tui genitoris ad istam armaturam. Sed male factum, quod armatus es a teneris annis; nam habes manus pungentes, et percussisti

cruciares, &c. tol. inimicam. Veneris hæc verba filium increpantis, ea vero, quod Psychen (de qua præcedentia dicuntur) ut formæ succubam et honorum suorum æmulam a filio exerceri voluerit, arbitror superioribus Apuleii verbis alterubi legendum, *mimicam.* Interea tamen non prætermittendum, quod pag. proxima observabam: 'Verbosa et satis curiosa avis in auribus Veneris filium lacerans existimationem ganniebat.' Poscit enim sententia, reponamus: *in auribus Veneris filii illacerans existimationem ganniebat.* Stewech. Consensus Mss. effecit, ut scriberem, *inim. meam pollueres.* Wow. Malim cum Ms. *inimicam meam pollueres.* Sciopp. in Symbola. Wow. *pollueres.* Elmenhorstius. M. *pollueres.* Putean. *Etiam hoc ætatis.* D'Orv. *tamen hic æt.* Pessime. *Oud.* —6 Pal. *pessimus.* Elmenh. Item Guelf. sec. *Oud.*—7 D'Orvill. *ut*: et in Ed. Scriv. Amst. *re solum.* Id.—8 Pal. Guelf. sec. *possem.* Id.—9 Pith. *te m.* Id.—1 Vitiose Ms. Fux. *aliquam*, et D'Orv. *aliquam de m. adoptaveram hernulis.* Id.—2 Oxon. Guelf. pr. et Par. *pinnulas.* D'Orv. *pennas.* Male. Vide supra. *Id.*—3 Pith. *arcus.* Poëtice. *Id.*—4 Præfero et hic *istas*: uti est in D'Orv. *Id.*—5 Pal. *concussum.* Id.—6 *Instructus.* Hæc Bas. 1. lectio. Ceteri, *inductus.* Num, *imbutus?* Colvius. Ms. *inductus.* Roaldus. Bert. *præ pueritia inductus.* Sciopp. in Symb. et Susp. II. 18. Pal. et Rom. *inductus.* Bert. *præp. inductus.* Flor. *prima tua pueritia instructus.* Elmenh. *Inductus* retineo ex Jurisconsultis et Ammiano. *Brant.*—7 *Habebas.* Fux. *habes*, et

NOTÆ

[k] *Et inamabilis*] Gravissimum convicium. Sic 'inamabilis' unda Stygiæ Paludis Virgilio dicitur, et 'illaudati Busiridis aras:' de quorum ἐπιθετῶν gravitate Gell. Noct. Attic. lib. II. cap. 6. quem vide.

[l] *De patris tui bonis*] De patre Cupidinis variæ sunt sententiæ. Plerique tamen vel Martem vel Vulcanum agnoscunt; et, cum Apuleius Martem vitricum ejus infra dicat, certe patrem Vulcanum agnoscere videtur.

[m] *Acutas manus habes*] Petulantes,

et majores tuos irreverenter pulsasti[n] toties, et ipsam matrem tuam,[o] me, inquam, ipsam, parricida, denudas quotidie: et percussisti sæpius, et[8] quasi viduam utique contemnis.[9][p] Nec vitricum tuum, fortissimum illum maximumque[1] bellatorem,[q] metuis. Quidni! cui sæpius, in ango-

tam sæpe tuos avos absque ulla reverentia, et denudas singulis diebus ipsam tuam parentem, me ipsam, inquam, matricida: et feriisti sæpe et aspernaris veluti viduam: neque times vitricum tuum, illum validissimum et maximum præliatorem. Re-

Aldus. *Roald. Habeas* et *habebas* vitiose est in solis Edd. Basil.—8 Copula non comparet in Edd. Ber. Bas. pr. *Id.*—9 Pith. *catenis.* Id.—1 Fux. *vitricum illum tuum f. ipsumque maximum b.* Roald. Sic etiam Reg. *Illum fort.*

NOTÆ

et malo inferendo semper paratas, et secundum Nonnum et Musæum ὀξέϊ κέντρῳ armatas. 'Pungentes' verti ad verbum.

[n] *Majores tuos irreverenter pulsasti*] An, te majores, hoc est, grandiores (quod puero grande peccatum est:) an vero, tuos avos, Jovem puta Veneris patrem, (juxta hæc Virgil. lib. I. Æn. 'Oscula libavit natæ; dehinc talia fatur: Parce metu, Cytherea,' &c.) et Junonem matrem Vulcani, atque etiam Cybelen Deorum matrem, quam legimus vehementi in Atyn amore flagrasse?

[o] *Ipsam matrem tuam*] Venus enim amavit Martem, Adoniden, Anchisen, &c. 'Denudas' intellige, vel spolias pudore, vel, magis, ad verbum, spolias vestibus, ut nudam amatoribus potiendam exhibeas.

[p] *Quasi viduam utique contemnis*] Viduæ despectui sunt, non filiis modo, verum etiam aliis, utpote mariti præsidio destitutæ, ideoque injuriæ magis patentes. Terent. Heautontim. Act. V. Scen. 1. 'Non, ita me Dii ament, auderet hæc facere viduæ mulieri, Quæ in me fecit.' Petronius: 'Jam enim faxo sciatis, non viduæ hanc insulam esse, sed M. Manilii.'

[q] *Nec vitricum tuum, fortissimum illum maximumque bellatorem*] 'Vitricus meus' is est, qui defuncto meo patre matrem meam uxorem duxit. At quomodo 'vitricus' Cupidinis Mars, qui Veneris ejus matris adulter, non maritus erat? Nisi forte repudiato Vulcano Venus ipsi nupserit. Extat certe apud Martialem Epigramma 21. libri VI. de Nuptiis Stellæ et Ianthidos, quo Mars legitimus aliquando Veneris maritus factus fuisse innuitur: 'Perpetuam Stellæ dum jungit Ianthida vati, Læta Venus dixit: Plus dare non potui. Hæc coram domina; sed nequius illud in aurem: Tu ne quid pecces, exitiose, vide. Sæpe ego lascivum Martem furibunda cecidi, Legitimos isset cum vagus ante toros. Sed, postquam meus est, nulla me pellice læsit: Tam frugi Juno vellet habere Jovem,' &c. At nihil necesse sic intelligere. 'Vitricum' filii appellat adulterum, quem conjugem suum in Martialis Epigrammate innuit, 'prætexens' nimirum 'nomine culpam.'

rem mei pellicatus, puellas propinare consuesti.[2] Sed jam faxo,[3] te lusus[4] hujus pœniteat, et sentias acidas et amaras istas nuptias.[5] Sed nunc irrisui[6] habita quid agam? Quo me conferam? Quibus modis stellionem istum[r] cohibeam? Petamne auxilium ab inimica mea Sobrietate, quam propter hujus ipsius luxuriam offendi sæpius? Aut rusticæ[7] squalentisque fœminæ colloquium adhibendum[8] est? Horresco:[9] nec tamen vindictæ solatium unde unde spernendum est.[1] Illa mihi prorsus adhibenda est,[2] nec ulla alia:

vera; nam solitus es sæpius conciliare ipsi pellices ad me excruciandam. Sed curabo ut te pœniteat hujus ludi, et experiaris istud connubium acerbum et insuave. Sed quid nunc ego derisa faciam? Quo tendam? Qua ratione coërcebo hunc maleficum? Implorabone opem Sobrietatis hostis meæ, quam toties læsi ob libidinem hujus ipsiusmet? Aut omnino sermo habendus mihi erit cum illa muliere agresti et sordida? Horreo id cogitans: sed tamen non est repudiandum solamen ultionis, quacumque ex parte adveniat. Utendum sane mihi est hujus opera, et

Guelf. sec. *Que* abest ab Oxon. *Oud.*—2 *Consuevisti.* Flor. *consuesti.* Elmenh. Lego cum Ro. Ed. *consuesti.* Brant. *Consuesti* habent Mss. et Edd. ante Bas. quod bene revocarunt Elm. Scriv. Flor. Vide ad Cæs. Liv. Sueton. in Notarum Indicibus. *Oud.*—3 *Sed faxo.* Flor. *Sed jam f.* Elmenh.—4 Pal. *luxus.* Idem. Item Oxon. et Guelf. sec. creberrima variatione. Utrumque jungitur de Cupidineis amoribus et luxuria in fine hujus libri: 'Filii tui lusus semper explorabis quotidie, et in eo luxuriem culpabis,' &c. *Senties* Pith. *Oud.*—5 *Nuptias istas.* Præstat ordo, qui est in Fux. Guelf. sec. Ed. Junt. post. *istas nuptias.* Id.—6 Aldus, *in risu.* Elmenh. Al. *in risu.* Forte, *insuper:* ut supra lib. I. 'Hic est, qui meis amoribus insuperhabitis:' ut habent vett. lib. rectius, quam editi, *subterhabitis.* 'Insuperhabere' eleganter pro, negligere, ac contemnere. Adeundus M. Ant. Muretus l. XI. Var. cap. 17. post Jacobum Cujacium et Jacobum Rævardum, Jurisc. hunc Belgicæ Papinianum alterum, illum Galliæ. *Brant.* Edd. Junt. pr. et Colin. quoque *in risu:* quod ortum ex Orthographia *inrisui,* vel *inrisu,* antiquo Dativo, de quo supra. In Bas. pr. Ed. *quod ag.* Oud.—7 *Aut rustice.* Bert. *an r.* Elmenh. *Rusticæ squalentisque* O. Mss. et Edd. *Oud.*—8 *Prorsus adh.* Adverbium non legas in Regio, Fux. nec Edd. Wow. Pric. Rectius, ut puto. Sequitur enim 'Illa mihi prorsus adhibenda.' *Id.*—9 Bertin. et Edd. Elmenh. Scriv. Flor. *Inhorresco.* Nil muta. Passim apud Poëtas, 'Horresco referens,' 'Horret animus,' et similia. *Id.*—1 *Nec t. v. s. tantum spern. est.* Fux. *nec t. v. s. unde sp. est:* quod perplacet. *Unde,* i. undecumque, videlicet, πόθεν δήποτε. Sic Tert. advers. Hermog. 'Tamen a quocumque et

NOTÆ

[r] *Stellionem istum*] Glossæ Pricæo laudatæ: 'Κακοῦργος: maleficus stellio.' Est autem 'stellio' lacertus minor, variis stellatus corpora guttis, fraudulentum animalculum, homini invidens, ut ferunt. Vide pueri in stellionem metamorphosin apud Ovid. lib. V. A stellione, 'stellionatus,' id est, imposturæ, crimen nominatum: quod maxime in his locum habet: si quis forte rem alicui obligatam dissimulata obligatione per calliditatem alii distraxerit: item si quis merces supposuerit, vel corruperit, et si quis imposturam fecerit.

quæ castiget [109] asperrime nugonem istum: pharetram[s] explicet,[3] et sagittas dearmet, arcum enodet,[4] tædam deflammet, immo et ipsum corpus ejus acrioribus remediis[t] coërceat. Tunc injuriæ meæ litatum[5] crediderim, cum ejus comas, quas istis manibus meis subinde aureo nitore perstrinxi, deraserit:[6] pinnas, quas meo gremio nectarei fontis[u] infeci, prætotonderit. Sic effata, foras sese proripit infesta, et stomachata biles Venereas.[7] [w] Sed eam[8] protinus Ceres et Juno continuantur:[9] [x] visamque vultu tumido, quæ-

nullius alterius: ut puniat severissime nugatorem hunc, et evacuet ejus pharetram, exarmet tela, solvat arcum, extinguat facem, quin et cohibeat ipsum illius corpus asperioribus medicaminibus. Tum putabo satisfactum meæ contumeliæ, cum totondero ejus capillos, quos aureo splendore fulgentes sæpe collegi in nodos his manibus: et cum resecuero alas, quas tinxi ambrosio liquore mei sinus. Sic locuta, erumpit foras infensa, et percita ira Venerea. Verum Juno et Ceres extemplo se adjungunt

unde passus est fieri.' Et absolute 'unde' pro eodem, apud illum auctorem eodem lib. 'Quanquam possimus unde illas prolatas æstimare.' *Roald.* Vera lectio Cod. Pal. *nec tamen vindictæ solatium unde unde spernendum est.* Wowerius. *Unde unde.* Sic Flor. et Pal. Vulgo, *tantum.* Elmenh.—2 Cum bis præcedat verbum substantivum, hic omnino id deleri malim. *Oud.*—3 Scribe, *expilet:* quæ et Fulvii conjectura est. *Wow.* Valde probo Fulvii conjecturam, legentis *expilet.* Sciopp. in Symbola. Fulvius, *expilet.* Recte. *Elmenh.* —4 Vulgo, *denodet.* Idem.—5 Oxon. a m. pr. *latam.* Oud.—6 *Deraserim.* Flor. *deraserit.* Elmenh. Non modo *deraserit*, sed et mox *prætotonderit* pro *rim* est in Flor. Pal. D'Orv. Guelf. Reg. Fux. Oxon. atque Ed. Junt. post. Quod reposui, ut verissimum. Nam ad Sobrietatem hæc quoque referenda sunt, uti præcedentia. In Par. *derasi.* Oxon. *pinna.* Oud.—7 Dicta hæc de ipsa Cupidinis matre Venere, et eam causam sufficere existimo, quapropter emendem: *biles meras.* Quod autem extremo hoc libro scribitur: 'Sed Venus indignata, ridicule tractari suas injurias, perversis illis, alte rursus concito gradu pelago viam capessit:' malim legere, *reversis illis.* Stewech.—8 Ed. Junt. post. *Sed jam.* Oud.—9 *Comitantur.* Fux. *continuantur.* Observavi sæpe in his Milesiis verbum 'continuari' positum pro, continuo et statim subsequi. Nove id quidem, sed prorsus Apuleiano more, ut supra: 'Egredientem continuatur Pythias:' et aliis locis, quos longum esset enumerare. *Roald.* Fugerat hoc loco elegans vocula, quam ex gemino Fulvii codice restituo: *continuatur:* quamvis in altero sit *continuant;* quod

NOTÆ

[s] *Pharetram, &c.*] Recte hæc per allegoriam dicuntur de Sobrietate. Illa enim retunduntur libidinis motus et ardores, quæ tela, et faces, et arcus, et sagittæ sunt Cupidinis. Notum est adagium: 'Sine Cerere et Baccho friget Venus.'

[t] *Acrioribus remediis*] Inedia scilicet, qua maxime coërcetur Cupido.

[u] *Meo gremio nectarei fontis*] Hypallage; pro, nectareo fonte mei gremii.

[w] *Stomachata biles Venereas*] Fœminea atque impotenti ira accensa.

[x] *Cont.* [*comitantur*] Brantius, *continuantur;* hoc est, assequuntur; sat

siere, cur truci supercilio tantam venustatem micantium oculorum coërceret? At illa, Opportune,[y] inquit, ardenti prorsus[1] isto meo[2] pectori violentiam scilicet perpetraturæ[3] venitis. Sed totis, oro, vestris viribus Psychen illam fugitivam, volaticam,[4] mihi requirite. Nec enim vos utique domus meæ famosa fabula,[5] et non dicendi[6] filii mei[z] facta

ipsi comites: cumque cernerent eam esse facie turgida, rogaverunt, quare cohiberet supercilio minaci tantam pulchritudinem oculorum fulgurantium? At illa, Advenitis, inquit, tempestive, ut nimirum vim faciatis his meis præcordiis penitus æstuantibus ira. Sed investigate mihi, precor, omni vestro conatu illam vagam et fugitivam Psychen. Neque enim ignoratis profecto infamem rumorem, qui dispergitur de mea

æque bonum. Sic inferius l. VI. p. 98. et vulgo et in Fulviano quoque libro legitur: 'Continuaveris claudum asinum.' Sed corrigo, *Continuaberis;* sive, ut in Bertiniano extat, *Continuabis*. Sæpe Apuleius ea voce utitur, ut dixi Susp. Lect. lib. IV. Epist. 16. ubi et Symmachi loca similiter emendavi. *Sciopp. in Symb.* *Continuatur* legi in quodam Fulvii Ursini manuscr. et in alio *continuant*, testatur doctissimus Caspar Scioppius Notis ad Symmach. lib. I. Epist. 53. ubi idem legit cum Franc. Modio: 'Nisi forte in sylvis Apollinem continuaris.' Sic Noster supra lib. I. 'Inde me commodum egredientem continuatur Pythias:', id est, offendit me, occurrit mihi, ut lib. VI. 'Continuaveris' (aut, ut Scioppius legit, *Continuaberis*, sive, ut in Bertiniano, *Continuabis*, quod æque bonum) 'claudum asinum,' &c. Sic apud eundem Symmachum l. IV. Epist. 44. legendum jam diu monuit idem Modius: 'Nam me in sylvis Laurentibus continuatus est rurali quieti inhærentem.' Nonius ex Sisenna: 'Continuari; convenire, concurrere.' *Brant.*—1 Par. *protinus*. Vide ad pag. 98. *Oud.*—2 *Modo*. Fux. *meo:* et ita Ald. *Roald.* Pro *meo* sola Ed. Bas. *modo*. Oud.—3 *Perpetrare*. Minus venuste maxima pars ante cusorum, *perpetraturæ*. Infra l. VI. (p. 115.) 'Maritum, qui vulnere tuo periclitatur, intervisere venisti.' Plautus: 'Ad Veneris fanum venio visere:' et Propertius: 'Ibat et hirsutas ille videre feras.' Sed et Lipsius legebat: *perpetuare*. Colvius. Fux. *perpetraturæ*. Forte an, *perpacaturæ?* Roaldus. *Perpetrare*. Flor. *perpetraturæ*. Elmenh.—4 Pal. Oxon. Guelf. sec. *voliticam*. Oud.—5 Rom. *tabula*. Florent. *famula*. Benc. *Elmenh.* *Tabula* Pith. Quo sensu *famula* probet Elmenh. non capio. Psyche utique non erat famula Venereæ domus, quales erant Veneris addictæ sacerdotio, eique operantes, præsertim in Sicilia. Vulgatum bene se habet. *Oud.*—6 Petrus Faber olim emendavit, *dicenda*. Quare sententiam ejus non probemus, alius erit dicendi locus σὺν Θεῷ. *Roald.* In rebus scævis δυσφημίας vitandæ causa plerumque omittebant Veteres nomen personæ. Sic inter conviciorum exempla hoc etiam ab Ulpiano relatum est: 'Filius non nominandus,' l. III. Digest. de liberis et posthumis. Vide Helladium in Biblioth. Photii fol. 875. *Elmenh.* B. M. *dicenda*. Putean. Ut substitui, volebant alii. Sed recte monuit Pricæus, sensum esse: facta filii, ob quæ non amplius filius meus nominari debet. Supra:

NOTÆ

verisimiliter. Sic lib. I. 'Inde me commode egredientem continuatur Pythias.'

[y] *Opportune*] Ironice.

[z] *Et non dicendi filii mei*] Propter recens flagitium, et spreta materna jussa. Sic supra: 'Illas scelestas fœminas, quas tibi, post internecinum

latuerunt. Tunc illæ, ignaræ[7] quæ gesta sunt,[a] palpare Veneris iram sævientem sic adortæ: Quid tale, domina, deliquit[8] tuus filius, ut animo pervicaci[9] voluptates illius impugnes:[1] et, quam ille diligit,[2] tu quoque perdere gestias? Quod autem, oramus, isti[3] crimen, si puellæ lepidæ libenter arrisit? An ignoras, eum masculum et juvenem[4] esse,[b] vel certe jam quot sit annorum oblita es? An quod ætatem portat bellule,[5] puer tibi semper videtur?[6] Mater autem tu, et præterea cordata mulier, filii tui lusus semper explorabis curiose, et in eo luxuriem culpabis, et amores revinces, et tuas artes tuasque delicias in formoso filio reprehendes? Quis autem te Deum,[7] quis hominum patietur,[8] passim cupidines populis[9] disseminantem, cum tuæ domus amores amare[1] coërceas, [110] et vitiorum muliebrium[c]

familia, et flagitia Cupidinis, jam non nominandi mei filii. Tum illæ scientes ea, quæ facta fuerant, sic aggressæ sunt demulcere infestam iram Veneris: Quid tantum peccavit tuus natus, domina, ut relucteris obstinata mente ejus gaudiis, et tu cupias etiam perimere illam, quam ipse amat? Quod vero delictum ipsi est, rogamus, si venusta puella placuit ejus animo? An nescis eum esse marem, et juvenem, aut certe oblitane es quot habeat annos? An quia sustinet venuste ætatem, videtur tibi semper puer? Tu vero, quæ es ipsius mater, et insuper prudens fœmina, an semper observabis curiose oblectamenta tui filii, et in illo vituperabis libidinem, et condemnabis amores, ac redargues in pulchro filio tuas artes, et voluptates? Quis vero ex Diis, aut quis ex hominibus feret te spargentem amores ubique per populos, cum ipsos amores tuæ domus reprimas severe, et eis claudas publicam officinam vitiorum

‘Fœminas, quas tibi ob scelera sorores appellare non licet.’ *Oud.*—7 *Gnaræ.* Rom. *ignaræ.* Elmenh.—8 Vitiose Oxon. *talem dominam rel.* Fux. *domina inquit del.* Mox *ut* deest D'Orv. *Oud.*—9 Malim cum Ms. *pertinaci.* Sciopp. in Symbola. Alii, *pertinaci.* Elmenh.—1 Ed. Vic. *impingues.* Oud.—2 Pith. *ille quoque dil.* Id.—3 Ms. Ful. *Quod autem istius.* Pal. *Quod autem damus isti.* Wow. Sciopp. in Symbola. B. M. *Quod autem damus isti.* Putean. *Istic fort.* *Brant.*—4 Dele τὸ *juvenem* ex Flor. *Elmenh.*—5 Oxon. *vetule.* Fux. Guelf. sec. *vellule.* Oud.—6 *Semper videtur.* Pal. Fux. *supur.* Id.—7 *Quis autem Deum.* Fux. *Quis a. te Deum.* Roaldus. B. M. *Quis autem te Deum.* Putean. *Te* recte addunt Mss. plerique mei quoque cum Edd. ante Basileenses, item Elmenh. Scriv. Flor. *Oud.*—8 Pal. *patientur.* Id.—9 Pal. *populi.* Bert. *deseminantem.* Id.—1 Bert. *a. amore.* Male. *Elmenh.*—2 Fux. *pub.*

NOTÆ

odium, et calcata sanguinis fœdera, sorores appellare non licet.’

[a] *Ignaræ quæ gesta sunt*] Scribe *gnaræ.* Mox enim ipsæ rem omnem narrant.

[b] *Eum masculum et juvenem esse*] Τὸ *juvenem* Pricæus frustra solicitat. Opponitur hic non seni, sed puero. Mox enim: ‘An, quod ætatem portat bellule, puer tibi semper videtur?’

[c] *Vitiorum muliebrium*] Consuetudi-

publicam [d] præcludas officinam? [2] Sic illæ metu sagittarum, patrocinio gratioso [3] Cupidini, quamvis absenti, blandiebantur. Sed Venus, indignata ridicule tractari suas injurias, præversis illis, alte rursus [4] concito gradu, pelago viam capessit. [5]

fæmineorum? Sic illæ adulabantur officiosa defensione Cupidini licet absenti, formidine telorum ejus. At Venus, graviter ferens quod ageretur jaculariter de suis contumeliis, relictis illis post terga, contendit ad Oceanum vestigio iterum vehementer accelerato.

præc. vicinam. Roald.—3 Veteres editiones, *glorioso.* Colvius. *Generoso.* Fux. *glorioso:* et Ald. Ita locutus Imp. in l. Advocati Cod. de Advocat. diverso. Jud. *Roald.* *Gratioso.* Aldus, *glorioso.* Elmenh.—4 Vir doctus ad marg. Ed. Colv. conjecit *alterorsus* ex lib. IX. p. 196. Ed. Pr. Sed ibi *altrorsus* legendum videbimus. *Oud.*—5 D'Orv. *compescit.* Id.

NOTÆ

nis cum mulieribus.

d *Publicam*] Quam omnibus aperis.

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER VI.

INTEREA Psyche variis jactabatur [1] discursibus, dies noctesque [2] mariti vestigationibus inquieta, animo tanto cupidior, iratum licet, si non uxoriis [3] blanditiis lenire, certe servilibus precibus propitiare. Et, prospecto templo quodam in ardui montis vertice, Unde autem, inquit, scio, an [4] istic meus degat dominus? Et illico dirigit citatum gressum, qua defectum prorsus assiduis laboribus spes incitabat et votum. Jamque, gnaviter emensis [5] celsioribus jugis, pulvinaribus [a] sese proximam [6] intulit. Videt spicas frumen-

Interim Psyche agebatur diversis erroribus, anxie intenta diebus ac noctibus indagationi sui conjugis, eo magis exoptans animo eum quamvis infensum placare saltem servilibus supplicationibus, si non posset demulcere blandimentis uxoriis. Et viso quodam delubro in cacumine excelsi montis, Quid autem novi, inquit, num meus dominus ibi habitet? Et statim contendit illuc gressu festino, quem penitus debilitatum continuis laboribus spes et desiderium accelerabant. Et, altioribus culminibus jam strenue superatis, accessit proxime ad lectulos Numinis. Cernit

1 Pal. *jactabar*. Oud.—2 Non comparet τὸ *que* in Ms. Pith. Edd. Beroaldi, ac Bas. pr. uti alibi dicitur 'equis, viris,' et similia. Sed Msstis standum. *Id.*—3 *Uxoris*. Lego, *uxoriis*. Elmenh.—4 *Unde autem scio an*. Ber. Ed. *unde aut*. Male. Vide Pric. Pro *an* in M. Bas. pr. *ais*. Oud.—5 Male Pith. Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. *graviter*. Fux. Guelf. *naviter*: et Ms. D'Orv. *emersis*. Vide ad lib. I. p. 2. 'Post ardua montium emensa.' *Id.*—

NOTÆ

[a] *Pulvinaribus*] Lib. IV. 'Pulvinaria proteruntur:' ad quem locum vide Notas nostras.

tarias in acervo, et alias flexiles[7] in corona: et spicas[8] hordei videt. Erant et falces, et operæ messoriæ mundus[9] omnis;[b] sed cuncta passim jacentia, et incuria confusa, et,[1] ut solet, æstu laborantium manibus projecta. Hæc[2] singula Psyche curiose dividit, [111] et discretim[3] remota rite componit: rata scilicet, nullius Dei fana et[4] cærimonias negligere[5] se debere, sed omnium[6] benevolam misericordiam corrogare. Hæc eam solicite seduloque curantem,[7] Ceres alma[8] [c] deprehendit: et longum exclamat[9] protinus: Ah,[1] Psyche miseranda! totum per orbem Venus

aristas frumenti coaggeratas, et alias implexas in corollam; conspicit quoque aristas hordei: erant etiam novaculæ, et omne instrumentum messium; verum omnia jacebant hinc inde permixta ex negligentia, et abjecta manibus æstuantium calore, sicut consuevit fieri. Psyche separat hæc cuncta studiose, et seorsim divisa recte ordinat: putans nimirum nullius Numinis templa et sacra sibi esse negligenda, sed benevolentiam et miserationem cunctorum esse implorandam. Alma Ceres offendit ipsam procurantem ea anxie et diligenter, et statim exclamat eminus: Ah, Psyche infelix!

6 Verius scribi putabam: *proximis.* Colv.—7 *Flexibiles.* Ms. *flexiles.* Sciopp. in Symbola. *Flexiles.* Palat. *fluxibiles.* Vulcanius, *flexibiles.* Elmenh. Tibull. lib. I. Eleg. I. *Idem in Add.*—8 Aliquando *stipulas* legendum hic esse me docuit Gronovius. Et recte. Plin. l. XVIII. c. 30. 'Hordei stipulam bubus gratissimam servant.' *Toll.* Nec mihi displicet. *Oud.*—9 *Modus.* Non male emendasse videri potest Gulielmius olim meus: *mundus.* Nam Noster Apol. I. 'Quoniam, ut res est, majus piaculum decernis, speculum philosopho, quam Cereris mundum profano videre.' *Colv.* Fux. *mundus:* quod perplacet etiam, quamvis rectius vulgata lectio. *Roald.* Fulv. et Pal. *mundus.* Vere, quod et alii conjecerant. *Wow.* Hariolatus fuit Janus Gulielmius, Germaniæ olim nostræ ocellus, dum rescripsit, *mundus.* Nam et ita legitur in Fulvii codice. *Mundus* igitur significat id, quod Cicero instrumentum vocare solet; hoc est, apparatum, instructum, ornatum, &c. Idem Apul. Apolog. I. p. 257. 'Majus piaculum dec. speculum phil. quam in Cereris mundum prof. vid.' *Sciopp. in Symbola.* *Mundus.* Sic Fulvii liber, Pal. et Flor. quemadmodum etiam Gulielmius divinavit Verisimil. l. III. c. 13. In Rom. Aldo, et Venet. est *modus,* in aliis *munus.* Male. *Elmenh.* M. *mundus.* Puteau.—1 Desideratur *et* in Oxon. *Oud.*—2 Edd. pp. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. Colv. Vulc. de more, *Hic:* et statim *Hic eam* pro *Hæc eam.* Id.—3 Pal. Guelf. *discrete.* Id.—4 Copula deest Mss. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. Pal. Oxon. et Edd. O. ante Bas. sec. et Colv. In Junt. post. est *cærimoniis.* Mallem, si quid mutandum, rescribere, *fano c.* Id.—5 Mss. plerique, et Edd. Colv. Vulc. Wow. Pric. *negleg.* Vide ad Cæs. Sallust. Liv. et alios. *Id.*—6 Exulant τὰ *sed omnium* a Palat. *Benevolentiam* Pith. *Benevolentiam et miser.* D'Orv. *Id.*—7 Pal. *curante.* Pro *eam* in Pith. *autem.* Id.—8 Prave desideratur *alma* in Ed. Bas. pr. *Id.*—9 Reg. Fux. Guelf. Pal.

NOTÆ

[b] *Operæ messoriæ mundus omnis*] Instrumenta, quibus utuntur messores: falces, rastra, &c.

[c] *Ceres alma*] Proprium Cereris ἐπίθετον 'alma,' quod frugibus mortales alat.

anxia disquisitione tuum vestigium furens[2] animi requirit: teque ad extremum supplicium expetit, et totis numinis sui viribus ultionem flagitat.[3] Tu vero rerum mearum tutelam nunc geris, et aliud quicquam cogitas, nisi de tua salute? Tunc Psyche pedes ejus advoluta, et uberi fletu rigans Deæ vestigia, humumque verrens crinibus[d] suis, multijugis[4] precibus editis veniam postulabat:[5] Per ego te[6] frugiferam tuam dexteram istam deprecor, per lætificas[7] messium cærimonias, per tacita secreta cistarum,[8] [e] et per[9] famulorum tuorum draconum pinnata curricula,[f] et glebæ Si-

Venus, accensa mentem furore, investigat te solicita indagatione per universam terram: et deposcit te ad summam pœnam de te sumendam, et postulat vindictam omnibus nisibus suæ divinitatis. Tu autem curas res meas, et cogitas de ulla alia re, quam de tua vita? Tum Psyche, prostrata ante pedes Deæ, et proluens ejus vestigia lacrymis abundantibus, ac tergens solum suis capillis, rogabat veniam variis prolatis supplicationibus: Ego oro te per tuam istam manum, quæ gestat fruges, per sacra messium exhilarantia, per secreta mysteria tuorum canistrorum, perque currus alatos draconum tibi famulantium, et arationem

Oxon. Par. D'Orv. *exclamavit.* Id.—1 Rom. *Am.* Elmenh. Ms. D'Orv. *Ayn.* Pith. Fux. Guelf. *Ain.* Pal. Bert. Edd. Ber. Bas. *Ain'.* Oxon. *An.* Edd. Vic. Ven. *A.* Beroaldus correxit *Ah.* Oud.—2 Palat. *f. ut.* Dein *appetit* Pith. *Id.*—3 Malim ex Bertin. *fatigat.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. l. IV. Ep. 14.—4 Oxon. *multiragis.* Ed. Ald. *multis jugis.* Vide ad l. VIII. p. 157. 'Multivagi casus,' et 'multijuga scaturigine.' *Oud.*—5 Reg. *postulat.* Id.—6 *Rogo te.* Fux. *Per ego te:* quod mihi valde probatur, et est in Ald. lib. *Roald.*—7 Oxon. *letiferas.* Pessime. *Oud.*—8 Fux. *secreta cist.* Roaldus. *Secreta.* Vulgo, *sacra.* In cistis occultabantur orgia Bacchi. Catullus: 'Pars obscura cavis,' &c. Turnebus Adversar. lib. XVI. cap. 14. Lilius Gyraldus Historiæ Deorum Syntagm. XIV. p. 414. *Elmenh.*—9 Abest τὸ *per* a Ms. D'Orv. Fux. ac *draconum* a Palat. Satis certe illi intelligerentur per 'pinnata curricula.' De draconibus Cereris omnia sunt pervulgata.

NOTÆ

[d] *Humum verrens crinibus*] Quod in calamitatibus factitatum ad iram Numinum placandam. Claudian. 'Numinibus votisque vacas, et supplice crine Verris humum.'

[e] *Per tacita secr.* [*sacra*] *cistarum*] Arcana Cereris sacra et mysteria in cistis seu canistris a mulieribus portabantur in solennibus ejus pompis; quæ mulieres ideo κανηφόροι, canistriferæ, dictæ sunt. Quidam Codices habent *tacita secreta,* quod in idem recidit. Orgia etiam Bacchi in cistis ferebantur. Catull. Carmine quod inscribitur Argonautica: 'Pars obscura cavis celebrabant Orgia cistis, Orgia, quæ frustra cupiunt audire profani.'

[f] *Draconum pinnata curricula*] Fabulantur Cererem curru tracto ab alatis draconibus seu serpentibus vehi solitam. Ovid. lib. VI. Metamorphos. 'Geminos Dea fertilis angues Curribus admovit, frænisque coërcuit ora.'

culæ sulcamina,[1 g] et currum rapacem,[h] et terram tenacem,[i] et illuminarum Proserpinæ nuptiarum demeacula, et luminosarum filiæ inventionum[l] remeacula,[k] et cetera, quæ silentio tegit Eleusinis[2 m] Atticæ sacrarium, miserandæ[3] Psyches animæ, supplicis tuæ, subsiste.[4] Inter istam spicarum congeriem patere vel[5] pauculos dies delitescam; quoad Deæ tantæ sæviens ira spatio[6] temporis mitigetur, vel certe meæ vires, diutino labore fessæ, quietis intervallo

soli Siculi, et currum raptorem filiæ tuæ, et tellurem, quæ retinuit ipsam, et descensionem Proserpinæ, cum obscurum ejus conjugium celebratum est, et reditum filiæ tuæ, postquam reperta fuit ad lumen tædarum, et per reliqua quæ Eleusis, sacrarium Atticæ, celat taciturnitate, succurre vitæ infelicis Psyches, quæ tibi supplicat. Sine me latere in hoc acervo aristarum saltem per aliquot dies; donec crudelis furor tantæ Deæ leniatur intervallo temporis, aut saltem meæ vires fractæ longo labore

Oud.—1 Oxon. *sulcania.* Dein *tegi* in Regio. *Id.*—2 *Eleusis.* Manuscr. *Eleusinis.* Sciopp. in Symbola. *Eleusinis.* Al. *Eleusis.* Flor. 2. *Eleus in his.* Elmenh.—3 Bertin. rursus, ut supra, *Ah mis.* Pith. Ed. Vicent. *a miser.* In Bas. pr. vitiose, *miserum de Ps.* Oud.—4 Ed. Vicent. et M. Bas. pr. *subsistere.* Id.—5 Abest *vel* a Bertin. *Id.*—6 Aldus insulse, *sæviens inspiratio.* Sidon. Apollin. lib. IV. Epist. 12. ‘ Postquam nostra sensim temporis intervallo ira

NOTÆ

[g] *Et glebæ Siculæ sulcamina*] Quæ Cereri ejusque filiæ Proserpinæ sacra erant. Siculi enim arbitrati sunt has Deas apud se natas fuisse, et fruges in Sicilia primum repertas. Nec immerito. Frugum enim adeo ferax fuit, ut Italiæ horreum diceretur.

[h] *Currum rapacem*] Quo Pluto Proserpinam rapuit.

[i] *Terram tenacem*] Quæ Proserpinam, seu potius sementem per eam designatam, media anni parte detinet, ex pacto Cererem inter et Proserpinam inito jussu Jovis.

[k] *Demeacula, et, &c. remeacula*] Lib. I. ‘ Frustulum panis, &c. mediis faucibus inhæreret, ac neque deorsum demeare, neque sursum remeare posset.’

[l] *Luminosarum filiæ inventionum*] Ceres, investigatura filiam, duas tædas dicitur ad Ætnæ ignes accendisse, et cum iis orbem peragrasse terrarum. Hinc est quod accensas tædas in ejus sacris ferebant. Et hic ‘ luminosæ inventiones ’ Proserpinæ dicuntur, quoniam ad tædarum illarum lumen factæ erant.

[m] *Eleusinis*] Urbs Atticæ dicta ab Eleusio Rege, qui Cererem, filiam investigantem, benigne excepit hospitio. Ob cujus rei memoriam, sive quia, ut referunt quidam, frumenti satio a Triptolemo apud Eleusin reperta est, solennia sacra Cereri instituta sunt apud illam urbem. Per mulieres hæc sacra procurabantur, quæ a cibis abstinentes jacebant humi in pampinis, ‘ Perque novem noctes Venerem tactusque viriles In vetitis ’ numerabant, ut ait Ovid. Hinc Ceres Eleusinia dicta est, et, a Cerere, Cerealis Eleusis.

leniantur. Suscipit Ceres: Tuis quidem lacrymosis precibus et commoveor, et opitulari cupio: sed cognatæ meæ, cum qua etiam antiquum[7] fœdus amicitiæ colo, bonæ præterea fœminæ, malam gratiam subire nequeo. Decede itaque istis ædibus[8] protinus: et, quod a me retenta custoditaque [112] non fueris, optimi[9] consule. Contra spem suam repulsa[1] Psyche, et afflicta duplici[2] mœstitia,[n] iter retrorsum porrigens, inter subsitæ[3] convallis sublucidum lucum prospicit fanum solerti fabrica structum:[4] nec ullam vel dubiam spei melioris viam volens omittere,[5] sed adire cujuscumque[6] Dei veniam, sacratis foribus proximat. Videt dona speciosa,[7] et lacinias auro literatas, ramis arborum postibusque suffixas; quæ cum

reficiantur spatio quietis. Ceres respondet ad hæc: Tuæ quidem preces mixtæ fletibus movent me, et vellem tibi auxiliari, sed non possum incurrere in offensionem meæ consanguineæ, cum qua conjuncta sum nexu veteris amicitiæ, et quæ insuper est proba mulier. Abi igitur actutum ex hoc templo: et puta actum esse tecum a me clementissime, quod non retinuerim te, nec asservaverim. Psyche rejecta præter spem suam, et confecta geminato mærore, cum remetiretur viam retro, videt in sublustri nemore vallis subjacentis templum ædificatum opere artificioso: cumque nollet negligere ullam viam spei melioris quamvis ancipitem, sed implorare misericordiam cujusvis Numinis, accedit ad sacras valvas. Cernit magni pretii donaria et vestes intextas aureis literis, appensas ad ramos arborum et ad postes templi, in

defremuit.' *Elmenh.*—7 Ms. *antiquatum.* Sciopp. in Symbola. Oxon. a m. pr. *auctum.* Ab Ed. Flor. exulat perperam. Magnam vim hic *antiquum* habet. Firmiores enim et sanctiores sunt amicitiæ antiquæ, sed non antiquatæ. In Palat. Fux. *fœd. antiq.* Oud.—8 Fux. *diebus.* Oxon. *pedibus.* Quod intelligendum esset δεικτικῶς, sive meis, quibus advoluta jaces. Argutius opinor, quam verius. *Id.*—9 Flor. *optime.* Elmenh. Item Reg. Fux. Pith. Guelferb. Oxon. Palatin. D'Orv. Male. Vide Ber. et Pric. *Oud.*—1 Oxon. *depulsa.* Id. —2 Et Scriv. Amst. *duplice.* Id.—3 Bertin. *subditæ.* Sciopp. in Symb.—4 *Fabri constructum.* Miror, cur mutare sustinuerint antiquissimam omnium exemplarium lectionem: *fabrica structum.* Wower. Enimvero minime tolerandum hic somnum nobis dormitavit Colvius. Quidni enim lectionem retinuit Aldini codicis: *fabrica structum?* quomodo et in Bertiniano legitur. Sic pag. 73. 'Horrea sublimi fabrica perfecta.' Et pag. 190. 'Mons sublimi instructus fabrica.' Et pag. 92. 'Currum sublimi fabrica politum.' Sciopp. in Symbola. et Susp. IV. 14. *Fabrica constructum:* Flor. et Bert. *instructum.* Elmenhorstius.—5 Mss. D'Orvill. Palat. Guelferbyt. *obmitt.* Oudendorp.—6 Pith. *cujusque.* Idem.—7 Fux. *pretiosa.* Roaldus. Ms. Fulv.

NOTÆ

[n] *Duplici mæstitia*] Scilicet, ob metum Veneris, et repulsam quam a Cerere passa erat.

gratia facti [o] nomen Deæ, cui fuerant dicata,[8] testabantur. Tunc genu nixa, et manibus aram tepentem [9] amplexa,[p] detersis ante lacrymis,[1] sic apprecatur: Magni Jovis germana et conjuga:[2] sive tu Sami,[3 q] quæ querulo [4] partu vagituque et alimonia [5] tua gloriatur,[r] tenes vetusta delubra: sive [6] celsæ Carthaginis,[s] quæ [7] te virginem vectura leonis cœlo commeantem [t] percolit, beatas sedes frequen-

quibus nomen quoque Deæ, cui consecrata fuerant, erat scriptum cum confessione beneficii accepti. Tunc fulta genu, et apprehensa manibus ara adhuc tepida, sic orat, abstersis prius lacrymis: Soror et uxor summi Jovis: sive tu habitas in antiquis templis Sami, quæ jactat honorem tuorum natalium, et vagitus tui lamentabilis, et tui nutricatus; sive incolis fortunata loca altæ Carthaginis, quæ adorat te virginem ascendentem in cœlum vectione leonis; sive præes claris muris Argivorum

pretiosa. Sciopp. in Symb.—8 Oxon. a m. pr. *Dei c. f. cunta d.* D'Orv. *fuerat.* Oud.—9 B. M. *repente.* Putean.—1 Fux. *manibus: οὐδὲν ὁρίζω.* Roaldus.—2 Palat. Fux. Guelferb. *conjugaque.* Oud.—3 *Sano* Oxon. a m. pr. *Sana* Pith. *Id.*—4 Flor. *querula.* Bert. *partuque et alimonia,* deleta voce *vagitu.* Elmenh.—5 Palat. Guelf. *altim.* Oud.—6 In Par. *tamve.* Id.—7 *Quam.* Fux. *quæ.* Roaldus. Scil. vitiose in Ed. Bas. est *quam.* Oudendorp.

NOTÆ

[o] *Quæ cum gratia facti, &c.*] Ovid. Amorum lib. II. Eleg. 13. votum Isidi pro Corinnæ salute faciens: 'Ipse feram ante tuos munera tota pedes: Adjiciam titulum: SERVATA NASO CORINNA: Tu modo fac titulo muneribusque locum.'

[p] *Manibus aram tepentem amplexa*] Mos supplicum et noxam promeritorum, ut ad aras tanquam ad asylum confugerent, easque amplecterentur. Vide Plaut. Mostell. et Rudente. Terent. Heautontimor. Cic. pro Domo sua. *Tepentem*] Igne sacrificiorum in ea paulo ante peractorum.

[q] *Sami*] Samos Insula in Mari Icario, Junoni sacra. 'Partheniam' Strabo vocatam fuisse ait a Parthenio fluvio. Varro et Lactantius (magis ex hujus loci sententia), eo quod Juno adhuc virgo et a primis suis incunabulis educata in ea fuerit, donec Jovi nuberet.

[r] *Quæ querulo partu, &c. gloriatur*] Dicebant enim Samii Junonem apud se natam ad Imbrasum fluvium. Unde et Imbrasia est appellata.

[s] *Celsæ Carthaginis*] Virgil. lib. IV. Æneid. 'Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas.'

Carthaginis] Hujus situm et originem habes Æneid. I. 'Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, Carthago,' &c.

[t] *Quæ te virginem vectura leonis cœlo commeantem, &c.*] Innuit procul dubio Cœlestem, Carthaginis Numen, quam permulti tamen non Junonem, sed Cybelen, aut Venerem fuisse existimarunt. Stat. lib. X. Thebaid. meminit Junonis pictæ in veste, qua ejus statuam velarunt Argolicæ matres: 'Ipsa illic magni thalamo desponsa Tonantis, Expers conjugii, et timide positura pudorem, Lumine demisso pueri Jovis oscula libat.' Fuit

tas:[8] sive prope[9] ripas Inachi,[u] qui te jam nuptam Tonantis, et reginam[1] Dearum memorat, inclytis Argivorum præsides mœnibus:[w] quam cunctus[2] Oriens Zygiam[3][x] venera-

juxta ripas amnis Inachi, qui celebrat te jam uxorem Jovis et reginam Dearum: quam omnes nationes Orientales colunt sub nomine Junonis Zygiæ, et omnes Occi-

—8 Reg. Fux. *frequentans.* Idem.—9 D'Orvill. *seu ēs p.* Palat. Fux. Guelferbyt. Oxon. Par. *seu es p.* Par. *sive es p.* Reg. *seu et p.* An voluere *etiam*? An potius *es* intruserunt, postquam exciderant illa, *incl. Arg. præs. mœn.* ut statim videbimus? [Vid. Var. Not.] *Janichi* Fux. *Id.*—1 Aldus, *Regiam.* Male. *Elmenh.*—2 Bertin. *tutus:* forte, *totus.* Sciopp. in Symb. et Susp. lib. IV. 14. At *cunctus* servant bene Mss. ceteri. *Oud.*—3 Verius putat Lipsius *Syriam.* Certe Junonem nomine Deæ Syriæ in Oriente cultam satis testatur Lucianus: qui templum ipsius Hierapoli Syriæ civitate luculentum describit. Assentitur Appianus Parthicis: Καὶ τὰ χρήματα τῆς ἐν Ἱερᾷ πόλει Θεοῦ σταθμοῖς καὶ τρυτάναις μεταχειριζόμενος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐπιγράφων δὲ καὶ δήμοις καὶ δυνάσταις στρατιωτῶν καταλόγους, εἶτα ἀνιεὶς ἀργύριον διδόντας, ἠδόξει καὶ κατεφρονεῖτο. γίνεται δὲ πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς Θεοῦ ταύτης, ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παρασχοῦσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσιν. Meminit etiam hujus Divæ poëta vetus Epigrammatum Græcorum lib. VI. Δαίμονι τῇ Συρίῃ τὸ μάτην τριβὲν Ἡλιόδωρος Δίκτυον ἐν νηοῦ τοῦδ' ἔθετο προθύροις. Rete illi dicat, ut cui etiam piscibus sacrificatum Lucianus, et apud Athenæum Mnaseas, scribunt. Locum Appiani nobis idem suppeditavit flos Belgicæ nostræ Lipsius, ad firmandam suam super hoc loco conjecturam. *Colv.* *Zygiam.* Sic Manuscripti omnes, idque perperam a Lipsio Elect. lib. II. cap. 21. in *Syriam* mutatum. *Juno Zygia* Latinis est Juga Juno, ut recte advertit vir diffusæ lectionis, Lilius Gyraldus, in opere arduo de Diis Gentilium Synt. 3. fol. 115. Dionysius Halicarnassæus in præceptis nuptialibus fol. 35. Ζεὺς γὰρ καὶ Ἥρα, πρῶτοι ζευγνύντες καὶ συνδυάζοντες· οὕτω τοι ὁ μὲν καὶ πατὴρ λαλεῖται πάντων· ἡ δὲ ζυγία ἀπὸ τοῦ ζευνύναι τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι· καὶ ἀπὸ τούτων τῶν Θεῶν, καὶ ὁ τῶν λοιπῶν Θεῶν χορὸς παρῆλθεν εἰς τὸν βίον τῶν ἐπιφημισθέντων τοῖς γάμοις, γαμηλίων τε καὶ γενεθλίων οὕτως ὀνομαζομένων· καὶ ὅτι ὁ γάμος αἴτιος τοῦ τε ὀνομασθῆναι τούτους τοὺς Θεοὺς, καὶ τιμᾶσθαι· ἄνευ γὰρ τῶν γάμων οὐδὲ ἂν αἱ τιμαὶ τούτων παρῆλθον εἰς ἀνθρώπους. Hinc recte lib. II. 'Cantum tibiæ Zygiæ' Beroald. nuptialem, inter-

NOTÆ

etiam apud Hermionem urbem templum Junonis παρθένου, teste Stephano.

[u] *Prope ripas Inachi*] Inachus, hodie *Planizza* Sophiano, fluvius est Peloponnesi, per agrum Argivum fluens in Sinum Argolicum; sic dictus ab Inacho, Argivorum Rege, a quo Argivi ipsi Inachidæ appellati sunt.

[w] *Inclytis Argivorum præsides mœnibus*] Pausanias scribit apud Argivos templum fuisse Junonis Anthiæ, id est, Floridæ. Auctor est Strabo templum dicatum Junoni fuisse juxta Mycenas, Argivis Mycenæisque commune; in quo fuerunt simulacra Polycleti manu, præstantissimo artificio. Utraque urbs in Junonis tutela fuit. Hinc Horatius: 'Plurimus in Junonis honorem Aptum dicet equis Argos ditesque Mycenas.' Vide lib. x. Thebaid. Stat.

[x] *Quam cunctus Oriens Zygiam, &c.*] Sic etiam locum hunc Apuleii citat Lyl. Gyraldus Syntagm. III. Lipsius legendum putat *Syriam*, non Zy-

tur, et omnis Occidens Lucinam[y] appellat: sis meis extremis casibus Juno Sospita,[z] meque, in tantis exantlatis[a] laboribus defessam,[4] imminentis periculi metu libera. Quod sciam, soles prægnantibus periclitantibus ultro subvenire. Ad istum modum supplicanti statim[5] sese Juno cum totius sui numinis augusta dignitate præsentat, et protinus, Quam vellem, inquit, per fidem[6] nutum meum precibus tuis ac-

dentales nominant Lucinam: esto mihi in mea maxima miseria Juno conservatrix, et me, fatigatam tot laboribus, quos superavi, exsolve timore instantis discriminis. Quantum scio, consuevisti ferre libenter opem gravidis mulieribus positis in periculo. Sic oranti Juno offert se repente cum veneranda majestate omnis suæ divinitatis. Et statim, Quam cuperem, inquit, o Psyche, inclinare meum favorem in

pretatur. *Elmenh.*—4 *Meque in t. exanclatis l. defissam.* In Editione Parisiensi excudere *defessam:* idque melius (ut mea fert opinio) quadrabit, si legerimus, *neque jam tantis exanclatis laboribus defessam:* quomodo ego eum locum antea de conjectura conatus eram constituere. *Stewech.* *In tantis, &c.* Sic hoc dictum, ut supra lib. II. 'Senex gravis in annis:' et 'Vinum in ætate pretiosum:' et lib. III. 'Tantulo triennio major in ætate.' Emendavimus etiam lib. VIII. infra: 'In hebeti pigritia ferocem.' Itaque hunc locum ne solicitemus. *Colv.* Fortasse et ita apud Ulpianum l. III. D. de S. C. Syllaniano: 'Si quis in gravi valetudine affectus.' *Brant.*—5 Τὸ *statim* non est in Bertino, ut et *Psyche* in sequenti versu. *Elmenh.* Uncinis circumscripsit τὸ *statim* Scriverius. *Oud.*—6 *Psyche.* Flor. *per fidem.* Elmenh.—7 *Tunc*

NOTÆ

giam; Junonem enim sub nomine Deæ Syriæ in Oriente cultam fuisse, teste Luciano, qui templum ipsius luculentum Hierapoli Syriæ describit. Si *Zygiam* retineas, per 'Orientem' intelligendi erunt Græciæ populi, ad Orientem Italiæ positi, apud quos Juno Ζυγία et Ζυγίη dicta est, ἀπὸ τοῦ ζευγνύναι τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι, quod fœminam mari conjungeret. Fuit et Romæ ara Jugæ Junonis in vico Jugario, inde dicto, ut refert Festus.

[y] *Omnis Occidens Lucinam*] Et Lucetiam; quod nascentibus lucem tribueret, vel, ut vult Plinius, a luco, in quo Romæ condita erat Lucinæ ædes. Prius etymon tangit Ovidius lib. III. Fastorum: 'Dicite: Tu nobis lucem, Lucina, dedisti; Dicite: Tu voto parturientis ades.' Per 'Occidentem' intellige Italiam. Lucinæ tamen nomine Dianam nonnulli intellexerunt. Inter hos Virgil. 'Casta, fave, Lucina; tuus jam regnat Apollo.' Vide Horat. in Carmine Sæculari. Græci Εἰλείθυιαν Ἄρτεμιν nominant.

[z] *Juno Sospita*] Hoc cognomine Juno in Lanuvino municipio colebatur, cui omnes Consules sacrificare necesse erat, ut docet Cicero pro Muræna. Livius, l. VIII. refert Lanuvinis civitatem datam, et Sacra sua reddita, ea conditione, ut ædes lucusque Sospitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum Populo Romano esset. Sic dicta est a verbo 'sospitare,' quod est, salvum præstare.

[a] *Exantlatis*] 'Exantlare' sive 'exanclare' Festo, exhaurire, est. Nonio præterea, perpeti, vel superare, qui sensus est hujus loci.

commodare:[b] sed contra voluntatem Veneris, nurus meæ,[c] quam filiæ semper dilexi loco, præstare me pudor non sinit. Tunc etiam[7] legibus, quæ servos[d] alienos profugos,[8] invitis dominis, vetant suscipi, prohibeor.[9] [113] Isto quoque Fortunæ naufragio Psyche perterrita, nec indipisci jam maritum volatilem quiens, tota spe salutis deposita, sic ipsa suas cogitationes consuluit: Jam quæ possunt[1] alia meis ærumnis tentari vel adhiberi subsidia, cui ne Dearum quidem, quanquam volentium, potuerunt prodesse suffragia? Quo rursum[2] itaque, tantis[3] laqueis inclusa, vestigium porrigam:[4] quibusque[5] tectis vel etiam[6] tenebris abscondita, magnæ Veneris inevitabiles oculos effugiam? Quin igitur masculum tandem sumis animum,[7] et cassæ

tuas preces! sed mihi non licet per honestatem hoc facere adversus voluntatem Veneris, meæ nurus, quam semper amavi quasi filiam. Præterea impedior legibus, quæ prohibent, ne alieni servi fugitivi recipiantur invitis suis heris. Psyche, terrefacta hac etiam calamitate suæ sortis, nec valens amplius consequi suum conjugem volaticum, jam desperans de salute, sic recogitavit apud se: Quænam alia auxilia possunt deinceps explorari, aut applicari meis miseriis, siquidem ne favor quidem Dearum, quamvis cupientium, potuit mihi opitulari? Quonam igitur feram gressus coarctata tot angustiis? Et quibus domibus, quave etiam obscuritate tecta, potero evitare indeclinabiles oculos magnæ Veneris? Quidni ergo induis tandem virilem

etiam. D'Orv. *Tamen.* Pith. Edd. qdd. et Florid. *Tum.* Oud.—8 Ms. Fulv. *perfugas.* Sciopp. in Symb.—9 Reg. Fux. *prohibebor.* Fux. *fort. quoque.* Oud. —1 *Jam q. poss.* Palat. *Ipsaque p.* Guelf. *Ipsamque p.* A Bertin. abest *alia.* Id.—2 Doctissimus juvenis, Josias Mercerus, mihique amicissimus, mavult legere, *Quorsum.* Colv. Emendavimus nos olim, *Quorsum,* sententia postulante. Sed bene quod paribus animis nobiscum in eundem sensum concurrit non ita pridem Jos. Mercerus, adolescens opt. et doctissimus, mihique eo tantum, quod literas et literarum diligentes complectitur, studio cognitus. *Roald.* *Quorsum.* Flor. *Quo rursum.* Elmenhorstius. B. *Quo miserum itaque.* Putean. *Quorsum* Mercerus. Forte rectius legatur, *Quoversum* vel *Quovorsum,* veteri voce. Judicium penes doctiores esto. *Brant.*—3 Ed. Bas. pr. *tintis.* Oud.—4 D'Orv. *prorigam.* Pith. *porrigant.* Id.—5 Copula deest Fux. *Id.*—6 Palat. non agnoscit *etiam.* Id.—7 Ms. *sumis actibus animum.*

NOTÆ

[b] *Quam vellem, inquit, per, &c.* [*Psyche, nutum meum, &c. accommodare*] Pricæus ex tribus Mss. reponit: *Quam vellem, inquit, per fidem nutum meum, &c.* Quod est, si per fidem liceret; ut lib. III. 'Quam vellem, parens, jussis tuis obsequium commodare, si per fidem liceret.'

[c] *Nurus meæ*] Nupserat quippe Venus Vulcano, Junonis filio.

[d] *Legibus, quæ servos, &c.*] Qualis est Fabia, de Plagiariis; de qua in Pandectis, lib. XLVIII. Tit. 15.

speculæ renuntias fortiter, et ultroneam te dominæ tuæ reddis, et[8] vel sera modestia sævientes impetus ejus mitigas? Qui[9] scias, an etiam, quem diu quæritas,[1] illic in domo matris reperias?[2] Sic[3] ad dubium obsequium, immo ad certum exitium præparata, principium futuræ secum meditabatur[4] obsecrationis. At Venus, terrenis remediis inquisitionis[5] abnuens, cœlum petit. Jubet construi currum, quem ei Vulcanus aurifex[6] subtili fabrica studiose poliverat,[7] et ante thalami rudimentum nuptiale munus[e] obtulerat, limæ[8] tenuantis detrimento conspicuum, et ipsius auri damno pretiosum. De multis, quæ circa cubiculum dominæ stabulant, procedunt quatuor candidæ colum-

animum, et constanter deponis vanam spem, teque dedis sponte tuæ heræ, et demulces ejus iram tua modestia quamvis tarda? Unde scis, an non inventura sis etiam ibi in ædibus suæ parentis illum, quem tamdudum investigas? Sic parata ad obsequium anceps, vel potius ad perniciem indubitatam, recogitabat apud se exordium deprecationis. Venus vero, jam repudians subsidium terrestris investigationis, ascendit in cœlum. Imperat apparari currum, quem Vulcanus ei poliverat curiose opere solerti, et dederat ei donum conjugale ante primum usum tori nuptialis, quique erat insignis damno materiæ, quam lima imminuerat, et pretiosus ipso detrimento auri. Prodeunt quatuor albæ columbæ ex multis, quæ nidulantur circum cubiculum suæ do-

Sciopp. in Symb.—8 Abest copula *et* ab Oxon. *Mitigam* Pith. *Oud.*—9 Pith. *Que.* Pal. Fux. *Quin.* Oxon. *Quod.* Edd. Junt. post. et Floridi, *Qui scis.* Pro *an* in Fux. *ante.* Id.—1 Frigidissime in Ed. Flor. *q. tu q.* Tum in Florent. Pith. Fux. *est illuc*, in Oxon. *inive.* Hinc posset tentari *invenire.* Adi ad f. lib. III. 'Fustem quærens invenire.' Præsertim cum addatur 'in domo matris.' *Id.*—2 D'Orv. Palat. Pith. Fux. Guelf. *reperies.* Id.—3 Edd. Ber. Bas. pr. *Sed.* Id.—4 Bert. *meditatur.* Elmenh.—5 *Inquisitionibus.* Fux. *inquisitionis.* Roaldus. Ful. et Pal. *inquisitionis.* Optime. *Wower.* Ms. *inquisitionis.* Verissima lectio. 'Abnuens,' ἀπαγορεύουσα, id est, nolens inquirere. Sic lib. IV. dixerat: 'Thebanis conatibus abnuentes.' *Sciopp. in Symbola.* *Inquisitionis.* Vulgo, *inquisitionibus.* Elmenhorstius. B. M. *inquisitionis.* Putean.—6 *Vulcanus.* Fux. *V. aurifex.* Roaldus. Ms. Ful. *V. aurifex subt. &c.* Alius Ms. *V. artifex subtili f. s. p.* Alibi: *fabrifex.* Sciopp. in Symbola. *V. artifex.* Pal. et Flor. *V. aurifex.* Elmenh.—7 Ed. Scriv. *polluerat.* Sane pollute. *Oud.*—8 Vulgarii libri omnes, *Lunæ.* Quod Beroaldus non absurde certe explicare videtur. Audaculus hic fui, et conjecturam maximi hominis, Lipsii nostri, in ipsum contextum, ut vocant, admisi. Si cui vetus lectio magis arridet, per me licet illam reponat. *Colv.* *Limæ.* Hæc sagacissima est Lipsii nostri conjectura, sed Fulviano Ms. consentanea. *Sciopp. in Symb.* *Limæ.* Ita olim hariolatus fuit Lipsius, quod in membran. Flor. legitur.

NOTÆ

[e] *Nuptiale munus*] Nempe illud, 'Quod prima pro nocte datur, cum lance beata Dacius, et scripto radiat Germanicus auro,' ut ait Juvenal. Satyr. VI. *Morgen geben* Germanis, unde lex Morganatica.

bæ,[9] et, hilaris incessibus picta colla torquentes,[1] jugum gemmeum subeunt: susceptaque domina lætæ subvolant. Currum Deæ prosequentes gannitu constrepenti [2] lasciviunt passeres:[f] et ceteræ, quæ [3] dulce cantitant,[4] aves, melleis modulis suave resonantes, adventum Deæ prænuntiant.[5] [g] Cedunt nubes, et cœlum filiæ panditur:[h] et [6] summus æther cum gaudio suscipit Deam. Nec obvias aquilas vel accipitres [7] rapaces pertimescit [114] magnæ Veneris canora familia. Tunc se protinus ad regias Jovis arces [8] dirigit, et petitu [9] superbo Mercurii, Dei vocalis, operæ [1] necessariam usuram postulat. Nec renuit Jovis cœrulum supercilium.[2] [i] Tunc ovans illico, comitante etiam [3] Mercurio,

minæ, et, læto gressu sinuantes pictas cervices, supponunt colla jugo facto ex gemmis, exceptaque domina subvolant hilares. Passeres stipantes currum Deæ lasciviunt strepero murmure; et reliquæ volucres, quæ suaviter canunt, modulantes dulci melodia, præmonent Deam accedere. Nubila diffugiunt, et cœlum patefit suæ natæ: ac supremus æther lætus excipit Deam. Neque argutus famulatus magnæ Veneris formidat aquilas, aut accipitres prædatores, quibus occurrit. Tunc protinus tendit recta ad regale palatium Jovis, superbaque petitione poscit, ut liceat uti ministerio sibi necessario Mercurii, Dei pollentis egregia voce. Jupiter annuit ejus postulatis nictu cærulei supercilii. Tum Venus triumphans descendit ex cœlo actutum una

Vulgati *lunæ* præferunt, inepte. *Elmenh.*—9 D'Orv. Pith. *col. candida.* In Fux. *præcedunt.* Oud.—1 Passeratius ad Propertium pag. 622. lib. IV. Eleg. 5. legit: *torquatæ.* Elmenh.—2 Pal. *perstrep.* Oxon. *cum strepitu.* Id.—3 Pith. *quam.* Id.—4 Scribendumne *cantillant?* Floridorum I. 'Quod et doctissime et gratissime cantillat:' et IV. 'In solitudine cantillavit Orpheus.' *Colv.* Malim, *cantitant.* Sciopp. in Symb. et Susp. IV. 14. *Cantitant.* Vulgo, *canticant.* Colvius, *cantillant.* Male. *Elmenh.*—5 Sic Bertinus. Alii, *pronunt.* Elmenh.—6 Bertin. *sed.* Oud.—7 Flor. *aucipitres.* Artemidorus: Ἱέρακ δὲ καὶ ἰκτῖνος ἅρπαγας καὶ λῃστὰς σημαίνουσιν. Ἱέραξ μὲν φανεροὺς καὶ ὁμόσε χωροῦντας, ἰκτῖνος δὲ λάθρα ἐπιθεμένους. *Elmenh.* D'Orvill. *ancipitres.* Oud.—8 Reg. Fux. cum Ed. Junt. post. *Jovis reg. arc.* Pith. *regiam.* Id.—9 D'Orv. *petitæ.* Gell. lib. XVIII. cap. 3. 'Consensu petituque omnium.' *Id.*—1 Oxon. *operis.* Id.—2 In eodem, *Ne r. J. cernulum s.* Acute magis, quam vere. *Id.*

NOTÆ

[f] *Passeres*] Salacissimi, ideoque merito accensiti Veneris famulitio.

[g] *Et ceteræ, quæ dulce cantitant aves, &c. adventum Deæ prænuntiant*] Lib. XI. 'Ut canoræ etiam aviculæ, &c. concentus suaves assonarent: matrem siderum, parentem temporum, orbisque totius dominam blando mulcentes affamine.'

[h] *Cœlum filiæ panditur*] Veneri, quam ex Mythicis multi ex Cœli pudendis in mare projectis ortam ferunt.

[i] *Nec renuit Jovis cœrulum supercilium*] Id est, Jupiter annuit ejus postulatis. 'Cœrulum' porro dicitur supercilium illud Jovis cuncta movens, a colore cœli; qui color, cum

Venus cœlo demeat,[4] eique solicite serit verba: Frater Arcas,[5 k] scis nempe sororem tuam Venerem sine Mercurii præsentia nil unquam fecisse:[l] nec te præterit utique, quanto jam tempore delitescentem ancillam nequiverim reperire. Nil ergo superest, quam tuo præconio præmium investigationis publicitus[6] edicere. Fac ergo mandatum matures[7] meum, et indicia, quibus possit agnosci, manifeste designes; ne, si[8] quis occultationis illicitæ crimen subierit, ignorantiæ se possit excusatione defendere. Et simul dicens[m] libellum ei porrigit, ubi Psyches nomen continebatur, et cetera. Quo facto, protinus[9] domum secessit.[1] Nec Mercurius omisit[2] obsequium. Nam, per omnium[3] ora populorum passim discurrens, sic mandatæ prædicationis munus exequebatur:[4] Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit fugitivam regis

cum Mercurio, eique hoc dicit anxie: Frater Cyllenie, non ignoras germanam tuam Venerem nihil unquam fecisse absque ope Mercurii: nec te fugit, ut arbitror, quamdiu jam non potuerim invenire latentem famulam. Hoc ergo unum restat, ut merces perquisitionis ejus publice proponatur tua proclamatione. Da igitur operam, ut exequaris quamprimum mea jussa, et clare denotes signa, quibus possit agnosci; ne, si quis contraxerit reatum celando eam præter fas, possit tueri se excusatione ignorantiæ. Et cum dicto tradit ei codicillum, in quo nomen Psyches et reliqua scripta erant. Quo facto recipit se statim domum. Mercurius non defuit obsequio: currens enim huc illuc per conspectum cunctarum nationum, sic fungebatur officio præconii sibi imperati: Si quis possit reducere filiam Regis pro-

—3 Oxon. *et.* Id.—4 Palatin. *e cœlo d.* Fux. *de cœlo d.* Id.—5 *Arcadi.* Ex Palat. *Arcas.* Wowerius. Ms. *Arcas.* Sciopp. in Symbola. *Arcadi.* Alii, *Arcadis.* Alii, *Arcas.* Elmenh.—6 *Pollicitus* Pith. *Oud.*—7 D'Orv. *mature.* Id.—8 Abest *si* a Guelf. *Id.*—9 Pith. *pronus.* Id.—1 Malim: *facessit.* Sic pag. 95. 'Cubitum facessit.' *Sciopp. in Symb.* Al. *facessit.* Elmenh. Melius multo *facessit*, quod et Scioppio probatum. *Brant.* Idem vir doctus ascripsit margini Ed. Junt. post. in qua *fecissit.* Vide ad lib. I. pag. 16. 'Intro facessit.' *Oud.*—2 D'Orv. Pal. de more, *obmisit.* Id.—3 *Omnia* D'Orv. *Id.*

NOTÆ

sudum est, cœruleus esse solet.

[k] *Frater Arc.* [*Arcadi*] Melius Wower. et Pricæus ex Mss. *Frater Arcas.* Mercurius a Cylleno, monte Arcadiæ, in quo eum Maia Jovi peperit, Cyllenius et Arcas cognominatus est. Fratrem eum Venus vocat; orta enim et ipsa, juxta nonnullos Mythologos, ex Jove et Dione, ut jam monui.

[l] *Sororem tuam Venerem sine Mercurii præsentia nil unquam fecisse*] Mercurius quippe dolis et furtis præest, sine quibus vix geruntur Veneris negotia.

[m] *Et simul dicens*] Græcum est, καὶ ἅμα λέγων.

filiam, Veneris ancillam, nomine Psychen, conveniat retro metas Murtias [5] [n] Mercurium prædicatorem, accepturus indicinæ [6] nomine [o] ab ipsa Venere septem savia [7] suavia, et unum blandientis appulsu [8] linguæ longe mellitum. Ad hunc modum pronuntiante Mercurio, tanti præmii cupido certatim omnium mortalium studium arrexerat.[9] Quæ res nunc [1] vel maxime sustulit Psyches omnem cunctationem. Jamque [2] fores ejus [3] dominæ proximanti occurrit una de

fugam, nomine Psychen, famulam Veneris fugientem, aut indicare latentem, adeat Mercurium præconem pone metas Murtias, accepturus pro indicio ab ipsa Venere septem dulcia oscula, et unum perquam suavissimum contactu linguæ abblandientis. Mercurio hæc proclamante, desiderium tantæ mercedis excitarat cum æmulatione diligentiam omnium hominum: quod unum vel præcipue tunc abstulit omnem dubitationem ex animo Psyches. Cumque accederet ad januam suæ heræ, una ex ancil-

—4 Oxon. *exequiebatur.* Id.—5 Exulat *Murtias* a Bertin. *Martias* Oxon. Ed. Junt. post. Aliæ ineptius *Muritias.* De Murtiis metis et Venere Murtia vel Murcia vide etiam Beroaldum, et Sigon. aliosque ad Liv. lib. I. cap. 33. *Id.*—6 *Indicii.* Fux. *indiciæ.* Lego, *indicinæ.* Amat L. noster verba illo modo inflectere, ut 'furatrinam' pro furto; infra pag. 485. 'Furatrina facili.' Et alibi, 'Furatrinæ conjugalis accommodaret rudimentum.' Quin et verbo 'indicinæ' alibi usus, nempe p. 630. 'Ob indicinæ præmium' (l. VII. p. 149.) *Roald.*—7 D'Orv. ex more *sabia.* Pal. Guelf. *casia* corrupte. Ed. Vulc. sec. *suavia savia.* Oud.—8 *Appulsum.* Restitue genuinam lectionem ex Cod. Fulv. *appulsu.* Wowerius. Ms. *appulsu.* Rectissime. Septem basia erunt suavia, sed unum erit longe mellitissimum, quod fiet lingua in os alterius immissa, quod osculi genus aliis ex usu, mihi ex Plauti aliorumque lectione notum est. *Sciopp. in Symb. Appulsu* præbent etiam D'Orv. Fux. Oxon. et alii cum Edd. Junt. post. et Wowerium sequentibus. Vide ad l. v. p. 100. 'Appulsu palmulæ.' Καταγλώττισμα Græcis tale vocatur osculum. Plura vide apud Beroald. et Pricæum. *Oud.*—9 Palat. Oxon. *arrepserat.* Guelf. *arrepseret.* Id.—1 Consonans magis magisque significans visum, *unica.* Stewech. *Nunc* addit Auctor, quia jam ante hanc promulgationem Psyche se dominæ Veneri reddere constituerat pag. 113. 'Unum' præcedit, et sequitur 'una.' *Oud.*—2 Pith. *Jam.* Id.—3 Vox *ejus* sine ullo sensu hic loci legitur, unde

NOTÆ

[n] *Retro metas Murtias*] Venerem Myrteam et Murtiam coluerunt Romani, dictam a Murto sive Myrto arbore ipsi sacra. Murtiæ Deæ sacelli mentio in schedis Festi. Plinius, lib. XV. cap. 29. 'Quin et ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant.' Metæ Murtiæ fuerunt Metæ in Circo positæ. Nam, ex Tertull. lib. de Spectaculis, fuerunt in Circo ova Castoris, et delphini Neptuni, et columnæ Sessiæ, Messiæ, Tutelinæ: tres aræ Deorum Samothracum: Obeliscus, Soli: Euripus, Matri Deum: Murtiæ Veneri, Metæ. Vide Bulengerum, de Circo, cap. 2. et 9.

[o] *Indicinæ nomine*] Elmenhorstii Index: 'Indicina, præmium quod indicibus datur.' Glossa Servii: 'Indicina, μήνυτρον.' Pace Elmenhorstii dixerim, 'indicina' Apuleio est in-

famulatione[4] Veneris, nomine Consuetudo:[p] statimque, [115] quantum maxime[5] potuit, exclamat:[6] Tandem, ancilla nequissima, dominam habere te scire cœpisti? An, pro cetera[7] morum tuorum temeritate, istud quoque nescire te fingis, quantos labores circa tuas inquisitiones sustinuerimus? Sed bene, quod meas potissimum manus incidisti, et inter[8] Orci cancros[q] jam ipsos adhæsisti; datura scilicet[9] actutum contumaciæ tantæ pœnas. Et, audaciter in capillos ejus immissa[1] manu, trahebat eam, nequaquam[2] renitentem. Quam ubi[3] primum inductam obla-

lis Veneris, nominata Consuetudo, fit ipsi obviam: et illico exclamat totis viribus: Tandem ergo, pessima famula, incipis nosse te habere heram? An ex impudentia tuorum morum simulas te hoc quoque ignorare, quantum laborum toleravimus in te investiganda? Sed bene factum, quod delapsa sis præsertim in meas manus, et intercepta inter ipsos cancellos Plutonis; passura nimirum protinus supplicium debitum tantæ pertinaciæ. Et, injecta audacter manu in ejus crines, trahebat ipsam nullatenus reluctantem. Quam statim atque Venus vidit introductam, et constitu-

Pricæus ejici voluit. Mihi videntur voces *Veneris* et *ejus* sua quæque sede excidisse, et altera alteri esse substituenda. Nisi velis legere: *fores dominæ ei prox.* In Reg. Fux. *proximatim.* Id.—4 Fux. *de famulitione.* Forte, *de famulitio.* Roald. Pal. *famulatione.* Elmenh.—5 Quæro ex te? sitne elegantius et propius ad consuetudinem Apuleii: *q. maximum p.* Motum me alio ipsius exemplo videbis, quod libro secundo Floridorum: 'Dein cœtu facto maximum exclamat.' Simile et illud hoc eodem libro de Asino: 'Contortis superciliis subridens amarum.' Vide, sitne Propertii versus, libro secundo, Elegia ultima, (El. 25. 59.) 'Me juvet æternis positum languere corollis:' sitne, inquam, ille versus hoc modo rescribendus: *Me juvet æternum positis languere corollis.* Stewech. Hæc contra Mss. non ubivis inculcanda. In Pith. *quantumque quantum m. p.* Guelf. *quam m.* Reg. *poterat.* Oud.—6 Reg. Palatin. Oxon. Par. *exclamavit.* Id.—7 Oxon. a p. m. *pro cera.* D'Orvill. *præ c.* Male. Dein *quanto l.* Pith. *Id.*—8 Manuscriptus conservavit nobis locutionem Apuleio non indignam. Legit enim: *intus.* Sicut Plautus dixit 'intus domum,' pro, in domo; et Lucretius, 'intus sedibus.' Vide, quæ dixi Susp. Lect. lib. II. Epist. 15. Cancer autem in Glossis Vaticanis explicatur forceps. *Sciopp. in Symbola.* Scioppius, *intus.* Flor. *habesisti*, inepte. *Elmenh.*—9 Oxon. *si licet.* Fux. *tantæ cont.* Oud.—1 D'Orv. *missa.* Sed vide ad lib. I. pag. 12. 'Immisso capite.' *Id.*—2 Frustra conjecit Toll. *nequicquam.* Id.—3 D'Orv. *ut p.* Sed vide ad lib. I. pag. 20. 'Ubi protuli.'

NOTÆ

dicium ipsum, ut 'furatrina,' furtum: et similia.

[p] *Nomine Consuetudo*] Recte Consuetudinem Veneris ministram facit; ipsa enim sæpe amorem creat.

[q] *Inter Orci cancros*] Cancri, inquit Festus, dicebantur ab antiquis, qui nunc, per diminutionem, cancelli. In Glossis Isidori: 'Cancer, forceps.' Utrolibet modo intelligas, commodus resultat sensus.

tamque sibi conspexit Venus, latissimum [4] cachinnum extollit, et qualem solent ferventer [5] irati: [1] caputque [6] quatiens, et ascalpens [7] aurem dexteram, Tandem, inquit,[8] dignata es socrum tuam salutare? An potius maritum, qui vulnere tuo periclitatur, intervisere venisti? Sed esto secura. Jam enim excipiam te, ut bonam nurum condecet:[9] et, Ubi, inquit,[1] Solicitudo atque Tristities, ancillæ meæ?[2] Quibus introvocatis torquendam tradidit eam. At illæ, sequentes herile præceptum, Psychen misellam flagellis afflictam, et ceteris tormentis excruciatam, iterum dominæ conspectui reddunt. Tunc rursus sublato risu Venus,

tam coram se, erumpit in solutissimum risum, quemadmodum consueverunt qui præ ira furiosi sunt. Et concutiens caput, fricansque auriculam dexteram: Tandem, ait, dignata es salutare tuam socrum? An potius huc venisti visum tuum conjugem, qui in periculo versatur, propter vulnus quo eum affecisti? Sed bono animo es; mox enim te habebo, ut par est bonam nurum. Et, Ubi sunt, inquit, meæ famulæ, Anxietas et Mœstitia? Quibus intro accersitis eam dedit cruciandam. Illæ vero, parentes imperio dominæ, cædunt flagris infortunatam Psychen, et torquent reliquis cruciatibus, et rursus reducunt ante oculos suæ heræ. Tum iterum effusa in cachinnum, Atque en, ait, excitat nos ad misericordiam blandi-

Justin. lib. II. cap. 10. Duk. ad Liv. lib. XXV. cap. 27. *Id.*—4 Editi passim, *lætiss.* Similiter lib. x. infra: ‘ Ac dein risu ipse quoque latissimo adusque intestinorum dolorem redactus.’ Sed ita Stewechius etiam reposuit. *Colv. Lætiss.* Fux. *latiss.* Roaldus. *Latiss.* Pal. Ber. Ro. Ald. et Fl. *lætiss.* male. Non enim furenter iratis convenit lætus cachinnus. *Elmenh.* Mss. frustra, *lætiss.* Synesius, Libanius Declam. XXXVI. pag. 794. ‘ Πλατὺς γέλως, ac diductis labris.’ Ovid. ‘ Est quæ perverso distorqueat ora cachinno.’ Pag. 221. Noster ‘risu’ dicit ‘ latissimo.’ *Wass.* —5 *Furenter.* Fux. *frequenter.* Roald. M. *frequenter.* Putean.—6 Oxon. a m. pr. *capideque.* Oud.—7 Fux. *ac scalpens.* Elmenh. Superbiæ vel mollitiei hoc signum alii dicunt, ut in Disticho in Pompeium: ‘ Digito scalpit caput uno:’ de quo vide ad l. v. pag. 128. *Oud.*—8 Codd. Palat. Guelf. et Edd. Elmenh. Scriv. *Tandem sic, inq.* At, si quid inserendum hic, mallem inde effingere, ut alibi, *sc.* sive *scilicet.* In Regio, Fux. et D'Orv. repetitur mox *tandem salutare.* In Ed. Vulc. male *socr. suam.* D'Orv. Pith. Fux. etiam, *tuo vuln.* Id.—9 In Vulcanii editione est *concedet*, inepte. *Elmenh.* Item in Oxon. a m. pr. et Ed. Junt. pr. *Condeces* in Ald. *Condocet* in Junt. sec. *Oud.*—1 Fux. *Ubi sunt, inq.* Roald. *Sunt* etiam e meis inserunt Mss. Flor. Pith. Reg. D'Orv. Inc. Edd. Elm. Scriv. Flor. In Pal. *Ubi sit, inq.* Rectius subintelligi id verbum hic existimo; et æque suppleri potest per *estis.* Nam vocat eas Venus. Vide Indicem Notarum. D'Orv. Cod. *solitudo.* Pith.

NOTÆ

[1] *Latissimum cachinnum extollit, et qualem solent ferventer irati*] Mamertinus in Panegyrico: ‘ Quis nescit aliorum Imperatorum hilarem diritatem,

[2] *Solicitudo atque Tristities, ancillæ meæ*] Plaut. Cistellaria: ‘ Amor, et melle et felle fœcundissimus, Gustu dat dulce, amarum usque ad satieta-

Et [2] ecce, inquit, nobis turgidi ventris sui lenocinio commovet miserationem; [t] unde me præclara sobole aviam beatam scilicet faciat. Felix vero ego,[3] quæ in ipso ætatis meæ flore vocabor avia: et vilis ancillæ filius nepos Veneris audiet.[4] Quanquam inepta ego frustra filium dicam.[5] Impares [6] enim nuptiæ, et præterea in villa [7] [u] sine testibus et patre non consentiente [w] factæ, legitimæ non possunt videri: ac per hoc spurius iste [8] nascetur; si tamen partum omnino proferre [9] te patiemur. His editis, involat [116] eam,[1] vestemque plurifariam diloricat: [x] capilloque

mento sui uteri prægnantis, quo nempe factura est me aviam fortunatam pulchra prole. Ego autem beata ero, quæ nominabor avia in ipso flore mei ævi, et filius servæ ignobilis dicetur nepos Veneris. Sed stulta ego nequicquam eum voco filium. Matrimonium enim inæquale, insuperque contractum in prædio rusticano absque ullo teste, et absque consensu patris, non potest censeri validum: propterea que hic nascetur nothus; si tamen sinamus te ullo modo edere tuum fœtum. His verbis prolatis irrait in ipsam, et discindit ejus vestem multis locis, laniataque

sollitudo. Malc. *Oud.*—2 Prave exulat a Florent. τὸ *Et*, ac contra Nostri morem. Dein *faciet* Pith. *Id.*—3 Bertin. *vero et ego.* Id.—4 Fux. *audietur*, ut et Ald. *Roald.* Ald. *audietur.* Malc. *Elmenh.* Palat. quoque, Oxon. D'Orv. Guelf. cum Ed. Junt. post. *audietur*, perperam. Vide ad lib. II. p. 26. 'Ornata non possit audire.' *Oud.*—5 Pith. *dicere.* Id.—6 Inepte quidam substituere conatur *impuberes.* At optime vindicat Consultiss. H. Noordkerkius, et D'Orv. ad Charit. l. III. c. 2. p. 243. Ἐν ἐρημίᾳ μέλλω γαμεῖν. *Id.*—7 Abest *villa* a D'Orv. *Id.*—8 Pronomen desideratur in D'Orv. Negligenter in Edd. Elm. Scriv. et Flor. exhibetur *ille*, contra Mss tos, et Edd. Vett. *Iste* signanter magis indicat vituperium. *Id.*—9 Fux. *perferre.* Roald. —1 *Invadit eam.* Fux. *involat eam.* Hanc lectionem supra cum tueremur, exciderat etiam nobis, Veteres his particulis ornatus causa usos fuisse. Ex-

NOTÆ

[t] *Turgidi ventris sui lenocinio commovet miserationem*] Ironice. Nam contra justior inde Veneri excandescendi causa. Juno ad Callistum, apud Ovid. Metamorphos. lib. II. 'Scilicet hoc etiam restabat, adultera, dixit, Ut fœcunda fores, fieretque injuria partu Nota, Jovisque mei testatum dedecus esset?'

[u] *In villa*] Ubi clandestinæ, non celebres esse potuerunt. Contra, Noster in Apologia nuptias suas cum Pudentilla in villa contractas tuetur, 'Lex quidem Julia,' inquit, 'de Maritandis Ordinibus nunquam scilicet ad hunc modum interdixit: Uxorem in villa ne ducito. Immo, si verum velis, uxor ad prolem multo auspicatius in villa, quam in oppido ducitur: in solo uberi, quam in loco sterili: in agri cespite, quam in fori silice,' &c.

[w] *Sine testibus et patre non consentiente*] Quod tamen necessarium est nisi filius fuerit emancipatus, ut videre est Legg. II. et XXV. ff. de Ritu Nuptiarum.

[x] *Diloricat*] M. Tull. de Oratore:

discisso, et capite conquassato, graviter affligit, et, accepto frumento et[2] hordeo et milio et papavere et cicere et lente et faba, commixtisque acervatim confusisque[3] in unum grumulum,[4] [y] sic ad illam: Videris enim mihi[5] tam[6] deformis ancilla nullo alio, sed tantum sedulo ministerio amatores tuos promereri:[7] jam ergo et ipsa[8] frugem tuam periclitabor.[z] Discerne[9] seminum istorum passivam congeriem:[a] singulisque granis rite dispositis, atque sejugatis, ante istam[1] vesperam opus expeditum approbato mihi.[2] [b]

ejus coma, et contuso capite, allidit ipsam graviter solo, et sumtis frumento, hordeo, milio, seminibus papaveris, cicere, lente, et faba, iisque permixtis congestim, et confusis in unum acervum, sic affatur ipsam: Atenim, cum sis ancilla adeo turpis, videris mihi nulla alia re conciliare tibi tuos amatores, nisi tantum diligenti servitio: ego ipsa mox experiar quam sis frugi. Separa hunc promiscuum cumulum granorum: et, ordinatis recte atque separatis singulis seminibus, exhibe mihi opus abso-

empla extant etiam de hoc verbo apud Non. Marcellum duobus locis, quomodo et Lucr. quem hic Noster semper imitatus est, 'invadendi' voce usus lib. VI. 'Arripit acer Sæpe dolor dentes, oculos invadit in ipsos.' *Roald.* Flor. *involat in ejus vestem quam p. d.* Elmenh.—2 Lib. Palat. verba illa *frumento et* ignorat. Wow. A Palat. vox *frumento* abest. *Elmenh.*—3 Copula deest Flor. D'Orv. Guelf. Oxon. Fux. *Confusim* Pith. *Oud.*—4 *Glomulum.* Omnes libri nostri, *grumulum.* Wowerius. Ms. *grumulum.* Sciopp. in Symbola. *Grumulum.* Vulgo, *glomulum.* Elmenhorstius. B. M. *grumulum.* Putean. —5 Ms. *videris, inquit, mihi.* Sciopp. in Symb.—6 Guelf. *tante.* Palat. *tante formis.* Fux. *sic def.* Oud.—7 Ms. Fulv. *promererier.* Sciopp. in Symb.—8 *J. ego et i.* B. M. *jam ergo et ipsam.* Putean. *Ergo* recepi, suffragantibus Pal. Oxon. Fux. Pith. D'Orv. Edd. Vicent. Junt. post. Wower. et Prie. 'Ipsa' sumitur pro, ego ipsa, ut apud Græcos αὐτός. Theogn. in Gnom. vs. 27. Οἶά περ αὐτὸς ἔμαθον. Vide quæ congessere Gronov. et Drakenb. ad Livii Præf. Male ergo Bemb. Mang. Pith. Palat. Fux. Guelferb. Ed. Junt. post. dant *ipsam.* Oud.—9 Pal. Oxon. Fux. *discernere.* Id.—1 Sic Mss. et Edd. O. præter Floridi, in qua *ipsam.* Id.—2 Sic hic locus interpungendus

NOTÆ

'Non dubitavit excitare reum Consularem, et ejus diloricare tunicam, et Judicibus cicatrices adversas senis Imperatoris ostendere.' Infra, lib. VII. 'Et diloricatis statim pannulis in medium profudit duo millia aureorum.' Translatio est a lorica, pectoris tegmine ferreo, ad vestimenta alia pectus ambientia. 'Diloricare' enim proprie est, loricam detrahere.

[y] *In unum grumulum*] Beroald. legit, *in unum glomulum.* Quid, si legas *cumulum?* quanquam 'grumulus' sæpe pro cumulo accipitur.

[z] *Frugem tuam periclitabor*] Quia bonæ sunt fruges et utiles, bonitatem uniuscujusque 'frugem,' et 'frugi virum' dixerunt eum, qui bonus esset et utilis.

[a] *Passivam congeriem*] Promiscuam: nomine inclinato ab adverbio 'passim,' quod est a 'pateo.'

[b] *Opus expeditum approbato mihi*] Opus approbare dicuntur artifices,

Sic assignato tantorum seminum cumulo, ipsa cœnæ nuptiali concessit. Nec Psyche manus admolitur inconditæ [3] illi et inextricabili moli; sed, immanitate præcepti consternata, silens obstupescit. Tunc formicula illa parvula, atque ruricola,[4] certa tum [5] difficultatis tantæ, laborisque miserta contubernalis magni Dei,[c] socrusque sævitiam execrata,[6] discurrens gnaviter convocat corrogatque [7] cunctam [8] formicarum accolarum classem: Miseremini, terræ omniparentis agiles alumnæ,[d] miseremini,[9] et Amoris uxori,[1] puellæ lepidæ, periclitanti promta velocitate succurrite. Ruunt [2] aliæ, superque [3] aliæ sepedum populorum

lutum, priusquam nox adventet. Sic, designato acervo tot seminum, ipsa confert se ad epulas nuptiales. Neque Psyche admovet manus huic congeriei indigestæ et inexplicabili; verum despondens animum, ob enormitatem jussorum, stupet muta. Tunc formica illa exigua, et rustica, certatim miserata tantam difficultatem et tantum laborem uxoris magni Dei, et detestata crudelitatem ejus socrus, currens huc illuc strenue, conciet omnem populum vicinarum formicarum: Misereat vos, ait, o celeres alumnæ telluris, matris omnium rerum, misereat; et auxiliamini celeri agilitate conjugi Cupidinis, formosæ juveni, positæ in discrimine. Agglomerantur alii atque alii fluctus illius gentis instructæ sex pedibus. Et omnes miro fervore

fuit. Plautus Milite: 'Satin est, si tibi Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas?' *Colv.* Fux. *approbabo.* Roaldus. Τὸ *expeditum* non est in Palat. Sic Phædrus: 'Opus approbavit.' Vide Indicem. *Elmenh.*—3 *Inconditæ moli.* Ms. Fulv. *increditæ illi et inextricabili moli.* Forte *incretæ,* tanquam *indiscretæ,* quod discerni nequeat. *Sciopp. in Symb.* Alii, *increditæ.* Scioppius *incretæ,* tanquam indiscretæ. *Elmenh.*—4 Pleræque editiones *aliæ, ruricula.* Colvius. Oxon. Pith. Fux. Guelf. etiam *ruricula,* ut *adulescens,* et alia vitiose scribuntur. *Oud.*—5 *Certatim.* Scribend. *ruricula, certa jam.* Stewech. An pro numero plurativo singularis? Certe pluribus τὸ *certatim* convenit. An leg. *statim?* vel potius *celeratim?* Sisenna: 'Quo magis celeratim poterant, insidiis suos disponit.' 'Illa,' uti pag. 119. versu 10. 'Regalis avis illa,' et alibi sæpe. *Wasse.* Ita singularis numerus diserte occurrit lib. IV. pag. 72. 'Immanis ursæ comparabat numerum:' ubi vide. Verum ita hic poni non videtur. Nam hæc una 'convocat cunctam formicarum accolarum classem.' *Oud.*—6 D'Orvill. *execrantem.* Fux. *execratam.* Tum *naviter* Guelf. *Id.*—7 Pith. *erogatque.* Id.—8 Oxon. a m. pr. *curam.* Id.—9 Addit hic rursus, *inquit,* Cod. D'Orvill. frustra. Vide paulo ante, 'Videris enim mihi.' *Id.*—1 Flor. Pith. male *uxoris,* nisi illa *s* rursus pro *scilicet* ponatur. *Lep. p.* in Oxon. *Id.*—2 Bert. *Ruuntque* Id.—3 Pith. *sunt-*

NOTÆ

quando illud tale exhibent factum, quale faciendum susceperant. Phædrus de Simonide: 'Opus approbavit, dein mercedem postulat.'

[c] *Magni Dei*] Cupidinis, quem lib. v. Deorum maximum dixit.

[d] *Terræ omniparentis agiles alumnæ*] Adumbratum est ex hoc Virgilii: 'Necnon et Tityon, Terræ omniparentis alumnum.'

undæ,[c] summoque studio[4] singulæ granatim[5] totum digerunt acervum: separatimque distributis dissitisque[6] generibus, e conspectu[7] perniciter[8] abeunt. Sed initio[9] noctis e convivio nuptiali[1] vino madens, et fragrans[2] balsama, Venus remeat, totumque[3] revincta corpus rosis micantibus, visaque diligentia miri laboris, Non tuum,[4] inquit, nequissima, nec tuarum manuum istud opus, sed illius, cui tuo, immo et ipsius malo placuisti. [117] Et, frusto[5] cibarii panis ei projecto,[6] cubitum facessit. Interim Cupido solus interioris domus unici cubiculi custodia clausus coërcebatur acriter: partim, ne petulanti luxurie[7] vulnus gravaret; partim, ne cum sua cupita conveniret. Sic ergo distentis,[8]

discernunt totam congeriem in singula semina; et, sepositis ac seorsim remotis speciebus, discedunt velociter ex oculis. At Venus ineunte nocte revertitur ex nuptialibus epulis temulenta, redolens balsama, et circumdata toto corpore rosis viridi coloris; vidensque quanta celeritate illud opus admirandum confectum esset, Hoc non factum est a te, inquit, neque tuis manibus, pessima, sed opera illius, cui placuisti tuo damno, immo, et suo quoque. Et, projecto ipsi frusto panis atri, it dormitum. Interea Cupido diligenter custodiebatur, inclusus solus carcere unius cubiculi, quod erat in penitiore parte ædium: tum ne exasperaret vulnus suum procaci lascivia; tum etiam ne posset adire suam dilectam. Igitur amatores sic divisi

que. Id.—4 Bert. *p. viæ, summo st.* Elmenh. Elegantissima, me hercules, descriptio formicarum immenso numero accurrentium. Vide Ber. et Pric. Inepte ergo in Mss. Reg. Fux. D'Orv. Oxon. Pal. Guelf. est *sæpe*, ac *populorum undæ* desunt in iisdem. *Oud.*—5 Sic Mss. et Edd. Vett. cum Wow. et Pric. Aliæ e Pal. Cod. *gran. sing.* Bert. *singula.* Pith. *digerit.* Id.—6 Secutus Pal. Cod. rescripsi: *distributis distinctisque.* Wowerius. Palat. *distinctisque g.* male. *Elmenh.*—7 Pal. *et conspectui.* Oud.—8. *Pernic.* exulat a Fux. *Id.*—9 Bert. *S. in init.* Elmenh. Pricæus ex similibus locis mavult *Sic.* At nihil inest vulgatæ, quod offendat. Frequentissime vero hoc vel illo codice frustra inseritur *in* ante 'initio.' Vide ad lib. I. pag. 15. III. 54. 56. *Oud.*—1 Flor. *nuptialis.* Elmenhorstius. D'Orv. *equivio.* Guelf. *et conv.* Oud.—2 *Flagrans. Fragrans* legendum. Supra lib. II. 'Cinnama fragrans, et balsama rorans.' *Brant.* Perperam enim Mss. quidam, et Edd. ante Wower. contra monitum Beroaldi habent *flagrans.* Alii ad lib. III. pag. 56. 'Fragrantibus papillis.' Par. prave *balsamo.* Oud.—3 A Pal. Oxon. Edd. Wower. Pric. abest copula, nec admodum requiras eam. *Revicta* D'Orv. *Id.* —4 D'Orvill. *totum.* Id.—5 Flor. *furto.* Male. *Elmenh.* Sic tamen in Pith. quoque. Palat. et Guelf. *frustro.* Oud.—6 Pithœan. *protecto.* Id.—7 Pal.

NOTÆ

[c] *Sepedum populorum undæ*] Formicarum, quibus sex pedes sunt, ut et plurimis aliis insectis. 'Undæ' hic metaphorice pro multitudine. Sic Juvenalis Satyr. III. 'Nobis properantibus obstat Unda prior.' Ad quem locum vetus Scholiastes: 'Unda prior: Populi multitudo stantis ad officium.'

et sub uno tecto separatis amatoribus,[f] tetra nox exantlata.[9] Sed, aurora commodum [1] inequitante, vocatæ Psychæ Venus infit talia: Videsne illud [2] nemus, quod fluvio præterruenti ripisque longis [3] attenditur: cujus imi gurgites vicinum fontem respiciunt? Oves ibi nitentes, aurique colore florentes,[4] incustodito pastu vagantur. Inde de coma pretiosi velleris floccum mihi confestim quoquo modo quæsitum afferas, censeo. Perrexit Psyche volenter, non obsequium quidem illa functura,[5] sed requiem malorum præcipitio fluvialis rupis habitura.[6] Sed inde de fluvio [7] Musicæ suavis nutricula, leni [8] crepitu dulcis auræ

atque disjuncti in eadem domo transegerunt diram noctem. Sed vix diluxerat, cum Venus accersit Psychen, eique Cernis hæc dicit: ne lucum illum, qui extenditur secundum amnem præterlabentem, et longam rupem, cujus extremæ voragines prospectant fontem proximum? illic oves splendentes, et micantes fulgore aureo, errant pascentes sine custode. Volo ut illinc afferas mihi actutum floccum ex illa lana aurea, quocumque tandem pacto eum possis consequi. Psyche libenter ivit, non eo quidem animo, ut faceret imperata, sed ut finem imponeret suis ærumnis, præcipitando se ex rupe fluvio proxima. Verum Canna virens, jucunda nutrix Musicæ,

Oxon. Fux. Guelf. *luxuria.* Id.—8 *Distinctis.* Fux. *distentis.* Roald. Repono ex Pal. *distentis.* Wowerius. Palat. *distentis.* Elmenh. Accedunt recte Guelf. Oxon. Par. D'Orvill. ut bene edidere Wow. Scriv. Pric. a 'distinere,' quod separationem significat, ut notum. Confer Comm. ad Liv. Cæs. Front. alios. Huc forsan et referendum ex pag. 130. 'Puella distenta vinculis:' nisi *destinata* ibi leg. *Oud.*—9 Edd. Ber. Bas. pr. *terra.* Mss. Reg. Fux. Oxon. D'Orv. *nox est exa.* Flor. *exanhelata.* Pal. Pith. Fux. Guelferb. rursus, et Edd. Vett. *exanclata.* Vide ad lib. I. pag. 12. In Palat. quoque corrupte, *tetra commode nox.* In Guelf. *tetra commodum nox.* Id.—1 Oxon. Pal. Pith. prave *commode.* Edd. Vett. usque ad Elmenh. item Pricæi, dant *inequitanti.* Sed secundæ vocali favent Mss. plerique, in his Flor. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. *Id.*—2 Palat. Pith. *istud.* Id.—3 Placet Modii conjectura, *rupique longæ.* Nam statim sequitur: 'Præcipitio fluvialis rupis.' *Sciopp. in Symb.* et *Susp.* IV. 14. *Rupique longæ.* Ita Bert. Recte. Alii, *ripisque longis.* Statim enim sequitur, 'Præcipitio fluvialis rupis.' *Elmenh.*—4 Vide Piccart. Per. Crit. cap. 9. In Palatin. *auricula fl.* Guelferb. *auriculæ fl.* Oxon. a m. pr. Fux. *auricole fl.* Oud.—5 Ro. *functatur.* Male. *Elmenh.* Oxon. *sumtura.* Ed. Vicent. *unctantur.* Sed recte *functura* in ceteris, ut bene emendavit Beroaldus. Vide ad lib. III. p. 51. 'Cœnam perfunctus.' *Quidem* abest a Pith. *Oud.*—6 Par. Ms. *ripis.* Ed. Rom. Vicent. *habitatur.* Gruterus in Suspic. ineditis conjecit *aditura.* Vide Misc. Nov. Lips. vol. III. p. 3. pag. 488. Sed Beroaldi et ceterorum lectioni consentiunt reliqui Codd. et Linguæ Latinæ genius. *Id.*—7 Ut paulo ante, 'Inde de coma.' Reg. Fux. et D'Orv. carent τῷ *de.* Id.—8 D'Orv. de more, *levi.* Virg. Æn. III. 70. 'Le-

NOTÆ

[f] *Amatoribus*] Psychæ nimirum et Cupidini.

divinitus inspirata, sic vaticinatur Arundo viridis: Psyche, tantis ærumnis exercita, neque tua miserrima [9] morte meas sanctas aquas polluas, nec vero contra formidabiles oves istius oræ feras [1] aditum; quoad, de Solis flagrantia mutuatæ calorem,[2] truci rabie solent efferri,[3] [g] cornuque [4] acuto, et fronte [5] saxea, et nonnunquam venenatis morsibus in exitium sævire mortalium. Sed, dum meridies Solis sedaverit vaporem, et pecua [6] spiritus fluvialis serenitate conquieverint, poteris sub illa procerissima platano, quæ mecum simul unum fluentum bibit, latenter te [7] abscondere: et, cum primum mitigata furia laxaverint oves animum, percussis frondibus [8] attigui [9] nemoris, lanosum aurum reperies,[1] quod passim stirpibus connexum obhærescit.[2] Sic [118] Arundo simplex et humana Psychen ægerrimam salutem suam docebat. Nec auscultatu [3] pœnitendo dili-

afflata divinitus tenui susurro lenis venti, sic loquitur ex ipso flumine: O Psyche, jactata tot ac tantis calamitatibus, ne inquines meas puras undas tua nece infelicissima, neque tamen progrediaris adversus oves metuendas hujus ripæ, quamdiu solent corripi furore crudeli, tracto æstu ex Solis ardore, et grassari in perniciem hominum acutis cornibus, et duro sincipite, atque aliquando morsibus virosis: sed poteris te occultare clanculum sub illa platano altissima, quæ alitur humore ejusdem fluvii ac ego, donec Solis ardor remissus fuerit post meridiem, et oves requieverint tranquillitate auræ flumineæ: et, statim atque illæ pecudes sumserint mitiorem spiritum lenito furore, excussis foliis vicini luci invenies lanam auream, quæ adhæret hic illic implicata fruticibus. Sic Canna illa bona et misericors monstrabat mœstissimæ Psychæ, quo pacto evaderet salva. Ipsa vero, sedulo erudita documento salutari,

nis crepitans vocat Auster in altum.' *Id.*—9 D'Orv. *misera.* Per Mss. si liceret, malim, *miserrimæ*, vel, *ne qua t. miserrima.* Id.—1 Mss. Florent. Reg. Fux. Palat. Oxon. Guelf. Par. D'Orv. et Edd. aliquot, in his Elm. Scriv. *nec vera istius oræ* (*ore* Junt.) *contra f. oves feras.* Oxon. *formidales.* Salm. ad m. Ed. C. *istud horæ.* Id.—2 *Mutuato calore.* Flor. *mutata calorem.* Elmenh.—3 Num potius, *efferari?* Colv. Lego: *efferari.* Lib. IX. 'In suam perniciem advertit efferari.' Plinius: 'Fœminæ sues in tantum efferantur, ut homines lacerent.' *Elmenh.*—4 Copulam non habent Oxon. Palat. Fux. Guelf. *Oud.*—5 *Fonte.* Fux. *fronte.* Error typ. *Roald.* In Vulcanii editione (sec.) inepte legitur, *fonte.* Elmenh. *Fonte* etiam Edd. Bas. sec. Colv. *Sponte* Ms. D'Orv. *Oud.*—6 Fux. Guelf. *pecuia.* Vide ad p. 124. Ed. Pric. *Id.*—7 D'Orv. Palat. Fux. Guelf. Oxon. carent τῷ *te*, elapso per præcedentes syllabas. Nam præcedit 'poteris.' *Id.*—8 Edd. Vulcan. pr. Merc. *frontibus.* Id.—9 Pith. *attinui.* Id.—1 Palat. Pith. *reperis.* Id.—2 Flor. *connexis adhær.* Rom. *connexis obhær.* Elmenh.—3 Palat. Par. Guelf. *auscultans.* Oxon. *auscultatus.*

NOTÆ

[g] *Truci rabie solent efferri*] Melius legas *efferari.*

genter instructa illa[4] cessavit; sed observatis omnibus, furatrina facili,[h] flaventis auri mollitie congestum gremium Veneri[5] reportat. Nec tamen apud dominam saltem secundi[6] laboris periculum secundum testimonium meruit;[7] sed, contortis superciliis subridens amarum, sic inquit: Nec me præterit[8] hujus quoque facti auctor adulterinus. Sed jam nunc ego sedulo periclitabor,[9] an oppido forti animo singularique prudentia sis prædita. Videsne insistentem celsissimæ illi rupi montis ardui verticem,[1] de quo fontis atri fuscæ defluunt undæ, proximæque conceptaculo vallis inclusæ Stygias irrigant paludes,[i] et rauca[2] Cocyti fluenta[k] nutriunt? Indidem mihi de[3] summi fontis penita scaturigine rorem rigentem hauritum[4] ista confestim deferto urnula. Sic aiens,[5] crystallo dedolatum vasculum, insuper ei graviora comminata, tradidit. At illa, studiose gradum

non remansit otiosa; sed, exploratis singulis, facili furto refert ad Venerem sinum plenum lanæ aureæ et mollis. Neque tamen labor hujus secundi discriminis promeritus est ullam laudem apud heram; sed ipsa, obliquatis superciliis renidens indignanter, sic locuta est: Non mihi latet auctor dissimulatus hujus facti. Sed mox experiar callide utrum polleas animo valde constanti, et eximia prudentia. Cernisne acumen excelsi montis impositum huic altissimo colli, ex quo atri fluctus nigræ scaturiginis emanant, et conclusi alveo vallis vicinæ suppeditant aquam stagnis Stygiis, et alunt undas murmurantes Cocyti? Hauri inde hoc urceolo aquam gelidam ex intimo capite supremi fontis, et affer ad me actutum. Et cum dicto dat ei urnulam crystallinam egregie politam, additis minis asperioribus. Illa autem dili-

D'Orv. *auscultata.* Perperam omnes. *Oud.*—4 *Illa* deest Pal. *Id.*—5 Par. *Veneris.* Id.—6 Pith. *saltim si.* Id.—7 Oxon. *mostravit.* Id.—8 Oxon. *Nec tamen præterit me.* Id.—9 Bert. *periclitabo.* Elmenh. Vide ad lib. I. pag. 18. *Oud.*—1 In Reg. Fux. est *celsitudinem.* In Oxon. pro *ardui* legas *alti.* Id. —2 *Pauca.* Lipsius, *rauca.* Colvius. *Rauca.* Flor. *pauca.* Male. *Elmenh.* —3 Palatin. non agnoscit τὰ *mihi de.* A Reg. Fux. Guelf. et Oxon. abest *de*, et in istis codicibus exaratur *petita.* Perperam. *Oud.*—4 *Hauritum* non est in Palatino. *Elmenh.* Hinc uncinis eam vocem inclusit cum Scriv. Exulat etiam a Fux. qui dat *rigantem;* item a Guelf. Pro illa est in Oxon. *in.* Sed adi ad lib. III. p. 59. 'Haurito plusculo uncto.' *Oud.*—5 Ed. Aldi, *Sic aciens.*

NOTÆ

[h] *Furatrina facili*] Furto. Eodem significatu lib. VIII. 'Furatrinæ conjugalis incommodaret rudimentum.'

[i] *Stygias irrigant paludes*] Ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, quod est, odisse, dictas existimant. Fuit Styx fons ad Nonacrin Arcadiæ, e saxis profluens, exitialis omnibus animalibus, atque adeo frigidus, ut aqua ejus pota enecaret, ferrum ac æs roderet, solaque mulæ ungula contineri posse crederetur, cum cetera vasa rumperet.

[k] *Cocyti fluenta*] Cocytus fluvius Inferorum a κώκυτος, luctus, ululatus.

celerans, montis extremum petit tumulum;[6] certe[7] vel illic inventura vitæ pessimæ finem. Sed, cum primum prædicti jugi conterminos locos appulit, videt[8] rei vastæ letalem difficultatem. Namque saxum immani magnitudine procerum, et inaccessa salebritate[9] lubricum, mediis e[1] faucibus lapidis fontes horridos evomebat: qui[2] statim proni foraminis lacunis[3] editi, perque[4] proclive delapsi, et angusti canalis exerto[5] contecti tramite, proximam convallem latenter incidebant: dextera lævaque cautibus[6] cavatis proserpunt,[7] et longa colla porrecti[8] sævi dracones, inconnivæ[9] vigiliæ luminibus addictis,[1] et in perpetuam lucem [119] pupillis[2] excubantibus. Jamque et ipsæ semet muniebant[3] vocales aquæ. Jam et, Discede,[4] et, Quid facis?

genter festinans contendit ad supremum verticem montis, ibi repertura saltem finem suæ miserrimæ vitæ. Sed, statim atque pervenit ad loca vicina supradicti verticis, cernit mortale periculum immanis rei. Saxum enim altum mole enormi, et periculosum ob asperitatem inaccessibilem, ructabat ex medio hiatu lapidis latices horrendos, qui illico, ejecti alveis foraminis declivis, et fluentes per devexa, et cooperti porrecta semita arcti alvei, delabebantur clanculum in proximam vallem. A dextra etiam sinistraque parte feri dracones reptant in saxis excavatis promoventes longas cervices, oculis mancipatis vigiliæ indefessæ, pupillisque nulla unquam nocte clausis. Ipsæ quoque undæ perstrepentes jam seipsæ defendebant: identidem enim clamant:

Junt. post. *Sed aciens.* Bas. sec. *tradit.* Id.—6 *Cumulum.* Quid si *tumulum?* Sic infra lib. VIII. (p. 153.) 'Jamque apud frondosum tumulum, ramorumque densis tegminibus umbrosum,' &c. *Colv.* Bert. *tumulum*, quod etiam conjecit Colvius. *Elmenh.* *Tumulum* exhibet etiam D'Orvill. ut jam edidit Scriverius, et probat Pricæus. 'Telluris tumulus' Lucano lib. III. vs. 375. De perpetua harum vocum confusione dixi ad lib. II. pag. 34. 'Aggeratis in cumulum stragulis.' *Oud.*—7 Oxon. *cito.* Burm. allevit, 'F. certa.' Bene, si vel Infinitivus vel Gerundium in *di* sequeretur. Nunc non. *Id.*—8 Reg. *vidit.* Pal. *letali.* Id.—9 Pessime Pith. Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. *salubritate.* Id.—1 Pal. Oxon. carent τῷ *e.* D'Orv. habet *et* pro *ex.* In Oxon. etiam *medii.* Id.—2 Par. *quod.* Id.—3 *Laciniis.* Fux. *lacunis.* Quod probo, ut infra pag. 768. dicit 'lacunosas inciles.' *Roald.* Lege ex Pal. et Fulv. *lacunis.* Wow. Recte Ms. *lacunis.* Sciopp. in Symbola. *Lacunis educti.* Sic lego cum Florent. et Pal. In vulgatis est, *laciniis editi*, in aliis, *lacunis editi.* Elmenh.—4 D'Orv. *per quod.* Oud.—5 Reg. Fux. Pal. Oxon. D'Orv. Pith. Guelf. *exarto.* Malc. *Trames exertus* est exporrectus. *Id.*—6 *Cotibus.* Fux. *cautibus.* Roald. Flor. *cautibus.* Elmenh. B. M. *cautibus.* Putean.—7 Oxon. *proserpuit.* Oud.—8 D'Orv. *prorecti*, ut sæpe. *Id.*—9 Pal. Oxon. Guelf. *inconnives.* Sed vide ad l. II. p. 35. 'Exertis et inconnivis oculis.' *Id.*—1 D'Orvill. *adjectis.* Oxon. Palat. *additis.* Edd. Ber. Basil. pr. *adictis.* Vitiose. *Id.*—2 Sic Venetus. Ber. *pupulis.* Alii, *populis.* Colvius. *Populis.* Fux. *pupillis*: et Ald. sed idem etiam cum *populis*, seu *pupulis.* Roaldus. *Pplis* in Pal. *pupillis* Oxon. D'Orv. Flor. cum Edd. Ven. Juntinis, Aldi, Colv. Vulc. Wower. Pric. Reliquæ dant *pupulis.* Vide ad lib. III. p. 57. *Oud.*—

Vide, et, Quid agis? Cave, et, Fuge, et, Peribis, subinde clamant. Sic impossibilitate ipsa mutata in lapidem[5] Psyche, quamvis præsenti[6] corpore, sensibus tamen aberat: et, inextricabilis periculi mole[7] prorsus obruta, lacrymarum etiam extremo solatio carebat. Nec Providentiæ bonæ graves oculos innocentis animæ latuit ærumna. Nam supremi Jovis[8] regalis ales[9] illa, repente, propansis utrimque pinnis, affuit rapax aquila: memorque veteris obsequii, quo, ductu Cupidinis, Jovi[1] pocillatorem[2] Phrygium[1] sustulerat, opportunam ferens opem, Deique numen in uxoris laboribus percolens, alti culminis[3] Diales vias dese-

Recede; et, Quid facis? et, Considera; et, Quid agis? Cave; et, Fuge; et, Te is perditum. Sic Psyche, videns fieri non posse quod sibi fuerat imperatum, stupefacta instar saxi, licet præsens corpore, erat tamen absens animo. Et oppressa penitus magnitudine periculi, ex quo non poterat se expedire, destituta etiam erat ultima consolatione lacrymarum. At labor insontis animi ejus non fugit oculos perspicaces benignæ Providentiæ. Illa enim prædatrix Aquila, avis regia summi Jovis, statim præsto affuit expansis ambabus alis, et recordata antiqui ministerii, quo rapuerat Jovi pincernam Trojanum auspiciis Cupidinis, auxilians tempestive, et colens Deum in ærumnis conjugis ejus, relinquit æthereos tramites excelsi cœli, et, volitans ante

3 Malui præferre lectionem Fulv. Cod, *movebant.* Wowerius. Optime Ms. *movebant v. a. Jam et, Discede.* Sciopp. in Symbola. Alii, *movebant*, quod non displicet. *Elmenh.*—4 *Jam et, Discede.* Bene sic cum Sciopp. exhibuere Wow. et Pric. astipulantibus Pal. Fux. Guelf. Oxon. D'Orv. pro *Nam et.* Quæ voculæ sæpissime sunt confusæ. Vide Ind. Not. *Oud.*—5 Pal. *mutate in lapide.* Ablativum etiam habent Fux. Reg. Oxon. D'Orvill. Perperam. Vide ad lib. III. p. 50. 'Fixus in lapidem steti.' *Id.*—6 *Præsentis* Pith. Non displicet mihi scriptura Cod. D'Orv. *præsens.* Vide Pric. et notata ad l. III. p. 57. 'Reversus ad sensum præsentis.' *Id.*—7 Vitiose in Edd. Par. Merc. Wow. Pric. *more.* Id.—8 *Primi Jovis.* Lego, *Nam inprimis.* Stewech. Bert. *premi:* unde Modius conjiciebat *supremi*, quod ego probo ob locum illum lib. III. p. 47. 'Ut ego quamvis ipsius aquilæ sublimis volatibus toto cœlo pervius, et supremi Jovis certus nuntius, vel lætus armiger,' &c. *Sciopp. in Symb. et Susp.* IV. 14. *Optimi Jovis.* In Flor. est, *primi J.* in Bert. *premi:* unde recte Modius facit, *supremi J.* Elmenhorstius. Atque ita dudum ediderat Wowerius, et post Elmenhorstium ceteri. *Optimi* est in sola Vulc. Ed. sec. In reliquis Mss. et Edd. *primi.* Quod dubito, an quidem debeat mutari. Ut enim supremus, ὕπατος, sic πρῶτος, primus, princeps, et ἄρχων Θεῶν est Jupiter. Ovid. Ep. IV. 34. 'Jam mihi prima Dea es.' *Oud.*—9 *Avis.* Flor. *ales.* Recte. Ovid. l. IV. Met. vs. 362. est 'regia ales.' Achilli Tatio l. II. 'Rex omnium avium.' *Elmenh.*—1 Desideratur hoc nomen in D'Orvill. Cod. *Oud.*—2 Flor. *pollicitatorem.* Male. Ganymedem signat, de quo Hyginus lib. II. Theod. l. IV. Arnob. l. VII. Fulg. Mytholog. l. I. et alii. *Elmenh.* *Pollicitatorem* Pith. *procillatorem* Fux. *pugillitatorem* Oxon. *pugillatorem* Par. Ac male *abstulerat* citat Heins. ad Val. Flacc. l. IV. 161. *Oud.*—

NOTÆ

[1] *Pocillatorem Phrygium*] Ganymedem, Trojanum et Phrygem.

rit.[m] Et ob os[4] puellæ prævolans,[5] incipit: At[6] tu simplex alioquin, et expers[7] rerum talium, sperasne[8] te sanctissimi, nec minus truculenti fontis vel unam stillam posse furari, vel omnino contingere? Diis etiam, ipsique Jovi[9] formidabiles aquas istas Stygias vel fando comperisti?[1] quodque vos[2] dejeratis per numina Deorum, Deos per Stygis[3] majestatem solere? Sed cedo istam urnulam.[4] Et[5] protinus arreptam, completamque festinanter,[6] libratisque pinnarum nutantium[7] molibus, inter genas sævientium dentium, et trisulca vibramina draconum, remigium dextera[8] lævaque porrigens, violentes[9] aquas, et ut abiret innoxius[n]

puellam, sic fatur: Tu vero rudis alioquin, et ignara hujuscemodi rerum, confidisne te posse subripere, aut etiam tangere vel unam guttam hujus sacratissimi, pariterque horrendi laticis? Audivistine unquam aliquid de his aquis Stygiis, quæ metuendæ sunt etiam Diis et ipsi Jovi? Et scisne Deos solitos esse jurare per numen Stygis ea, quæ vos juratis per ipsos Deos? Sed da mihi istud vasculum. Et statim captum implevit, expansaque amplitudine alarum motitantium, dirigens volatum modo in dextram partem, modo in sinistram, inter ora draconum armatorum sævis dentibus, et vibrantium linguas trifidas, haurit aquas licet invitas, et hortantes ut discederet

---

8 Ms. Fulv. *numinis.* Sciopp. in Symb.—4 Minus recte Edd. Ber. Bas. utraque, Colv. Vulc. Wow. Pric. carent copula *Et* contra reliquos Mss. et Edd. *Ob es* Palat. Guelf. *Id.*—5 Male Reg. D'Orv. *pervolans.* Dicitur *prævolans,* ut 'prævehens,' et similia. *Id.*—6 D'Orv. *Ac.* Sed vide ad lib. I. initium. Ultima vox deest Bertin. *Id.*—7 Membranæ D'Orv. *et inexspers.* Eadem varietas l. III. p. 56. 'Rudis et expers.' *Id.*—8 *Sperasque.* Lego: *sperasne.* In vulgatis perperam servarunt *sperasque;* nisi putes trajectis vocibus, *quæ sperasque te,* absque interjectionis nota. *Stewech.*—9 *Ipsique Jovi.* Subnectitur iterum *etiam* in D'Orv. *Oud.*—1 In Ms. Par. *vel saltem f. comp.* e glossa, ut videtur. *Comperuisti* in D'Orvill. Fux. *Id.*—2 Oxon. *que vos.* Id.—3 Ms. Fulv. *Stygiam.* Sciopp. in Symb.—4 Guelf. *credo.* Margo Ed. Bas. sec. *vernulam.* Oud.—5 Oxon. Fux. *Sed.* D'Orvill. *Sed.* Id. [Q.?]—6 Flor. *festinat.* Elmenh.—7 Fux. *pennarum micantium.* Roaldus. Ms. Fulv. *vibratisque p. mutantium m.* Sciopp. in Symb.—8 Sic Mss. et Edd. Vett. non *dextra.* Oud.—9 *Volentes.* Vulgo, *nolentes.* Elmenh.—1 *Præmonentes.* Ms. Fulv. *præmiran-*

NOTÆ

[m] *Alti culminis Diales vias deserit*] 'Diales,' ἀπὸ τοῦ Διὸς, æthereas. De Aquila Noster in Floridis: 'Aquila, cum se nubium tenus altissime sublimavit, evecta alis totum illud spatium qua pluitur, et ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso (ut ita dixerim) solo ætheris et fastigio hyemis,' &c.

[n] *Ut abiret innoxius*] 'Innoxius' hic an, innocuus, id est, intactis aquis? An vero illæsus a draconibus? Hoc posterius magis placet. Itaque 'innoxius' passive pro eo, cui non est nocitum, ut vidimus supra 'nescius' pro eo qui nescitur: 'Uteri nescia rudimenta.' Observa hic 'innoxius,' et mox 'commentus' masculino ge-

præminantes,[1] excipit:[2] commenta, ob jussum[3] Veneris petere, eique se præministrare. Quare[4] paulo facilior[5] adeundi fuit copia. Sic acceptam cum gaudio plenam urnulam[6] Psyche Veneri citata[7] retulit. Nec tamen nutum Deæ sævientis[8] vel[9] tunc expiare potuit. Nam sic eam, [120] majora atque pejora flagitia comminans,[o] appellat renidens[1] exitiabile: Jam[2] tu quidem videris maga quædam mihi et alte[3] prorsus malefica,[p] quæ talibus præceptis meis obtemperasti gnaviter.[4] Sed adhuc istud, mea pupula,[5] ministrare debebis. Sume istam pyxidem, (et

illæsa: mentita se eas petere jussu Veneris, seque esse ejus ministram. Quapropter paulo facilior fuit ipsi venia accedendi. Itaque Psyche gaudens accepit urceolum plenum, et reportavit ad Venerem festinans. Neque tamen potuit placare etiam tunc numen sævæ Deæ; his enim verbis affatur ridens letale, et minitans majora gravioraque pericula: Jam tu mihi videris quidem aliqua saga, et plane magna venefica, quæ strenue obedivisti ejusmodi jussis meis. Verum, o puellula mea, oportet ut præstes adhuc mihi hoc obsequium. Cape hanc pyxidem (et tradidit

---

tes. Sciopp. in Symbola. Palat. et Rom. *præminantes.* Flor. *potantes.* Elmenh. Lego, *præminantes.* Sic infra: 'Nec alium locorum inquilinum præminabantur.' Isidorus: 'Minator est monitor; sed monitor dicitur, cum prænuntiat bona; minator, cum prænuntiat adversa.' *Brant.*—2 Al. *excepit.* Oud.—3 Pith. *missum.* Id.—4 Bert. *Quia.* Id.—5 Ms. *felicior.* Sciopp. in Symbola. Alii, *fælicior.* Elmenh. Male. *Oud.*—6 Vulgo, *urnam.* Elmenh. Bene ita restituit Elmenh. cum Scriv. et Flor. ut præbent Florid. Oxon. Par. Palat. Fux. et Ed. Junt. post. ut p. 118. 'Ista deferto urnula:' et paulo ante: 'Cedo istam urnulam.' In Pal. tamen vitioso more est *plena urnula.* Oud.—7 Ms. Fulv. *cita.* Sciopp. in Symb. Alii, *cita.* Elmenh.—8 Male omittit Bert. *τὸ sævientis.* Id.—9 Abest *vel* ab Oxon. *tunc* a Reg. Fux. in quo insuper inepte exaratur *expirare.* Id.—1 Fux. *ridens.* Roald.—2 Fux. *Ain.* Oud.—3 *Magna quædam mihi et alta.* Quidam: *maga quæd. mihi et al.* Forte scribendum: *maga quædam mihi et cata prorsus,* vel *atra prorsus:* vel simile quid. Illud *alta* enim non videtur rectum. *Colv.* Emendabis: *maga q. m. et alte prorsus m.* Wowerius. *Maga q. m. e. alte pr.* Sic Scal. Flor. *magna q. m. et alta.* Alii, *magna q. m. et cata pr. malefica. Alte, ἄκρως, πάνυ. Elmenhorstius.* B. *maga. q. m.* Putean.—4 Pith. Guelferb. Edd. Ber. Bas. pr. *graviter.* Pro *istud* in Pith. *ista.* Oud.—5 Pal. *pupilla.* Quod minime rejiciendum. *Wower.* Tu, lector, consulas potius Pricæum. Oxon. *papula.*

NOTÆ

nere, cum supra dixerit 'ales illa' fœminino, quæ omnia referuntur ad nomen 'Aquila' generis epicœni.

o *Majora atque pejora flagitia comminans*] Nonius: 'Flagitium, periculum. Lucilii testimonio, lib. XXIX. 'Quiete poscente minus, et præbent rectius multo, et sine flagitio.'' Idem Nonius: 'Flagitium Veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt.' Priori sensu hic intellige 'flagitia.'

p *Et alte prorsus venefica*] 'Alte:' ἄκρως, πάνυ.

dedit[6] protinus,) et usque ad Inferos et ipsius Orci ferales penates te dirige. Tunc conferens[7] pyxidem Proserpinæ, Petit de te Venus, dicito, modicum de tua mittas ei formositate, vel ad unam saltem dieculam sufficiens.[8] Nam,[9] quod habuit, dum filium curat ægrotum, consumsit atque contrivit omne. Sed haud[1] immaturius redito; quia me necesse est, indidem delibutam,[2] theatrum Deorum frequentare. Tunc Psyche vel maxime sensit ultimas fortunas suas: et, velamento rejecto, ad promtum exitium sese compelli[3] manifeste comperit. Quidni?[4] quæ suis pedibus ultro ad Tartarum Manesque demeare[5] cogeretur. Nec cunctata[6] diutius, pergit ad quampiam turrim[7] præaltam, indidem se datura[8] præcipitem. Sic enim rebatur, vel ad Inferos[9] recta atque pulcherrime se posse descendere. Sed

statim ei): ito usque ad Avernum et funestas sedes ipsius Ditis. Ibi tum exhibens pyxidem Proserpinæ, dic ipsi: Venus te rogat, ut ad se mittas paululum de tua pulchritudine, quod satis ei sit saltem in unum diem: quicquid enim habebat, absumsit id omne atque detrivit interim, dum curat filium ægrotantem. Verum ne remees tardius; oportet enim ut me conferam in consessum Deorum uncta illa. Tunc maxime Psyche animadvertit se esse redactam ad extremas angustias, evidenterque agnovit se, remota jam omni simulatione, trudi ad celerem perniciem. Cur non? siquidem jubebatur ipsa descendere suis pedibus ad Inferos et umbras mortuorum. Nec ultra morata, petit quandam turrim altissimam, præcipitatura se ex ipsa: putabat enim se hac ratione posse facillime et commodissime demeare ad Ere-

Guelf. *puplila.* Oud.—6 *Et dedit* delet Flor. *Elmenh.*—7 Ms. *Tunc cum feres.* Sciopp. in Symb.—8 Flor. *sufficiente.* Elmenh. *Deiculam* Pal. Guelf. *Oud.* —9 D'Orv. *Jam.* Id.—1 Palat. et Guelf. carent τῷ *haud,* et in Pal. *immaturis,* in utroque *reddito.* In Pith. *aui maturius:* unde vir doctus conjecit: *audi: maturius red.* Salm. allevit: *audi: immat.* Id.—2 *Delinatam.* Fux. *delitam.* Aldus vero, *delinitam.* Forte, *delineatam.* Petronius eodem ferme modo: 'Immo supercilia etiam profert de pyxide, scitaque ductura lineamenta secuta, totam illi formam suam reddit.' Ita enim nos hunc locum mire corruptum emendabamus. Nam supra dixerat: 'Epigramma per totam faciem liberali manu duxit.' *Roald.* Bertin. *delibutam.* Sciopp. in Symb. et Susp. l. IV. 16. *Delitam.* Alii, *delinitam.* Bert. *delibutam.* Elmenh.—3 Bert. *exp.* Oud.—4 Par. *Quid tum?* Id.—5 Par. Guelf. *commeare.* Id.—6 Sic Mss. plerique, et Edd. Vett. item Scriver. *Contata* al. cum Flor. Oxon. *Id.*—7 *Perg. q. turr.* Veteres editiones secutus sum. Recentiores, *perg. ad. q. turr.* Pergere turrim, ut 'pergere iter,' 'civitatem,' alibi. *Colv. Pergit ad q.* Colv. particulam *ad* male expunxit, quæ in Rom. editione et optimis Mss. etiam extat. *Elmenh.* Malo cum Bas. Edit. *pergit ad q. t.* Brant.—8 Flor. *sese daturam.* Elmenh. *Sese* edidere Elmenh. Scriv. Flor. *Se id datura* Ed. Junt. post. *Daturam* etiam Reg. Fux. Pal. Oxon. Latet aliquid. In D'Orv. est, *videlicet se datura.* An, *videlicet sese datura inde pr.?* Jam præcessit 'indidem.' *Oud.*—9 *Reb. ad Inf.* Auctius D'Orv. *reb. vel ad*

turris prorupit[1] in vocem subitam, et, Quid[2] te, inquit, præcipitio,[3] misella, quæris extinguere? Quidque[4] jam novissimo periculo laborique isto[q] temere succumbis?[5] Nam, si spiritus corpore tuo semel fuerit sejugatus,[6] ibis quidem profecto ad imum Tartarum, sed inde[7] nullo pacto redire poteris. Mihi ausculta. Lacedæmon, Achaiæ[r] nobilis[8] civitas, non longe sita est. Hujus conterminam, deviis abditam[9] locis, quære Tænarum.[1] Inibi spiraculum Ditis, et[2] per portas hiantes monstratur iter invium:[3] cujus te limite transmeato viæ simul commiseris,[4] jam canale [121] directo[5] perges[6] ad ipsam Orci regiam.[7] Sed

bum. Verum turris cœpit repente loqui, et, Quare, ait, o infelix, tentas finire vitam præcipitio, et cur tam facile vinceris hoc ultimo discrimine et labore? Si enim anima fuerit semel separata a tuo corpore, descendes quidem certe ad infimum Avernum, sed nullatenus poteris remeare illinc. Audi me. Sparta, inclyta urbs Achaiæ, haud procul hinc distat; investiga Tænarum, huic vicinam, abstrusam locis inaccessis. Illic ostenditur spiraculum Plutonis, et via infrequens per hiatum patentem, cui statim atque te credideris supergressa aditum ejus, jam tendes ad Palatium Plutonis recto tramite. Verum oportebit, ut non gradiaris inanis eo

Inf. Nec male. Contra Pal. excludit *τὸ enim*. Oud.—1 *Prorumpit*. Flor. *prorupit*. Elmenh. Adde Palat. Oxon. Fux. ut edidere Elmenh. Scriv. Flor. *Oud.*—2 *Et, Qui*. Sic Bert. recte. 'Et qui,' 'Et cur' pro, cur. *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. IV. 16. *Ecquid*. Flor. *et quid*. Elmenh.—3 Fux. *præcipitem*. Roaldus. Flor. *præcipitem, o mis*. Elmenh. Accedunt Palatin. Oxon. Guelf. Par. D'Orv. sed præcessit 'præcipitem;' et substantivo hoc usus est Auctor quoque l. IV. p. 80. 'Laqueus, aut gladius, aut certe præcipitium capessendum est.' Vide etiam ad l. II. p. 30. 'Præcipitio, vel præceps demersa est.' *Oud.*—4 Copula abest Oxon. et Pal. item *jam* a Fux. *Id.*—5 Flor. *t. incumbis*. Male. *Elmenh.* Frustra quoque in Edd. Ald. Junt. post. Colin. est *isti*. Veteri terminatione, 'isto,' sæpe usus est Appuleius. Vide ad l. v. p. 109. 'Isto meo pectori.' *Oud.*—6 In Regio, Fux. *corporis tui*. Palatin. Guelferb. *te jug.* Id.—7 *In nullo* Fux. *Id.*—8 Adjectivum non habet Palat. *Id.*—9 *Conterminam, d. abditam locis*. Suo more idem et Guelf. non novit literam *m*. In Ed. Vicent. *additam*. Fux. quoque, *abdita*. Id.—1 Vitiose D'Orv. *quem Ternariis*. Pal. *Tenasum*. Id.—2 Abest copula a Bertin. uncis inclusa per Elmenh. et Scriv. Id.—3 Mstus Fulv. *imum*. Wowerius. Sciopp. in Symbola. Alii, *imum*. Elmenh.—4 *Transmeatam simul comm.* Ex eodem Cod. emendandum: *cujus te limite transmeato*. Wow. Recte Ms. *limite transmeato*. Et statim: *perges*. Sciopp. in Symbola. Flor. et Fulv. liber, *limite transmeato*. Recte. *Elmenh.*—5 Flor. *direpto*. Male. *Elmenh.* Item Pith.

NOTÆ

[q] *Laborique isto*] Ἀρχαϊκῶς, pro, isti. Sic Terent. Eunucho: 'Mihi solæ ridiculo fuit;' pro, Mihi soli.

[r] *Lacedæmon, Achaiæ*] Vide Notas lib. I. p. 3. Achaiæ duæ fuerunt, una Macedoniam inter, et Peloponnesum, altera in ipsa Peloponneso, quæ vera et prima Achaia putatur. Hujus erat Lacedæmon.

non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere, sed offas polentæ mulso concretas [8] [s] ambabus gestare manibus, at etiam in [9] ipso ore duas ferre stipes. Jamque, confecta bona parte mortiferæ viæ, continuaberis [1] claudum asinum lignorum gerulum, [t] cum agasone simili: qui te rogitabit, [2] decidenti sarcinæ fusticulos [3] aliquos porrigas ei. Sed [4] tu, nulla voce depromta, tacita præterito. Nec mora, cum [5] ad flumen mortuum [u] venies, [6] cui præfectus Charon, [w] protinus [7] expetens portorium, sic ad ripam

usque per illam obscuritatem, sed tibi ferenda erunt utraque manu duo liba ex farina hordeacea, pinsita vino mellito, et gestandi erunt duo nummuli ærei in ipso ore. Et, cum emensa fueris bonam partem itineris letalis, assequeris asinum claudicantem, bajulantem ligna, cum asinario simili, qui orabit te ut sibi tradas aliquot bacillos delapsos ex suo fasce: at tu transeas cum silentio nullo verbo prolato. Et paulo post devenies ad Lethæum amnem, cui præpositus Charon, continuo rogans

Fux. *Oud.*—6 Sic recte Mss. Fulv. Guelf. Fux. Reg. Pal. D'Orv. Par. cum Edd. Wower. et Pric. In ceteris *pergis*. Id.—7 Pal. *O. reginam*. Id. —8 *P. mulsa c.* Idem vet. Cod. scribit, *p. mulso contritas*. Wowerius. Ms. *mulso*. Bertin. *contritas*. Sciopp. in Symb. et Susp. lib. IV. 16. Bertin. *p. m. contritas*. Loquitur de naulo Veterum, quod mortuis in os imponere solebant, putantes, sine hoc Charontem animas gravatim recipere. Suidas: Μελιτοῦττα: *μελιτοῦττα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς, ὡς ἐς τὸν Κέρβερον, καὶ ὄβολος μισθὸς τῷ Πορθμεῖ, καὶ στέφανος, ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοις. Elmenhorstius.* —9 *Ac in.* Pro *ac in* Pal. ostentat *etiam in*. Fux. *et in*. Pith. *at etiam*. Verissime. Adi me ad l. I. p. 10. Guelf. *fert stipas*. Oud.—1 *Continuaveris.* Corrige: *continuaberis*. Wow. Lege, ut est in Vet. Cod. *continuaberis*, vel cum Bert. *continuabis*. Vide pag. 89. *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. IV. 16. *Continuaberis.* Flor. *contingueris*. Pal. et Bert. *continuabis*. Rom. *continuaveris*. Ald. *continuaris*. Vide Indicem. *Elmenh.*—2 *Rogabit*. Flor. *rogaverit*. Elmenhorstius. D'Orv. Pith. *rogitabit*. Optime; ex Ter. et Virg. *Qui* deest Bert. *Oud.*—3 Lego, *decidente sarcina funiculos*. Rogabit te, inquit, senex, jam sarcina sua lignorum decidente, et soluta, aliquot funiculos ei porrigas, quibus iterum ea ligetur, et componatur. Sic infra lib. VII. 'Stuppæ sarcina me satis onustum, propereque funiculis constrictum, producit in viam.' Gellius Noct. Attic. lib. V. (cap. 3.) 'Is de proximo rure in Abderam oppidum caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat.' Loquitur de Protagora, bajulo ante studium sapientiæ. *Colv.* *Decidente sarcina funiculos.* Flor. *d. sarcinæ fusticulos a. p. e.* *Tu nulla*. Elmenh.—4 A solo Florent. abest τὸ *Sed*. Pith. *Sed tu in illa v.* Oud.—5 *Cum* deest Oxon. Male. Vide ad l. IV. p. 69. *Id.*—6 D'Orv. *veniens*. Id.—7 In D'Orv. *protinens*. Pal. Guelf. *prote-*

NOTÆ

[s] *Offas polentæ mulso concretas*] Desumta hæc ex hoc Virgilii, lib. VI. Æn. 'Melle soporatam et medicatis frugibus offam.'

[t] *Claudum asinum lignorum gerulum, &c.*] Ad fabulam aliquam respicit, suo ævo notam, cujus ad nos usque memoria non pervenit.

[u] *Flumen mortuum*] Acherontem, Inferorum fluvium, vel Cocytum.

[w] *Charon*] Hujus descriptionem vide apud Virgil. lib. VI. Æneid.

ulteriorem [8] sutili [9] cymba [x] deducit commeantes. Ergo et inter mortuos avaritia vivit? Nec Charon ille, Ditis et pater, [1] [y] tantus Deus, quicquam gratuito facit; et pauper moriens [2] viaticum debet quærere; [z] et, æs si forte præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur? [3] [a] Huic squalido seni [4] dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alteram: sic tamen, ut [5] ipse sua manu de tuo sumat ore. Nec secius tibi, pigrum fluentum transmeanti, quidam supernatans senex [b] mortuus, putris attollens manus, orabit,

naulum, ea mercede trajicit transeuntes ad marginem adversum navicula textili. Igitur averitia viget etiam inter defunctos? Et ille Charon et Pluto, tantus Deus, nihil faciunt absque mercede; atque oportet ut inops moriens quærat viaticum; et, si forte non habuerit stipem ad manum, nemo sinet eum mori? Dabis huic sordido seni pro portorio unum ex nummulis, quos feres, ita tamen, ut ipse capiat manu sua ex tuo ore. Similiter, dum trajicies tardum flumen, quidam senex mortuus supernatans, sustollens manus putridas, rogabit te, ut trahas ipsum intra cymbam: neque

nus. Id.—8 Post ultimam vocem addit D'Orv. literam *s*, notam nempe vocis *scilicet*, quam sæpissime insertam orationi ab Auctore vidimus ad l. III. p. 61. *Id.*—9 *Subtili.* Fux. *futili*, et ita Ald. *Roald.* Ald. *futili.* Hæc ex Virgilio descripsit, quem adi l. VI. vs. 513. et seqq. *Elmenh.*—1 *Nec ille Ditis pater.* Ald. *χωρὶς τοῦ Charon*, quod tenuit Beroald. Ditis pater ὁ Πλούτων. Charon etiam ipse Ditis appellatus. Glossa Philoxeni: 'Ditis, Χάροντος.' *Roald. Nec Ch. ille, Ditis pater.* Vulgatum ubique, *Ditis et pater.* Beroaldus etiam, ut nos, ita emendandum bene censet. Gloss. 'Ditis pater, ὁ Πλούτων.' Petronius: (Carm. de B. Civ. vs. 77.) 'Has inter sedes Ditis pater extulit ora.' Arnobius l. II. IV. et V. Isidor. Origin. lib. VIII. *Colv.*—2 Palat. Pith. Fux. Guelf. *mor. paup.* Oud.—3 Fux. *e. videret.* Corrupte. *Roald.* Ms. *expiare.* Sciopp. in Symbola. Reg. etiam *videret*, vel *videretur.* D'Orvill. *patitur.* Oud.—4 Bas. 1. *semini.* Unde faciendum arbitratur Lipsius *semoni*, vel *senici.* Posterius ego mallem, et correctionem ejus amplector Plauti Milite: 'O lepidum senicem, si quas memoras virtutes habet!' In scriptis enim libris esse notatur a viris doctis: *O lepidum seminem.* Colvius. Lipsius, *senici.* Virg. l. VI. 'Terribili squalore Charon, cui plurima mento Canities inculta jacet,' &c. *Elmenh.* Pravo antiquata captandi studio, *seni*, quod est in Mss. et Edd. O. præterquam in vitiosa Bas. pr. tentarunt Lips. in Elect. III. 24. Colviusque, et *senici* expressit Vulcan. Ed. sec. *Stipitibus* Pith. *Oud.*—

NOTÆ

[x] *Sutili cymba*] Virgil. ibidem: 'Gemuit sub pondere cymba Sutilis, et multam accepit rimosa paludem.'

[y] *Ditis et pater*] 'Ditis' hic in recto casu est; non in patrio.

[z] *Moriens viaticum debet quærere*] Plaut. in Prologo Pœnuli: 'Ipse abit ad Acheronfem sine viatico.'

[a] *Nemo eum expirare patietur*] Consimile est apud Lucianum, Dialog. Mort. illud Menippi ad Charontem naulum poscentem: ᾔδειν μὲν, οὐκ εἶχον δέ· τί οὖν; ἔχρην διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; Sciebam quidem, (quid apportandum fuerit), sed non habebam: quid ergo? An propterea mori non oportuit?

[b] *Quidam supernatans senex*] De hoc

ut eum intra navigium trahas.[6] Nec tu tamen illicita afflectare[7] pietate. Transito fluvio, modicum te progressam textrices orabunt anus,[c] telam struentes,[8] manus paulisper accommodes. Nec id tamen tibi contingere fas est. Nam[9] hæc omnia tibi, et multa alia de Veneris insidiis orientur, ut vel unam de manibus omittas[1] offulam. Nec putes futile istud polentarium[2] damnum[d] leve. Altera enim perdita,[3] lux hæc[4] tibi prorsus denegabitur. Canis[e] namque pergrandis, trijugo[5] et satis amplo capite præditus, immanis et formidabilis, conantibus[6] oblatrans faucibus,

tu tamen commovearis miseratione illegitima. Amne trajecto, cum processeris aliquantulum, vetulæ textrices texentes telam rogabunt te, ut se juves tantillum admotis manibus: neque tamen licet tibi hoc tangere: hæc enim omnia et alia multa tibi suscitabuntur insidiis Veneris, ut vel unum libum dimittas e manibus. Neque existimes jacturam illam unius offæ, quæ alias levis est, tunc esse parvi momenti: una enim amissa omnino privaberis hac luce. Canis enim ingens, instructus capite triplici et vasto, enormis, et terribilis, allatrans faucibus reboantibus instar tonitru,

5 Ms. D'Orv. *ne*, contra Appuleii mentem. *Id.*—6 Flor. *tradas.* Elmenh. Sic quoque Guelf. *Oud.*—7 *Affectare.* Fux. *afflectare.* Roaldus. Bertin. et Palat. *afflictare.* Forte rectius *afficiare.* Wowerius. Bert. et Fulv. unus, *afflictare.* Fulv. alter *afflectare.* Sciopp. in Symbola. *Affictare.* Rom. et Flor. *affectare.* Pal. et Bert. *afflictare.* Inepte. Vide Indicem. *Elmenh.* Lege: *illicita affectare pietate,* et vide Indicem. *Idem. in Add.*—8 Bert. *t. instruentes,* ἱστὸν ὑφαίνουσαι. *Elmenh.* Eam lectionem recepit Scriver. Vide, quæ notavi ad p. 112. 'Fanum solerti fabrica structum,' vel 'instructum.' Hinc metaphorice 'struere aciem,' 'carmen,' 'versus.' Vide Drakenb. ad Liv. lib. XLII. 51. Burm. ad Ovid. II. ex P. v. 19. Pith. *cistruentes.* Oud.—9 Pal. *Nec,* pro *Nam.* Pro *hæc* Oxon. a m. pr. *hujus.* Sed in marg. *hæc,* ut dant D'Orv. Pith. Fux. Guelf. cum Ed. Junt. post. et recentioribus plerisque. In aliis de more *hic.* Id.—1 *Comittas.* Emendarim *omittas.* Colvius. Fux. *omittas.* Roald. Omnino emendandum ex Vett. libris, *omittas.* Wowerius. Ms. rectissime, *omittas.* Sciopp. in Symbola. *Omittas.* Palat. *obmittas.* Elmenh.—2 *F. i. pollentarium.* In Pal. *futisse i. pollentarium.* Oxon. *fatile i. pollentalium.* Fux. *facile.* Guelf. *pollentacium.* Scrib. vero per unicam *l* cum nonnullis, a *polenta.* Oud.—3 Oxon. a m. pr. *ipedita.* Id.—4 Idem a m. pr. *hujus.* Id.—5 Ms. Guelf. *terjugo.* D'Orvill. *trijugero.* Male. Statim copula deest Fux. *Id.*—6 Beroald. rescribit, *comantibus.* Lipsius, *tonantibus.* Ego legebam, *sonantibus,* vel *inhiantibus,* seu *hiantibus.* Supra enim l. IV. 'Jam faucibus ipsis hiantis Cerberi reluctabat.' Virg. Georg. IV. 'Tenuitque inhians tria Cerberus ora.' *Colv.* *Tonantibus.* Ro. *conantibus.* Colv. *sonantibus.* Elmenh.—7

NOTÆ

sene nihil habemus apud Auctores, sicut nec de agasone et asino, de quibus supra.

[c] *Textrices orabunt anus*] Videtur Parcas innuere: quanquam hæ tamen vitam hominum nere dicuntur, non texere.

[d] *Polentarium damnum*] Jacturam offæ, ex polenta factæ.

[e] *Canis*] Cerberus.

mortuos, quibus [122] jam nil mali[7] potest facere, frustra territando, ante[8] ipsum limen et atra atria Proserpinæ semper excubans,[9] servat vacuam Ditis domum.[f] Hunc, offrænatum[1] unius offulæ præda,[2] facile præteribis: ad ipsamque[3] protinus Proserpinam introibis: quæ te[4] comiter excipiet, ac benigne; ut et molliter assidere, et prandium opipare suadeat sumere. Sed tu et humi reside,[5] et panem sordidum petitum esto:[6] deinde nuntiato, quid adveneris, susceptoque, quod offeretur,[7] rursus remeans, canis sævitiem[8] offula reliqua redime: ac deinde avaro navitæ data, quam reservaveras stipem, transitoque ejus fluvio, recalcans[9] priora vestigia, ad istum cœlestium siderum redies[1][g] chorum.[h] Sed inter omnia hoc[2] observandum præcipue

incassum terrefaciendo defunctos, quos jam nullatenus potest lædere, agens perpetuas excubias ante fores et nigra palatia Proserpinæ, custodit inanes ædes Plutonis. Facile prætergredieris hunc coërcitum injecto uno ex libis tuis: et intrabis statim ad ipsam Proserpinam, quæ excipiet te blande atque amice, adeo ut te hortetur ad sedendum in mollibus sedilibus, et ad prandendum laute. Verum tu sede humi, et pete atrum panem, illumque comedito: dein memorata causa tui adventus, postquam acceperis quod tibi porrigetur, rediens iterum, libera te libo residuo a rabie canis; et postea nummulo, quem reservaveras, tradito avaro portitori, trajectoque amne ejus, reverteris in has luminis auras, remetiens priores gressus. Verum suadeo ut hoc

Mali deest in Palatin. *Oud.*—8 Bert. *quando.* Videtur corruptum ex præc. *territando;* nec de alia lectione hinc cogitandum. *Id.*—9 Bert. *superexcubans.* Elmenh. In contextum id recepit Scriv. me non probante. Vide ad l. IV. p. 75. 'Colles frigidos semper incubans.' *Oud.*—1 Oxon. *effræn.* Ed. Bas. pr. *affræn.* Id.—2 Oxon. *prædam.* Id.—3 Copula non comparet in Palat. Edd. Junt. Ald. Desunt usque ad *quæ* in Guelferb. *Id.*—4 Exulat pronomen a D'Orv. *Id.*—5 Ed. Basil. pr. *residere.* Guelf. a m. pr. *residens.* Id.—6 *Petitu.* Fux. *petitum.* At Ald. *petito. οὐ καταλαμβάνω. Roald.* Bas. I. et Col. *petito.* Sic rescripsimus ex Rom. codicis scriptura Apol. I. 'Accipe aliud, pari quidem stultitia, sed multo tanto vanius et nequius excogitatu.' *Colv.* Ms. *petitum.* Alius Ms. *portatum.* Forte: *pete, tum.* Sciopp. in Symbola. *Petitum.* Vulgo, *petito.* Sciopp. *pete, tum.* Elmenhorstius. B. M. *petitum.* Putean.—7 D'Orvill. Oxon. *offertur.* Pith. Fux. Guelferb. Edd. Vicent. Juntin. Ald. *efferetur.* Id.—8 D'Orv. Guelf. Oxon. *sævitiam,* perpetua variatione. *Id.*—9 Mss. *recolens.* Sciopp. in Symbola. Flor. et Fulv. liber, *recolens.* Elmenh. *Recolens* forsan ex Oxon. *Wasse.*—1 *Redies* pro, redibis, quo alibi semper utitur, hic retinent Mss. nisi quod in Pal. sit *rediens.* Oud.—2 *Hic.* Flor. *hoc.* Elmenhorstius. Item D'Orv. Pith. Fux. Guelf. et Ed. Scriver. *Hec* Palatin.

NOTÆ

[f] ***Servat vacuam Ditis domum***] Virgil. 'Perque domos Ditis vacuas, et inania regna:' quippe quæ simulacris tantum mortuorum et sine corpore umbris plena sunt.

[g] *Redies*] Archaismus, pro, redibis.

[h] *Chorum*] Chorus proprie canentium est. Hic pro astrorum ἁρμονι-

tibi censeo, ne velis aperire vel inspicere illam, quam feres, pyxidem: vel omnino formositatis divinæ abditum curiosius[3] thesaurum. Sic turris illa prospicua[4 i] vaticinationis munus explicuit. Nec morata Psyche pergit Tænarum:[5] sumtisque rite stipibus[6] illis, et offulis, infernum[7] decurrit meatum: transitoque per silentium asinario debili, et amnica[8] stipe vectori data, neglecto supernatantis[9] mortui desiderio, et spretis textricum subdolis[1] precibus, et offulæ cibo sopita canis horrendi[2] rabie, domum Proserpinæ penetrat.[3] Nec offerentis hospitæ sedile delicatum,[4] vel

caveas præ ceteris, ne velis aperire aut intueri pyxidem illam, quam gestabis; neve solicita sis ullatenus de illo thesauro occulto divinæ pulchritudinis. Sic illa provida turris pronuntiavit suam præmonitionem. Psyche vero petit Tænarum absque cunctatione: assumtisque nummulis illis et libis ex præscripto, descendit per iter Averni: et præterito tacite agasone claudo, et naulo persoluto nautæ, spreto postulato mortui subternatantis, et subterhabitis fallacibus rogitationibus textricum, et sedato furore canis formidandi esca libi, ingreditur in ædes Proserpinæ. Recusatoque molli sedili, et prandio opiparo hospitæ invitantis, se-

Oxon. *Vel ap. v. ins. aliam* Fux. *Oud.*—3 *Cures.* Palat. et Ful. *curiosius.* Recte. *Wow.* Ms. *abditum curiosius thesaurum.* Recte: subintell. inspicere. *Sciopp. in Symb.* Flor. *abdictum curiosius.* Elmenh. Primum in Reg. Fux. Pal. Guelf. Oxon. est *divina formositate;* dein *curiosius* exaratur quoque in D'Orvill. Reg. Fux. Pith. Guelf. Oxon. Par. probante etiam Pric. nec male: nisi hic altius sedeat, quod suspicor, ulcus. *Oud.*—4 *Turris illa vel propitia.* Forte, *velut propitia.* Colv. Tò *vel* deest in Mss. *Sciopp. in Symb. Velut propitia.* Tò *velut* non est in Flor. sed in eo *prospicua.* Palatin. *perspicua* legit. *Elmenh.*—5 D'Orv. *Thernarum.* Pal. Guelf. *Thenasum.* Oud.—6 Al. *stipulis.* Vir d. in marg. Ed. Vic. *Id.*—7 Marg. Ed. Bas. pr. item Edd. Vulc. pr. Merc. Wow. Pric. exhibent *inferum.* Ovid. l. I. Met. 189. 'Per flumina juro Infera.' Et sic alibi. Sed non minus probum est alterum, quod legas in Mss. O. et ceteris Edd. *Oud.*—8 Fux. *amica.* Sed portorium expressit. *Roald.* Vide Plin. Prudent. et Sidon. Apoll. Epist. I. 5. Glossas. *Wass.* Ut et alii loquuntur. *Amica* vitiose exaratur quoque in D'Orv. et Oxon. a m. pr. *amuca* Pith. *Oud.*—9 Oxon. *supernatans.* Tum Pith. *mortuis.* Id.—1 Pal. *suptis.* A D'Orvill. exulat *subdolis.* Pith. *prec. subd.* Id.—2 Flor. *horrenda.* Elmenh.—3 Reg. Fux. Palat. Guelf. Oxon. Par. *penetravit.* Oud.—4 *Dedicatum.* Fux. *delicatum.* Roald. Vere scripti, *delicatum:* et deinde *protulit,* non *pertulit.* Wow. Scribo ex Ms. *delicatum.* D et L sæpe inter se commutarunt, ut docui in Verisimilibus et Suspectis Lectionibus. *Sciopp. in Symb.* Sciopp. s.

NOTÆ

κῶς κινούντων cœtu usurpatur. Sic lib. de Deo Socratis: 'Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones, aliosque itidem radiantes Deos, quibus cœli chorum comtum et coronatum suda tempestate visimus.'

[i] *Sic turris illa prospicua*] Sic restituit Pricæus ex Mss. Oxon. et Florent. Alias legebatur *propitia.*

cibum beatum amplexa;[5] sed ante pedes ejus residens humilis, cibario[6] pane contenta, Veneream[7] pertulit legationem. Statimque secreto repletam conclusamque pyxidem suscipit,[8] et offulæ sequentis fraude caninis latratibus obseratis, residuaque[9] navitæ reddita stipe, longe vegetior ab Inferis recurrit. Et repetita[1] [123] atque adorata candida ista luce, quanquam festinans[2] obsequium terminare, mente capitur temeraria curiositate. Et ecce, inquit, inepta[3] ego divinæ formositatis gerula, quæ ne[4] tantillum quidem indidem[5] mihi delibo, vel sic illi amatori meo formoso placitura. Et cum dicto reserat pyxidem. Nec quicquam ibi[6] rerum, nec formositas ulla,[7] sed infernus somnus, ac vere Stygius: qui[8] statim cooperculo revelatus,[9] invadit eam, crassaque soporis nebula cunctis ejus membris perfunditur, et[1] in ipso vestigio ipsaque semita collap-

densque humi ante ejus pedes, et contenta pane atro, exposuit mandata Veneris. Protinusque datur ei pyxis clam completa, et occlusa, ac latratibus caninis præclusis dolo alterius libi, et nummulo, qui supererat, tradito portitori, revertitur ab Inferis multo alacrior. Recuperato igitur et adorato claro lumine hujus mundi, tametsi properaret absolvere mandata, corripitur tamen animo curiositate imprudenti. Et, Sane, inquit, ego stulta sum, quæ fero pulchritudinem divinam, neque tamen sumo mihi aliquantulum ex ipsa, saltem ut hoc pacto placeam pulchro illi amatori meo. Et hoc dicens aperit pyxidem: neque res ulla, aut ulla pulchritudo inerat, sed sopor infernus, ac vere Lethæus, qui, simul ac discoopertus est sublato operculo, occupat ipsam; et caligo densi somni diffunditur in omnes artus ejus, et detinet lapsam in

delicatum. Bene. *Elmenh.*—5 Ms. Par. *amplexans*. Haud male. Vide supra ad p. 112. *Oud.*—6 *Et cibariò*. Fux. *cepario:* sed mendose, et eodem errore, quo in Glossis Græco-Lat. 'Χυδαῖος ἄρτος, ceperius.' Lege, *cibarius*. Vide notas. *Roald.* Copulam haud agnoscunt Flor. Bert. D'Orv. Fux. Pith. Oxon. Pal. nec opus est. *Oud.*—7 D'Orv. Pith. Guelferb. et Edd. Vett. *veneriam*. Id. —8 *Suscepit* Pith. *Id.*—9 *Et residua*. Mss. D'Orv. Pith. Fux. Pal. Oxon. Edd. Vic. Junt. utraque, Ald. Colin. *residuaque*. Quod præfero. Tum *canis* Fux. *nautæ* D'Orv. Vide supra. *Id.*—1 Flor. *Igitur repetita*. Elmenh. Immo *Repetita igitur* legitur, ut edidere Elmenh. Scriv. Florid. Rectius certe ederetur *At*, quam *Et*. Pith. *odorata*. Oud.—2 Pal. Guelferb. *festinantis*. Edd. Ber. Bas. pr. Colin. *terminaret*. Prave. *Id.*—3 Reg. Fux. Oxon. Pal. *inepte:* cum Guelf. qui caret τῷ *ego*. Id.—4 *Nec*. D'Orv. *ne*. Bene. Vide ad l. iv. p. 69. 'Nec perfringere quidem.' *Id.*—5 Male in D'Orv. Fux. Mss. *identidem*. Id.—6 Par. *tibi*. Id.—7 Reg. *illa*. Id.—8 Oxon. *Quod*. Id.—9 Mihi pro genuino est *cooperculo revelatus*, videlicet somnus, qui pyxide conclusa a Psyche ab Inferis usque petitus gerebatur. *Stewech.* *Revelatus i. e. crassi sop. nebula. Cunctis e.* Totum locum ex Fulv. Cod. ita restituo: *Qui st. cooperculo revelato invadit eam, crassaque soporis nebula cunctis ejus membris perf.* Wow. Vulgata mendosa sunt, et corrigenda ex Ms. *cooperculo revelato invadit eam, crassoque s. nebula cunctis ejus m. p.* Sciopp. in Symbola. *Crassique*. Flor. *crassaque*. Recte. *Elmenh.*—1 Palat. non habet copulam. *Oud.*

sam[2] possidet. Et jacebat immobilis, et nihil aliud quam dormiens cadaver. Sed Cupido jam cicatrice solida revalescens, nec diutinam suæ Psyches absentiam tolerans, per arctissimam cubiculi, quo cohibebatur, elapsus fenestram, refectisque pinnis[3] aliquanta quiete, longe velocius provolans, Psychen accurrit suam: detersoque[4] somno curiose, et rursum in pristinam pyxidis sedem recondito, Psychen[5] innoxio punctulo suæ sagittæ suscitat. Et ecce,[6] inquit, rursum perieras, misella, simili curiositate. Sed interim quidem tu provinciam,[7] quæ tibi matris meæ præcepto mandata est, exequere gnaviter: cetera egomet videro.[8] His dictis, amator levis[9] in pinnas se dedit. Psyche vero confestim Veneri munus reportat Proserpinæ.[1] Interea Cupido, amore nimio peresus,[k] et ægra facie matris suæ repentinam sobrietatem[2] pertimescens, ad armile[3] re-

ipso loco, ipsaque via; et ipsa strata erat immota, nihilque aliud videbatur, quam cadaver sopitum. At Cupido jam convalescens obducta cicatrice, et impatiens longæ absentiæ suæ Psyches, elapsus per angustissimam fenestram cubiculi, in quo detinebatur, et volans multo celerius alis recreatis quiete sat longa, advolat ad suam Psychen, et sopore sedulo absterso, iterumque retruso in pyxidem, suum priorem locum, expergefacit Psychen levi punctiuncula suæ sagittæ. Et, Nunc, ait, perdideras te iterum, o infelix, propter consimilem curiositatem, At tu interim strenue perfungere munus tibi injunctum jussu meæ parentis: ego ipse curabo reliqua. Post hæc verba volucris amator avolavit. Psyche autem defert statim ad Venerem donum Proserpinæ. Cupido interim consumtus vehementia amoris, et morbido vultu, metuens Sobrietatem subito accersitam a sua matre, redit ad ingenium: et, delatus

—2 Flor. *collapsa*. Male. *Elmenh.* Sic quoque Fux. Pal. Guelf. et Oxon. possetque ad 'membra' referri, vel *collapsæ*, sc. membra, legi. Nil tamen mutari est necesse. In quatuor ultimis Mss. a m. pr. *post se* vitiose exaratur, pro *possidet*. Oud.—3 D'Orv. *pennis* de more. Vide supra. *Id.*—4 Ms. Fulv. *decussoque*. Sciopp. in Symbola. Alii, *decussoque*. Elmenh. Cave, ita rescribas. Ortum e depravata scriptura, quæ restat in Cod. D'Orv. *decursoque*. Gell. l. XVII. c. 16. 'Venena detergere.' In Apol. p. 498. 'Maculam detersisse.' Alibi 'detergere lacrymas,' 'vestigia,' &c. innumera. Vide ad l. IV. p. 86. *Oud.*—5 *Psychen* deest D'Orv. *Innoxie* prave Ed. Amst. Scriv. *Sag. suæ* Pal. Fux. *Id.*—6 Cod. D'Orv. caret τῷ *ecce*. Perperam. Rectius abesset τὸ *inquit*. Nec tamen necesse. De utroque sæpius visum supra. *Id.*—7 Abest a Ms. *provinciam*; cetera ita leguntur: *quod t. m. m. præc. mandatum est*. Sed mala glossa in vicem textus irrepere voluit. Verum non fiet me vivo. *Roald.* —8 Pith. *video*. Oud.—9 Pal. *lenis*. Flor. *lætus*. Elmenh.—1 Τὸ *Proserpinæ* deest Bert. *Id.* Uncis inclusit Scriv. In D'Orv. Pith. Cod. *Veneris*. Pessime. *Oud.*—2 *Severitatem*. Rom. *sobrietatem*. Elmenh.—3 Flor. et Pal.

NOTÆ

[k] *Amore peresus*] Virgil. lib. VI. Æn. 'Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.'

dit:[l] alisque pernicibus cœli[4] penetrato vertice, magno Jovi supplicat, suamque causam probat. Tunc Jupiter, perprensa[5] Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata,[m] consaviat,[6] atque sic ad illum, Licet tu, inquit, domine fili,[7] [n] nunquam [124] mihi concessu[8] Deum decretum servaris[9] honorem: sed istud pectus meum, quo leges elementorum et vices siderum disponuntur, convulneraris[1] assiduis ictibus, crebrisque terrenæ libidinis fœdaveris casibus,[2] con-

ad supremum cacumen cæli pinnis celeribus, deprecatur summum Jovem, eique approbat suam causam. Tum Jupiter contrectans osculum Cupidinis, et referens manum ad suum os, deosculatur eum, et alloquitur his verbis: Domine fili, quamvis tu nunquam exhibueris mihi reverentiam concessam mihi decreto Deorum: sed percusseris perpetuis plagis et inquinaveris frequentibus casibus amorum terrestrium hoc meum cor, quo leges Elementorum et motus Astrorum ordinantur; et quamvis

armilem. Id.—4 Oxon. *cælo.* Oud.—5 *Perpressa.* Fux. *prætensa.* Lege, *perprensa.* Locus, quem ex Suetonio Galba adducit Interpres, mire ad hanc lectionem facit. *Roald.* Ms. Fulv. *pressa.* Secutus Pal. scripsi: *prehensa C. bucula.* Wowerius. Ms. *pressa.* Sciopp. in Symbola. *Pressa.* Vulgo, *perpressa.* Alii, *prehensa.* Elmenh.—6 D'Orvill. rursus, et Palat. *consabiat.* Ed. Scriver. *consuaviat;* minus recte. *Oud.*—7 *Domine fili.* Pith. *thie f.* Id. —8 Forte potius, *consessu.* Colv.—9 D'Orv. male, *secretum servaveris.* Ultimum item in Guelf. *Oud.*—1 Par. Guelf. Mss. *convulneratis.* Guelf. *ict. assid.* Id.—2 F. *facibus.* Sed et illud ferri potest. P. 134. 3. 'Ego denique, quem sævissimus Fortunæ impetus in bestiam et extremæ sortis quadrupedem deduxerat, cujusque casus etiam cuivis iniquissimo dolendus.' *Wass.*—

NOTÆ

[l] *Ad armile redit*] Ad ingenium, ad notas artes. Infra, lib. IX. 'Tamen altius commota atque exasperata ad armillum revertit, et ad familiares fœminarum artes accenditur.' Hinc patet 'ad armile,' et 'ad armillum redire' esse idem. Proverbium est ab anum bibacitate tractum, quæ, sicunde vini odor nares allatus est, eo statim currunt. Est enim 'armillum' Festo 'vas vinarium in sacris: dictum, quod armo, id est, humero deportetur.' Et Varroni, lib. I. de Vita Populi Romani: 'Item armillum, quod est urceoli genus vinarii.' Unde Nonius ex Lucilio lib. XXVIII. 'Hinc ad me, hinc ilicet anus rursum ad armillum.' Porro 'armile,' sicut 'armillum,' ab 'armo' deduci, et pro simili vase usurpari, nil vetat. Sunt tamen qui 'armile' hic ab 'armis' deducant, et interpretentur, instrumentum seu armamentarium fraudium ac versutiarum.

[m] *Perprensa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata*] Similiter Sueton. in Augusto: 'Ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset.' Fuit hoc inter blanditias apud Veteres.

[n] *Domine fili*] Cujus scilicet imperio se subjectum noverat ipse Divum pater atque hominum rex.

traque[3] leges, et ipsam Juliam,[o] disciplinamque publicam turpibus adulteriis existimationem famamque meam læseris, in serpentes, in ignes, in feras,[p] in aves et gregalia pecua[4] serenos vultus meos sordide reformando;[5] attamen[6] modestiæ meæ memor, quodque inter istas meas manus creveris, cuncta perficiam: dum tamen scias, æmulos tuos cavere: ac, si qua nunc in terris puella præpollet pulchritudine, præsentis beneficii vicem per eam mihi repensare te debere. Sic fatus, jubet Mercurium Deos omnes ad concionem protinus convocare,[7] ac, si qui cœtu cœlestium[8] defuisset, in pœnam decem millium nummum[9] conventum[1] iri pronuntiare. Quo metu statim completo cœlesti theatro, pro sede

contra leges omnes, ipsamque adeo Juliam, contraque disciplinam publicam violaveris honorem et famam meam obscœnis stupris, mutando turpiter meam tranquillam faciem in angues, in flammas, in belluas, in volucres, et pecora armentalia; ego tamen recordatus meæ mansuetudinis, et te adolevisse inter has manus meas, faciam omnia tua causa: modo tamen noveris cavere tibi ab invidis, ac, si aliqua virgo nunc excellit forma in terris, memineris gratiam hujus benefacti esse mihi referendam conciliando mihi ipsam. Sic locutus, imperat Mercurio, ut vocet confestim Deos omnes ad concilium, edicatque, si quis abfuisset a conventu cœlicolarum, ei indictum iri mulctam decem millium nummorum. Cujus mulctæ timore cum cœ-

3 Copula non comparet in D'Orv. *Oud.*—4 Pal. Guelferb. *pascua.* Oxon. *pecuia.* Vide ad p. 117. Ed. Pr. *Id.*—5 F. *deformando.* Toll.—6 Fux. *ac tamen.* Oud.—7 Flor. *provocare.* Elmenh. Qui cum Scriv. et Flor. hoc ordine has locavit voces; et sic dant Pith. Fux. Guelf. D'Orvill. In aliis est, *convocare protinus.* Guelf. *ad contentionem protenus conv.* Oud.—8 D'Orv. *at si qui cœlest.* Oxon. Guelf. et V. L. Ms. Palat. *si quis,* male, ut dictum sæpe. *Defuisset* desideratur in Pal. Guelf. *Id.*—9 *Nummorum.* Fux. *numinum:* sed legendum *nummum.* Roaldus. Flor. *nummum.* Elmenh. Adde Oxon. Pal. Guelf. Ed. Junt. post. ut bene restituere Elmenh. Scriv. Flor. Vide ad lib. II. p. 35. 'Mille nummum deponentur:' quod et hic malo. L. VIII. p.171. 'Septemdecim denarium.' *Oud.*—1 Al. *convictum:* i. damnatum. Vir d. in

NOTÆ

o *Et ipsam Juliam*] Ab Augusto latam in adulteros. Vide Pandectas lib. XLVIII. tit. 5. Hanc respicit Horat. Od. 5. lib. IV. ad Augustum: 'Nullis polluitur casta domus stupris; Mos et lex maculosum edomuit nefas; Laudantur simili prole puerperæ; Culpam pœna premit comes.'

p *In serpentes, in ignes, in feras, &c.*] Ovid. lib. VI. Metamorphos. in tela Arachnes: 'Mæonis elusam designat imagine tauri Europam, &c. Fecit et Asterien aquila luctante teneri, Fecit olorinis Ledam recubare sub alis: Addidit ut, Satyri celatus imagine, pulchram Jupiter implerit gemino Nycteida fœtu; Amphitryon fuerit, cum te, Tyrinthia, cepit; Aureus ut Danaën, Asopida luserit ignis, Mnemosynen pastor, variusque Deoida serpens.'

sublimi sedens procerus[2] Jupiter sic enuntiat:[3] Dei conscripti[q] [Musarum albo],[4] adolescentem istum, quod manibus meis alumnatus sim,[5] profecto scitis omnes: cujus[6] primæ juventutis caloratos impetus[r] fræno quodam coërcendos existimavi. Sat est quotidianis eum fabulis, ob adulteria cunctasque corruptelas infamatum. Tollenda est omnis occasio, et luxuria puerilis nuptialibus pedicis[s] religanda.[7] Puellam elegit, et[8] virginitate privavit: teneat,[9] possideat, amplexus Psychen semper suis amoribus perfruatur. Et ad Venerem collata[1] facie, Nec[2] tu, inquit,

lestis consessus illico repletus esset, Jupiter sedens sublimis in alto solio, sic fatur: Dii, conscripti in catalogo Musarum, proculdubio nostis omnes hunc juvenem educatum fuisse his manibus meis: cujus primæ juventæ motus fervidos putavi cohibendos esse quibusdam habenis. Satis est quod ejus existimatio violata sit rumoribus, qui quotidie circumferuntur de ipso, propter stupra et omne genus corruptionum; auferenda est ei omnis occasio peccandi, et libido juvenilis constringenda est laqueis connubii. Selegit virginem, et imminuit ejus pudicitiam: habeat, potiatur, complexus Psychen fruatur perpetuo suis amoribus. Et converso vultu ad Venerem,

marg. Ed. Vic. *Id.*—2 Clar. Wasse marg. allevit, *procerum.* Causam non video. *Id.*—3 Guelf. *pron.* Id.—4 Quidam libri non referunt illa: *Musarum albo*: et *Dei conscripti* recte dicuntur. *Wow.* *Musarum albo* puto delendum. *Elmenh.*—5 *Sit.* Flor. *sim.* Id.—6 Malim cum Pric. *hujus.* Fux. mox *colorates.* Deinde Pith. *infamatu.* Oud.—7 *Colliganda.* Ful. *religanda.* Pal. *alligandu.* Wowerius. Ms. *colliganda*: al. *religanda.* Sciopp. in Symbola. *Alliganda*: al. *colliganda.* Elmenh.—8 Copula deest Ed. Floridi contra Mss. et Edd. *Oud.*—9 Videtur interserenda vox *habeat*; ut sit, *habeat, teneat, possideat.* Ex formula Jurisconsultis usitata, 'Habes, tenes, possides,' secundum quam et Plin. l. I. Epist. 16. 'Amo,' inquit, 'Pompeium Saturninum, &c. nunc vero totum me tenet, habet, possidetque.' *Brant.* Nil opus videtur. Alii enim hæc verba juncta posuerunt, al. 'teneo' simpl. al. 'habeo.' Vide Pric. et Comm. ad Front. I. 12. § 2. Pro *semper* in Pal. *super.* Oud.—1 *Collocata.* Forte potius, *collata.* Colvius. Fux. *collata.* Sed de hoc infra. *Roald.* Omnes libri rescribendum ostendunt, *collata.* Wowerius. Ful. codex, *collata*, quod Fulv. probat; cum et Cic. Verrin. v. et Liv. et hic Noster alibi, 'capita conferre' dixerint; quamvis nonnihil diversa ratione. *Sciopp. in Symb.* *Collata.* Rom. *collocata.* Elmenhorstius. *Collocata.* B. M. *colata.* Pu-

NOTÆ

[q] *Dei conscripti, &c.*] 'Album' tabula est albata, in qua scribuntur nomina. Alludere videtur ad album Senatorum ab Augusto institutum, in quo Patrum Conscriptorum descripta erant nomina, teste Dione. Recte 'Musarum albo;' Poëtarum enim præcipue scriptis Dii celebrati.

[r] *Primæ juventutis caloratos impetus*] Fulgent. Mythol. lib. III. de Hero et Leandro: 'Omnis enim caloratæ juventutis igniculus tepidæ veternositatis algescit senio.'

[s] *Nuptialibus pedicis*] Quas 'vincla jugalia' Virgilius, 'maritale capistrum' Juvenalis, δεσμοὺς Nonnus appellant.

filia, quicquam contristare:[3] nec prosapiæ tantæ tuæ statuique[4] de matrimonio mortali metuas. Jam[5] faxo nuptias non [125] impares, sed legitimas, et jure civili[1] congruas. Et illico per Mercurium arripi[6] Psychen, et in cœlum perduci jubet. Porrecto ambrosiæ[7] poculo,[u] Sume, inquit, Psyche, et [8]immortalis esto: nec unquam digredietur a tuo nexu Cupido, sed istæ vobis erunt perpetuæ nuptiæ.[w] Nec mora, cum[9] cœna nuptialis affluens[1] exhibetur. Accumbebat summum torum maritus, Psychen gremio suo complexus. Sic et cum sua Junone Jupiter,[2] ac deinde per ordinem toti

Tu vero, o nata, infit, neque angaris ullo pacto, neque timeas tuo generi tam nobili, tuæque conditioni, propter connubium puellæ mortalis. Mox enim efficiam ut matrimonium hoc non sit inæquale, sed legitimum, et conveniens legibus civilibus. Et confestim imperat Psychen rapi a Mercurio, et asportari in cœlum. Tum oblato ei calice ambrosiæ, Bibe, ait, o Psyche, atque esto immortalis: neque Cupido discedet unquam a tuo conjugio, sed hæ nuptiæ erunt vobis æternæ. Et statim nuptiales epulæ abundantes apponuntur. Maritus discumbebat in suprema parte lecti, tenens Psychen in suo gremio. Similiter etiam Jupiter cum Junone sua, et dehinc Dii

tean. *Collata*, sive ad Venerem conversa, unice vera est lectio, confirmata a Florent. Reg. Pith. Guelf. Oxon. D'Orv. Pal. Bert. Inc. quam Vulc. jam in Ed. sec. expressit cum seqq. lib. II. pag. 34. 'Ora et obtutus in unum conferuntur.' *Oud.*—2 Ms. D'Orv. Edd. Wow. Pric. *Ne.* Minus bene. Sensus est: Tu etiam, filia, ne, &c. *Id.*—3 Oxon. *contristere.* Sed vide ad pag. 121. 'Nec tu tamen illicita allectare pietate.' *Id.*—4 Ms. Flor. *statu qui.* Oxon. *statu, inquam.* D'Orv. Pith. Fux. Guelf. Palat. *statuque:* ut supra 'cœtu deesse' pro, cœtui, et passim. Adi ad lib. I. pag. 4. 'Ingressu fuerit stabulum.' Fux. *de mort. matr.* Id.—5 Fux. *Ideo.* Roald. Abest *faxo* a Pal. prave. *Oud.*—6 Bert. *corripi.* Elmenh. A D'Orvill. exulat τὸ *Psychen.* Oud.—7 D'Orv. Pal. Oxon. Fux. Guelf. *ambrosio.* Id.—8 Male desideratur copula in Edd. Wow. Pric. *Id.*—9 *Tum.* Lege meo periculo, *cum.* Quomodo plus centies Apuleium his libris locutum, pariter mecum facile meministi. *Stewech.* *Cum.* Sic plerique. Bas. I. *tum.* Colv. Est merus typothetarum error in Bas. pr. Adi ad l. IV. p. 69. 'Nec mora, cum præstolamur.' *Oud.*—1 D'Orv. *effluens;* et ex hac varia lectione Pal. *ex affluens*, frequente confusione. Confer ad lib. II. p. 42. 'Quam Deus affluenter indueret.' *Id.*—2 *Jupiter.* Oxon. *Venus Jupiter.* Inverso ordine posset locum habere, ut *Venus* alterum nunc latus Jovis pro Minerva occuparet, tanquam

NOTÆ

[t] *Jure civili*] Quod parem pari, liberum cum libera, Civem Romanum cum Cive Romana jungi imperat, Legg. 16. 44. et 49. ff. de Ritu Nuptiarum. Ex impari matrimonio suscepti non patrem sequebantur, sed matrem. Inst. de Ingenuis.

[u] *Ambrosiæ poculo*] Sic et Philologia, apud Martianum Capellam, antequam conveniat in manum Cyllenii, hausto immortalitatis poculo Diva fit: 'Continuoque novo solidantur membra vigore, Et gracilenta perit macies: vis terrea cedit, Æternumque venit sine mortis legibus ævum.'

[w] *Istæ vobis erunt perpetuæ nuptiæ*] Stabiles, nec ullo unquam divortio dirimendæ.

Dei.[3] Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum est,[4] Jovi quidem suus pocillator[x] ille rusticus puer, ceteris vero Liber ministrabat. Vulcanus cœnam coquebat: Horæ[5] rosis et ceteris floribus purpurabant omnia: Gratiæ spargebant balsama: Musæ voce canora[6] personabant. Apollo cantavit ad citharam: Venus suavi musicæ suppari gressu[7][y] formosa[8] saltavit: scena[9] sibi sic concinnata, ut Musæ quidem chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, et Paniscus[z] ad fistulam diceret.[1][a] Sic rite[2] Psyche conve-

omnes suo quisque ordine. Tunc Jovi quidem puer ille agrestis, pincerna suus, exhibebat potionem nectaris, Bacchus vero exhibebat reliquis Diis. Vulcanus coquebat cœnam: Horæ pingebant cuncta rosis aliisque floribus: Gratiæ diffundebant unguenta: Musæ canebant voce suavi. Apollo cecinit ad citharam: Venus decore saltavit passu composito ad numeros dulcis Musicæ. Sic omnis apparatus ibi dispositus est, ut Musæ quidem facerent concentum, Satyrus inspiraret tibias, et Paniscus recitaret carmen ad numeros fistulæ. Sic Psyche nubit legitime Cupidini, et

sponsi mater. *Id.*—3 *Tori D.* Fux. *toti cœli.* Ald. vero, *toti D.* Roald.—4 Quid, quæso, nectar? Vinum Deorum. Appictum a Glossographo. *Wow.* Dele cum Wow. interpretamentum dormitantis librarii. Quis enim adeo rudis, qui ignoret, nectar vinum Deorum esse? *Elmenh.*—5 Al. *Heræ*: i. dominæ Veneri; ut hic fiat distinctio. Vir d. in marg. Ed. Vic. Certe *Heræ* est in Fux. *Oud.*—6 *Quoque can.* Ingeniose Gulielm. *voce can.* Colv. Recte emendabis: *voce can.* Wow.—7 *Superingressa.* Corrupta hæc et mendosa ita restitue: *Venus suavi m. suppari gressu formosa saltavit. Scena ibi sic conc.* Wowerius. Flor. *superingressa.* Elmenh.—8 *Formose.* Sic recte Passeratius. In Mss. et Edd. est, *formosa.* Vide Ind. *Id.*—9 Vulgo, *schema.* Id. —1 Flor. *t. inflarent, S. et Pan Deus ad f. dicerent.* Idem. Legendum censeo, *hisceret* vel *hiaret.* Confirmat Propert. l. III. Eleg. 2. 'Tantum operis nervis hiscere posse meis.' Et Eleg. 17. ad Bacchum: 'Mollia Dircææ pulsabunt tympana Thebæ; Capripedes calamo Panes hiante canent.' Et de Apolline cum cithara ad vivum depicto l. II. Eleg. 21. 'Hic equidem Phœbo visus mihi pulchrior ipso Marmoreus tacita carmen hiare lyra.' Reponit hoc ipsum verbum Jan. Gulielm. apud Mart. l. v. Epig. 56. ubi vulgo: 'Fac discat citharœdus aut choraules,' emendat ille, *Fac hiscat*, lib. III. Veris. c. 19. *Brant.*—2 *Sic esse.* Fux. *Sic rite.* Verissime. Pertinet hoc verbum ad nuptiarum solennia. *Roald.* *Sic ecce Psyche.* Bert. *Sic Psyche rite convenit.*

NOTÆ

[x] *Suus pocillator*] Ganymedes.

[y] *Suppari gressu*] Ad numeros modosque cantilenæ conformato. Quanquam et *superingressa* legi bene potest, ut est in veteribus editionibus. Noster lib. x. 'Super has introcessit alia, &c. gratia coloris ambrosii designans Venerem.'

[z] *Paniscus*] Aliquis ex Paniscorum turba. De Panibus, Paniscis, Satyris, Satyriscis, Sylvanis, Faunis, Fatuis, Fatuellis, aliisque hujusmodi Semi-Deis seu Dæmonibus, vide Lyl. Gyraldum, Syntagm. xv.

[a] *Ad fistulam diceret*] Brantius *hisceret*, vel *hiaret*; et affert hunc locum Propert. lib. III. Eleg. 17. ad Bacchum: 'Capripedes calamo Panes

nit in manum Cupidinis:[b] et nascitur illis maturo partu filia, quam Voluptatem nominamus. Sic captivæ[3] puellæ delira et temulenta illa narrabat anicula. Sed astans[4] ego non procul dolebam mehercules, quod[5] pugillares[6] et stylum non habebam, qui tam bellam fabellam prænotarem.[7] Ecce, confecto, nescio quo, gravi prælio, latrones adveniunt[8] onusti: nonnulli tamen, immo[9] promtiores, vulneratis[1] domi relictis, et plagas recurantibus, ipsi[2] ad reliquas

peractis mensibus filia nascitur eis, quam appellamus Voluptatem. Vetula illa delirans atque ebria referebat hæc virgini captivæ. Verum ego, qui stabam non longe ab ipsa, moleste ferebam profecto, quod codicilli non essent mihi ad manum cum stylo, ut describerem fabulam tam elegantem. Tunc prædones redeunt onerati, depugnato nescio quo acri certamine. Aliqui tamen alacriores animo, relictis domi sauciis, ut curarent vulnera, avent ipsi ire ad ceteras sarcinas prædæ, quas abscon-

Sciopp. in Symb. et Susp. IV. 16. *Sic rite.* Vulgo, *sic ecce.* Elmenh.—3 *Sic captivæ, &c.* Ab his verbis a Ms. incipit liber Metam. sextus. *Roald.* Item in Ms. Reg. et Inc. pervetusto. Incipiendus est potius septimus. *Oud.*—4 Ms. D'Orv. *estans.* Id.—5 Pith. *quidem.* Id.—6 Fux. *pugillatores.* Par. *pugillarem.* Male. *Et* abest a Pith. *Id.*—7 Ed. Scriv. *pernotarem.* Male. Lib. XI. 'Libri literis ignorabilibus prænotati.' *Id.*—8 *Eveniunt.* Fux. *adveniunt.* Roaldus. Ms. *adveniunt.* Sciopp. in Symbola. *Reveniunt.* Flor. *adveniunt.* Elmenh.—9 Scripserim potius, *animo.* Sic infra l. VIII. 'Sed unus, præ ceteris et animo fortior, et ætate juvenior, et corpore validior.' *Colv.* Corrige, *nonnulli tamen animo promtiores, vulneratis d. r.* Wowerius. Ms. *promtioribus.* Sciopp. in Symb.—1 Flor. *vulnerati.* Male. *Elmenh.* Sic et D'Orvill. Oxon. Palat. Fux. Pith. Guelferb. *Oud.*—2 Pronomen male desi-

NOTÆ

hiante canent.' At nihil mutandum. *Ad fistulam diceret*, ut supra, 'Ad citharam canebat,' nempe ad numeros fistulæ, quam alius inflabat.

[b] *Sic rite Psyche convenit in manum Cupidinis*] Donatus ad hæc verba Andriæ: 'Hanc mihi in manum dat:' 'Confirmatæ sunt legitime nuptiæ per in manum conventionem.' Servii Fragmentum, in Excerptis a Pythœo, Lipsio laudatum ad lib. IV. Annalium Taciti: 'Tribus modis apud Veteres nuptiæ fiebant. Usu, si v. g. mulier anno uno cum viro, licet sine legibus, fuisset. Farre, cum per Pontificem Maximum, et Dialem Flaminem, per fruges et molam salsam conjungebantur: unde confarreatio appellatur; ex quibus patrimi et matrimi nascebantur. Coëmtione vero, atque in manum conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, ut, si quis prior fuisset defunctus, locum hæreditatis justum alteri faceret.' Ex Ulpiano et Boëthio, sese coëmendo invicem interrogabant: vir ita: An mulier sibi materfamilias esse vellet? illa respondebat: Velle. Item mulier interrogabat: Utrum vir sibi paterfamilias esse vellet? Ille respondebat: Velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum, et vocabantur hæ nuptiæ 'per coëmtionem.'

occultatas in quadam spelunca sarcinas, ut aiebant, proficisci gestiunt. Prandioque raptim tuburcinato,[c] me et equum vectores rerum[3] illarum futuros fustibus exinde tundentes,[4] prodeunt[5] in viam: [126] multisque clivis et anfractibus fatigatos, prope ipsam vesperam perducunt ad quampiam speluncam: unde multis[6] onustos rebus rursum, ne[7] breviculo quidem tempore refectos, ociter[8] reducunt: tantaque trepidatione festinabant, ut me plagis multis obtundentes propellentesque, super lapidem propter[9] viam positum dejicerent. Unde crebris æque ingestis ictibus, dextero crure[1] et ungula sinistra[2] me debilitatum, ægre ad exsurgendum compellunt. Et unus,[3] Quousque, inquit, ruptum[4] istum asellum, nunc etiam claudum, frus-

derant, ut dicebant, in quodam antro: et, prandio propere devorato, me et equum, bajulaturos illas sarcinas, propellunt illinc in viam, percutientes baculis: et lassatos plurimis collibus ac flexibus viarum deducunt sub noctem ad quandam cavernam, ex qua e vestigio reducunt nos oneratos multis rebus, ne minimo quidem temporis spatio recreatos: et properabant cum tanta festinatione, ob metum, ut me percutientes crebris ictibus et protrudentes sternerent in lapidem adjacentem viæ, unde vix me cogunt resurgere, percussum iterum multis plagis, et graviter læsum dextra tibia et sinistra ungula. Atque unus ex illis, Quamdiu, ait, inutiliter alemus hunc asinum

deratur in Edd. Wow. et Pric. Præpositio deest Reg. Fux. *Id.*—3 Pith. *vecto rer.* Pal. *vectore illarum rerum.* In Regio non comparet *futuros.* Id.—4 *Tudentes.* Fux. *tundentes.* Roald. Ac sic ceteri Mss. et Edd. quod moneo, ne quis typographico errore deceptus innovare velit in *trudentes.* Quia sequitur paulo post 'obtundentes.' *Oud.*—5 *Producunt.* Sequuntur 'perducunt,' 'reducunt.' Quare accedo Pricæo, ex Oxon. Cod. emendanti *prodeunt.* Pessime Palat. Guelf. et Ed. Elmenh. *perducunt.* D'Orv. *in via.* Id.—6 *Multis* deest Oxon. *Id.*—7 Desideratur *ne* in Ms. Regio. *Id.*—8 *Ob iter.* M. *obiter.* B. *ociter.* Putean.—9 *Prope.* Fux. *propter:* utrumque rectum. *Roald.* *Propter.* Vulgo, *prope.* Elmenh. Bene *propter* rescripsere Elmenh. Scriv. et Flor. astipulantibus Mss. Palat. Flor. Ed. Junt. post. Vide ad l. II. p. 36. 'Quam propter assistens.' Tum in D'Orv. perperam est *positam:* et in Oxon. *dejicerunt.* Pith. *dejecerunt.* Oud.—1 D'Orvill. Palat. Pith. Fux. Guelf. *crure dextro.* Id.—2 D'Orv. *sinistro.* Id.—3 Sic bene emendavit Beroald. pro *et imus,* quod in Ed. Vic. inveni. *Id.*—4 Pal. Oxon. Guelf. *raptum.*

NOTÆ

[c] *Tuburcinato*] Nonius: 'Tuburcinari significat, raptim manducare. Titin. Prælia: 'Tuburcinari sine me vultis reliquias.' Plaut. Persa: 'Tuburcinari de suo, si quid domi sit.' Turpil. Boëthontibus: 'Melixa intus cessat; credo hercle, helluo tuburcinatur.'' A 'tuba' formatum verbum. Nam, qui avidius edunt, buccas inflant instar tubicinum.

[d] *Ociter* [*obiter*] *reducunt*] Lege una voce *obiter,* non *ob iter.* Hic *obiter* est, e vestigio. Glossæ Pricæo laudatæ: 'Obiter, ὁμοίως, ἐν τῷ αὐτῷ.'

tra pascemus?[5] Et alius, Quid? quod et pessimo[6] pede domum nostram accessit, nec quicquam[7] idonei lucri exinde cepimus, sed vulnera et fortissimorum occisiones. Alius iterum: Certe ego, cum primum sarcinas istas, quanquam[8] invitus, pertulerit, protinus eum, vulturiis gratissimum pabulum futurum, præcipitabo. Dum secum mitissimi homines[e] altercant[9] de mea nece, jam et[1] domum perveneramus. Nam timor ungulas mihi alas[2] fecerat. Tum quæ ferebamus[3] amoliti properiter,[4] nulla salutis nostræ cura ac ne meæ quidem necis[f] habita, comitibus ascitis, qui vulnerati remanserant, dudum[5] recurrunt: relatori tædio,[6] ut aiebant, nostræ tarditatis. Nec me tamen medio-

fractum, qui nunc quoque claudicat? Et alius: Quid? quod et malo omine venit in nostras ædes, et tempore ab illo nullum lucrum opulentum percepimus, sed tantum plagas, et cædes fortissimorum ex nobis. Et rursus alius: Profecto, statim atque portaverit domum, quamvis ingratiis, hæc onera, illico dabo eum præcipitem, futurum cibum jucundissimum vulturibus. Dum clementissimi illi viri disserunt inter se de mea morte, jam domum attigeramus: metus enim mutaverat mihi ungulas in alas. Tunc ipsi remotis festinanter nostris sarcinis, et nihil jam cogitantes de salute nostra, ac ne de mea quidem morte, assumtisque secum sociis, quos reliquerant antea domi saucios, continuo revertuntur: reportaturi, ut dicebant, fastidia nostræ pigritiæ. Ego tamen non parum angebar intuitu necis, quam

Tum *etiam nunc cl.* D'Orvill. Pith. a quo exulat *frustra.* Id.—5 Reg. *pascimus.* Ed. Scriv. Amst. *pascamus.* Id.—6 Oxon. solummodo, *Quod pess. p.* Palat. Guelf. *Quid? quod in pess. p.* Id.—7 D'Orv. *nequicquam.* Id.—8 Pith. *quam.* Vulcan. Ed. sec. *pertulerat.* Guelf. *vulturum.* Id.—9 Fux. *altricant.* Roald. Ita hic loci constanter præbent Mss. et Edd. præter Ms. Pith. et Florid. tacite inculcantem *altercantur.* Sed frustra. Vide ad lib. II. p. 21. lib. II. in f. 'Coarguenti marito altercat.' Lib. IX. p. 178. 'Illos ausculto de meis sic altercare fortunis:' ac de conjugationis activa forma ad lib. I. p. 18. *Oud.*—1 Abest copula ab Edd. Junt. Ald. Colin. *Id.*—2 In Reg. Fux. male *alias.* Id.—3 Florent. Fux. Guelf. *Cumque f.* In D'Orv. etiam *Cum.* Id.—4 Bert. *propiter.* Elmenh. *Propertim* Pith. *Oud.*—5 *Actutum.* Flor. *dudum.* Elmenh.—6 *Relaturi tædia.* Ms. *relaturi tædio.* Quod quidem non sic de nihilo est. *Sciopp. in Symb.* Bert. *relatori tædio.* Male. *Elmenh.* Oxon. *relectiori tædio.* Al. *relatiori tædio.* An *refecturi?* ut 'reficere oculos pro-

NOTÆ

[e] *Mitissimi homines*] Simili ironia infra: 'Dum sic mecum fustem quatiens benignus jocatur comes.'

[f] *Ac ne meæ quidem necis*] Pricæus reponit: *at meæ quidem necis:* frustra. Nihil enim aliud sibi vult hoc loco Apuleius, nisi latrones tanta festinatione recurrisse, ut non modo salutem jumentorum lassorum neglexerint, verum etiam de asino suo necando, ut comminati erant, ne cogitaverint quidem; quanquam minis facilius stent, quam promissis homines id genus.

cris carpebat scrupulus,[7] contemplatione comminatæ mihi mortis,[g] et ipse mecum: Quid stas hic, Luci,[8] vel quid jam novissimum[9] expectas? Mors, et hæc[1] acerbissima, decreto latronum tibi comparata est. Nec magno conatu res indiget.[2] Vides istas rupinas[3] [h] proximas, et præacutas[4] in his prominentes[5] silices, quæ te, pæne ante quam[6] decideris,[i] membratim dissipabunt. Nam et illa[7] ipsa præ-

mihi minitati fuerant: sicque dicebam apud me: Quid cessas, o Luci, quidve jam extremum expectas? letum tibi decretum est sententia prædonum, et illud quidem crudelissimum: neque opus est magno molimine ad hanc rem. Cernisne hæc præcipitia vicina, atque in his acutas cautes extantes, quæ te perfodientes, quocumque delapsus fueris, discerpent in artus singulos? Nam egregia

spectu.' *Wass.*—7 Pal. *scapulus.* Guelferb. *scupulus.* Oud.—8 *Quid stas, Luci.* Correctio hæc Beroaldi. Editiones veteres, *Quid istas, Luci?* Ex quo feci aliquando, *Quid instas, Luci?* Quod jam non placet. *Colv.* Magis fortasse: *Quid restas, Luci?* Plaut. Mostell. 'Viden' ut restat furcifer?' *Brant.* —9 Perperam conjecit *notiss.* Boxhorn. ad J. Capitol. Verum p. 782. T. III. Hist. Aug. *Oud.*—1 Palat. *Mors, en hæc.* Guelf. *Mors enim h.* Male. *Et* valet, et quidem. Vide ad lib. I. p. 17. 'Et recte:' et ad lib. VII. init. 'Bestiam et quadrupedem.' *Id.*—2 Pith. *indiges.* Id.—3 *Ruinas.* Fux. *rapinas,* sed corrupte. *Roald.* Libri veteres depravata hæc recte restituunt: *Vides istas rupinas proximas et præacutas.* Floridis: (N. XI.) 'Agrum scruposum, meras rupinas et senticeta colunt.' *Wow.* Ms. *istas rupinas prox. et p. i. h. prominentes.* Sic et inferius pag. 115. ubi legitur: 'Provolutosque in proximas ripas præcipites dedere.' Manuscriptus similiter habet, *in proximas rupinas. Rupinæ* ergo sunt, prærupta rupium, sive, ut est in Isidori Glossis, abrupta montium. L. II. Florid. in f. pag. 225. 'Agrum scruposum, meras rupinas et senticeta miseri colunt.' *Sciopp. in Symb. Rupinas.* Vulgo, *ruinas.* Male. *Elmenh.* B. *rapinas pessimas.* M. *rupinas proximas.* Putean. D'Orv. etiam, *rapinas pessimas.* Sed *rupinas proximas,* quod bene edidere Wower. et seqq. confirmant Florent. Oxon. Guelf. Pith. Palat. in quo *videns.* Confer etiam Sciopp. in Corp. Epist. T. II. pag. 51. et notata ad lib. VII. pag. 141. *Oudendorp.*—4 Copula abest a Flor. *Paricutas* Palat. Guelf. *Idem.*—5 *Præminentes.* Fux. *prominentes.* Roaldus.—6 *Penetrantes, qua.* Scribo, *quaqua.* Colvius. Flor. *pene antequam.* Elmenhorst.—7 D'Orvill. Pith. caret τῷ *illa,* et Ed. Ber. dat *præclare.* Oud.—8 *Hirun-*

NOTÆ

[g] *Comminatæ mihi mortis*] Observa 'comminatæ' passive.

[h] *Rupinas*] Lib. VII. 'Ipsos partim constrictos, uti fuerant, provolutosque in proximas rupinas præcipites dedere.' Glossæ Isidori: 'Rupinas; abrupta montium.' Male ergo hic Beroald. legit *ruinas.*

[i] *Ante quam* [*quaqua*] *decideris*] Florent. cod. referente Pricæo habet: *antequam decideris:* melius. Lib. V. de sorore Psyches: 'Nec tamen ad illum locum vel saltem mortua pervenire potuit: nam per saxa cautium membris jactatis atque dissipatis,' &c.

clara magia tua vultum laboresque [127] tibi tantum asini, verum corium non asini crassum, sed hirudinis[8] tenue membranulum[k] circumdedit. Quin igitur masculum tandem[9] sumis animum, tuæque saluti, dum licet, consulis? Habes summam opportunitatem fugæ, dum latrones absunt. An custodiam anus semimortuæ formidabis? quam, licet claudi pedis tui calce unica,[1 l] finire[2] poteris. Sed quo gentium capessetur fuga, vel hospitium quis dabit? Hæc[3] quidem inepta et prorsus asinina cogitatio. Quis enim viantium vectorem suum non libenter auferat[4] secum? Et alacri statim nisu[5] lorum, quo fueram destinatus, abrumpo,[6]

illa tua Magia dedit tibi solum faciem et ærumnas asini; verum involvit te non spissa pelle asini, sed delicata cuticula hirudinis. Quidni ergo induis tandem virilem animum, et provides tuæ vitæ, dum spatium datur? Nactus es egregiam occasionem fugiendi, per absentiam prædonum. Metuesne custodiam vetulæ semianimis, quam poteris extinguere vel uno ictu tui infirmi pedis? Verum quo fugiam, aut quis me tecto excipiet? Hæc sane cogitatio stulta est, et plane digna asino: quis enim est ex viatoribus, qui non abducat secum libenti animo jumentum, quo vehatur? Et protinus frango valido conatu lorum, quo fueram alligatus, atque

dinis. Fulvius malebat, *hirudinis.* Wow. Illustrissimus Seraphinus Olivarius, lumen et splendor sacri Cardinalium collegii, quodam die in sermone familiari significavit mihi legendum sibi videri, *hirudinis,* cui facile assentior. Porro 'membranulum' dixit, sicut et Colloquiorum Puerilium auctor una cum Gloss. B. Germani editus: Μετὰ ταῦτα γραφεῖον ἐπεζήτησα καὶ σωμάτιον: Post hæc graphium requisivi et membranum. *Sciopp. in Symb.*—9 *Masc. t.* Inverso ordine dat Pal. qui caret τῷ *formidabis* mox. *Oud.*—1 Palat. Guelf. Oxon. *unico.* Eadem varietas l. VII. p. 145. 'Calces in eum validos extuleram:' uti vulgo illic edunt: ubi dicam plura. *Ped. cl.* Fux. *Id.*—2 Sic recte Flor. et Rom. Alii, *ferire:* male. Vide Indicem. *Elmenh.*—3 *Hic.* Lego *Hæc.* Plus octies his duobus libris V. et VI. peccatum in hac particula adverti. *Sciopp. in Symb.* Sic expresserunt quoque Wow. et seqq. immo jam ante Aldus et Junt. post. cum Mss. D'Orv. Fux. Pith. Guelf. Pal. &c. *Oud.*—4 D'Orvill. Pith. Fux. Guelf. Palat. *offerat.* Id.—5 *Nisi.* Fux. *nisu.* Beroald. *nixu.* Roaldus. Beroald. secuti sunt Junt. pr. Ald. Colin. ut est in Oxon. perpetua confusione. *Nisu* meliores dant libri cum ceteris Edd. Nam *nisi,* quod est in Edd. pp. et utraque Bas. typothetarum erratum est. *Oud.*—6 D'Orv. *arrumpo.* Pith. Fux. *quadripedi.* Pro *tamen* statim in Oxon. est

NOTÆ

[k] *Sed hirudinis tenue membranulum*] Hirudo sive sanguisuga corio est adeo delicato, ut, si, dum alicui corporis parti sanguinem sugens adhærescit, eam incautius velis revellere, illico rumpatur, caputque linquat in vulnere.

Membranulum] Diminutivum, a 'membrana,' quod tamen primitivi sui genus non servat, contra leges Grammaticorum.

[l] *Pedis tui calce unica*] Donat. ad Phorm. Act. I. Scen. 2. 'Modo calces non partes plantæ, sed percussiones pedum, plagasque significat.'

meque quadrupedi cursu proripio. Nec tamen astutulæ[7] anus milvinos oculos[8 m] effugere potui. Nam, ubi me[9] conspexit absolutum, capta super sexum et ætatem audacia, lorum prehendit,[1] ac me deducere[2] ac revocare contendit. Nec tamen ego, memor[3] exitiabilis propositi latronum, pietate ulla commoveor: sed, incussis in eam posteriorum pedum calcibus, protinus applodo[4] terræ. At illa, quamvis humi prostrata, tenaciter loro inhærebat; ut me procurrentem[5] aliquantisper tractu sui[6] sequeretur. Et occipit statim clamosis[7] ululatibus auxilium validioris manus implorare. Sed frustra fletibus cassum tumultum commovebat; quippe cum nullus afforet, qui suppetias ei ferre posset, nisi sola illa virgo captiva;[8] quæ, vocis excitu[9]

aufugio cursu quadrupedante: attamen non potui devitare acres oculos callidæ vetulæ. Nam, simul ac vidit me solutum, assumta majori audacia, quam sexus ejus atque ætas ferebat, arripit lorum, et conatur me reducere atque retrahere. Ego vero, recordatus letalis decreti prædonum, nulla misericordia afficior; sed affligo eam statim humi, impactis in ipsam ungulis posteriorum pedum. Verum illa, licet jacens humi, retinebat nihilominus pertinaciter lorum; adeo ut, cum progrederer currendo, ipsa a me tracta sequeretur me per aliquod spatium. Et continuo incipit ululabili vociferatione poscere opem manus fortioris. At frustra ciet vanum strepitum suis ejulatibus: quandoquidem nemo aderat, qui posset ei auxiliari, præter solam illam puellam captivam, quæ, accurrens excitata clamore, videt scenam

---

tam. Id.—7 Mss. Pal. Guelf. Oxon. Par. cum Ed. Juntin. post. ostentant *acutulæ.* Sed l. IX. p. 180. 'Mulier perastutula:' uti et leg. videtur p. 177. 'Astutulo commento:' et p. 197. e Mss. 'Astutule asine.' *Id.*—8 *Oculos* exulat a Pith. *Id.*—9 Exulat pronomen a Pal. *Id.*—1 Oxon. *deprehendit.* Id.—2 Flor. *diducere.* Elmenh.—3 D'Orv. Cod. *ira memor.* Forte *inmemor;* sed tum pro *ulla* scribendum foret *nulla.* Oud.—4 Vulgo, *applaudo.* Elmenh.—5 *Procurante.* Fux. *procurrentes.* Roaldus. *Procurrente.* Bas. I. *procurante.* Unde Gulielm. (in Plauti Trin. cap. 4.) *procursante.* Colv. Rectius Pal. *ut procurrentem aliq.* Wowerius. *Ut me procurrente.* Palat. *ut procurrentem.* Elmenh. —6 Idem amicus meus: *tractus vi.* Colv. Alii, *tractus ti.* Elmenh. Nempe *tractus vi* ex Gulielmii conjectura edidit Vulc. Ed. sec. Temere. Grosl. 'F. tracta humi.' Mutandum est nihil. *Tractus* sumitur passive, quo ipsa trahebatur. De Mundo p. 722. 'Spiritus omnia tractus sui ope vegetat.' Ita 'tractus fili' Tertull. de Pall. p. 14. De *sui* pro, suo, vide ad l. v. p. 90. 'Fatigationem sui diluit.' Adde Grut. Misc. Nov. Lips. vol. III. p. 3. p. 507. *Oud.*—7 Palat. Par. Guelferb. *clamans.* Id.—8 *Capticia.* Flor. *captiva.* Elmenh.—9 *Exitu.* Levis correctio, sed quam veram præstare audeo, *excitu.* In 'exciendi' vocabulo pluries depravatum hunc Auctorem antehac alibi ostendi. *Stewech.* Repone ex correctione Beroaldi, *excitu.* Colv. *Excitu*

NOTÆ

m *Milvinos oculos*] Acres, quales sunt omnium avium rapacium.

procurrens, videt hercules memorandi spectaculi scenam, non tauro, sed asino dependentem Dircen[1] aniculam;[n] sumtaque constantia[2] virili, facinus audet pulcherrimum. Extorto enim loro manibus ejus, me placitis[3] gannitibus ab impetu revocatum gnaviter inscendit, et sic ad cursum rursum incitat. Ego simul [128] voluntariæ fugæ voto, et liberandæ virginis studio,[4] sed et[5] plagarum suasu, quæ me sæpicule commonebant,[6] equestri celeritate, quadrupedi cursu solum replaudens,[7] virginis delicatas voculas adhin-

insignis profecto spectaculi, Dircen vetulam pendentem, non ex tauro, sed ex asino; et, capta mascula fortitudine, aggreditur egregium facinus. Erepto enim loro ex ejus manibus retrahit me ab impetu blandis vocibus, et conscendit strenue. Quo facto instigat me iterum ad currendum. Ego studio simul fugæ spontaneæ, et desiderio liberandæ puellæ, quin et incitamento quoque ictuum, quibus subinde admonebar, quatiens terram quadrupedante gressu, equina pernicitate, conabar hinnitu

Beroald. recte. *Roald.*—1 *Directe.* Otiosa aut corrupta vox *directe.* Vera emendatio Cod. Fulv. *Dircen.* Sane vel hic locus probare poterat Fulv. Cod. præstantiam. Nota fabula Dirces, quam Zethus et Amphion ad taurum indomitum devinxerunt. *Wow.* Locus corruptus, cujus insignem suppeditat emendationem optimus optimi Fulvii codex: *Dircen.* Notum jam ex fabulis de Dirce, quam Zethus et Amphion tauro indomito alligarunt. Plaut. Pseud. I. Scen. 2. (65.) 'Quasi Dircam olim (ut memorant) duo Gnati Jouis devinxerunt ad taurum, item te hodie stringam ad carnarium.' Et Propert. 'Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam Vinxerunt Dircen sub trucis ora bovis.' *Sciopp. in Symb.* *Dircen.* Sic Mssti duo Flor. et Fulv. liber, recte; quomodo etiam emendavit Andreas Schott. Obs. l. I. c. 10. In vulgatis est, *directe.* Lact. ad IV. Thebaid. Stat. p. 142. 'Zethus et Amphion Dircen Tauro indomito religatam interfecerunt.' Ovid. in Ibin vs. 538. Hyg. Fab. VII. et VIII. Apollod. Biblioth. l. III. *Elmenh.*—2 Lego ex eodem libro, *audacia*, et mox, *placitis gannitib.* non *placidis.* Wowerius. Ms. *audacia.* Sciopp. in Symbola. Flor. *audacia.* Elmenh.—3 Legerim *placidis.* Colvius. Fux. *placidis.* Roald.—4 Ms. D'Orvill. *desiderio.* Oud.—5 Bert. Pith. *sed de.* Non comparet copula in D'Orv. Fux. Guelf. *Id.*—6 Flor. *commovebant.* Elmenh. Ut lib. VII. p. 149. 'Plagis non magnopere commovebar:' et astipulantibus Oxon. ac Guelf. Vulgatum tamen huic loco aptius, et elegans. Nam sæpe 'monere' cum compositis adhibetur de iis, qui verberibus, calcaribus castigant, incitantque tum homines, tum bestias, suis votis non satis respondentes. Vide Pric. et Lexica. *Oud.*—7 D'Orv. *replen-*

NOTÆ

[n] *Non tauro, sed asino dependentem Dircen aniculam*] Alludit ad Dircen, Lyci Thebanorum regis uxorem, quam Zethus et Amphion, Jovis ex Antiopa filii, ob male habitam ab ipsa maritoque Lyco matrem Antiopam, occiso prius ipso Lyco, ad tauri indomiti caudam alligarunt. Huic comparat anum suam Apuleius, nisi quod illa a tauro, hæc vero ab asino raptaretur. Dirce illa, sic raptata, Deorum miseratione in fontem mutata est sui nominis.

nire[8] tentabam. Sed et scalpendi dorsi mei simulatione nonnunquam obliquatus a cervice[9] pedes decoros puellæ basiabam. Tunc illa suspirans altius, cœlumque solicito nutu[1] petens, Vos, inquit, Superi, tandem meis supremis[2] periculis opem facite:[3] et tu,[4] Fortuna durior, jam sævire desiste.[5] Sat tibi miseris istis[6] cruciatibus meis litatum est. Tuque[7] præsidium meæ libertatis, meæque salutis, si me domum pervexeris[8] incolumem, parentibusque[9] et formoso proco reddideris, quas tibi gratias perhibebo,[1] quos honores habebo, quos cibos exhibebo? Jam primum jubam istam tuam probe pectinatam[2] meis virginalibus manibus[a]

respondere mollibus verbis puellæ; quin etiam aliquando inflexo collo, simulans scabere meas scapulas, osculabar pulchros pedes virginis. Tum illa, ducens profundum suspirium, et convertens vultum anxium ad cœlum, Vos, o Dii, inquit, auxiliamini tandem meis extremis periculis: tuque, o Fortuna asperior, jam desine exercere in me tuam crudelitatem. Jam tibi satisfactum est ampliter his meis gravibus ærumnis. Et, tu subsidium meæ libertatis, et meæ vitæ, si me salvam deportaveris domum, et restitueris parentibus meis, et meo pulchro amatori, quas grates tibi rependam, quibus honoribus te afficiam, quæ pabula tibi præbebo? Primum quidem setas tuæ cervicis pulchre pectam, et decorabo meis monilibus virginalibus; frontis vero setas

dens. Fux. *quadripedi.* Id.—8 Guelf. D'Orv. *adinire,* et in ultimo a m. sec. *adjuvare.* Prave sane. Consule omnino Barth. l. XXI. Advers. c. 7. *Id.*—9 *Obligata cervice.* Qui ab asino fugitivo, puellam fugitivam dorso gestante, hæc dicta sciet, nullo negotio perspiciet merito a me restitutum, *obliquata cervice,* qua phrasi hic alibi 'corpus obliquatum,' (l. X. p. 247.) alibi 'ungulam asini obliquatam' scribit. Quidni? verbis pæne iisdem de eodem hoc asino libro nono extremo hæc dicuntur: 'Dum obliquata cervice per quandam fenestrulam, quidnam sibi vellet tumultus ille, prospicere gestio:' adeo ut mirum sit, superiora illa in hodiernum usque diem in mendo jacuisse. *Stewech. Obliquata cervice.* Sic pleræque ex editionibus. Bas. 1. *obligata.* Colvius. Fux. *obliquatus a cervice.* Ald. *obliquata cervice.* Probe, ut infra p. 265. *Roald.* Ms. *obliquatus a cervice.* Sciopp. in Symb.—1 Num *vultu?* Colvius. Fux. *nitu.* Forte, *intuitu* vel *obtutu.* Roaldus. Scal. *tutu.* Elmenh. In Pith. quoque *nitu.* Non Scal. sed Vulc. Ed. sec. edidit *tutu,* sive *intuitu.* Oud.—2 Palat. *supmis.* Guelferb. *supermissis.* Id.—3 *Ferte.* Rom. et Flor. *facite.* Elmenh.—4 Abest pronomen a D'Orvill. Pro *duriore* conjecit aliquando Heins. *dura, oro.* Oud.—5 *Desine.* Fux. *desiste.* Roaldus. Flor. et Palat. *desiste.* Recte. *Elmenh.*—6 Ed. Basil. pr. *satis.* Oud.—7 Ms. Par. *Itaque.* Guelf. *Cumque.* Ed. Bas. pr. *Atque.* Id.—8 Edit. Juntin. pr. *perverteris.* Id.—9 Addit D'Orv. *meis.* Contra a Pal. abest copula. *Id.*—1 Ed. Vic. *perhibeo.* Guelf. *præhibebo.* Id.—2 Ed. Basil. pr. *pectinetam.* Id.—3 *Monilibus.* Vetus Ful. *manibus.* Quod rectum censeo. Nam post ea de bullis monilibusque subjungit. *Wow.* Recte Ms. *manibus.* Sciopp. in Symbola. Fulv. *ma-*

NOTÆ

[a] *Virginalibus man.* [*monilibus*] Quidam *manibus,* quod non improbandum.

adornabo; frontem vero crispatam[4] [p] prius decoriter discriminabo; caudæque setas, incuria lavacri congestas[5] et horridas, comta[6] diligentia perpolibo: monilibus bullisque[7] te multis aureis inoculatum, veluti stellis sidereis[8] relucentem, et gaudiis[9] popularium pomparum ovantem, sinu serico progestans nucleos, edulia mitiora, te meum sospitatorem quotidie saginabo.[1] Sed nec inter cibos delicatos, et otium profundum, vitæque totius beatitudinem, deerit tibi dignitas gloriosa. Nam memoriam præsentis Fortunæ meæ, divinæque Providentiæ, perpetua testatione signabo:

cincinnabo primum, deinde separabo decenter, et comam omni studio pilos tuæ caudæ intricatos et hispidos negligentia: et te meum conservatorem, stellatum plurimis bullis aureis, et resplendentem tanquam astris cœlestibus, ac triumphantem plebe prosequente cum lætitia, quotidie saturabo, ferens ad te nucleos et dulciores cibos semicinctio serico. Sed et in illis dapibus suavioribus, et alta quiete, ac felicitate totius vitæ, non carebis quoque dignitate honorifica. Nam relinquam æternum monumentum hujus meæ sortis præsentis, et providentiæ Deorum, et appendam in atrio

nibus a. Elmenhorstius. B. *virg. manibus.* Putean.—4 Pal. Guelf. *crispatum.* Oud.—5 *Incuria congestas.* Promissa hæc virginis, quæ asino, quo vehebatur, maximas gratias, honores summos habituram se recipiebat, si salvam e manibus latronum domum pervexisset. Sed in his nescio quid erroris commissum, propter affinitatem quandam literarum *x* et *s*. Repertum suspicor in autographis, *incuria contestas,* quod valebat *contextas:* atque ignaros ejus rei alterum supposuisse. Simile prorsus mendum libro undecimo in pompa illa, quæ Isidi Deæ ducebatur: 'Quintus auream vannum aureis congestam ramulis, et alius ferebat amphoram.' Non ambigo, quin et hic olim habitarit illud *contestam* pro *contextam,* restituendum ex interdicto, 'Unde vi.' Eandem scripturam supra libro secundo observabam: 'Suscepit ille de lectulo, et uno contextu populum sic adorat.' Nam, quod in excusis hæret, *uno congestu,* non æque commode accipietur de eo, qui, beneficio magicarum artium brevi usura vitæ usus, pauca ad populum verba fecit, eaque unica serie et eodem contextu absolvit. Testem dabo ipsius oratiunculam hanc videlicet: 'Malis novæ nuptæ peremtus artibus, et addictus (lego inductus) noxio poculo, torum repente adultero mancipavi.' *Stewech.* Fux. *lavacri congest.* Roaldus. Lege ex Palat. *c. s. lavacri incuria c. e. sordidus.* Elmenh.—6 Malim cum Ber. *cuncta.* Colvius. *Comta dil. pectinabo.* Vulgo, *cuncta dil. perpolibo.* Elmenh.—7 *Bullisque.* Fux. *monilibusque.* Roaldus. Pal. *bullisque multis aureis inauratum.* Nihil immutandum. *Inoculatum,* exornatum. Ita et Tertull. de Veste. Inde Cæcilius Bassus: 'Excæcare vestem.' *Wower.* Flor. 2. *inaulatum.* Male. *Elmenh.*—8 Edd. Beroald. Basil. pr. prave, *st. sideris.* Fux. Guelferb. *velut* vel *velud.* Oud.—9 Pith. *gaudii.* Id.—1 Fux. *saturabo.* Roaldus. Item Reg. Palat. Guelf. Oxon. Par. minus bene. *Deerunt* Pith. *Oud.*—2 D'Orv. *ut.* Id.—3 Præpositione caret Ed. Scriver. Dein *audietur*

NOTÆ

[p] *Frontem vero crispatam*] Hoc est, setas in frontem devexas, quas Festus 'capronas' dictas fuisse ait, 'quasi a capite pronas.'

et[2] depictam in[3] tabula fugæ præsentis imaginem meæ domus atrio dedicabo. Visetur, et in fabulis audietur, doctorumque stylis rudis perpetuabitur historia: ASINO VECTORE VIRGO REGIA FUGIENS [129] CAPTIVITATEM. Accedes[4] antiquis et ipse miraculis. Credemus etiam exemplo tuæ veritatis, et Phryxum arieti supernatasse,[q] et Arionem delphino[5] gubernasse,[r] et Europam tauro[6] supercubasse. Quod si vere[7] Jupiter mugivit in bovem, potest in asino meo latere aliquid,[8] vel vultus hominis, vel facies Deorum. Dum hæc[9] identidem puella replicat, votisque crebros intermiscet suspiritus;[1] ad quoddam pervenimus[2] trivium,

mearum ædium imaginem hujus fugæ pictam in tabella. Atque hæc quamvis inelegans historia videbitur olim, et narrabitur in fabulis, tradeturque posteritati scriptis eruditorum: Filia regis evadens ex captivitate vecta asino. *Tu quoque recenseberis inter miracula antiquitatis. Exemplo enim tuæ historiæ, quæ vera est, credemus et Phryxum natasse insidentem arieti, Arionem rexisse delphinum, et Europam insedisse tauro. Quod si Jupiter vere mugivit sub forma tauri, potest etiam fieri ut aliquid sit absconditum sub facie mei asini, aut forma humana, aut vultus divinus. Dum virgo iterat subinde ista, et intersecat sua vota frequentibus suspiriis, devenimus ad quoddam trivium: ex quo ipsa apprehenso meo capistro*

in f. Pal. Guelf. De hoc more vide Cinnamum. *Id.*—4 Pal. *Accede.* Id.—5 Fux. *delphinum.* Roald.—6 *Tanto* Pith. Male vir doctus (f. Toll.) conjecit, *subtercubasse.* Oud.—7 Fux. *vero.* Id.—8 Guelf. sec. *aliqui.* Cum vocibus 'in asino' rursus incipit Guelf. pr. *Id.*—9 *Hic.* Flor. *Hæc.* Recte. *Elmenh.* Sic etiam Reg. Fux. Pith. &c. cum Edd. Wow. et seqq. In prioribus rursus *Hic.* Sed et *Hec* D'Orvill. Palat. Oxon. *Puella* abest a Pith. *Oud.*—1 *Suspiratus.* Potest hoc ferri; etsi aliter aliquando scripserim. Ovidius l. XIV. Metam. 'Respicit huc vates, et suspiratibus altis, Nec Dea sum,

NOTÆ

[q] *Phryxum arieti supernatasse*] Phryxus, Athamantis Thebanorum Regis et Nepheles filius, una cum Helle sorore patris sævitiam fugiens, a quo neci ambo erant destinati novercæ anus artibus, amissa sorore Helle in trajectu maris illius, quod postea dictum est ejus nomine Hellespontus, in Colchos pervenit; ac thesauros, quos secum asportaverat, Æëtæ Colchorum Regi reliquit. Hos thesauros Poëtæ finxerunt fuisse arietem aurei velleris, Phryxumque ipso per mare vectum fuisse in Colchos, arietem Jovi immolasse, pellem ejus in templo fixisse, et arietis ipsius effigiem a Jove inter Zodiaci sidera constitutam. Eusebius in Chronico affirmat ideo fingi Phryxum ariete vectum, quia navi, qua fugit novercales insidias, insigne erat aries.

[r] *Arionem delphino gubernasse*] Notissima est Arionis historia, seu potius fabula. Illam Gellius ex Herodoto fuse refert, lib. XVI. Noct. Attic. cap. 19. huicque locum dedisse ait, quod simulacra duo ænea ad Tænarum viserentur, delphinus vehens, et homo insidens.

unde me arrepto capistro dirigere dextrorsum magno opere[3] gestiebat: quod ad parentes ejus ea scilicet[4] iretur via. Sed ego gnarus, latrones illa[5] ad reliquas commeasse prædas, renitebar fortiter:[6] atque sic in animo meo tacitus expostulabam: Quid facis, infelix puella? Quid agis? Cur festinas ad Orcum? Quid meis pedibus facere[7] contendis? Non enim te tantum, verum etiam me perditum ibis. Sic nos diversa tendentes, et in[8] causa finali,[s] de proprietate soli, immo viæ erciscundæ[t] contendentes, rapinis suis onusti coram deprehendunt ipsi latrones: et ad

vehementer cupiebat me ducere in dextram partem: quia nempe illac iter erat ad ejus parentes. At ego, qui sciebam prædones ivisse ea parte ad reliquum suæ prædæ, valide resistebam: et sic increpabam eam apud me silens: Quid agis, o infortunata virgo? quid moliris? quare properas ad Inferos? quid conaris efficere meis pedibus? Nam non solum conscisces tibi exitium, sed mihi quoque. Dum sic cupimus ire in contrarias partes, et disceptamus de dominio soli, immo semitæ dividendæ, tanquam in lite de finibus, ipsi prædones referentes suas prædas opprimunt nos: et salutant

dixit.' *Colv.* Fux. *suspiritus.* De hoc supra. *Roald.* Flor. *suspiritus. Elmenh.* Adde Reg. Oxon. Guelf. utrumque, Pal. D'Orvill. Inc. et Edd. Elmenh. Scriv. Flor. et notata ad l. v. p. 105. 'Assiduo suspiritu.' Porro desideratur copula *que* in D'Orv. *Oud.*—2 D'Orv. *provenimus.* Pith. *campistro.* Id. —3 *Dextrorsum magnopere.* Male Ed. Wow. *dextorsum.* Pric. *dextrosum.* Tum in Oxon. *magno opere.* Bene. Vide ad l. II. p. 32. 'Magno opere contendit.' *Id.*—4 Dele τὸ *scilicet* ex Pal. *Elmenh.* Perperam sic censet Elmenh. licet astipuletur Guelferb. sec. Adi potius ad lib. III. pag. 61. 'Pessima scilicet sorte.' Pith. *iret.* Oud.—5 *Illos.* Pal. *illas.* Facile apparet emendandum: *illac.* Wowerius. *Illac.* Sic Flor. Alii, *Illa.* Elmenh.—6 Fux. *firmiter.* Roaldus. *Retinebar.* Omnino legendum, *renitebar.* Sciopp. in Symb. et Susp. IV. 16. Maug. *renitebar firmiter.* Putean.—7 Præcedit 'Quid facis?' An *furere?* Sed et 'tendentes' ac 'contendentes' sequuntur. *Oud.*—8 Deest præpositio in D'Orv. *Id.*—9 *Magno.* Quidam, *maligno.* Col-

NOTÆ

[s] *In causa finali*] Causæ et quæstiones finales apud Jurisconsultos sunt, in quibus agitur de finibus, hoc est, limitibus agrorum.

[t] *Immo viæ erc.* [*herc.*] Alludit ad titulum Juris 'familiæ herciscundæ,' hoc est, hæreditatis inter cohæredes dividendæ. Sicut ergo inter litigatores de proprietate soli contenditur, sicut quæstiones finales existunt inter cohæredes, de familia herciscunda; ita festiva translatione Apuleius dicit se contendisse cum puella de via herciscunda, cum illa dextrorsum tenderet, ipse vero sinistrorsum. 'Hercisci,' et 'herctum' dicta crediderim a nomine Græco ἕρκος, quod septum significat, eo quod, cum solum inter se dividerent cohæredes, unusquisque eam partem circumsepiret, quæ sibi obtigerat.

Lunæ splendorem jam inde longius cognitos risu maligno [9] salutant. Et unus e numero sic appellat: Quorsum istam [1] festinanti vestigio lucubratis viam,[u] nec noctis intempestæ Manes Larvasque [2] formidatis? An [3] tu, probissima puella, parentes tuos furtim intervisere properas? [4] Sed nos et solitudini [5] tuæ præsidium perhibebimus,[6] et compendiosum [7] ad tuos [8] iter monstrabimus. Et verbum injecta manu secutus,[9] prenso [1] loro retrorsum me circumtorquet: nec baculi nodosi, quem [2] gerebat, suetis ictibus temperat. Tunc ingratis [3] ad promtum recurrens [4] exitium reminiscor

improbo cachinno agnitos eminus ad lumen Lunæ: atque unus e turba sic affatur nos: Quare conficitis noctu istud iter celeri gressu? neque metuitis Umbras et Lemures noctis provectioris? Tune, optima virgo, festinas clam visitare tuos parentes? At nos dabimus comitatum solitudini tuæ, et ostendemus tibi viam breviorem ad tuos. Et cum dicto extendens manum, et arripiens meas habenas, convertit me retro: nec parcit tundere me crudeliter nodoso fuste, quem gestabat. Tunc ego, remeans

vius. Fux. *maligno*. Roald. Omnino scribendum cum Pal. *maligno*. Wowerius. *Maligno*. Al. *magno*. Lucian. *σαρδώνιον γελῶντες*. *Elmenh*. Vide T. II. p. 592. ubi ait quoque: *Πόῤῥωθεν εὐθὺς πρὸς τὴν σελήνην ἔγνωσαν*; &c. hisce Appulei. eadem. Hæc jam monuit Beroald. In solis quoque Edd. Bas. sec. et Colv. est *magno*. In Bas. pr. *salutantem*, et mox Ed. Vulc. sec. *festigio*, ac *lugubratis* Oxon. Cod. *Oud*.—1 Guelf. pr. *ista*. Id.—2 *Larvosque* Guelf. pr. *Id*.—3 Fux. *At*. Roaldus. Item Pal. Guelf. ambo, Oxon. Ed. Juntin. post. *At*. Acerbe. Vide ad lib. I. pag. 1. præsertim, si legamus cum Reg. Fux. Guelf. sec. ac D'Orv. *properabas*. Oud.—4 Fux. *properabas*. Roald. Ms. *furtim visere properas*. Sciopp. in Symb.—5 Oxon. *nos consolit*. Ed. Bas. pr. *Et nos et sol*. Bas. sec. *solitudine*. Pith. *solicitudini*. Oud.—6 *Præbebimus*. Fux. *præstabimus*. Roaldus. Flor. *præbemus*. Palat. *præstabimus*. Bert. *prohibemus*. Malc. *Elmenh*. Par. *præstabimus*. Sic lege. *Wass*.—7 *Compend*. exulat a Pal. et Guelf. utroque. *Oud*.—8 Fux. *ad parentes t*. Roaldus. *Parentes* addunt quoque Palat. Guelf. pr. Oxon. D'Orvill. sed e glossa. Lucian. Ἡμεῖς σε τοῖς οἰκείοις ἀποδώσομεν. *Oud*.—9 *Et verbum manu secutus*. Fux. *Et v. injecta manu*. Sed videtur abundare. *Roald*. *Et v. manu injecta s*. Sic membranæ Flor. A vulgatis abest vox *injecta*. L. III. 'Et verbum facto secutus.' *Elmenh*.—1 Ms. D'Orv. Guelf. ambo, et Edd. ante Colv. et marg. Basil. sec. *prehenso*. Sed *prenso* Mss. optimi et plerique habent. Vide supra ad pag. 123. 'Perprensa Cupidinis buccula.' *Oud*.—2 Fux. *quidem*. Roaldus. Pal. *q*. Oud.—3 Basil. 1. *ingratus*. Jam notavi ad lib. III. supra. *Colv*. Scilicet pro *ingratiis*, ut diserte exprimitur in Ed. Juntin. post. Vide ad l. I. p. 19. 'Ingratis obedientem.' *Oud*.—4 *Ad p. r*. In Bert. non legitur τὸ *in*.

NOTÆ

[u] *Lucubratis viam*] 'Lucubrare' est, opus facere noctu ad lucernam. Lib. IX. Noster: 'Nec die tantum, verum perpeti etiam nocte prorsus instabili machinarum vertigine lucubrabant pervigilem farinam.' Unde facete 'lucubrare viam' dicit, quam noctu ad Lunæ splendorem peragebant.

doloris ungulæ,[5] et occipio[6] nutanti capite claudicare. Sed ecce, [130] inquit ille, qui me retraxerat, rursum titubas et vacillas? et[7] putres isti tui pedes fugere possunt, ambulare nesciunt? At paulo ante pinnatam[8] Pegasi vincebas celeritatem. Dum sic mecum fustem quatiens[9] benignus jocatur comes, jam domus eorum extremam loricam[w] perveneramus. Et ecce de quodam ramo[1] proceræ cupressus induta laqueum[2] anus illa pendebat. Quam quidem[3] detractam protinus, cum suo sibi funiculo[4] devinctam, dedere præcipitem: puellaque statim distenta[5][x] vinculis, cœnam, quam posthuma[6] diligentia præparaverat infelix anicula, ferinis invadunt animis. Ac, dum avida voracitate[7] cuncta contruncant, jam incipiunt de nostra

invitus ad mortem paratam, recordor me dolere ungula, et cœpi claudicare capite nutanti. At ille, qui me reduxerat, En, inquit, iterum nutas et claudicas? et isti tui putridi pedes possunt quidem aufugere, at nequeunt incedere? atqui modo superabas alatam pernicitatem Pegasi ipsius. Dum mitis ille comes sic cavillatur mecum, tundens me baculo, jam attigeramus extimum septum domus eorum. Et ecce offendimus illam vetulam fune circumdatam collo, suspensam ex quodam ramo altæ cupressus. Quam quidem inde amotam confestim præcipitavere ligatam sua ipsius reste: et, conjecta virgine in vincula, irruunt belluinis animis in cœnam, quam illa misera anus coxerat novissima cura. Et, dum comedunt omnia gulositate voraci,

[Q.? *ad.*] Pith. *recurres.* Id.—5 Fux. *vigilie.* Id.—6 Pith. *occipitio.* D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. ambo, *nutante.* Id.—7 Copulam non agnoscunt Palat. Oxon. Guelf. ambo. *Id.*—8 *Pennatum* Oxon. *Id.*—9 Fuit cum legerem, *sic me confustat totiens.* Confustat, ut 'Defustat, ξυλοκοπεῖ,' in Glossis. Sed jam vulgatam non repudio. *Elmenh.*—1 Desideratur *ramo* in D'Orvill. *Prope c.* Oxon. a m. pr. *Oud.*—2 Oxon. *laqueo.* Male. *Id.*—3 D'Orv. *quidam.* Id. —4 Palat. *faniculo.* Fux. *devincta.* Guelf. pr. *devictam.* Id.—5 Scripsi olim: *destinata.* De verbo 'destinandi' supra ad l. I. *Colv.*—6 *Postrema.* Fux. *postuma.* Quod valde probo. *Roald.* Pal. *postuma.* Eleganter. Cœna, quæ post eam remanserat, tanquam postuma diligentia parata. *Wow.* *Cœnam quam posthuma d.* Sic Flor. et Pal. Vulgo, *cœnas quas p. d.* Elmenh. Adde Oxon. Pith. Guelf. utrumque, et D'Orv. uti et bene probat Pric. *Oud.*—7 *Ferocitate.* Assentior Beroaldo, *voracitate.* Colvius. Fux. *verocitate:* al. *voracitate.* Roald. Alii libri, *voracitate,* haud dubie rectius. *Wower.* *Voracitate.* Ald. *ferocitate.* Male. *Elmenh.* Edd. O. ante Vulcan. sec. Ed. præter Junt. post. perperam dederunt *ferocit.* uti et plerique Mss. Sed Reg. et Flor. *voracitate;* quod bene receptum. Vidit etiam Modius. *Oud.*—8 Palat. *sedes*

NOTÆ

[w] *Domus eorum extremam loricam*] Caulam illam intellige ex solidis cratibus, qua turris et caverna latronum septa erat et præmunita, ut habetur lib. IV.

[x] *Distenta* [*destinata*] Ligata. Vide Not. supra, pag. 77.

pœna, suaque vindicta secum considerare. Et, utpote in cœtu turbulento, variæ fuere sententiæ: ut primus vivam cremari censeret puellam, secundus[8] bestiis objici suaderet, tertius patibulo suffigi[9] juberet, quartus tormentis excarnificari præciperet. Certe[1] calculo cunctorum[y] utcumque mors ei fuerat destinata. Tunc unus, omnium sedato tumultu, placido[2] sermone sic orsus est: Nec sectæ collegii, nec mansuetudini singulorum, ac ne meæ quidem modestiæ congruit,[3] pati vos ultra modum delictique sævire terminum:[4] nec feras, nec cruces, nec ignes, nec tormenta, ac ne mortis quidem[5] maturate[6] festinas tenebras arcessere.[7] Meis itaque consiliis auscultantes, vitam puellæ, sed quam meretur, largimini. Nec vos memoria deseruit[8] utique,

cœperunt jam deliberare inter se de nostro supplicio, et sua ultione: ac diversæ fuerunt opiniones, ut solet fieri in tumultuosa turba: adeo ut primus arbitraretur virginem esse comburendam vivam, alter auctor esset ut exponeretur belluis, tertius præciperet eam affigi cruci, quartus censeret torquendam esse variis cruciatibus: certe, utut erat, damnata erat ad mortem suffragio omnium. Tunc unus, coërcito strepitu cunctorum, sic cœpit loqui placida oratione: Non est consentaneum instituto cœtus nostri, neque clementiæ uniuscujusque vestrum, ac ne meæ quidem moderationi, sinere ut pœnas sumatis immodicas, et supra magnitudinem criminis, neque ut adhibeatis belluas, neque patibula, neque flammas, neque cruciatus, nec denique ut acceleratis celeriorem noctem necis deproperatæ. Igitur, gerentes morem meis suasionibus, concedite virgini vitam, sed eam qua digna est. Atque, ut puto, non obliti estis,

b. Vox *bestiis* exulat ab Ed. Junt. post. *Id.*—9 Pal. *subigi* pro *subfigi*, ut est in Guelf. sec. *Suffici* in primo. *Id.*—1 Tò *certe* abest a Bert. *Elmenh.*—2 Par. *placato.* Guelf. pr. Edd. Ber. Colin. Bas. pr. *placito.* Male. Placidus sermo opponitur *turbulento tumultui.* Vide ad p. 127. 'Placitis gannitibus.' *Oud.* —3 D'Orv. *nec quid.* Bert. *m. venit.* Id.—4 D'Orvill. *delicti s. criminum.* Id. —5 Guelf. pr. *ac nec quid mort.* Id.—6 Sic recte cum Mss. habent Edd. Wow. Elmenh. Pric. per Imperativum. In ceteris est partic. *maturatæ*, sine sensu. Tunc deesset verbum, placet, vel simile. *Id.*—7 Emendari possit *accersere.* Attamen verius esse non negabis *arcessere*, de quo adeundi Grammatici. Petronius: 'Atque animas accerse novas:' legerim: *arcesse novas.* Cic. lib. x. Epist. 33. 'Lepidum in Italiam accersistis,' in Ms. Colon. est *arcessistis.* Stewech. Rescribendum ex Bas. 1. et Ven. *arcessere:* de quo Prisc. *Colv.* *Arcessere.* Bertin. et Flor. *accessere.* Elmenh. *Accessere* etiam Oxon. Pith. Fux. Guelf. Edd. Vic. Bas. pr. &c. *accersere* vulgo ex vitioso more. Vide ad lib. I. pag. 1. 'Stylo, quem arcessimus.' *Oud.*—8 Guelf. sec. Pal. *deserit.* Id.—9 *Quod.* Malim cum Pith. Fux. Edd. Vic. Ber. Junt.

NOTÆ

y *Calculo cunctorum*] Suffragio. Calculis enim in urnam conjectis suffragium ferebatur in judiciis apud Veteres, ut videbitur infra, lib. x.

quid[9] jam dudum decreveritis de isto asino, semper pigro quidem, sed[1] manducone summo, nunc etiam mendaci fictæ debilitatis, et virginalis fugæ sequestro[2] ministroque. Hunc igitur jugulare [131] crastino placeat, totisque vacuefacto[z] præcordiis, per mediam[3] alvum nudam virginem, quam prætulit nobis, insuere: ut, sola facie prominente,[4] ceterum corpus puellæ nexu ferino coërceat; tunc, super aliquod saxum scruposum,[5] insutitium[6][a] et fartilem asinum exponere, et Solis ardentis[7] vaporibus tradere. Sic enim cuncta, quæ recte statuistis,[8] ambo sustinebunt: et mortem asinus, quam pridem meruit; et illa morsus ferarum, cum vermes membra laniabunt;[9] et ignis fla-

quid statueritis jam pridem de hoc asino, semper quidem tardo, sed maximo helluone, qui modo etiam mentitus est falsam claudicationem, et fuit medius et minister fugæ virginis. Bonum ergo factu vobis videatur jugulare ipsum cras, omnibusque ejus intestinis detractis, insuere ipsi in medio ventre puellam nudam, quam anteposuit nobis: ita ut, solo vultu virginis extra apparente, cohibeat belluino complexu sui ventris reliquum corpus ejus; tum collocare asinum sic consutum et infertum in aliqua rupe calculosa, et exponere æstibus Solis flagrantis. Sic enim ambo patientur ea omnia, quæ vos juste decrevistis; nempe asinus mortem, quam dudum promeritus est; illa vero morsus belluarum, cum ejus artus rodentur a vermibus; et ardorem

Aldi, Colin. Bas. pr. Scriv. *quid.* Abest ab Oxon. et Guelf. pr. *Decreveratis* iidem et Par. *Deterius* Pith. An *decreritis?* Id.—1 Abest *sed* a Bert. Mox *ministro* sine *que* Pith. *Id.*—2 Oxon. *vacuo facto.* Id.—3 Membranæ D'Orvill. Guelf. sec. *medium.* Utroque scilicet genere *alvus* Veteribus in usu fuit. Et sic in eodem Ms. in Apol. p. 50. Ed. Cas. Sed. l. IV. init. 'Alvus arctata:' et vide, quæ notavimus ad Suet. Vespas. c. 24. 'Alvo soluta.' Adde Serv. ad Virg. Æn. II. 51. Burm. ad Catal. T. I. pag. 621. *Insuete* Pith. *Id.*—4 Pal. Fux. *p̄minente.* D'Orv. Pith. *præeminente.* Male. Horat. Epod. v. 35. 'Cum promineret ore.' Vide supra ad pag. 126. 'Prominentes silices.' *Id.*—5 In Ed. Vic. et marg. Ed. Bas. pr. *scrupulosum:* de quo agitur ad Flor. N. XI. 'Et agrum scruposum:' ubi in Mss. duobus item *scrupulosum.* Ac sæpe alibi. *Id.*—6 *Insititium.* Corrige, *insutitium.* Wowerius. *Insutitium.* Ita Scaliger. Ms. *insititium.* Elmenh.—7 D'Orv. *ardentibus.* Oud.—8 Fux. *tradidistis.* Roaldus. Edd. Ber. Bas. pr. *statuitis.* Oud.—9 *Vermibus m. laniabuntur.* Fux. *vermis laniabunt.* Roaldus. *Vermes m. laniabunt.* Vulgo, *vermibus m. laniabuntur.* Elmenh. Ita rescripsit Elmenh. e Florent. eumque de more secuti sunt Scriver. et Florid. Bene. Nam et sic dat Reg. Guelf. pr. Pith. ac *vermis* etiam Palat. Guelferb. Oxon. *Lania-*

NOTÆ

[z] *Virginalis fugæ sequestro*] Cujus fidei fugam suam virgo crediderat, ut sequestri fidei litigantes rem permittunt, de qua lis inter eos. Similiter lib. IX. dicitur 'anus stupri sequestra.'

[a] *Insutitium*] Cui virgo esset insuta. Sic Scaliger reposuit. Quædam exemplaria habent *insititium*, quod ferri etiam potest, et exponi, cui virgo esset implantata.

grantiam, cum Sol nimiis caloribus inflammarit uterum; et patibuli cruciatum, cum canes et vultures intima protrahent[1] viscera. Sed et ceteras ejus ærumnas et tormenta numerate. Mortuæ bestiæ ipsa vivens ventrem habitabit; tum fœtore nimio nares æstuabit:[2] inediæ diutinæ letali fame tabescet, nec suis saltem liberis manibus mortem sibi fabricare poterit. Talibus dictis, non pedibus, sed totis animis latrones in ejus vadunt[3] sententiam.[b] Quam[4] meis tam magnis auribus accipiens, quid aliud quam meum crastinum deflebam[5] cadaver?

flammæ, cum Sol accenderit ventrem asini vehementioribus æstibus; et tormentum crucis, quando canes et vultures extrahent penitissima ejus præcordia. Sed recensete etiam reliquos ejus cruciatus et labores. Primum ipsa manebit viva in alvo bestiæ mortuæ; deinde nasus ejus perfundetur vapore teterrimi odoris: præterea consumetur fame mortali jejunii longioris; neque habebit quidem manus solutas, quibus possit consciscere sibi mortem. Postquam hæc dixit, prædones eunt in ejus sententiam, non pedibus quidem, sed totis studiis. Quam sententiam cum audirem meis auribus tam amplis, quid poteram aliud, quam deplorare meum corpus futurum cadaver postero die?

bunt Pal. Pith. D'Orv. Guelf. uterque, *laniabant* Oxon. *Oud.*—1 D'Orv. *protrahant.* Mox *numerare* Fux. Edd. Vic. Junt. pr. Bas. pr. et *habitavit* Junt. pr. Aldi; in iisdem et Juntin. post. *tunc.* Pal. *cum.* Id.—2 *Æstuabunt.* Palat. et Flor. *æstuent.* Bert. *æstuabit.* Elmenh. *Æstuent* quoque D'Orvill. Oxon. Fux. Guelf. Par. vel *æstuerit.* Pith. *estuet.* Placet *æstuabit* per notissimam synecdochen Græc. Nostro crebram. Sic lib. I. p. 10. 14. 'Tremere viscera, genua quatior.' Vide ad l. II. p. 21. 'Obtutum conversa:' et passim. Salm. ascripsit: *ut æstuent.* Oud.—3 Oxon. *invadunt.* Male. Vide Grut. in Misc. Nov. Lips. V. III. P. 3. p. 509. *Id.*—4 In D'Orv. *Quum.* Id.—5 Oxon. Guelferb. pr. et Par. *flebam.* Id.

NOTÆ

[b] *Non pedibus, sed totis animis latrones in ejus vadunt sententiam*] Lib. II. 'Et, quod aiunt, pedibus in meam sententiam vado.' Ad quem locum vide Not.

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER VII.

[132] Ut primum, tenebris abjectis, dies inalbebat, et candidum Solis curriculum cuncta collustrabat, quidam de numero latronum pervenit. Sic enim mutuæ salutationis officium indicabat.[a] Is in primo speluncæ aditu residens,[1] et ex anhelitu recepto spiritu, talem collegio suo nuntium fecit:[2] Quod[3] ad domum Milonis Hypatini, quam[4] proxime diripuimus, pertinet, discussa solicitudine jam possumus esse securi. Postquam vos enim,[5] fortissimis viribus[6] cunctis ablatis, castra nostra[7] remeastis, im-

Statim atque candor lucis apparuit, nocte dissipata, et splendens currus Solis cœpit illuminare omnia, quidam accessit e numero prædonum: ita enim poterat conjici ex officio salutationis reciprocæ. Hic sedens in ipso ingressu cavernæ, animaque resumta ex anhelatione, retulit hæc cœtui suorum: Quantum spectat ad domum Milonis Hypatini, quam expilavimus nuperrime, jam possumus esse absque metu remota anxietate. Nam, postquam vos, o viri strenuissimi, reversi fuistis in nostra castra, omnibus ejus rebus asportatis, ego inserens me turbis civium, et

Placuisset Pric. si Mss. faverent, *resistens*, perverso judicio. Vide ad l. I. p. 14. 'Juxta platanum istam resideamus, vel residamus.' *Oud.*—2 Ms. Fulv. *facit.* Sciopp. in Symbola. Alii, *n. facit*: ἰδιωτισμός. Elmenh.—3 Pith. *Qui.* Oud.—4 Bas. sec. *quem.* Colvius. *Quem.* Fux. *quam.* Roaldus. Ut Mss. et Edd. O. *Oud.*—5 D'Orv. *P. enim vos.* Id.—6 *Fortissimi viri.* Palat. *fortissimis viribus.* Bert. τὸ *viri* delet. *Elmenh.* Nihil annotatum est e Flor. ad Ed. Vulc. sec. in qua primum sic expressum est. Nam in prioribus, et ceteris Mss. habetur, *fortissimis viribus.* Forsan dederat Auctor: *fortissimi viri, rebus c. a.* vel, *fortissimi, vi rebus c. abl.* Oud.—7 Oxon. *vestra.* D'Orv.

NOTÆ

[a] *Sic enim mutuæ salutationis officium indicabat*] Lib. IV. 'Apud notos et familiares latronibus senes divertimus: sic enim primus aditus, et sermo prolixus, et oscula mutua, quamvis asino sentire præstabant.'

mixtus ego turbulis[8] popularium, dolentique atque indignanti[9] similis, arbitrabar, super investigatione facti[1] cujusmodi consilium caperent:[2] et an, et quatenus latrones[3] placeret inquiri: renuntiaturus vobis, uti[4] mandaveratis, omnia. Nec argumentis dubiis, sed rationibus probabilibus, congruo cunctæ multitudinis consensu, nescio qui[5] Lucius auctor manifestus[6] facinoris postulabatur: qui proximis diebus, fictis commendatitiis literis,[b] Miloni sese, virum commentitus bonum, arctius conciliaverat;[7] ut etiam, hospitio[8] susceptus, inter familiares intimos[9] [133] haberetur: plusculisque ibidem[1] diebus demoratus, falsis amoribus ancillæ Milonis animum irrepens,[2] januæ claustra

simulans me id dolere et indigne ferre, observabam quale consilium iniretur circa inquisitionem illius facinoris; atque utrum et quousque luberet investigari latrones: relaturus nimirum cuncta ad vos, quemadmodum præceperatis. Et nescio quis Lucius accusabatur, consensu unanimi totius populi, auctor manifestus latrocinii non dubiis indiciis, sed argumentis verisimilibus: qui superioribus diebus confictis literis commendatitiis, simulans virum probum, devinxerat sibi strictius Milonem, adeo ut, exceptus quoque hospitio, recenseretur in numero intimorum amicorum: cumque mansisset ibidem per dies non paucos, illaqueans fictis amoribus animum famulæ

mea. Id.—8 Fux. *turbellis:* supra. *Roald.* Sic quoque D'Orv. Guelf. sec. Oxon. Ed. Junt. post. *Turbelis* Pal. Guelf. pr. Adi ad lib. III. pag. 62. 'Inter ipsas turbulas Græcorum.' *Oud.*—9 Ms. *indaganti.* Sciopp. in Symbola. In D'Orvill. Fux. *dolentique animo.* In D'Orv. et Pith. *atque indignanti simul.* Retineri posset *animo;* sed præstet forsan *omnino.* Nihil tamen opus utroque. *Oud.*—1 *Facti* desideratur in D'Orvill. *Hujus facti* Pith. *Id.*—2 *Caperetur.* Fux. *caperent.* Roaldus. Flor. *caperet.* Elmenhorstius. *Caperet* etiam Oxon. sc. Milo. Sed *caperent* rectius Reg. Pith. etiam, Pal. et D'Orv. ut edidi, sc. Hypatini. *Cujuscemodi* in Ed. Scriv. ut alibi. *Oud.*—3 Fux. abest τὸ *latrones.* Roaldus. Item ab Edd. Aldi, Juntin. post. ut ad 'factum' referatur. Sed præplacet lectio vulgata. 'Inquirere latrones fugitivos,' frequens; unde indagatoribus eorum nomen est 'inquisitorum.' Vide ad Suet. Cæs. c. 1. infra p. 133. 'Reum inquirerent.' *Oud.*—4 *Ut.* Fux. *uti.* Roald. In Mss. ceteris quoque *uti:* quod jam edidere Elmenh. Scriv. Flor. Reliquæ Edd. *ut.* Oud.—5 Ms. *quis.* Sciopp. in Symbola. Item D'Orv. *Oud.* —6 Ms. Ful. *manifesti.* Optime. *Wow.* Et probat Fulv. ut allusum sit ad legem XII. Tabb. de furtis manifestis. *Sciopp. in Symb.* Mox post: 'Crimine latrocinii in hospitem mihi carissimum postulabar.' Fulv. *manifesti.* Recte. *Elmenh.*—7 *Arctius* non habent Guelf. Palat. Oxon. Par. *Conciliaverit* Par. *conciliaverat* Oxon. Pith. Fux. *Oud.*—8 *Ut esset hosp.* Fux. *ut etiam h.* Ald. *Roald.* D'Orvill. *in etiam h.** A Pal. abest *etiam.* Pith. *ut in h.* In sola Basil. sec. legas *esset.* Oud.—9 Ed. Ber. *initimos.* Id.—1 Pric. ex alio Nostri loco hic quoque *ibi* scribi tantum vult. Frustra. Non minus sæpe 'ibidem'

NOTÆ

[b] *Commendatitiis literis*] Quas a Demea Corinthio attulerat ad Milonem, ut habetur lib. I.

sedulo exploraverat, et ipsa membra, in quis omne patrimonium condi solebat, curiose perspexerat.[3] Nec exiguum scelerati monstrabatur[4] indicium. Quippe cum eadem nocte, sub ipso flagitii momento, idem profugisset,[5] nec exinde usquam compareret; nam et præsidium[6] fugæ, quo velocius, frustratis insecutoribus, procul ac procul[7] abderet sese, eidem facile suppeditasse.[8] Equum namque illum suum candidum, vectorem futurum, duxisse secum. Plane servum ejus ibidem in hospitio repertum, scelerum consiliorumque herilium futurum indicem,[9] per[1] magistratus in publicam custodiam receptum, et altera[2] die tormentis vexatum pluribus, ac pæne ad ultimam mortem excarnificatum, nil[3] quicquam rerum talium esse confessum: missos tamen in patriam Lucii viros multos numero,[4] qui reum

Milonis, inspexerat attente seras et pessulos ostii, et exploraverat studiose ipsas partes ædium, in quibus gaza omnis solebat asservari. Et ostendebatur argumentum non leve criminis ab eo perpetrati, nempe quod idem ipse aufugisset eadem nocte ipso tempore latrocinii, atque ex illo tempore nusquam appareret: præsto enim fuisse ipsi facile auxilium fugæ, quo, elusis celerius iis, qui se persequerentur, occultaret se longius ac longius: eum enim abduxisse secum illum suum equum album, quo veheretur. Porro famulum ejus, inventum in eadem domo, compactum fuisse in publicum carcerem jussu Magistratuum, ut patefaceret crimina et consilia sui heri, et die sequenti affectum plurimis cruciatibus, et tortum fere ad extremam mortem, nihil prorsus fassum fuisse hujusmodi rerum: permultos tamen delegatos fuisse in patriam illius Lucii, qui investigarent nocentem subiturum

---

adhibet Auctor. Vide Indicem. *Id.*—2 Forte scriptum, *irretiens.* Colvius. *A. irretiens.* Flor. *a. irrepens.* Elmenhorstius. Par. Cod. *animum etiam irrepens.* Sic forte leg. vel saltem *irretiens* scrib. *Wasse.*—3 Fux. *prospex.* Roaldus. Sic etiam in D'Orv. Guelf. pr. Oxon. pro perpetua earum præpositionum variatione, sed hic prava. Neque enim de longinquo, aut alto loco, sed prope et in ipsis ædibus curiose omnes domus partes videre potuerat, Vide ad lib. IV. pag. 71. 'Sagaciter prospecturus omnia.' *Oud.*—4 Pith. *monstrabat.* Fux. *monstrabitur* cum Guelf. pr. a m. pr. ac *judicium* in Guelf. sec. *Id.*—5 Pal. *profugissent.* D'Orv. *profugisse.* Id.—6 Oxon. Guelf. pr. *vestigium.* Id.—7 Desunt *male ac procul* Mss. Palat. Fux. Guelf. pr. Oxon. Vide Pric. Sæpe 'magis magisque,' 'iterum iterumque,' &c. *Id.*—8 Sive suppetiisse, præsto fuisse, ut lib. III. p. 59. et passim aliis. In D'Orv. Guelf. utroque, *suppeditasset.* Oxon. *eisdem f. suppeditasset.* Id.—9 Ms. D'Orvill. *factorum.* Ed. Scriv. *judicem.* Inepte. *Id.*—1 Exulat præpositio a D'Orv. *Id.*—2 *Altero.* Flor. *altera.* Elmenh. Item Pal. Oxon. D'Orv. cum Ed. Scriv. Recte, ut sæpe 'postera die,' 'statuta die,' et l. v. p. 96. 'Dies ultima' e Mss. Dein *ac* abest a Ms. D'Orv. *Et p.* Fux. *Oud.*—3 Sic Mss. et Edd. Vett. *Nihil*, quod nunc circumfertur, demum incepit edi in Ed. Bas. sec. *Id.*—4 Quid si scribamus, *missos tamen in patriam Lucii illius nuntios numero?* 'Numero' significare, cito, ex Nonio Marc. et Festo liquet. Afranius, Suspecta: 'Perfalsum et abs te creditum numero nimis.' Attius

pœnas daturum sceleris inquirerent.[5] Hæc[6] eo narrante, veteris Fortunæ, et illius beati Lucii, præsentisque ærumnæ, et infelicis[7] asini facta comparatione, medullitus ingemebam.[8] Subibatque me,[9] non de nihilo veteris priscæque doctrinæ viros finxisse,[1] ac pronuntiasse, cæcam et prorsus exoculatam[2] esse Fortunam: quæ semper suas opes ad malos et indignos conferat; nec unquam judicio quenquam mortalium eligat:[3] immo vero cum his potissimum deversetur,[4] quos, procul si videret, fugere deberet: quodque cunctis[5] est extremius,[c] varias opiniones, immo contrarias nobis attribuat; ut et malus boni viri[6] fama glo-

supplicium sui criminis. Dum ille refert hæc, ego ingemiscebam ex intimis medullis, conferens meam antiquam sortem cum præsenti calamitate, et felicem illum Lucium cum misero asino. Mihique veniebat in mentem homines antiquæ sapientiæ non absque causa repræsentasse atque appellavisse Fortunam cæcam, et penitus orbatam oculis: siquidem largitur suas divitias improbis atque indignis, neque eligit unquam ullum hominem ex præscripto rectæ rationis: quinimmo degit cum ejusmodi hominibus, a quibus longe fugiendum esset ipsi, si cerneret oculis: et, quod est omnium deterrimum, dat nobis famam diversam aut potius contrariam nostræ vitæ;

Œnomao: 'Tuam peti gnatam numero te expurgat timor.' Plautus Amph. 'Numero mihi in mentem fuit.' Varro περὶ 'Εξαγωγῆς: 'Ac discedens, numero ait venire adolescentem.' *Stewech.* *Multos numero.* Sic hoc accipiendum, ut supra lib. IV. 'Canes modo magnos et numero multos:' et infra X. 'Multas numero partes in cellulam suam mei solebant reportare domini.' *Colv.* Fux. *multos numero viros.* Roald. Pal. *m. viros numero.* Elmenh.—5 Oxon. Guelf. pr. *rerum:* et Ed. Vet. apud Beroald. Ed. Basil. pr. *inquirent.* A Fux. abest *sceleris.* Oud.—6 *Hic.* Fux. *Hæc.* Roald. Item Reg. Pal. Guelf. pr. Pith. D'Orvill. Edd. Junt. post. Elmenh. Scriv. Flor. In ceteris *Hic*, de more. *Oud.*—7 Oxon. *infortunati.* Id.—8 Ms. D'Orv. *medullitas ingemiscebam.* Inchoativum hoc Nostro est frequens (Vide Ind. Floridi,) ut et aliis passim. Sed l. v. p. 106. 'Vulnere lucernæ dolens ingemebat.' De *medullitus* consule Pric. *Id.*—9 Fux. *Subiitque me.* Roaldus. Flor. *subiti atque.* Scribe: *Subit itaque me.* Elmenh. Lindenbrogio hanc conjecturam sublegit Elmenh. ediditque hinc Scriv. *Subiit itaque me.* Sed istud *itaque* otiosum est. Quare præfero *Subiitque* cum Fux. Palat. Oxon. D'Orv. Guelf. si tamen quid innovandum. Vide ad lib. III. p. 62. 'Consilium me subit:' item pag. 134. Fuit, cum *Subitatque* conjicerem, quo pertinent notata ad lib. II. p. 32. Nunc non placet. *Oud.*—1 Fux. *fuisse.* Roaldus. Inepte. Sed forsan *veteres* præstet: licet nec vulgatum συνωνύμως, damnem. *Oud.*—2 Par. *exosculatam.* Gloss. 'Exoculatus, ἐξωμματούμενος.' Scribe ἐξωμματωμένος. *Wass.*—3 D'Orv. *eliget.* Id.—4 *P. div.* Oxon. Guelf. pr. *potissime.* Palat. Guelferb. sec. *deversetur.* Bene. *Id.*—5 Pal. Guelf. sec. *quibusque.* D'Orv. *centis.* Dein *attribuit* Fux. *Id.*—6 Τὸ *viri* abest a Bert.

NOTÆ

[c] *Extremius*] Ex superlativo comparativus, licentia Apuleiana.

rietur, et innocentissimus contra noxiorum ore[7] [134] plectatur. Ego denique, quem sævissimus[8] ejus impetus in bestiam et extremæ[9] sortis quadrupedem[d] deduxerat, cujusque casus etiam cuivis[1] iniquissimo dolendus atque miserandus merito videretur,[2] crimine latrocinii in hospitem mihi carissimum postulabar.[3] Quod crimen non modo latrocinium, verum etiam parricidium quisque rectius nominaret.[4][e] Nec mihi tamen[5] licebat causam meam defendere, vel unico verbo saltem denegare. Denique, ne mala conscientia tam scelesto crimini præsens viderer silentio[6] consentire, hoc tantum[7] impatientia productus[f] volui di-

adeo ut improbus superbiat existimatione viri probi, contra vero vel maxime insons puniatur, quemadmodum sontes solent. Postremo ego, quem crudelissimus ejus ictus mutaverat in vilissimum animal quadrupes, ego, inquam, cujus infortunium cuilibet etiam malevolentissimo jure videretur deplorandum, ac miseratione dignum, accusabar scelere latrocinii adversus hospitem mihi valde dilectum. Quod scelus non latrocinium tantum, sed etiam parricidium melius appellaretur ab unoquoque. Nec poteram tamen tueri causam meam, aut certe inficiari vel una voce crimen mihi impositum. Postremo, ne ego præsens putarer ex pravitate conscientiæ fateri me reum esse sceleris tam nefandi, impulsus impatientia volui solum hoc dicere :

Elmenh. Hinc uncis eam vocem inclusere Elmenh. et Scriv. nec comparet in Guelf. pr. Oxon. qui etiam caret τῷ *ut.* Immo Guelf. habuit a m. pr. *bona fama.* Oud.—7 Scribi debet : *noxiorum more.* Colv. Cuivis apparet scribendum: *noxiorum more.* Wowerius. *More.* Flor. Rom. et Ven. *ore.* Male. *Elmenh.*—8 L. *scæviss.* Colvius. Male. Id epitheton non convenit τῷ 'impetui.' Passim Auctori quoque 'sæva fortuna' æque ac 'scæva.' Vide ad l. v. p. 91. 'Statim fortunæ sævitas.' *Oud.*—9 *In best. extr.* Fux. *b. et extr.* Roaldus. Ms. *in best. et extr.* Sciopp. in Symb.—1 Ms. *quoivis* pro *cuivis.* Sciopp. in Symbola. Flor. *quovis.* Ovid. VI. Metam. 'At nunc miseranda vel hosti.' *Elmenh.* *Quovis* pro *quoivis* etiam in Mss. Pal. Fux. Guelf. Oxon. D'Orv. et forsan legendum l. IX. p. 191. 'Diverso quoidam negotio destinatus :' ubi vulgo *quodam* contra vulgarem syntaxin. Confer me ad Cæs. l. II. B. G. 30. VII. 55. et hic l. VIII. p. 158. *Oud.*—9 Edd. Ber. Basil. pr. *videtur.* Id.—3 Ms. D'Orvill. *crimen l. etiam, &c. postulabat.* Fux. quoque addit *etiam.* Id.—4 Palat. *nominaverit.* Elmenh. Atque ita Guelf. sec. et exhibuit Scriv. Abest a D'Orvill. *rectius,* pro quo *sectius* vitiose in Ed. Beroaldi. *Nominarit* Pith. Fux. Guelferb. pr. *Oud.*—5 Reg. Fux. *Nec tamen mihi.* Id.—6 Perperam vox *silentio* abest Ed. Florent. *Id.*—7 *Hac*

NOTÆ

[d] *Extremæ sortis quadrupedem*] Apud Phædrum, leo, spiritum extremum trahens, ad asinum calces in se jactantem : 'Fortes indigne tuli Mihi insultare : te, naturæ dedecus, Quod ferre cogor, certe bis videor mori.'

[e] *Quod crimen non modo latrocinium, verum etiam parricidium quisque rectius nominaret*] Petronius : 'Qui ignotos lædit, latro appellatur : qui amicos, paulo minus quam parricida.'

[f] *Impatientia productus, &c.*] Quid

cere: Non feci. Et verbum quidem[8] præcedens semel ac sæpius immodice[9] clamitavi, sequens vero nullo pacto disserere[1] potui; sed in prima remansi voce, et identidem boavi: Non, Non:[2 g] quanquam nimia rotunditate pendulas vibrassem labias.[3 h] Sed quid[4] ego pluribus[5] de Fortunæ sævitate conqueror? Quanquam nec istud puduit, me cum meo famulo meoque vectore illo equo factum conservum atque conjugem.[i] Talibus agitationibus fluctuantem, subiit[6]

Non feci. Et rudivi quidem immaniter semel et pluries priorem vocem, alteram vero nullatenus potui pronuntiare; sed hæsi in priore verbo, et clamavi sæpius: Non, Non: quamvis retorsissem mirum in modum in orbem mea labra pendentia. Sed quorsum ego ulterius conqueror de sinisteritate Fortunæ? quam ne puduit quidem fecisse me conservum illius equi, mei servi vectorisque, et summisisse me eidem jugo ac ipsum. Dum distraherer huc illuc ejusmodi cogitationibus, rediit mihi in

tantum. Forte, *tandem.* Colvius. Fux. *hæc tamen.* Roaldus. Ms. *hoc tantum:* quomodo in Suspectis (lib. IV. Ep. 10.) de conjectura correxeram. *Sciopp. in Symb.* Cum Fux. *hæc* dat Pal. sed *hoc* extat etiam in Flor. Pith. Guelf. Oxon. Par. D'Orv. Edd. Junt. post. Wow. &c. quod retinui. Prave *tantum* exulat ab Ed. Vulc. sec. sicut male in eadem et prioribus Edd. est *hac.* Oud.—8 *Quidem* deest Pal. *Id.*—9 *Sæp. ac immod.* Sic Bertin. recte. *Sciopp. in Symb. et Susp.* IV. 10. *Semel ac sæpius imm.* Bert. *sæpius.* Elmenh.—1 Scripserim potius, *ediss.* Non aliter legendum Plauti Asinaria: 'Quin rem actutum edisseris?' Nam Captivis: 'Jam animum advorte, ac mihi, quæ dicam, edissere:' et Cistellaria: 'Periisti, ni hercle hoc edisseris.' *Colv.* *Edissere.* Flor. *disserere.* Elmenh.—2 Oxon. *Boavi nixa.* Hinc Pric. *enixe.* Haud male, si non bis servemus. In Pal. Pith. *boavi n*[3]. In Guelf. pr. *boavi vis:* sec. *b. n.* Oud.—3 *Pendula v. labia.* Fux. *pendulas v. labias.* Roaldus. B. M. *pendulas v. labias.* Putean. Fœmininum genus exhibent Mss. omnes, excepto forsan Reg. Pith. item Edd. Junt. post. Elmenh. Scriv. Flor. In reliquis *pendula labia.* Male. Vide ad lib. II. p. 36. 'Illibatæ labiæ.' Perperam autem, ex solenni variatione, in D'Orv. exaratur *librassem.* Oud.—4 Prave *quid* desideratur in Ed. Junt. pr. Vide ad l. II. p. 25. 'Sed quid ego de ceteris aio?' *Id.*—5 In Oxon. Guelf. pr. *plus,* et Edd. Vulc. sec. Elmenh. Scriver. Flor. rursus contra Msstos O. *scævitate.* Vide paulo ante, 'sævissimus impetus f.' *Id.*—6 Flor. Fux. Guelf. ambo, *subit.* Pal. Fux. Guelf.

NOTÆ

est *impatientia productus?* Conjiciebat Pricæus *perditus.* Lege leviori mutatione *perductus,* hoc est, permotus.

g *Et identidem boavi: Non, Non*] Ad hanc quippe vocem sæpius repetitam satis accedit asini ruditus.

h *Quanquam nimia rotunditate pendulas vibrassem labias*] Hoc est, quod l. X. dicit: 'Contorta in modum linguæ postrema labia.' Labiæ, enormia labia.

i *Conservum atque conjugem*] 'Conjux' hic est, jugum cum alio ferens. Malebat Pricæus, *congregem:* et revera nusquam vidimus hactenus alligatum fuisse Lucium ad jugum una cum equo suo. Et præterea vox *congregem* habetur infra hoc ipso libro: 'Equinis armentis me congregem, &c.

me illa cura potior, qua, statuto consilio latronum, manibus virginis decretam me victimam recordabar, ventremque[7] crebro suspiciens meum, jam misellam puellam parturiebam.[8] Sed ille, qui commodum[9] falsam de me notoriam[1] pertulerat,[k] expromtis mille aureum,[2] quos insútu laciniæ[3] contexerat, quosque variis viatoribus detractos,[4] ut aiebat, pro sua frugalitate[5] communi conferebat arcæ,[l] infit etiam[6] de salute commilitonum solicite sciscitari. Cognitoque quosdam, immo vero fortissimum quemque variis quidem, sed impigris casibus oppetisse;[7] suadet tantisper pacatis[8] itineribus, [135] omniumque[9] præliorum servatis induciis, inquisitionibus[1] commilitonum potius insisteretur, et tirocinio novæ juventutis, ad pristinæ manus numerum, Martiæ cohortis[m] facies integraretur. Nam et

mentem hæc solicitudo magis urgens, qua memineram me destinatum esse decreto prædonum hostiam Manibus virginis. Et, respiciens sæpe meam alvum, jam mihi videbar parere infelicem virginem. At ille, qui modo narraverat falsum accusationem de me, extractis mille nummis aureis, quos absconderat consutos in veste, quosque, ereptos, ut aiebat, diversis viatoribus, afferebat in communes loculos, pro ea qua erat probitate, cœpit quoque anxie inquirere de incolumitate sociorum. Et cum audivisset quosdam, immo vero fortissimos omnes cecidisse mortibus diversis quidem, sed strenuis; hortatur, ut relictis viis pacatis in aliquod tempus, et observata cessatione omnium certaminum, incumberent potius inquirendis sociis, et forma catervæ bellicosæ restitueretur usque ad numerum prioris multitudiins, suffectis

s. m. *cura illa*. Dein *quam* Pith. Guelf. uterque. *Id.*—7 Sic Flor. Pith. Fux. Guelferb. sec. Bert. D'Orv. et Edd. Elmenh. Scriv. Flòr. In aliis non comparet *que*. Mallem tamen cum Oxon. Guelf. pr. *ventrem quoque*. Sed vide ad l. VI. p. 119. *Id.*—8 In eadem et Guelferb. pr. est *parturibam*. Nec male. Vide ad lib. III. p. 67. *scaturibat*. Id.—9 Palat. Pith. Guelf. pr. a m. pr. *commode*. Perperam. Vide Ind. Not. *Id.*—1 Ms. *falsa de me notoria*. Sciopp. in Symb.—2 *Aureis*. Flor. *aureum*, pro, aureorum. Optime. Vide ad l. II. p. 35. 'Mille nummum deponentur.' *Oud.*—3 *Quos in sinu lac*. Quin præfero Pal. Cod. scripturam: *quos insutos lac*. Wowerius. Flor. *in sutu lac*. Pal. *insutos lac*. Bene. *Elmenh.*—4 Oxon. *quousque*. Pal. *detracto*. Oud.—5 D'Orv. Fux. *fragilitate*. Id.—6 Abest *etiam* a Pal. *Id.*—7 *Oppetiisse*. Vulgo, *adoppetisse*. Elmenh. —8 Forte: *pausatis*. Pausa jam itineribus aliquamdiu facta. *Colv.*—9 Ed. Juntin. post. caret τῷ *que*. Oud.—1 *Inquisitioni*. Alii, *inquisitionibus*. Scal.

NOTÆ

permiscuit.'

[k] *Notoriam pertulerat*] Vocabulum est Juris, significans delationem, accusationem, indicium.

Communi conferebat arcæ] Arcæ collegii latronum. Inscriptio vetus apud Gruterum, fol. 175. EROGENTUR EX ARCA COLLEGII.

[m] *Martiæ cohortis*] Bellicosæ latronum manus, quorum Deus Mars est.

invitos terrore compelli, et volentes præmio provocari posse:[2] nec paucos humili servilique vitæ renuntiantes, ad instar tyrannicæ potestatis, sectam[3] suam conferre malle. Se quoque[4] jamdudum pro sua parte quendam convenisse hominem et statura[5] procerum, et ætate juvenem, et corpore vastum, et manu strenuum: eique suasisse, ac denique persuasisse, ut manus hebetatas diutina pigritia tandem referret ad frugem meliorem;[6] bonoque secundæ, dum posset, frueretur valetudinis:[7] nec manum validam erogandæ stipi porrigeret, sed hauriendo potius exerceret auro. Talibus dictis universi omnes assensere:[8] et illum, qui jam comprobatus videretur, ascisci, et alios ad supplendum numerum vestigare statuunt. Tunc profectus, et paululum commoratus ille, perducit[9] immanem quendam juvenem, uti fuerat pollicitus, nescio an ulli præsentium comparandum. Nam,

novis tironibus ex juventute. Eos enim, qui nollent, posse adigi metu; qui autem non renuerent, posse incitari mercede: et multos quidem malle amplecti vitam similem dominationi regiæ, repudiata vita abjecta et servili. Quantum etiam ad se pertineret, se jam pridem adivisse quendam virum altæ staturæ, juvenem, prægrandem corpore, et promtum manu: seque ei auctorem fuisse, ac demum compulisse ipsum, ut admoveret tandem ad meliores usus manus torpentes longa desidia; et uteretur commodis prosperæ valetudinis, dum liceret: neque mendicandi gratia extenderet robustam dexteram, sed uteretur potius ea ad eruendum aurum. Omnes quotquot erant annuerunt his verbis: et decernunt in suum cœtum recipere eum, cujus virtus videretur jam spectata, et inquirere alios ad complendum numerum. Tunc ille, cum exivisset, et mansisset tantisper foris, adducit, ut promiserat, quendam juvenem procerum, cum quo nescio an quisquam eorum, qui aderant, potuisset

conquisitionibus. Elmenh.—2 Τὸ *posse* non est in Bert. *Idem.* Neque admodum addi necesse est. Adi ad Cæs. lib. III. B. G. c. 13. *Prævocari* Guelf. pr. *Oud.*—3 Ms. *senectam.* Sciopp. in Symb.—4 Guelf. sec. Edd. Ber. et Bas. pr. *Sed q.* Guelf. pr. *Sed se q.* Oud.—5 *Statu.* Lib. Vett. *statura.* Wowerius. *Statura.* Sic Palat. Alii, *statu.* Elmenh.—6 Oxon. *deferret.* Pal. Guelf. sec. *fr. molliorem,* inepte. *Oud.*—7 Pal. Guelferb. sec. *bonorumque.* Fux. *boneq.* Oxon. *b. scelere f.* In Guelf. pr. et Edd. Vett. de more *valitudinis.* Id.—8 Guelf. pr. *assentire.* Pal. Guelf. sec. *assentiere.* Deest Fux. *Id.*—9 Mss. Guelf. *producit.* D'Orv. *ducit.* Abest *juvenem* ab Oxon. *Id.*—

NOTÆ

Alludit ad Romanam Militiam, in qua Legio Martia fuit exploratæ virtutis. De hac Cicero, Philipp. IV. 'Quid legio Martia? quæ mihi videtur divinitus ab ipso Deo traxisse nomen, a quo Populum Romanum generatum accepimus?'

præter ceteram corporis molem, toto vertice cunctos antepollebat, et ei[1] commodum lanugo malis inserpebat: sed plane centunculis[2] disparibus et male consarcinatis[3] semiamictum: inter quos pectus et venter crustata crassitie[4] reluctabant. Sic introgressus, Avete, inquit, fortissimo Deo Marti clientes, mihique jam fidi commilitones; et virum magnanimæ vivacitatis volentem volentes accipite,[5] libentius vulnera corpore[6] excipientem, quam aurum manu suscipientem:[7] ipsaque morte, quam formidant alii, meliorem.[n] Nec me putetis [136] egenum, vel abjectum, neve de pannulis istis virtutes meas æstimetis.[8] Nam præfui validissimæ manui, totamque prorsus devastavi Macedoniam. Ego sum prædo famosus, Hæmus ille Thracius,[o] cujus totæ provinciæ nomen horrescunt: patre Therone[p] atque[9] latrone inclyto prognatus, humano sanguine nutri-

conferri: nam, præter reliquam amplitudinem corporis, superabat omnes toto capite, et genæ ei tunc primulum incipiebant vestiri barba: sed semiopertus erat tantum pannis dissimilibus et male consutis, per quorum commissuras pectus et alvus ejus callosa mole nitebantur erumpere. Sic ingressus, Salvete, ait, o vos qui estis in tutela fortissimi Dei Martis, et jam facti mei fideles socii; et benigne, excipite me, hominem fortissimi vigoris, sponte venientem ad vos, excipientem plagas corpore libentiori animo, quam aurum manu, et contemnentem ipsam mortem, quam alii metuunt. Neque arbitremini me esse inopem aut vilem, neve ex his centunculis judicetis de meis virtutibus. Fui enim dux fortissimæ cohortis, et diripui omnem plane Macedoniam. Ego sum inclytus ille latro, Hæmus Thracius, cujus nomen provinciæ totæ reformidant: genitus patre Therone, prædone similiter famoso, altus

1 Pith. *enim*. Id.—2 Flor. *centuncillis*. Elmenh.—3 Oxon. Fux. Guelf. pr. *sarc*. Oud.—4 Pal. *crastata crassitudine*. Bert. *crustata crassitudine*. Elmenh. In Guelferb. sec. *castrata cr.* In Mod. Bert. Coll. nulla variatio. *Crassities* est in Glossis. *Reluctabat* Fux. Dein *volentes* exulat a Guelf. pr. *Oud.*—5 Pith. *accipitis*. Id.—6 Pith. *corp. vuln.* Exulat *corpore* a Fux. *Id.*—7 Ed. Ber. *suspicientem*. Id.—8 D'Orv. Guelf. *extimetis*, solita scriptura. Dein rursus *manu* Fux. et *toti*. Id.—9 Concinnius esset *æque*. Roaldus. *Æque*. Rom. et Flor. *atque*. Elmenh. Istud *æque* e conjectura Lips. Mod. Grosl.

NOTÆ

[n] *Morte meliorem*] Superiorem. 'Morte melior,' κρείττων θανάτου, Græca phrasis est: significatque eum, qui θανάτου καταφρονεῖ. Absurda et ἀπροσδιόνυσα sunt, quæ hic Beroaldus refert de mortis bonitate.

[o] *Hæmus ille Thracius*] 'Hæmus' hic nomen est prædonis, fortasse ἀπὸ τοῦ αἵματος, a sanguine, quo latrones gaudent. Alias Hæmus mons est in Thessalia.

[p] *Patre Therone*] Nomen, Græco fonte cadens, latroni congruum: θὴρ enim Græcis feram sonat.

tus, interque ipsos manipulos factionis educatus, hæres et æmulus virtutis paternæ.[1] Sed omnem[2] pristinam sociorum fortium multitudinem, magnasque illas opes exiguo temporis amisi[3] spatio. Nam procuratorem principis ducenaria perfunctum,[q] dehinc fortuna tristiore decussum, prætereunte me orato[4] fueram aggressus.[r] Sed rei noscen-

cruore humano, et nutritus in mediis cohortibus hujus sectæ, hæres et imitator fortitudinis paternæ. Verum perdidi brevi intervallo temporis totum illum antiquum numerum strenuorum commilitonum, et illas ingentes divitias. Adortus enim fueram procuratorem Cæsaris prætereuntem Orato, qui exercuerat procurationem ducenariam, et postea exciderat ex ea malignitate fati. Sed resumo ordine rem om-

Salm. Roaldi receperunt Vulc. Ed. sec. Elm. Scriv. et Flor. contra Mss. (nisi sit in Pith.) et Edd. ceteras, citra necessitatem. Vide Pric. et n. m. *Oud.*—1 *Interque, &c. paternæ.* Cuncta hæc desiderantur in Palat. Oxon. Par. Fux. Guelf. utroque. *Id.*—2 Fux. *omnium.* Id.—3 Ed. Vicent. *amissi.* Ante Guelf. a m. pr. *exigui.* Id.—4 *Prætereuntem coram.* In Edit. Par. reperiebam *prætereunte me coram.* Sed hoc adæque ineptum. Ex quo tamen veram scripturam eruisse me non negabis: *prætereuntem incoram.* Apuleius hoc eodem libro: 'Ibidem incoram omnium gestiebam inscendere.' Sed qui istic, sublato archaismo, supposuere, *in corona omnium*, non optime de hoc scriptore ea parte promeriti. Infra apud eundem hunc libro nono extremo: 'Unus e commilitonibus, casu fortuito collimatis oculis ad umbram meam, cunctos testatur incoram.' Iterum dicto libro nono: 'Atque incoram omnium aureum depromeret cantharum.' Itidem sæpius libris reliquis. Emendandum pariter illud Apuleii prædicto libro nono: 'Non quidem incoram noxæ prehensus.' Perperam enim vulgo circumfertur, *Non quidem coram.* Nam phra-

NOTÆ

[q] *Procuratorem principis ducenaria perfunctum*] Supple, procuratione. Vetus Inscriptio: PROCURATOR AUGUSTI PROVINCIÆ BŒTICÆ AD DUCENA ACCIPIENDA. Cujacius, ad Titul. 19. lib. x. Cod. de Exactoribus Tributorum: 'Ducena et Centena dignitates sunt in schola agentium in rebus et in officio sacrarum largitionum, &c. Exegisse eos fiscales pecunias hæc lex ostendit,' &c. Procuratoris Ducenarii mentio est apud Cyprianum, Epist. LXVIII. 'Actis publice habitis apud Procuratorem Ducenarium:' ad quem locum Rigaltius: 'Extra curas exercitus et negotia belli, circa Principem Romanum fuit militia duplex: literata, quæ scriniis operam dabat: actuosa, quæ rebus agendis erat occupatissima. Hi Magistriani dicebantur, et ex eorum schola Ducenarii, et Centenarii, sive Sexagenarii, qui fiscales pecunias exigebant, a numero pecuniarum, quas in stipendium accipiebant, nuncupati.' Beroaldus hic 'ducenaria perfunctum' intelligit fuisse primum hastatum, qui duas Centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda. 'Sicut enim,' inquit, 'Centenarium dixere, quem nunc Centurionem nominant, ita et Ducenarium appellant Præfectum ducentis militibus.' Sed hoc, nulla auctoritate fultum, male convenit Procuratori Principis.

[r] *Præt. &c.* [*Prætereuntem Orato fueram aggressus*] Beroaldo, *præter-*

dæ carpo ordinem. Fuit quidam multis officiis in aula Cæsaris clarus atque conspicuus, ipsi[5] etiam probe spectatus. Hunc, insimulatum quorundam astu,[6] projecit extorrem sæviens invidia. Sed uxor ejus Plotina, quædam[7] raræ fidei atque singularis pudicitiæ fœmina, quæ decimo partus stipendio viri familiam fundaverat, spretis[8] atque contemtis urbicæ[9] luxuriæ deliciis, fugientis comes, et in-

nem, quo facilius intelligatur. Fuit quidam inclytus atque insignis multis muneribus, quæ gesserat in aula Cæsaris, egregie quoque probatus ipsi Cæsari. Crudelis Invidia coëgit hunc ire in exilium, accusatum calliditate quorundam. At Plotina quædam nomine, ejus conjux, mulier singularis fidelitatis, et eximiæ castitatis, quæ stabiliverat familiam sui mariti censu decem natorum, et neglectis ac subterhabitis voluptatibus urbani luxus, comitata virum exulantem, et facta particeps ejus

sin istam plus decem locis Apuleio reddendam diligens lector facile observabit. *Stewech.* *Prætereuntem coram* est emendatio a Beroaldo: cum in suo libro invenisset, *prætereunte me Orato;* quod est etiam in Ms. et Ald. Edit. Nihil est ad manum, quod substituam. *Roald.* Inhæret insigne mendum. Cod. Pal. legit, *prætereunte me orato fueram agg.* Bert. *morato fueram.* Emenda ex Fulv. *prætereuntem Orato fueram agg.* Orato Macedoniæ civitas. Hæc autem in Macedonia gesta narrat. *Wow.* Falsum hoc, quod coram fuerit eum aggressus, ut sequentia docent. In Bert. est *prætereuntem morato f. a.* Sed rectius Fulv. Cod. *prætereuntem Orâto fueram agg.* Orato autem est Macedoniæ civitas. *Sciopp. in Symb. et Corp. Epist. Tom.* II. *p.* 52. *Prætereuntem coram.* Hanc lectionem fabricavit nobis Beroaldi acumen. In Flor. et Rom. legitur, *prætereunte me orato fueram aggressus.* Bert. *prætereunte morato f. a.* unde Wow. *præter. Orato f. a.* Et capit de civitate Macedoniæ. Bene. *Elmenh.* An *prætereuntem rate?* Nam in tabernula navi proxima p. 137. res gesta est. Immo potius *præt. oria;* navi, qua oram littoris legunt. Vide Plaut. et Fulg. Pl. Gell. ex Ennio l. x. c. 25. 'Lembi, oriæ, lenunculi, actuariæ.' *Wass.*—5 Prave in Ed. Pric. *ipse.* Oud.—6 Pal. Guelf. sec. inepte *haustu.* Dein *exteriorem* pro *extorrem* Guelf. pr. *Id.*—7 Dele τὸ *quædam.* Wow. Dele τὸ *quædam* ex Pal. *Elmenh.*—8 *Sumtis.* Fux. *spretis*, et Beroald. F. *semotis.* Roald. *Spretis* Glossematium est a Beroaldo; nam in ejus exemplari legitur *sumtis.* F. *summotis.* Brant.—9 In D'Orv. est *civitæ*, quod corruptum forsan ex scripturæ more *urvicæ*, nisi inde *civicæ* velis reformare.

NOTÆ

euntem coram fueram aggressus; quem refellit Scioppius ex his, quæ sequuntur, ex quibus patet Procuratorem illum non coram et aperte, sed noctu in tugurio fuisse a latronibus positum. Retinet igitur lectionem Mss. et veterum editionum *Orato*, quam urbem Macedoniæ esse ait. Sed, præterquam quod nulla hujus urbis apud Strabonem, ac ne in thesauro quidem Ortelii fit mentio: latrocinium illud non in Macedonia perpetratum, sed in littore Actiaco fuit, ubi Macedonia delapsi grassabantur, ut narratur infra: quod quidem littus Acarnaniæ contribuitur, plurimumque a Macedonia distat. Aliud ergo quærendum, vel *Oratum* illud in Acarnania collocandum.

fortuniis[1] socia, tonso capillo, in masculinam faciem reformato[2] habitu, pretiosissimis monilium et auro monetali zonis refertis incincta, inter ipsas custodientium militum manus et gladios nudos intrepida, cunctorum periculorum particeps, et pro mariti salute pervigilem curam sustinens, ærumnas assiduas ingenio[3] masculo sustinebat.[4] Jamque[5] plurimis itineris[6] difficultatibus marisque terroribus exantlatis[7] Zacynthum[8] petebat:[s] quam Sors ei fatalis[9] decreverat temporariam sedem.[t] Sed, cum primum littus Actiacum,[u] quo tunc Macedonia delapsi[1] [137] grassabamus,[2] appulisset,[3] nocte promota, tabernulam[4] quandam littori navique proximam, vitatis[5] maris fluctibus, incubabant.[6] Invadimus,

calamitatis, resecta coma, mutata veste et facie in speciem viri, circumdata zonis, quas infercíverat monilibus maximi pretii et aureis nummis, interrita inter ipsos manipulos ensesque districtos militum custodientium suum maritum, socia omnium periculorum, et invigilans perpetua cura incolumitati conjugis, tolerabat continuos labores animo virili. Et jam superatis permultis molestiis viarum, et periculis maris, ibat Zacynthum, ubi Fortuna iniqua constituerat ei habitationem ad tempus. Verum, statim atque tetigit littus Actiacum, in quo tunc latrocinabamur digressi e Macedonia, cubabat nocte jam provectiore in quodam tugurio, vicino littori et navi, ad evitandam jactationem maris. Irruimus et expilamus cuncta: non mediocri

----

Oud.—1 Scribendum erat, *infortunii*. Stewech.—2 Bert. *deformato*. Elmenh. Male. Vide Pric. et Ind. *Oud.*—3 Fux. *genio*. Id.—4 Oxon. *sustinebant*. Id. —5 Pal. *Jam*, cum Oxon. et Guelf. utroque. *Id.*—6 Bert. *itinerum*. Elmenh. 7 Ms. D'Orv. *exaudatis*. Alii cum Edd. Vett. ut passim, *exanclatis*. Vide ad l. I. p. 12. Est qui legat *exanhelatis*. Id.—8 Flor. *Iacynthum*. Male. Vide Paus. lib. IV. p. 260. et l. VIII. p. 491. *Elmenh.* D'Orv. *Iachintum patebat*. Pith. *Zacyntoum*. Aliquot *Zachinthum*. Oud.—9 Exulat *fatalis* a Pal. in quo est *temperariam*. Pith. *temperiem*. In D'Orv. *s. f. decr. ei temperariam*. Id.—1 Ms. *declassi*. Sciopp. in Symb. D'Orv. *delassi*, solita variatione. Pal. *g. t. de Maced.* Oud.—2 *Grassabamur*. Flor. et Bertin. *grassabamus*. Elmenh.—3 Fux. *applicuit*. Roald.—4 Bert. *cavernulam*. Elmenh.—5 Oxon. *nitatis*. Oud. —6 *Incububat*. Flor. *incubabant*. Elmenh. Nec secus D'Orv. Pal. Guelf. sec. Oxon. Fux. Pith. Illa sc. maritus, milites, famulique. Nec obstat, quod præcedat 'appulisset.' Ista numeri mutatio in re historica frequens est.

NOTÆ

[s] *Zacynthum petebat*] Insulam Maris Ionii, hodie *Zante*, Veneticæ ditionis. In Insulas porro deportatos exules passim legas apud Historicos. Unde Cornel. Tacitus: 'Plenum exiliis mare.' Quin et exilium ipsum pœna insularis dicitur apud Ammianum Marcellinum.

[t] *Temporariam sedem*] Nimirum non perpetuo exilio damnatus fuerat ille Procurator, sed tantum ad tempus, et relegatus erat, non exul.

[u] *Littus Actiacum*] Oram illam Maris Ionii, quæ ab Ambracio Sinu Heracleam versus extenditur. Ibi enim fuit Actium oppidum, Colonia Augusti.

et diripimus omnia. Nec tamen periculo levi tentati discessimus. Simul namque primum sonum[7] januæ matrona percepit, procurrens in cubiculum, clamoribus inquietis cuncta miscuit: milites, suosque famulos[8] nominatim, sed et[9] omnem viciniam suppetiatum convocans: nisi quod pavore cunctorum, qui[1] sibi quisque metuentes delitescebant, effectum est, ut impune[2] discederemus. Sed protinus sanctissima (vera enim dicenda sunt) et unicæ fidei fœmina, bonis artibus[3] gratiosa, precibus ad Cæsaris numen porrectis, et marito reditum celerem, et aggressuræ plenam vindictam impetravit. Denique noluit[4] esse Cæsar Hæmi latronis collegium:[5] et confestim interivit.[6] Tantum potest etiam nutus magni Principis. Tota denique factione militarium vexillationum[w] indagatu[7] confecta atque concisa,[8] ipse, me furatus[9] ægre, solus[1] mediis[2] Orci faucibus

tamen discrimine abiimus: nam, statim atque illa materfamilias audivit primum stridorem ostii, currens in cubiculum turbavit omnia tumultuosis vociferationibus: ciens in auxilium milites et servos suos quemque suo nomine, atque etiam omnes vicinos: sed metu omnium evenit ut abiremus incolumes, cum se absconderent, sibi quisque timentes. Sed mulier castissima, ac probitatis singularis (nam verum fatendum est), quæ sibi conciliaverat favorem suis virtutibus, fusis statim precibus ad majestatem Cæsaris, obtinuit simul promtum regressum suo conjugi, et perfectam ultionem hujus aggressionis. Postremo Cæsar voluit ut factio Hæmi prædonis interiret, et ipsa periit illico. Tantum valet vel ipsa voluntas magni Imperatoris. Universo demum collegio extincto atque deleto ad internecionem inquisitione turmarum militarium, ego me vix proripui, et effugi solus ex mediis manibus Plutonis hoc

Oud.—7 Flor. *somnum.* D'Orvill. *percipit.* Id.—8 Pal. Guelf. sec. *militesque suos, f.* Id.—9 *Sed et* desunt Edd. Junt. pr. Ald. *Et* non comparet in Oxon. Fux. Guelf. pr. in quo pro *sed* est *secundus.* Id.—1 Lege volente sententia, *quum sibi q. &c.* Stewech. Legendum, postulante id sententia, *qui* vel *quum.* Colv. Recte Ms. *qui.* Sciopp. in Symbola. Bert. *quam.* Scal. *quum.* Recte. *Elmenh.*—2 Fux. *invicem.* Oud.—3 Oxon. Pith. Guelf. pr. *actibus.* Dein *reditum* non habet Guelf. pr. in quo *celerim.* Id.—4 Ms. D'Orvill. Edd. Ber. Bas. pr. contra Apuleii mentem *voluit.* Id.—5 Fux. *vestigium.* Posset etiam ferri. *Roald.* Ms. *vestigium.* Sciopp. in Symb. Accedit Reg. *Oud.* —6 *Interiit.* Vetus lectio Ber. *interibit;* verior, nisi fallor, *interivit.* Brant. —7 Vitiose D'Orv. Oxon. *indigata.* Oud.—8 Pal. Guelf. sec. *conscia.* D'Orvill. *conscissa.* Sed vide ad Hirt. l. VIII. B. G. c. 31. 'Copias accisas.' *Id.*—9 Velim iterum *furatim* vel *furato.* Brant. Perperam omnino. Adi Comm. ad Sil. Ital. l. XIV. 561. 'Exigua sese furatus Himilco carina.' Sic et Gr. κλέπτειν ἑαυτὸν, ut Æliano l. II. de Anim. c. 14. *Oud.*—1 Fux. *solis.* Id.—2

NOTÆ

[w] *Vexillationum*] Vexillationes apud Vegetium sunt alæ equitum: a 'vexillo,' quo utebantur equites.

ad hunc evasi modum. Sumta veste muliebri florida, in sinus flaccidos abundante,[3] [x] mitellaque[y] textili contecto capite, calceis fœmineis [4] albis illis [5] [z] et tenuibus inductus,[6] et in sequiorem sexum[a] insertus[7] [b] atque absconditus, asello

pacto. Ego induto vestimento fœmineo pulchro, et affluente in laxos sinus, et operto capite parva mitra textili, calceatus calceis illis muliebribus candidis et tenuibus, et velut implantatus alteri sexui, atque abditus sub eo, evasi per media agmina infen-

E mediis. Flor. *mediis.* Infra: 'Mediis Orci faucibus extractus.' *Elmenh.* Frustra et contra Mss. O. præpositionem *e* inseruit Vulc. Ed. sec. quam temere sunt secuti Elmenh. Scriv. Flor. *Oud.*—3 *In s. floccidos ab.* Flor. *flaccidos.* Ald. *s. f. alium dante.* Male. *Elmenh.*—4 *Fœmininis.* Fux. *fœmineis.* Roaldus. *Fœmineis.* Vulgo, *fœmininis.* Elmenh.—5 *Illis albis* Pal. Gulielm. *albis villis.* Oud.—6 *Indutus.* Oxon. *inducus.* Par. *inducis.* Guelf. *indutiis.* D'Orvill. *inductus.* Quod et vir doctus hic ad marg. allevit, F. Toll. Vere. Vide ad l. II. p. 39. 'Baxeis inductum.' Clarissime patet e Flor. N. 9. 'Indumenta, quibus indutus, et calciamenta, quibus erat inductus.' *Id.*—7 *In sequiore in sexum incertus.* Nescio quid viderit, qui non viderit, hoc emaculari debere: *et in sequiorem sexum insertus.* Hæmum hunc latronem Threcium, veste indutum muliebri, asino insidentem, indagatorum manus evasisse liquido constat. De cetero elegans et trita illa metaphora a serendis arboribus sumta vel latuit descriptores librorum; vel multis (ut solet) de ore unius excipientibus similitudine soni vox illa ab uno aliquo depravate descripta est. *Sexum* vero *sequiorem* muliebrem vocat, comparatione virilis. Pariter et l. x. 'Si sexus sequioris edidisset fœtus, protinus, quod esset editum, necaretur.' Similis omnino phrasis in illo l. VIII. 'Placuit Thrasillo schema feralium nuptiarum, nec sequius aliquid suspicatus.' Quod vero ad sexum muliebrem attinet, etiam in multis juris nostri articulis fœminarum conditionem deteriorem esse, quam masculorum, ab Hom. ab Arist. I. Politic. et a Papin. docemur l. in multis ff. de statu hominum. Idque in successionibus obtinere testatur lex Voconia apud Paulum J. C. in libris sententiarum. Itidem Justiniani constitutio, quæ est l. penultima C. de legitimis hæredibus. Quinimmo, ut diligentissimi inter Veteres observarunt, non modo in hominibus, sed in omnibus, quæ terra gignit, bestiis, arboribus, herbis masculinus sexus utique præstantior ac fortior habitus, exceptis pantheris et ursis. *Stewech.* *In seq. s. insertus.* Vulgati et Fulv. codex legunt *incertus*, id est, ἄδηλος. *Sciopp. in Symb.* Flor. Fulv. Cod. Ald. et Rom. *incertus:* quod

NOTÆ

[x] *In sinus flaccidos abundante*] Beroaldus, *undante.* Nihil mutandum. *Vestis abundans in sinus* est, laxior et fluxa.

[y] *Mitellaque*] Diminutivum a 'mitra,' quæ fuit tegumentum muliebris capitis, seu potius tænia, qua caput cingebant mulieres. Virgil. in Copa: 'Copa Syrisca caput Graia redimita mitella.' Quin et pro quavis fascia sumitur, ut apud Celsum, pro fascia ad involvendum brachium fractum.

[z] *Calceis fœmineis albis illis, &c.*] Tales erant Sicyonii, de quibus Cicero lib. I. de Oratore: 'Ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles, et apti ad pedem, quia non essent viriles.'

[a] *In sequiorem sexum*] Fœmineum: qui 'sequior,' id est, alius est a virili.

[b] *Insertus*] Quidam legunt *incertus*,

spicas hordeaceas gerenti residens, per medias acies infesti militis transabivi. Nam, mulierem[8] putantes asinariam, concedebant liberos abitus:[9] quippe cum mihi etiam tunc[1] depiles genæ lævi pueritia splendicarent. Nec ab illa tamen paterna gloria vel mea virtute descivi, quanquam semitrepidus juxta mucrones Martios constitutus; sed habitus alieni fallacia[2] tectus, villas seu [138] castella solus aggrediens, viaticulum[3] mihi corrasi. Et diloricatis statim pannulis,[c] in medium profudit duo millia[4] aureorum: et, En,[5] inquit, istam sportulam,[d] immo vero dotem vestro collegio[e] libens, meque vobis ducem fidissimum,[6] si tamen

sorum militum, inequitans asino bajulanti spicas hordei. Illi enim, credentes me esse fœminam asinariam, dabant mihi patentem transitum, cum nempe malæ mihi adhuc imberbes tunc temporis niterent glabra juventa. Neque tamen degeneravi ab illa laude patria, aut a mea fortitudine, tametsi mihi timerem aliquantum, utpote collocatus prope gladios militares; verum tutus dolo ascititiæ vestis, oppugnans villas sive castella licet solus, rapui mihi hoc parvum viaticum. Et confestim discissis centonibus suis projecit in medium bis mille nummos aureos: et, Ecce, ait, libenter offero vestro cœtui hanc largitionem, vel potius dotem, et me vobis tutissi-

interpretantur alii ἄδηλος. *Elmenh.*—8 *Unam mulierem.* Scribe ex Ms. *Nam mulierem.* Wowerius. Ms. *Nam mulierem.* Sciopp. in Symbola. *Nam.* Vulgo, *Unam.* Elmenhorstius. B. M. *Nam.* Puteanus. Adde Flor. Pal. Pith. Oxon. D'Orvill. Fux. Guelf. In Edd. O. ante Wow. *Unam.* D'Orv. *putentes.* Oud.—9 Flor. et Bert. *aditus.* Elmenhorstius. B. M. *aditus.* Putean. —1 Vir doctus ad marg. Ed. Junt. post. legit *etiam nunc.* Sed tunc videtur debuisse dici *splendicent.* Adi ad l. III. p. 60. 'Me etiam tunc trepidum solabatur.' In Guelf. sec. *leni.* Fux. *pueritie.* Oud.—2 Pal. *fallera textus.* Unde quid effingi possit, video. Sed non placet tentari locum. *Id.*—3 Ms. D'Orvill. Fux. *viaticum.* Id.—4 Pal. Fux. Guelf. pr. *duo m. pref.* Id.—5 Ms. Par. *hem.* Palat. Guelferb. sec. *cum:* et dein *coll. vestro* Palat. Fux. *Oud.*—6

NOTÆ

quod esset, ignotus, latens, ἄδηλος. Mavult Pricæus *incertus,* quod amplector.

[c] *Et diloricatis pannulis*] Lib. VI. 'His editis involat in eam, vestemque plurifariam diloricat.' Ubi vide notata.

[d] *Sportulam*] Sportula nomen erogationis, sic dictæ, quod in sportula, id est, canistro darentur dapes clientibus; quam sportulam ideo Græci dixerunt δεῖπνον ἐν σπυρίδι, cœnam in sporta. Pecunia etiam postea ciborum loco sæpe erogata est, quæ et ipsa sportulæ nomen retinuit. Hoc posteriore significatu hic accipiendum.

[e] *Vestro collegio*] Ex veteri more. Solebant enim, qui in collegium, curiam, aut corpus aliquod admitterentur, ob introitum aliquid largiri illi corpori. Plin. Secund. Epist. 39. lib. x. quæ est de theatro Nicensium: 'Claudiopolitani quoque in depresso

non recusatis, offero: brevi temporis spatio lapideam istam domum vestram facturus auream.[f] Nec mora, nec cunctatio:[7] sed calculis omnibus ducatum latrones unanimes ei deferunt: vestemque lautiusculam[8] proferunt, sumeret. Abjecto centunculo divite sic reformatus, et singulos[9] exosculatus, et in summo pulvinari locatus, cœna et poculis magnis inauguratur.[g] Tunc sermonibus mutuis de virginis fuga, deque mea vectura, et utrique[1] destinata monstruosa[2] morte cognoscit: et ubi locorum esset illa percontatus, deductusque, visa ea, ut erat vinculis[3] onusta, contorta et vituperanti[4] nare[h] discessit: et, Non sum quidem tam[5] bru-

mum Imperatorem, (si tamen non respuitis me,) redditurus exiguo intervallo temporis vestram hanc domum auream, quæ nunc est saxea. Prædones universis suffragiis unanimi consensu eum sibi præficiunt absque ulla mora aut dubitatione, depromuntque vestimentum paulo elegantius, quod ipse indueret, depositis suis pannis locupletibus. Ita mutato habitu amplexus unumquemque, et constitutus in suprema parte lecti, consecratur cœna atque ingentibus crateribus. Tunc alternis colloquiis latronum discit fugam virginis me vehente, et portentosam necem decretam nobis ambobus: cumque rogasset ubinam esset illa, atque eo deductus eam vidisset oneratam vinclis, sicut erat, abiit distorto ac renuenti naso: et, Haud equidem sum adeo

Fux. *fidelissimum.* Roald. Cum Ed. Junt. post. *Oud.*—7 *Contatio.* Plerique Mss. et Edd. Vett. *cunctatio.* Id.—8 Mss. D'Orv. Palat. Guelf. sec. *latiusculam.* Id.—9 Oxon. non male *et sing.* De omissione vero hujus copulæ inter duo participia vide ad lib. III. pag. 45. *Osculatus* Pith. *Id.*—1 *Utrique* Fux. *Roald.* Edd. Basil. duæ *utique,* Guelf. sec. *utriusque.* Oud.—2 Edd. Vic. Junt. Ald. Colin. *monstrosa.* Adi ad lib. v. p. 98. 'Monstruoso mendacio.' *Id.*—3 Bert. *catenis.* Id.—4 Tantum quæro ex te, scribendumne sit, *intuberanti.* Stewech. Neque hic prurientem manum continere quivit Godtschalcus, quin male et contra mentem Auctoris scriberet, *intuberanti.* L. VII. 'Nare detorta magistrum suum varie cavillantur.' Hieron. in Psal. II. 'Subsannatio proprie rugata fronte et contracto naso exprimitur.' Tertull. advers. Marcion. l. II. c. 19. 'Naso aliquem agere.' *Elmenh.*—5 *Non sum,*

NOTÆ

loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt potius, quam ædificant; et quidem ex ea pecunia, quam βουλευταὶ addunt beneficio tuo, aut jam obtulerunt ob introitum, aut nobis exigentibus conferunt.' Sueton. in Claudio: 'Postremo etiam HS octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere.'

[f] *Lapideam istam domum vestram facturus auream*] Sic Augustus (si Romanum Imperatorem cum latrone conferre licet) apud Aurel. Victorem in Epitome, gloriatur hoc dicto: 'Urbem lateritiam reperi, relinquo marmoream.'

[g] *Cœna et poculis magnis inauguratur*] Ex ritu Sacerdotum; quando enim Flamen, aut Augur, aut Pontifex cooptabatur in collegium (quod 'inaugurari' est) solebant lautiore cœna sacerdotalem dignitatem auspicari.

[h] *Contorta et vituperanti nare*] Lib.

tus, vel certe temerarius, inquit, ut scitum vestrum[i] inhibeam: sed malæ[6] conscientiæ reatum intra me sustinebo, si quod bonum mihi videtur dissimulavero.[7] Sed prius fiduciam, vestri[8] causa sollicito, mihi tribuite;[9] cum præsertim vobis, si sententia hæc mea[1] displicuerit, liceat rursus ad asinum redire.[k] Nam ego arbitror latrones, quique[2] eorum recte sapiunt, nihil anteferre[3] lucro debere suo, ac ne ipsam quidem sæpe sibi et aliis[4] damnosam ultionem. Er-

stupidus, inquit, aut saltem adeo arrogans, ut obstem vestro decreto. Sed existimarem me nullatenus vacare culpa, si reticerem quod mihi videtur esse e re vestra. Verum mihi vestrarum rerum satagenti date audacter loquendi locum, cum præcipue, si hoc meum consilium non arriserit vobis, possitis iterum reverti ad asinum. Opinor enim cordatos quosque prædones nihil debere præponere suo quæstui; ac ne ipsam quidem vindictam, quæ sæpe attulit jacturam ipsis et aliis quoque. Si ergo

inquit, tam. Vulgo, *Non sum quidem t.* Elmenh. Ita scripsit Elmenh. temere, quia sic invenit in Coll. Florent. non cogitans sequi τὸ *inquit:* ubi tunc saltem inducendum esse debuisset monere. *Quidem* abest quoque a Pith. *Oud.* —6 Non recte Edd. Wow. Pric. et Mss. aliquot, *e* pro *æ* præbentibus, est *male.* Id.—7 Guelf. pr. *dissimulabo.* Id.—8 Oxon. *vestra.* Id.—9 Palat. Guelf. sec. *retribuite.* Id.—1 In Oxon. Guelf. pr. pro *mea* est *mihi.* in Florent. post 'liceat' additur *mihi.* Id.—2 *Quiqui.* Sic reposui. Vulgo, *quique.* Plaut. Pœnulo: 'Quiqui tamen Et bene et benigne facitis.' Casina: 'Quiqui uti veniant.' Persa: 'Si eveniunt, quæquæ exopto satis.' Rescribendum Milite: 'Quemquem a milite hoc videritis hominem in nostris tegulis.' Etiam Mercatore: 'Quemquem attigit, Magno atque solido multat infortunio.' Recte apud Cic. Gulielm. meus l. II. de Finib. 'Omnes quiqui sine dolore sint.' *Colv.* Colvio paruerunt seqq. editores, et sic videtur esse in Flor. si fides excerptis, de qua hic dubito. In ceteris est *quique.* Nec mutarem. 'Quique' sunt, quicumque, passim Plauto, Livio, aliis. Vide Comm. ad Liv. l. I. c. 24. et Suet. Aug. c. 46. Vide tamen Pric. *Oud.*—3 Flor. *conferre.* Cicero pro Roscio Amerino: 'Sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe et emolumento accedere.' Vide illum l. II. Offic. et Salvianum advers. avaritiam lib. II. *Elmenh.* Fux. *afferre.* In D'Orv. Pith. *auferre,* et *suo debere* iidem cum Palat. Guelf. utroque. *Oud.*—4 *Sæpe et aliis.* Repone ex antiquo Ful. cod. *sæpe sibi et aliis.* Wow. Manca est sententia, quam sic ex Ms. restituo: *sæpe sibi et aliis.* Sciopp. in Symb. Τὸ *sibi* male abest a vulgatis. *Elmenh.* Istud *sibi* inserendum esse jam conjecerat quoque Vulc. in marg. uti Wow. bene reliqui secuti sunt.

NOTÆ

VIII. 'Nare detorta magistrum suum varie cavillantur.'

[i] *Scitum vestrum*] Decretum: a verbo 'sciscere.' Proprie plebis decreta 'plebiscita' dicta sunt: cum decreta Patrum 'senatusconsulta' dicerentur.

[k] *Ad asinum redire*] Id est, ad sententiam vestram, qua decrevistis ut puella asino insuta perimatur. Videtur aliquid proverbiale latere sub his verbis 'ad asinum redire.' Infra idem repetit, sed in aliam paulo sententiam: 'Quid si quoquo modo latrones persenserint, non rursum recurres ad asinum, et rursum exitium mihi parabis?'

go igitur, si perdideritis[5] in asino virginem, nihil amplius quam sine ullo compendio indignationem vestram[6] exercueritis. Quin ego censeo, deducendam eam ad[7] quampiam civitatem, ibique venumdandam. Nec enim levi pretio distrahi poterit talis ætatula.[8] Nam et ipse quosdam lenones [139] pridem cognitos habeo, quorum poterit unus magnis equidem talentis, ut arbitror, puellam istam præstinare,[9] condigne natalibus suis in fornicem processuram,[1] nec in similem fugam discursuram:[2] nonnihil etiam, cum lupanari servierit,[3] vindictæ vôbis depensuram. Hanc ex animo quidem meo sententiam conducibilem[4] protuli: sed vos vestrorum[5] estis consiliorum rerumque domini. Sic ille latronum fisci advocatus[1] nostram causam pertule-

interemeritis puellam in corpore asini, nihil aliud nisi vestram iram absque omni lucro exercueritis. Ego auctor sum vobis potius, ut eam ducatis ad aliquam urbem, atque ibi vendatis eam: nam virgo hujus ætatis poterit vendi pretio non parvo. Ego enim jamdudum novi quosdam lenones, quorum unus, ut opinor, poterit emere ingentibus pecuniis hanc virginem, prodituram in lupanar, ut convenit nobilitati generis ejus, non autem erraturam hujusmodi fuga: persoluturam etiam vobis aliquid ultionis, cum mancipata fuerit fornici. Exposui sincere hoc consilium vobis utile: at vos estis domini consiliorum et rerum vestrarum. Sic ille advocatus fisci

Soping. pro *sæpe* legebat *sibi.* Oud.—5 Oxon. *perdideris.* Id.—6 Oxon. Guelf. pr. *nostram.* Id.—7 D'Orv. *deduc. esse.* Ab Ed. Flor. abest *τὸ eam.* Nec male. *Ad* exulat a Pal. *Id.*—8 Pal. *heratula.* Pith. Guelf. sec. *eratula.* Guelf. pr. *ætacula.* Id.—9 Fux. *destinare.* Quoties 'præstinandi' verbum immutatum est in Ms. toties peccatum est. 'Præstinare' Plauto et Apuleio nostro, Plauti simili, est vendere: ut infra p. 708. 'Opulentis emtionibus præstinatur:' et aliis locis, quos brevitatis causa insuper habeo. *Roald.* *Istam* non est in Pal. *Prædestinare* perperam in Reg. Fux. Vide Ind. Not. *Oud.*—1 Ms. *fornicem perpessuram.* Sciopp. in Symbola. Particulam *in* non habet Rom. co[illegible] et Bert. Ms. Fulv. liber, *fornicem perpessuram* legit. *Elmenh.* —2 Flor. et Rom. *discurram.* Male. *Elmenh.* Nec secus in D'Orv. Pith. Palat. Edd. Vic. *Discussuram* Oxon. Dispiciat otiosior lector, num lateat vitiosi quid. *Oud.*—3 In Regio, Fux. *cum etiam serv.* D'Orv. *serviverit.* Id.—4 Oxon. *condecib.* Id.—5 *Nostrorum.* Flor. *vestrorum.* Elmenh. Accedunt Oxon. Pith. Fux. Guelferb. Pal. et D'Orv. qui duo carent *τῷ vos.* Oud.—6

NOTÆ

[1] *Latronum fisci advocatus*] Quippe qui cavebat, ne quæstus, ex virginis venditione latronibus proventurus, inconsulta illa et damnosa ultione interverteretur: quemadmodum fisci advocatus cavet, ne damnatorum bona, fisco Principis debita, aliqua fraude ipsi subtrahantur. Est autem fiscus dictus quod in fiscis, hoc est, in canistris pecunia asservaretur.

rat, virginis et asini sospitator[6] egregius. Sed in diutina deliberatione ceteri, cruciantes mora consilii mea[7] præcordia, immo vero miserum[8] spiritum, libentes[9] tandem[1] novicii latronis accedunt sententiæ: et protinus vinculis exsolvunt virginem. Quæ quidem, simul viderat illum juvenem, fornicisque et lenonis audierat mentionem, cœpit risu lætissimo[2] gestire; ut mihi merito subiret vituperatio[3] totius sexus: cum viderem puellam, proci juvenis amore nuptiarumque castarum desiderio simulato, lupanaris[4] spurci sordidique subito[5] delectari nomine. Et tunc quidem totarum[6] mulierum secta moresque de asini pendebant[7] judicio. Sed ille juvenis sermone repetito, Quin igitur, inquit, supplicatum Marti comiti[8] [m] pergimus, et[9] puellam simul vendituri, et socios indagaturi?[1] Sed, ut vi-

prædonum, eximius puellæ servator et asini, sustinuerat nostram causam. Verum reliqui torquentes mea viscera, seu potius meam infelicem animam, in longa consultatione, cunctatione sententiæ dicendæ, amplectuntur tandem ultro consilium novi prædonis: et statim solvunt puellam. Quæ quidem, ubi primum conspexerat illum adolescentem, et audierat loquentem de lupanari ac lenone, cœperat efferri risu hilarissimo, adeo ut mihi jure veniret in mentem culpare universum sexum: cum cernerem virginem, quæ mentita fuerat se amare juvenem amatorem, et exoptare sanctum connubium, repente gaudere ad nomen prostibuli impuri et immundi. Et tunc quidem totus sexus et vita mulierum dependebant a sententia asini. At ille juvenis resumta oratione, Quidni ergo, ait, imus oratum Martem adjutorem, venumdaturi virginem, et simul inquisituri commilitones? Sed, quantum video, nullum

Palat. Guelf. sec. *asino spirator*. Id.—7 Fux. *mei*. Id.—8 *Immo miserum*. D'Orv. *immo vero mis*. ut sæpissime Appuleio. Vide ad l. x. p. 10. 'Recens utero matris editus, immo vero semimortuus.' *Id.*—9 Vulgo, *libenter*. Elmenh. Perperam adverbium adjectivo substituere soli Bas. Colv. Vulc. sec. Ed. Wow. et Pric. In ceteris Edd. et O. Mss. *libentes*, pro Nostri more. Vide ad l. v. p. 92. 'Festinantes adveniunt:' et ad Suet. Claud. c. 28. 'Libens passus est.' *Oud.*—1 Oxon. *tam boni*. Guelferb. pr. *tam doni*. Id. —2 Rescripserim cum Beroaldo, *latiss.* Supra notamus l. vi. *Colv.*—3 Ed. Ald. *subire*, et Bas. pr. *vituperio*. Oud.—4 Guelf. pr. *lupanari*. Id.—5 *Subito* abest a Fux. *Id.*—6 Fux. *tantarum*. Id.—7 Guelf. sec. *pendebat*. Mox Fux. *suppl. inquit*. Id.—8 Oxon. *comitis*. In Guelf. pr. legitur, *quin, inquit, supplicatibus M. canitis p*. Id.—9 Deest copula Fux. *Id.*—1 Bert. *venditari et socios indagari*. Male. *Elmenh.* D'Orv. *vendicari*. Hinc puto veterem scripturam fuisse *venditaturi*; ut p. 143. 'Hordeum colonis proximis venditabat.' L. ix. p. 180. 'Istud ego v. denariis cuidam venditavi.' Vide ad Lucan.

NOTÆ

[m] *Marti comiti*] Qui nos in nostris expeditionibus sequatur, comitetur, foveat, juvetque sua præsentia. Infra: 'Marti Secutori Comitique.'

deo, nullum uspiam pecus sacrificatui, ac ne vinum quidem potatui affatim[2] vel sufficiens habemus. Decem itaque mihi[3] legate comites, quis contentus proximum[4] castellum petam, inde vobis[5] epulas saliares[6][n] comparaturus. Sic eo profecto, ceteri copiosum instruunt ignem, aramque[7] cespite virenti[o] Marti Deo faciunt. Nec multo post adveniunt illi, vinarios utres ferentes, et gregatim [140] pecua comminantes.[p] Unde[8] prælectum grandem hircum,[9] an-

omnino pecus habemus quod immolemus, ac ne satis quidem vini ad bibendum. Mittite ergo mecum decem socios, quibus ego contentus ibo ad vicinum castellum, petiturus illinc vobis dapes opiparas. Cum esset profectus hoc comitatu, reliqui struunt ignem luculentum, et erigunt aram Deo Marti ex viridi gramine. Et paulo post illi redeunt gestantes utres plenos vino, et agentes ante se gregem pecorum, ex quo immolant ingentem hircum electum inter ceteros, grandævum et hirsutum,

lib. v. 248. 'Venditat enses.' *Oud.*—2 Oxon. corrupte *potati affatui.* Guelf. pr. etiam *affatui*, et Pal. *sufficiemus.* Id.—3 Oxon. Guelf. pr. *mihi inquam.* Fux. *mihi it.* Id.—4 Pal. *proximus.* D'Orv. *putem.* Id.—5 Bert. *nobis.* Id. —6 *Epulas et alias res.* Fux. *epulas saliares.* Omnium elegantissime. De Saliaribus et Pontificalibus cœnis etiam pueris de trivio notum, vel ex illo Horatii: 'Nunc saliaribus Ornare pulvinar Deorum Tempus erat dapibus, sodales.' Et Lucius noster infra p. 804. (l. IX. p. 192.) 'Cœnas saliares comparat.' *Roald.* Scripsit Apuleius cum Palat. Cod. *epulas saliares comparaturus.* Wowerius. *Saliares.* Sic lego cum Pal. et Flor. In vulgatis est *e. et alias res.* Vide Symmachum l. I. Epist. 17. Auson. Epist. 13. Fest. in 'Salios.' *Elmenh.* M. *epulas saliares.* Putean. Adde Reg. Pith. Guelf. ambos, et Oxon. cum Pric. *Et alia res* in Flor. Receperunt etiam, ut debebat, Scriv. et Flor. Vide et ad l. IV. p. 79. *Oud.*—7 Aldus, *arcam.* Male. Ovid. l. III. Trist. Eleg. 5. 'Araque gramineo viridis de cespite fiat.' Et Metam. l. XIII. Fab. 2. vs. 9. 'Viridique e cespite factas Placat odoratis herbosas ignibus aras.' Vide Serv. ad illum Virg. versum lib. XII. Æneid. 'Diis communibus aras Gramineas.' *Elmenh.* Exempla sunt obvia, et ὅσα κόνις. Vide et Pric. et Comm. ad Flor. N. I. 'Cespes libamine fumigatus.' Ineptissime *arcam* legas quoque in Ed. Junt. post. Excudi autem curavi *aramque*, cum Elmenh. Scriv. Flor. auctoritate Mstorum Bertin. Pal. Fux. Pith. Guelf. Oxon. et D'Orv. In ceteris Mss. et Edd. abest copula. *Oud.*—8 *Unum.* Fux. *Unde.* Roald. Rescripsi ex Bert. *Unde.* In Pal. *ūm*, quod haud dubie idem notat. Quanquam et legi posset: *Vinum.* Wower. Lege cum Bert. *Unde.* Sciopp. in Symb. et Susp. lib. IV. 10. Bert. *Unde.* Elmenh.

NOTÆ

[n] *Epulas saliares*] Male Beroald. et Colvius: *epulas et alias res.* Noster, lib. IV. 'Saliares se cœnasse cœnas crederet.' Ad quæ verba vide quæ observavimus.

[o] *Aram cespite virenti*] Ejusmodi aras Virgilius 'gramineas' vocat, lib. XII. Æneid.

[p] *Pecua comminantes*] Lib. III. 'Nos duos asinos minantes baculis exigunt.' Ubi vide Notas nostras.

nosum et horricomem,[1] Marti Secutori Comitique victimant. Et illico prandium fabricatur[2] opipare. Tunc hospes ille, Non modo,[3] inquit, expeditionum[4] prædarumque, verum etiam voluptatum vestrarum ducem me strenuum sentire debetis. Et aggressus insigni facilitate,[5] gnaviter cuncta præministrat.[6] Verrit, sternit, coquit, tuceta concinnat,[7] apponit scitule,[8] sed præcipue poculis crebris grandibusque singulos ingurgitat. Interdum[9] tamen, in simulatione[1] promendi, quæ poscebat usus, ad puellam commeabat assidue, partesque subreptas clanculo et prægustatas

Marti secutori et socio: statimque prandium lautum apparatur. Tunc ille novus advena, Non solum, inquit, oportet vos agnoscere me fortem antesignanum vestrarum incursionum et rapinarum, sed etiam et voluptatum. Et, rem adortus, exequitur strenue omnia cum mira facilitate. Verrit solum, sternit lectos, coquit cibos, condit tuceta: ministrat eleganter: verum inebriat præsertim unumquemque crateribus magnis et frequentibus propinatis. Nonnunquam tamen, fingens se depromere ea, quæ opus essent sibi, veniebat sæpius ad virginem, et exhibebat ei lætus

—9 *Hircum* exulat a Pith. *Oud.*—1 Edd. Ald. Bas. pr. *horriconem*. Quod nihili est. Vide ad l. IV. p. 76. *Id.*—2 An *fabricatur* passive accipiendum, an vero legendum *fabricantur?* Groslotius. Pal. *fabricam*. Oud.—3 D'Orv. *Non meo*. Id.—4 Flor. et Pal. *expositionum*. Elmenh. *Expositionum* etiam in D'Orvill. Pith. Guelf. sec. et Oxon. An *excursationum?* ut apud Val. Max. l. II. c. 3. § 3. an *exspoliationum?* Quod verum puto. Ceterum hoc verbum cum seqq. usque ad *tuceta* non est in Reg. Fux. In Ed. Vulc. sec. *sentiri* mox prave. *Oud.*—5 *Facunditate*. Scriptura antiqua verior, *facilitate*. Wow. Legend. ex Bert. et Ful. Ms. *facilitate*. Sciopp. in Symbola. *Facilitate*. Ita Bert. et Flor. Roman. et Ald. *facunditate*. Elmenh. Accedunt Pal. Pith. Guelf. sec. Oxon. D'Orv. et alii cum Ed. Juntin. post. Wower. et seqq. Quod est liquidum. Quis unquam *facunditatem* ascripsit præministratori? *Naviter* Guelf. ambo. *Oud.*—6 Bert. *præministratui*. Sciopp. ibid.—7 Ms. *tuceta concremat*. Sciopp. ibid. Rom. *tucceta, c.* Aldus, *tucetat, c.* Elmenh. —8 *Satulle*. Vetus scriptura omnis *satule:* unde faciendum Beroaldus censuit *scitule*. Ego *satulle* bene me cum Gulielmio meo (lib. III. Veris. c. 13.) reposuisse arbitratus sum. Glossæ Græco-Latinæ: 'Satullus sum, κεκόρεσμαι.' Varro l. II. de Re Rustica: 'Hoc idem faciunt mane, antequam matres in pabulum exeant, ut agni satulli fiant lacte.' Idem περὶ Αἱρέσεων: 'Quibus satullem corpora ac famem ventris.' *Colv.* *Satule*. Fux. *scitule*. Roald. Omnes libri vett. *scitule*. Ms. Fulv. et Bertin. quoque, *scitule*. Sciopp. in Symb. et Susp. lib. IV. 10. *Scitule*. Sic Mss. omnes, quos vidi. Rom. et Ald. *satule*. Colv. cum Beroaldo et Gulielmio, *satulle*. Scalig. *satullat*. Elmenhorstius. Ed. Vulc. sec. habet *satullat*. Vide Non. c. 2. *Satule* est in Edd. pp. Junt. pr. Ald. Colin. Vulc. pr. Scriv. sed *scitule* comparet in Mss. omnibus, ut e conjectura placuit Beroaldo, et jam expressit Ed. Junt. post. cum Wow. et ceteris. Sic supra, 'scitule ministrare.' Lib. X. p. 233. 'Gradus scitule referens:' et alibi. Dein *pocalis* Guelf. sec. et *grandique* pr. *Oud.*—9 Soping. marg. allevit *interduatim* pro, interdum, ex Festo. Sed 'tamen' significat, autem; ut notat Pric. et frequens est Nostro. Vide Indicem. *Id.*—1 *Insimulatione*. Ms. Fulvii, *insinuatione*. Recte Pal. *simulatione*. Wowerius. *Simulatione*. Sic Pal. et Scalig. In Florent. est *insi-*

a se potiones offerebat[2] hilaris. At illa sumebat appetenter: et nonnunquam basiare volenti promtis saviolis[3] allubescebat.[q] Quæ res oppido mihi displicebat. Hem[4] oblita es nuptiarum, tuique mutui[5] cupitoris,[r] puella virgo? Et illi, nescio cui,[6] recenti marito, quem tibi parentes junxerant,[7] hunc advenam cruentumque[8] percussorem præponis? Nec te conscientia stimulat; sed, affectione calcata, inter lanceas[9] et gladios istos[1] scortari tibi libet?[2] Quid si quo[3] modo ceteri latrones[4] persenserint, non rursum recurres[5] ad asinum,[s] et rursum exitium mihi parabis?

frusta clam subtracta, et pocula a se prælibata. Ipsa vero avide capiebat: et aliquando, cum vellet ipsam osculari, illico abblandiebatur ei basiolis: quod displicebat mihi summopere. Hem, inquiebam apud me, o puella, o virgo, jam facta es immemor connubii et tui reciproci amatoris? et præfers hunc extraneum et crudelem homicidam juveni illi conjugi mihi ignoto, cui parentes tui te desponderant? Neque conscientia te urget; sed, subterhabito amore conjugali, placet tibi libidinari inter hastas atque enses istos? Quid si reliqui prædones id animadverterint aliquo pacto, nonne redibis iterum ad asinum, et mihi creabis iterum perniciem? Tu sane te ob-

nuatione. In vulgatis, *insimulatione.* Elmenh.—2 Ms. D'Orv. *aff.* Et mox in eodem, *Et illa*, nec male pro *At.* Oud.—3 D'Orvill. Pal. Pith. *sabiolis.* Edd. Elmenh. Scriv. *suaviolis.* Male. Vide supra. Tum *allibesc.* Guelf. D'Orv. *Id.*—4 Edd. Ber. Bas. pr. *En.* Id.—5 *Mutui* deest Pal. *Id.*—6 Pith. *illa*, Bertin. *illum n. tui*, Par. *illico n. cui.* Id.—7 Aldus, *vinxerant.* Male. *Elmenh.* Cum Ed. Juntin. pr. *Junxerunt* Mss. D'Orv. Pith. Guelf. pr. Oxon. et Edd. Vicent. Junt. post. Colin. Bas. pr. *Oud.*—8 D'Orv. *conventumque.* Id. —9 Bert. *latrones.* Elmenh. Nusquam Auctor *lanceas* dat latronibus. Sed formularis videtur locutio. *Oud.*—1 B. *istos* deest. *Putean.* Contra Appuleii stylum. Uncis hinc tamen inclusisse istam vocem videtur Scriver. *Oud.*—2 Oxon. Guelf. pr. *licet.* Id.—3 Si, ut in formulis antiquitus solent loqui, scripturam restituero, non videbor peccare, *Quod si quoque modo*; deinde adhibendo interrogationis notam verbo ultimo, *parabis?* Stewech. Scribo, *quoquomodo.* Supra l. IV. 'Quod post tantam cladem ferarum novo proventu Fortunæ quoquomodo resisteret:' et VI. Item hoc ipso infra: 'Quam ut me quoquomodo perditum iret.' Plaut. Menæchmis: 'Quid feci ego tibi Aut adeo isti, quæ mihi molesta est quoquomodo?' *Colv.* Sententia postulat, ut scribatur, *quoquo modo.* Wowerius. Colv. *quoquomodo.* Elmenh.—4 Inverso ordine Fux. Guelf. Pal. *lat. cet.* Reg. Fux. *persentiunt*, *num r.* Oud.—5 *Recurras.* Bert. *recurres.* Elmenhorstius. B. M. *recurres.* Putean. Sic Mss. et Edd. præter Guelf. sec. Edd. Bas. sec. Colv. et Vulcan. sec. ut

NOTÆ

[q] *Allubescebat*] Respondebat lubens.

[r] *Tuique mutui cupitoris*] 'Voluntate mutua tibi mancipati,' ut loquitur, lib. II.

[s] *Non rursum recurres ad asinum, &c.*] Supra: 'ad asinum redire;' ubi vide notata.

Revera ludis de alieno corio.[t] Dum ista sycophanta ego[u] mecum maxima cum[6] indignatione disputo, de verbis eorum quibusdam dubiis, sed non obscuris prudenti asino,[7] cognosco, non Hæmum illum prædonem famosum,[8] sed Tlepolemum[9][w] sponsum puellæ ipsius. Nam procedente sermone, paulo jam clarius, contemta mea præsentia[1] quæsiere mortui,[2] Bono animo esto, inquit, Charite[x] dulcissi-

lectas periculo alienæ pellis. Dum dissero hæc apud me valde iratus, accusans falso puellam, certior fio ex quibusdam verbis eorum ambiguis, sed quæ tamen nullatenus obscura erant asino solerti, eum non esse illum famosum latronem Hæmum, sed Tlepolemum sponsum ipsius virginis. Nam in progressu orationis, nihil timens de mea præsentia, jam paulo apertius ait: Habe bonum animum, Charite suavissi-

debet. *Oud.*—6 D'Orvill. Pith. Fux. *cum max.* Ed. Ber. *dignatione:* quo modo variatur et in Suet. Cæs. c. 4. *Id.*—7 Fux. *prudens asinus.* Roaldus. B. M. *prudens asinus.* Putean. Neque aliter in Reg. Guelf. utroque, Palat. Oxon. D'Orv. Nihilominus vulgatum mutari nolim, confirmatum a Flor. Fulv. Bert. Par. et multo elegantius. *Oud.*—8 Pith. *non fam.* Id.—9 *Lepolemum.* Fux. *Tepolemum:* et ita semper hoc libro iste nominatur. Forte *Tlepolemum.* Roaldus. Pal. Cod. *Tlepolemum.* Ita ubique reponendum. *Wow.* —1 *Nam, &c. præsentia* desunt Mss. Oxon. Par. Guelferb. utrique. *Oud.*—2 *P. jam cl. cont. mea pr. quievere mortui.* Scribo: *paulo jam hilarius, contemta mea præsentia, quievere mortui;* quasi dicat, procedente sermone, asini præsentia contemta, tandem audentius se mutuo amplexos. In Ms. extitisse arbitror *ilarius;* idque a fungis illis illico depravatum. Itidem in L. providendum C. de postulando: 'Si in uno auditorio duo tantum præ ceteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior.' In membranis Coloniensibus scripserant *ilarior:* quod idem cum in Mss. suis vir magnus offendisset, legendum putavit, *clarior:* sed in illo cum eo sentire non possum. 'Spem hilarem,' 'famam hilarem' Apuleium alibi dixisse demonstrarem, si pretium operæ me scirem facturum. *Stewech. Quievere mortui.* Fux. *quæsiere mortui.* Absunt ab Ald. *Roald. Contemta mea præsentia.* Veteres quædam editiones

NOTÆ

[t] *Ludis de alieno corio*] Erasmus Chiliad. II. Centur. 2. num. 88. 'De alieno corio ludere proverbio dicuntur, qui securius agunt, sed alieno periculo: sumta allegoria vel a coriariis, vel ab Apologo quopiam, vel a servis, qui, si quid peccati sit, tergo dant pœnas.'

[u] *Sycophanta ego*] Ego calumniator, leviori de causa puellam accusans. Festus et Paulus ejus Epitomator: 'Sycophantas appellatos hac de causa dicunt. Atticos quosdam juvenes solitos aiunt in hortos irrumpere, ficosque deligere, (id est, carpere,) quam ob causam lege est constitutum, ut, qui id fecisset, capite truncaretur: quam pœnam qui persequerentur ob parvula detrimenta, sycophantas fuisse appellatos.' Hinc συκοφάντης, calumniator.

[w] *Tlepolemum*] Nomen audaci et strenuo juveni convenientissimum. Τληπόλεμος, in bello fortis et tolerans; ἀπὸ τοῦ τλῆν, a tolerando, et πολέμου, bello.

ma.[3] Nam totos istos tuos hostes[4] [141] statim captivos habebis. Et instantia[5] validiore vinum jam immixtum,[y] sed modico tepefactum vapore, sauciis illis et crapula vinolentiaque[6] madidis, ipse abstemius[7] non cessat impingere. Et, hercules, suspicionem mihi[8] fecit, quasi soporiferum quoddam venenum cantharis immisceret illis. Cum denique omnes, sed prorsus omnes, vino sepulti[z] jacebant, parati morti,[9] tunc nullo negotio[1] arctissimis vinculis impeditis, ac pro arbitrio suo constrictis illis, imposita[2] dorso meo puella dirigit gressum ad suam patriam. Quam simul[3]

ma: dabo enim tibi protinus omnes istos tuos hostes vinctos. Et ipse quidem sobrius vini non cessat illis jam affectis, et prolutis jam ebrietate ac temulentia, ingerere majori cum instantia vinum jam nulla aqua temperatum, sed tepidum calore mediocri. Et certe injecit mihi suspicionem quasi admisceret illis poculis aliquod medicamen somniferum. Omnes denique, sed omnes ad unum, strati erant obruti vino, omnes hinc inde jam destinati neci. Tum illis facile vinctis strictissime funibus, et colligatis ad suum libitum, Tlepolemus, virgine collocata in dorso meo, ten-

hic addunt, *quievere mortui.* Colvius. Florent. *p. i. carius contemtam eam præsentia quæsiere mortui.* Bert. et Rom. *p. i. carius c. m. p. quievere mortui bono.* Quæ Aldina editio recte inducit. *Elmenh.*—3 *B. a. es inquit Ch. dulcissima.* Fux. *b. a. esto Charite dilectissima.* Roald. *Animo* desideratur in Palat. *Esto* dant etiam Reg. et D'Orvill. Vide ad l. II. p. 27. 'Bono animo esto, inquit.' In D'Orv. *Kante.* Fux. *charita.* Oud.—4 Pal. Fux. *host. tuos.* Id.—5 Sic bene. Lib. VIII. infra: 'Et instantia pervicaci partim per semet ipsum, partim per ceteros familiares ac necessarios, ipsos denique parentes puellæ extorquet.' Tertull. de Patientia: 'Quoties pœnituit defensionem, quoties instantia ejus deterior facta est.' Sic rescripsimus supra lib. II. 'Sed instantia Byrrhenæ,' &c. *Colv.* Flor. et Rom. *instanti.* Male. *Elmenh.* In Edd. etiam Vic. et marg. Bas. pr. est *instanti.* Vide ad l. II. p. 34. *Oud.*—6 Pal. Guelf. sec. *vinulentiaque.* In primo non est copula. *Id.* —7 *Abstemius.* Carent male hac voce Reg. Fux. Pal. Oxon. Par. D'Orv. Guelf. ambo. *Id.*—8 Pal. Guelf. sec. *non fecit.* Id.—9 *Cuncti denique, sed prorsus omnes vino sepulti jacebant omnes partim parati morti.* Legerim lubens: *Cuncti denique, et prorsus omnes, vino sepulti jacebant humi, partim parati morti.* Stewech. Colin. *Cum denique.* Judicare habebunt doctiores, rectene corrigam: *Sed prorsus omnes vino sepulti jacebant latrones, partim parati morti:* scriptum, *latōes,* vel corrupto *ōes.* Hinc *omnes* insulse repetitum. *Colv.* Rectius *passim.* Wowerius. *Cuncti denique, sed prorsus omnes: ἰδιωτισμός.* A Flor. τὸ *partim* abest. Alii *passim p. m.* legunt. *Elmenh.*—1 Guelf. pr. *negotiis,* Oxon. *negatis.* Oud.—2 Oxon. *imposito.* Id.—3 Flor. *quam primum.* Elmenh. Forte e varia lectione τοῦ *simul* sive *simulac:* unde et *simulac primum* junctim occurrit. Vide ad Suet. Cæs. c. 30. Ner. c. 43. *Oud.*—4 Guelf.

NOTÆ

[x] *Charite*] A Græco Χάρις, Gratia.

[y] *Vinum jam immixtum*] Id est, non mixtum, merum, ἄκρατον.

[z] *Vino sepulti*] Virgilius lib. II. Æneid. 'Invadunt urbem somno vinoque sepultam.'

accessimus, tota civitas ad votivum conspectum effunditur. Procurrunt parentes, affines, clientes, alumni,[a] famuli, læti faciem, gaudio delibuti. Pompam cerneres[4] omnis sexus, et omnis ætatis, novumque et, hercules, memorandum spectamen, virginem asino triumphantem. Denique ipse etiam[5] hilarior pro virili parte, ne præsenti negotio, ut alienus, discreparem,[6] porrectis auribus, proflatisque naribus, rudivi fortiter, immo tonanti clamore personui. Et illam thalamo receptam commode parentes sui fovebant: me vero cum ingenti jumentorum civiumque[7] multitudine confestim retro Tlepolemus agebat, non invitum.[8] Nam et[9] alias curiosus, et tunc[1] latronum captivitatis spectator[2] optabam fieri: quos quidem colligatos adhuc[3] vino magis, quam vinculis deprehendimus. Totis ergo prolatis[4] erutisque[5] rebus, et nobis auro argentoque et ceteris[6]

dit in suam patriam. Ad quam ubi pervenimus, omnes cives erumpunt ad exoptatum intuitum nostrum. Parentes, affines, clientes, vernæ, servi currunt obviam nobis hilares, respersi vultum lætitia. Videres longum ordinem omnis sexus, atque omnis ætatis, et spectaculum insolitum, et insigne profecto, nimirum puellam ovantem in asino. Postremo ego quoque lætior factus, pro viribus, ne dissentirem a re, quæ gerebatur, quasi non essem particeps ejus, arrectis auribus et afflatis naribus strenue rudivi, vel potius clamavi tonante voce. Atque ejus parentes laute reficiebant ipsam receptam cubiculo: Tlepolemus autem statim me reducebat unde veneramus una cum magno numero jumentorum atque hominum, minime reluctantem: ego enim, qui alioqui quoque eram curiosus, tunc etiam cupiebam videre captivitatem prædonum: quos quidem invenimus adhuc magis impeditos vino, quam funibus. Depromtis ergo, atque productis foras rebus omnibus, nobisque ac reliquis oneratis

sec. *cernentes*, Palat. *cernetes*, Oxon. *cōmtes*, Guelf. Pr. *comentos*, Par. *cōmitos*. Id.—5 Fux. *et*. Id.—6 Fux. *discrepantem*. Id.—7 Abest copula ab Ed. post. Junt. *Id.*—8 *Non invitum* desiderantur in Pal. Guelf. et Oxon. *Oud.*—9 Vulc. sec. Wow. Scriv. Edd. *Et nam*, unde conjecerat Burm. *Etiam*. Id.—1 Guelf. pr. *et nunc*. Non male. *Id.*—2 D'Orv. *spectari*. Id.—3 Guelf. pr. *ad hæc*. Id.—4 Bert. *Totisque perlatis*. Male. *Elmenh.*—5 Sic fere omnes. Male Bas. 1. *eruditisque*. Quod et eruditissimus Gulielmius (lib. III. Veris. c. 13.) male legi viderat. *Colv.* In quibusdam Mss. et Basiliensi editione, ut notat Fulvius, *eruditisque*. Sic apud Tertull. de Pudicitia: 'Erudito mox utroque corpore.' *Wow.* In Fulviano, ut in Basileensi editione legitur, *eruditisque*; quomodo et apud Plinium in Procemio lib. XII. in Vet. Cod. legitur: 'Restant terra edita, ut inde erudita dicantur.' Et apud Tertull. de Pudicitia c. 8. 'Erudito mox utroque corpore et luminibus expressis.' *Sciopp. in Symb.* Sic Gulielm. Flor. Rom. et Aldus. Alii, *eruditisque*. Vide Scioppium. *Elmenh.*

NOTÆ

[a] *Alumni*] Vernæ, qui domi aluntur. Glossæ Pricæo laudatæ: 'Alumnus, οἰκοτραφής.'

onustis, ipsos partim constrictos, uti fuerant, provolutosque, in proximas rupinas[7] præcipites dedere; alios vero[8] suis sibi gladiis[b] obtruncatos reliquere.[9] Tali vindicta læti et gaudentes civitatem revenimus. [142] Et illas quidem divitias publica custodela commisere;[c] Tlepolemo puellam repetitam[1] lege tradidere. Exin[2] me, suum sospitatorem nuncupatum, matrona prolixe curitabat:[3] ipso-

auro et argento, deturbaverunt in proxima præcipitia aliquos eorum colligatos, quemadmodum fuerant, et volutos ante se, alios autem reliquerunt truncatos capite propriis ensibus eorum. Hac ultione exhilarati et ovantes rediimus in urbem. Et detulere quidem opes illas in gazophylacium publicum; Tlepolemo vero dedere ex præscripto legis virginem recuperatam ab ipso. Ex illo nobilis illa mulier magnam curam gerebat mei, quem vocabat suum servatorem: et ipso die nuptiarum

—6 *Ceterisque.* Deest Pal. *Ceteris* Oxon. sed in eo est *auro argentoque.* Melius forte, *auro argentoque et ceteris:* ut etiam in Fux. ac Guelf. pr. *Oud.* —7 *Ripas.* Fux. *rapinas,* ex quo Pet. Faber faciebat *ramas* i. *ruinas.* Infra pag. 651. legebat, 'In profundam rapinam Cupidinis sese nescius præcipitaverat.' Et pag. 630. 'Vel præcipiti ruina memet ipsum quærebam extinguere.' Et sane, quo loco supra est 'Vides istas proximas ruinas,' indicavimus nos Ms. præferre *rupinas,* ut hercules eo ipso confirmari possit eruditi viri emendatio. *Roald.* Nulla dubitandi ratio, quin Apuleius scripserit, *in pr. rupinas,* ut Palat. et Ful. Cod. præferunt. *Wow.* Jam superius admonui in manusc. legi *rupinas.* Sciopp. in Symbola. *Rupinas.* Vulgo, *ripas.* Elmenhorstius. B. M. *rupinas.* Putean.—8 Bert. *aliosque.* Elmenh. *Aliis* Guelf. pr. *Sibi suis* Guelf. sec. *Oud.*—9 D'Orv. *gladios.* Oxon. Fux. Guelf. pr. *relinquere.* Id.—1 Forte *repetita l.* i. pactis et sponsalibus et etiam nuptiarum ritu. *Groslot.* Vide l. iv. p. 81. *Legem* Guelf. sec. Salm. ascripsit quoque, *repetita l.* Oud.—2 Pal. *Exn̄.* Pith. Fux. D'Orv. et Ed. Vicent. *Exin meum.* Oxon. Par. Guelf. ambo, *Exinde meum.* Marg. Edd. Bas. *eximium.* Quomodo nunc editur, correxit jam Beroald. *Id.*—3 *Quæritabat.* Ignoratum verbum antiquum loco corrumpendo fuit. Ad oram libri ascripsere, *prolixe currutabat;* præpostera certe eorum hominum opera, qui, cum vellent jugulum, talum presserunt. Certe monstrum verbi, *currutare,* restitui non invitis novem illis sororibus: *Exin, me suo sospitatore nuncupato, matrona prolixe quiritabat.* Quasi dicat, triumphabat, exerte clamabat. 'Promittere aliquid prolixe,' 'facere animo libenti, prolixo,' nota cuilibet; de altero, ut antiquo, priscos consulendum est. Nonius Marcellus: 'Quiritare,' inquit, 'est clamare, tractum ab iis, qui Quirites invocant.' Attamen in mendo apud eundem est, quod subjicio: 'Clamat quiritatum.' Scribo, *Clamat, quiritat.* Lucilius, 'Clareque quiritat.' Asinius Ciceroni, lib. x. Epistolarum ad Familiares: 'Et illi misero quiritanti, Civis Romanus sum, respondit.' Varro quinto de Sermone Latino: 'Ut quiritare urbanorum, sic

NOTÆ

[b] *Suis sibi gladiis*] Terent. Adelphis: 'Suo sibi gladio hominem jugulo.'

[c] *Publica custodela commisere*] Observa ablativum cum verbo 'committere,' quod dativum postulat. Supplendum est aliquid, puta, asservandas, ut ad communem syntaxin phrasis revocetur.

que nuptiarum die præsepium meum hordeo passim repleri jubet, fœnumque,[4] camelo Bactrinæ [5] [d] sufficiens, apponi. Sed quas ego condignas Fotidi [6] diras [7] devotiones imprecer, quæ me formavit non canem, sed asinum? quippe cum viderem largissimæ cœnæ reliquiis [8] rapinisque [9] canes omnes inescatos atque [1] distentos. Post unicam noctem,[2] et rudimenta Veneris, recens nupta gratias summas apud suos parentes ac maritum mihi meminisse non destitit; quoad summos illi promitterent honores habituri mihi.[e]

jubet meum præsepe omnino compleri hordeo, et mihi exhiberi tantum fœni, quantum satis esset camelo Bactriano. Verum quas ego satis magnas execrationes poterum congerere in Fotidem, quæ me mutaverat non in canem, sed in asinum? cum nempe viderem omnes canes saturatos et turgidos residuis cœnæ lautissimæ, et cibis, quos rapuerant. Post primam noctem et primam Venerem, nova nupta non cessavit commemorare parentibus et conjugi suo se debere mihi maximas grates, donec illi pollicerentur se affecturos me maximis honoribus. Denique, accersitis

jubilare rusticorum.' Et inde istud apud Apul. lib. VIII. 'Canes jubilationibus solitis et hujusmodi vocibus inhortantur.' Quod ibidem de rusticis dictum est. Quinimmo et ipsum illud 'quiritandi' verbum huic scriptori post usitatum animadverti libro octavo: 'At ille,' ait, 'Deum fidem clamitans altius quiritabat.' Alibi quoque eam vocem Apuleio reddendam observavi. Ceterum loca in præsens non occurrunt. Arnobium usum quoque memini libro quarto adversus Gentes. Adhibendus et Festus in 'Jubilare.' *Stew.* Ro. *quicurutabat.* Bas. 1. *currutabat:* et editiones quædam aliæ. Unde Beroald. conjecit legendum videri, *quæritabat*, vel, *quiritabat.* Venetus, *curritabat.* Sed verum puto, *prolixe quam curabat:* id est, quam benigne et opipare excipiebat. Donatus in illud Terentii Adelph. 'Age prolixe, Mitio:' 'Id est, Age benigne.' Sic, prolixius, Eunucho: 'Accipit homo nemo melius prorsus, neque prolixius.' Curandi verbum hic, ut apud Horatium, 'Bene curata cute.' Plautus Pseudulo: 'Qui se suamque ætatem bene curant, edunt, bibunt.' *Colv.* Pal. *quiritabat.* Lege, *quuritabat.* *Wowerius.* Flor. *p. curutabat.* Pal. *p. quiritabat.* Aldus, *p. quæritabat.* Elmenhorstius. B. M. *quiritabat.* Puteanus. Colv. *prolixe quam curabat.* Aliæ editiones habent, *qui curutabat* et *currutabat.* Venet. *curritabat.* Unde emendandum judico *curitabat*, ut sit, quemadmodum loquuntur Grammaticorum παῖδες, frequentativum. *Brant.*—4 Flor. *feminumque.* Male. *Elmenh.*—5 *Bactrino.* Flor. et Rom. *Bactrinæ.* Bert. *Bactriano.* Vide Herod. lib. III. c. 103. Cœlium Rhodigin. lib. VII. Antiq. Lect. c. 18. *Id.*—6 Oxon. *Fotidis.* Oud.—7 Fux. *dirasque.* Bene, si *devotiones* præmittas. Tum *largissimum* Guelf. pr. *largissima* Guelf. sec. *Id.*—8 Oxon. Guelf. pr. *reliquis.* Id.—9 Abest *que* a Guelf. pr. *Id.*—1 *At* Pith. *Id.*—2 D'Orv. Fux. Pith. Guelf. *P. noct. unic.* Pro

NOTÆ

[d] *Camelo Bactrinæ*] Ex Bactriana, Provincia Persidis, cujus caput Bactra. Bactrianorum camelorum meminit Plin. lib. VIII. cap. 18. 'Camelos,' inquit, 'inter armenta pascit Oriens, quorum duo genera, Bactriani et Arabici: differunt, quod illi binæ habent tubera in dorso, hi singula, et in pectore alterum, cui incumbant.'

Convocatis denique gravioribus amicis,[f] consilium datur, quo potissimum facto digne remunerarer. Placuerat uni, domi me conclusum, et otiosum, hordeo lecto, fabaque,[3] et vicia saginari. Sed obtinuit alius, qui meæ libertati prospexerat: suadens, ut rurestribus potius campis[4] in greges equinos[5] lasciviens discurrerem, daturus dominis equarum inscensu generoso[6] multas mulas[7] alumnas. Ergo igitur[8] evocato statim armentario equisone,[9] magna cum præfatione[1][g] deducendus assignor. Et sane gaudens lætusque præcurrebam,[2] sarcinis et ceteris[3] jam nunc renuntiaturus:

intimis amicis, deliberatur, quo præsertim modo donarer mercede congrua. Unus censuerat me includendum domi, ibique nihil laborantem pinguefaciendum selecto hordeo, fabaque, et vicia. Sed vicit alius, qui consuluerat meæ libertati, auctor ut potius vagarer per rura et campos libidinans per armenta equorum, procreaturus dominis equarum meo generoso congressu plurimas mulas alendas. Igitur, accersito præfecto armenti equorum, trador ei abducendus, multis prius de me dictis. Et certe præcurrebam hilaris atque ovans, ex illo vale dicturus clitellis et reliquis

---

meminisse male Guelf. pr. *meruisse.* Id.—3 *Hordeo, lecto, fabaque, &c.* Possis interpunctione sublata intelligere de lecto et purissimo hordeo. Nihilominus tamen temeritatem seu oscitantiam potius librariorum sententiæ invertendæ fuisse, dejerare ausim, forte quod minus nota leguminum vocabula ista, videlicet: *et otiosum hordeo, lente, fabaque, et vicia saginari.* Lentem et diminutive formatam inde lenticulam qui ignorat, consulat Plinium. Interim confirmandæ conjecturæ nostræ adhibebimus Apuleii verba, quæ libro sexto: 'Et accepto frumenti, et hordeo, et milio, et papavere, et cicere, et lente, et faba, commistisque acervatim.' Columella lib. de Re Rustica: 'Commodissima cibaria palumbis putantur vicia vel ervum, tum etiam lenticula.' *Stewech.* Num *hordeo secto?* Sic certe lib. IV. 'Hordeum tunsum minutatim.' Infra hoc libro: 'Namque hordeum meum fructum, et sub eadem mola meis quassatum ambagibus, colonis proximis venditabat.' *Colv.* *Hordeo secto.* Flor. *h. lecto.* Elmenh.—4 Oxon. *in campis.* Oud.—5 Ms. *equitios.* Sciopp. in Symb. Male. P. 143. 'Equinis armentis.' Guelf. pr. *equinas.* Oud.—6 D'Orv. vitiose, *in censum generosum.* Id.—7 Deest ultima vox Palat. *Id.*—8 Perperam τὸ *igitur* non agnoscit D'Orv. Adi ad l. I. p. 4. *Id.*—9 *Equisione.* Flor. *equisone.* Elmenh.—1 Edd. Ber. Bas. pr. *præfactione.* Oud. —2 D'Orv. et Edd. quædam, *percurr.* Malim, *procurrebam.* Id.—3 Ad rem magis pertinere visum, si legeretur: *sarcinis et clitellis.* Stewechius. Fux. a. *et aliis oneribus.* Roaldus. Adde ex Palat. *et ceteris oneribus.* Wo-

NOTÆ

[e] *Quoad summos illi promitterent honores habituri mihi*] Id est, se habituros. Simile est illud Virgilii: 'Sensit medios delapsus in hostes.' Et illud Catulli, de Phaselo: 'Ait fuisse navium celerrimus.'

[f] *Convocatis denique gravioribus amicis*] Jocalariter dictum, cum de re ageretur levissimi momenti, nempe de remunerando asino.

[g] *Magna cum præfatione*] Qua jubebatur armentarius quam maximam posset de me curam habere.

nactaque libertate, veris initio pratis herbantibus,[4] rosas utique reperturus aliquas. Subibat me cum illa etiam sequens cogitatio:[5] quòd tantis actis gratiis, honoribusque[6] plurimis asino meo[7] tributis,[h] humana facie recepta, multo tanto pluribus[8] beneficiis honestarer. Sed, ubi me procul a civitate gregarius ille perduxerat,[9] nullæ[1] deliciæ ac ne [143] ulla quidem libertas excipit. Nam protinus uxor ejus, avara quidem, nequissimaque illa[2] mulier, molæ machinariæ[i] subjugum[3] [k] me dedit: frondosoque baculo subinde castigans, panem sibi suisque de meo parabat corio. Nec tantum[4] sui cibi gratia me fatigare contenta, vicino-

hujusmodi, et, libertate accepta, inventurus sane aliquas rosas vere ineunte, cum pratis herbæ pullulant. Illa tamen cogitatio mihi etiam sæpe veniebat in mentem: quandoquidem tantæ grates relatæ essent honoresque permulti exhibiti mihi tum asino, fore ut condecorarer longe pluribus beneficiis, cum recuperassem formam humanam. Verum, simul atque armentarius ille me deduxit longe ab urbe, nullam ibi voluptatem nactus sum, ac ne ullam quidem libertatem. Statim enim ejus uxor, quæ erat fœmina avara et pessima, alligavit me ad molam pistrini: et, me sæpius percutiens fuste folioso, præparabat sibi ac suis panem damno meæ cutis. Neque contenta me lassare solummodo propter suum cibum, molebat etiam frumenta vi-

werius. *Cet. oneribus.* A vulgatis τὸ *oneribus* male abest. Bertin. legit: *c.que omnibus jam.* Elmenhorstius. B. M. *sarcinis et honoribus.* Putean.—4 *Herbentibus.* Fux. *herbantibus* et Beroald. *Roald.* Bert. et Flor. *herbantibus.* Elmenh. Rectius. 'Herbare, βοτανίζειν,' Gloss. 'Exherbandus' Columell. XI. 3. Sic nostri Mss. 'exherbatur' IV. 31. 'Herbascere' Vopiscus in Probo c. 19. Festus tamen 'obherbescere,' et Cic. de Senect. c. 15. 'herbescentem.' *Wass.*—5 *Subibat me tamen i. e. frequens cogit.* Fux. *sequens,* et Ald. *Roald.* Flor. et Palat. et Rom. *sequens c.* Elmenhorstius. B. M. *Subibat me cum illa etium sequens cog.* Putean.—6 Ms. D'Orv. *et honorib.* Oud. —7 Scribe cum Ful. *asino modo.* Wowerius. Ms. *asino modo.* Sciopp. in Symbola. *As. modo.* Vulgo, *as meo.* Elmenh.—8 *Multo tanta, pl.* Tollenda distinctio, ac scribendum, *multo tanto pl.* Stewechius. *Multa tanto pl.* De hoc genere locutionis multa collegit eruditissimus Gulielmius in Tomo II. Operum Ciceronis, quæ ex schedis ejus manuscriptis propediem vulgabimus. *Elmenh.*—9 In Guelf. sec. et Ed. Beroaldi haud inepte est, *produxerat.* 'Gregarius,' ut p. 146. 'Gregariis omnibus affirmavit.' Colum. Præf. l. VI. *Oud.* —1 Edd. ante Beroald. perperam *mille.* Id.—2 Desunt *que illa* in Palat. *Id.* —3 *Sub jugum.* Ex Palat. recte reposueris, *subjugum.* Wowerius. *Subjugum.* Vulgo, *subjugem.* Elmenh.—4 Oxon. *nec tn.* i. e. *tamen.* Oud.—

NOTÆ

[h] *Honoribusque plurimis asino meo* [*modo*] *tributis*] Quidam legunt *asino meo.*

[i] *Molæ machinariæ, &c.*] Columella, lib. VII. cap. 1. de asinis loquens: 'Jam vero molarum et conficiendi frumenti pæne solennis est hujus pecoris labor.'

[k] *Subjugum*] Una tantum voce. 'Subjugus' est, subjugalis, jugo subjacens, ὑποζύγιος.

rum etiam frumenta[5] mercenariis discursibus meis conterebat. Nec mihi misero statuta saltem[6] cibaria pro tantis præstabantur laboribus. Namque[7] hordeum meum, frictum, et sub eadem mola meis[8] quassatum ambagibus, colonis proximis venditabat:[9] mihi vero, per diem laboriosæ machinæ attento,[1] sub ipsa vespera furfures apponebat incretos[2] [1] ac sordidos, multoque lapide salebrosos. Talibus ærumnis edomitum, novis Fortuna sæva cruciatibus tradidit; scilicet, ut, quod aiunt, domi forisque fortibus factis adoreæ plenæ gloriarer. Equinis armentis namque me congregem pastor egregius, mandati dominici[3] serus[4] auscultator, aliquando permisit. At[5] ego tandem liber asinus, lætus et tripudians,[6] graduque molli gestiens, equas op-

cinorum meis circuitionibus, quas locabat mercede. Neque saltem cibus decretus exhibebatur mihi infortunato, pro tantis laboribus. Vendebat enim vicinis agricolis meum hordeum frictum et tritum sub eadem mola meis discursibus: mihi autem, qui toto die incubueram molestæ illi machinæ, præbebat ineunte vespera viles furfures non cribratos, et asperos plurimis lapillis. Ejusmodi miseriis subactum me sors crudelis exposuit novis tormentis; nempe, ut (quemadmodum dicitur vulgo) reportarem perfectum gloriam egregiis meis facinoribus fortiter gestis domi forisque. Nam præclarus ille equiso, exequens imperium herile, sed tardius, immisit me tandem socium gregibus equorum. Verum ego demum asinus solutus, hilaris, et exultans, et lasciviens gressu infracto, jam eligebam ex equabus illas,

5 In eodem est *frugamenta.* Id.—6 D'Orv. *saltim.* Id.—7 Fux. *Nam.* Id.—8 Oxon. *meris.* Id.—9 Pal. Guelf. sec. *laconis,* et D'Orv. *vendicabat,* prave. *Id.*—1 Probabilis lectio Ms. Fulviani, *attrito.* Wowerius. Ms. *attrito:* quæ probabilis videtur lectio, ut dixerit *tritus machinæ,* sicut 'fessus laborum,' et sexcenta tanta apud Symmachum: et Apul. I. de Asin. 'Mihi fatigationis hesternæ etiam nunc saucio.' *Sciopp. in Symb.*—2 Aldus et Venet. *inertes.* Elmenh.—3 *Mandatis dominicis.* Sic lege ex Bert. Monni Suspect. Lect. IV. Epist. 21. solere nominibus casum verbi jungi. Sic Cic. I. de Legibus: 'Justitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum.' *Sciopp. in Symb.* Flor. Palat. et Bert. *mandatis dominicis.* Elmenh. De hoc Dativo vide me tum alibi, tum ad Sueton. Vespas. c. 7. 'Orantes opem valetudini.' Immo sic Accusativum substantivo junxit Plautus Mil. II. 2. 67. 'Curre in obsidium perduelles, sive ad obsidendos hostes.' *Oud.*—4 *Serius.* Sic alias legi testatur Beroaldus. Vulgatum ante ubique, *serus.* Colv.—5 Bert. D'Orv. *Ac,* pro more, pessime probante Scioppio tum in Susp. tum in Symb. Vide ad l. I. p. 10. *Oud.*—6 Pal. Guelf. sec. *trepidans.* Male. *Id.*—7 Edd.

NOTÆ

[1] *Incretos*] Non purgatos, non cribratos. Contrarium est 'succretos.' Sæpius tamen, particula 'in' non negante, 'incretus' est, cribratus: 'incernere,' cribrare; et 'incerniculum,' cribrum.

portunissimas jam mihi[7] concubinas futuras deligebam.[8] Sed hic[9] etiam spes hilarior in capitale processit exitium.[1] Mares enim, ob admissuram Venerem pasti satianter[2] ac diu saginati, terribiles alioquin,[3] et utique quovis asino fortiores, de me metuentes sibi, et adulterio degeneri[4][m] præcaventes, nec Hospitalis Jovis servato fœdere, rivalem summo furentes persequuntur[5] odio. Hic elatis in altum vastis pectoribus, arduus capite, et sublimis vertice, primoribus[6] in me pugillatur ungulis;[n] ille, terga pulposis torulis[7]

quæ mihi videbantur futuræ aptissimæ uxores. Verum in hac etiam re spes lætior cessit mihi in extremam perniciem. Equi enim largo satiati cibo inscensus Venerei causa, et dudum pinguefacti, ceterum formidabiles, et sane valentiores quam quilibet asinus, sibi timentes a me, et caventes ab adulterio degeneri, contemnentes jura Jovis Hospitalis, insequuntur furiosi maximo odio æmulum suæ libidinis. Hic pugnat contra me anterioribus ungulis, sublato in altum suo amplo pectore, capite ac cervicibus arrectis in sublime: ille, convertens tergum torosum carnosis musculis,

Vicent. Ber. Junt. utraque, Aldi et Colini repetunt τὸ *mihi* ante 'futuras.' Hinc vir doctus, nescio quis, conjecit, alterutro loco reponendum *mihi*. Sed Mss. non agnoscunt secundo loco. *Id.*—8 Fux. *dil.* Roald. Item D'Orv. Guelf. sec. Oxon. Pal. *dil.* Malim prius. *Deligo* enim est, eligo mihi. Alibi pluribus de hac variatione egi. Vide ad Front. p. 21. ad Cæs. l. VI. B. G. c. 13. Drak. ad Liv. l. IX. c. 17. § 15. 'Tempus pugnæ deligeret.' Infra l. XI. p. 253. *Oud.*—9 Mss. D'Orv. Pal. Fux. Pith. Guelf. pr. a m. sec. Oxon. Ed. Junt. post. *hæc.* Non hic muto. A Pith. abest *etiam.* Id.—1 *Exitium* desideratur in Palatino, quasi 'in capitale' vel 'capital' substantive usurpatum sit. Mel. l. I. c. 9. 'Animalia interemisse capitale sit.' Vide ad Front. IV. 6. 3. et ad Suet. Calig. c. 24. *Id.*—2 *Ob admissuram veterem partim satianter, &c.* Non diu disputabo, quam proba hæc lectio; sed decretorie dixerim recipiendam, quæ in veteribus libris: *ob admissuram Veneream passim satiati, ac diu saginati.* Wow. Impendio placet hoc manusc. *ob admissuram Veneream passim satiati, &c.* Sciopp. in Symb. *Ob a. veterem pasti satianter.* Wow. et Sciopp. *ob a. Veneream passim satiati.* Elmenh. B. M. *admiss. Venerem.* Putean.—3 In Florent. Pith. exaratur, *terr. alios alioquin*, ascribente Lindenbrogio, γρ. *alias.* Mox in Regio, Fux. *et utiles asino f.* D'Orv. *fortioris.* An melius quid vulgato lateat, quod vix putem, videant acutiores. *Oud.*—4 Rom. *degemen.* Elmenh. Sic et Vicent. Ed. In Ven. *degemeri.* Correxit Beroaldus. Alius mavult quoque *adultero.* Guelf. pr. carens τῷ *et*, præbet *adultimo.* Oud.—5 Bert. *proseq.* Elmenhorstius. Oxon. *ferentes.* Oud.—6 D'Orv. *prioribus*, vitiose. Vide ad l. II. p. 22. 'Pedes currunt primores.' *Idem.*—7 D'Orv. Pith. Fux. Guelf. ambo, *corulis*, Oxon. *torullis.* Ed. Floridi tacentis *toris*, contra perpetuum Appuleii stylum, qui ad fastidium usque amavit

NOTÆ

[m] *Adulterio degeneri*] Quod scilicet ab asino, ignobiliori animali, perpetraretur, et ex quo, non equus, sed mulus degener esset proditurus.

[n] *Primoribus in me pugillatur ungulis*] Tanquam pugnis. Est enim 'pugillari' pugnis certare.

obesa convertens,[8] postremis velitatur[9] calcibus; alius hinnitu[1] maligno comminatus, [144] remulsis[2] auribus,[o] dentiumque candentium renudatis hastis, totum me commorsicat.[3] Sic apud historiam de rege Thracio[4][p] legeram,[5] qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos devorandosque porrigebat. Adeo præpotens[6] ille tyrannus sic parcus[7] hordei fuit, ut edacium jumentorum famem corporum humanorum largitione[8] sedaret. Ad eundem modum distractus et ipse variis equorum incursibus[9] rursum[1]

jaculatur in me posteriores calces: alius minitatus hinnitu improbo, demittens aures, et restringens dentes albicantes, acutos instar hastarum, mordet me undique. Simile est quod legeram in historia de Rege Thraciæ, qui exhibebat suis feris equis infelices hospites dilaniandos, ac deglutiendos. Usque adeo ille rex opulentissimus avarus hordei fuit, ut satiaret famem suorum equorum voracium appositis corporibus humanis. Ego quoque, dilaceratus simili modo diversis impugnationibus equorum,

deminutiva. *Id.*—8 Ms. *converrens*. Sciopp. in Symbola. Sic et Oxon. *Conveniens* Pal. Guelf. sec. *Oud.*—9 In Guelf. pr. *postricinis volit*. Quid sibi velint, videant acutiores. *Id.*—1 D'Orvil. *innito*, Oxon. a m. pr. Guelf. pr. *in ictu*. In Mss. enim semper fere est *innitus*, vel *initus*. Id.—2 *Remissis*. E Romana editione hæc lectio. Vulgati alii, *remulsis*. Prior magis ad genuinam nobis accedere visa, quam putamus, *demissis*. Sic supra enim lib. III. 'Dejectis auribus jam furentes infestis calcibus insequuntur.' *Colv. Remulsis:* Fux. *remissis:* forte *demissis*, quod agnovit etiam Beroaldus. *Roald. Remissi a.* Flor. Palat. Rom. Ald. et Bert. *remulsis a.* Lib. III. 'Dejectis auribus jam fur.' &c. *Elmenh.*—3 Par. Guelf. pr. *commordicat*. D'Orv. *commorsitat*. Sed l. II. et III. 'Demorsicare.' Infr. p. 147. 'Compulsat ac morsicat,' &c. Vide ad l. II. p. 27. *Oud.*—4 Magis arrideret *Thraco*. Vide ad lib. IV. supra. *Colv.* Idem placebat Sopingio. Sed adi ad p. 74. *Oud.*—5 D'Orv. *legerem*. Nota vero 'ferinos equos' pro feris, ut alii dicunt. Sed ita passim Auctor, pro ferocibus et truculentis, ut 'ferini animi,' &c. Dixi alibi. *Id.*—6 *Adeon' præpotens ille t.* Poscere visa sententia: *Adeo n. præpotens:* hoc est: *Adeo enim præpotens*. Stewech. *Adeon' pr.* Ita Bertin. Similis exclamatio fuerat superius lib. VI. pag. 99. 'Ergo et inter mortuos avaritia vivit!' Et apud Petronium pag. 35. 'Ergo amor etiam Deos tangit!' *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. IV. 10.—7 *Sic parcus*. Piccart. Peric. Crit. 9. conjecit *deparcus* vel *triparcus*. Scilicet quia putabat 'adeo' ad *parcum* pertinere. *Oud.*—8 Nentiquam spernenda videtur Cod. D'Orvil. scriptura, *se corporum largit.* sive *per* et *de*. Vide de pleonasmo hujus præpositionis ad l. II. p. 42. 'Ex summis viribus irruentes.' Ed. Junt. post. *largitionem*. Id.—9 Guelf. pr. a m. pr. habet *discurs*. Id.—1 *Rursus*. D'Orvil. *rursum*.

NOTÆ

[o] *Remulsis* [*Remissis*] *auribus*] Priceus malebat, *remulsis*, sed frustra est. Noster, lib. III. 'Dejectis auribus jam furentes, infestis calcibus insequuntur.'

[p] *De rege Thracio*] Diomede. Vide Hygin. Fab. XXX. Ovid. in Ibin, vs. 381.

molares illos circuitus requirebam. Verum Fortuna, meis cruciatibus insatiabilis, aliam denuo [2] mihi pestem instruxit. Delegor enim ligno monte devehendo,[3] puerque mihi præfectus imponitur, omnibus modis ille [4] quidem puer deterrimus. Nec me montis excelsi tantum arduum fatigabat [5] jugum, nec saxeas tantum sudes [q] incursando contribam ungulas;[6] verum fustium quoque crebris ictibus proclive dedolabat,[7] ut usque plagarum mihi medullaris [8] insideret dolor,[r] coxæque dextræ [9] semper ictus incutiens, et [1] unum feriendo locum, dissipato corio, et ulceris [2] latissimi facto foramine, immo fovea, vel etiam fenestra, nullus [3] tamen de-

optabam iterum illos gyros pistrini. Sed fortuna, inexplebilis meis tormentis, apparavit mihi rursus aliam calamitatem. Destinor enim lignis deportandis ex monte, et puer præficitur mihi regendo, ille quidem puer omnibus modis nequissimus. Neque solum excelsum cacumen alti montis lassabat me, neque solum comminuebam ungulas currendo super lapides acutos, sed etiam sæpissime verberabar spissis ictibus baculorum: ita ut dolor ex ictibus mihi remaneret fixus in intimis medullis, et ille puer ingerens perpetuo plagas femori dextro, et percutiens semper eundem locum, disrupta cute, factoque hiatu patentissimi ulceris, vel potius scrobe, aut etiam fenestra, nequaquam tamen cessabat

Quod malim hoc loco. *Id.*—2 In eodem *alium*, exulante τῷ *denuo*. Fux. Guelf. ambo, *al. mihi denuo*. Dein *postem* Guelf. sec. et *puer* sine *que* Fux. *Id.*—3 *Devehundo.* Idem *vehendo*, Guelf. pr. *devehendo*. Id. qui scribit *devehundo*.—4 *Omnium ille.* Bas. 1. *omnibus ille*. J. Gulielmius, *omnimodis*. Floridorum lib. I. 'Omnimodis peritus modificator.' Tamen a vulgata lectione non recesserim. *Colv. Omnimodis.* Sic Gulielmius Verosimil. lib. III. c. 13. Flor. et Palat. *omnibus modis*. Elmenh.—5 Pith. carens *me* habet *fatigabatur*. Oud.—6 *S. t. s. i. conturbabam ung.* Palat. *saxæ incursando contribat*. Bert. *saxeas sudes incessando conterebam ungulas*. Wowerius. *Incessendo conterebam.* Sic Bertin. *Sciopp. in Symb. Incursando conterebam.* Sic Aldus et Palat. Flor. *i. contribam*. Bert. *incessando conterebam*. Vulgo, *i. conturbabam*. Rom. *i. conturbam*. Male. *Elmenh.* B. M. *contribam ungulas*. Putean.—7 *Persæpe dedolabar*. Flor. et Ro. *perclive d.* Bertin. *proclive dedolabat*. Elmenh.—8 Bert. *medullitus*. Id.—9 Edd. Junt. Ald. Scriv. *dexteræ*. Oud.—1 D'Orv. *in*. Id. —2 Malo cum Bertin. *vulneris*. Wowerius. Bert. *vulneris:* quod magis placet. *Elmenh.*—3 *Nusquam* Aldi liber. Sed frustra. Totus in eo genere Plautus, quem secutus, ut par est, Lucius noster. *Roald.* In mea Edit. A. 1521. id non inveni. Sed *nusquam* male exaratur in Pal. Oxon. In Ms. Fux. et Inc. *nunquam*. Nihil frequentius hac locutione est Comicis ceterisque scriptoribus. Vide etiam ad lib. IX. pag. 198. 'Nullus respondit dominus.'

NOTÆ

[q] *Nec saxeas tantum sudes*] 'Sudes' proprie lignei sunt fustes, crassi, et acuminati. Hic vero 'saxeæ sudes' nihil aliud esse possunt quam cautes acutæ instar sudium. Ms. Oxon. Pricæo laudatus habet *nec saxosa tantum incursando*.

[r] *Ut usque plagarum mihi medullaris insideret dolor*] Hypallage, pro: Ut medullas usque plagarum dolor insideret mihi.

sinebat[8] identidem vulnus sanguine delibutum obtundere. Lignorum vero tanto[4] me premebat pondere, ut fascium molem[5] elephanto,[6] non asino paratam putares. Ille vero, quoties[7] in alterum latus præponderans declinarat[8] sarcina; cum deberet potius gravantis ruinæ fustes demere, et levata paulisper pressura sanare me, vel certe[9] in alterum latus translatis peræquare;[1] contra[2] lapidibus additis insuper sic iniquitatem ponderis medebatur. Nec tamen, post tantas meas clades, immodico sarcinæ pondere contentus, cum fluvium transcenderemus, [145] qui[3] forte præter viam defluebat,[4] peronibus[5] suis ab aquæ madore consulens,[6] ipse quoque insuper lumbos[7] meos insiliens residebat: exiguum scilicet et ille[8] tantæ molis superpondium. At[9] si quo

subinde percutere vulnus perlitum cruore. Onerabat vero me quoque tanto onere lignorum, ut crederes esse struem oneris destinatam elephanti, non asino. Ille autem, quotiescumque sarcina gravior inclinabatur in alteram partem; cum debuisset potius detrahere baculos ex parte graviore et ruente, et mihi opitulari, onere tantulum sublevato, aut saltem æquare pondus, iis transpositis in alteram partem; contra, superadjiciebat lapides, et sic occurrebat inæqualitati oneris. Et tamen, post tantas meas miserias, non contentus enormi gravitate mei oneris, cum trajiceremus amnem, qui forte prætertabebatur viam, ipse etiam, prospiciens suis pedibus adversus humorem aquæ, insultabat tergo meo, et mihi insidebat, futurus nempe leve aucta-

Oud.—4 *Tantum.* B. M. *tanto.* Putean. Scil. *tantum* vitiose est in Guelf. sec. Edd. Bas. Colv. Vulc. sec. In reliquis Mss. et Edd. *tanto*, ut debet. *Vero* abest a Guelf. pr. *V. etiam* tacite intrusit Elmenhorstius, sequentibus Scriverio et Florido. Superflue. Sed statim videbimus, unde huc irrepserit. *Oud.*—5 *Sarcinæ molem.* Ms. Fulvii, *tanto me pr. p. ut fascium molem.* Wowerius. Manusc. *ut fascium molem.* Paulo ante Bertin. *tanto me pr. p.* Sciopp. in Symb. Recte *fascium* reposuere Wow. et Pric. consentientibus Mss. Reg. Fux. Guelf. utroque, Oxon. Palat. Bis sequitur ‘ sarcina.’ In Pal. pro more *mole parata:* et in Guelf. sec. *parata.* Oud.—6 D'Orvil. *elephanti.* Utrumque bene. *Id.*—7 *Ille vero, quoties.* Hic jam Flor. Guelf. sec. et Palat. cum D'Orv. Fux. Oxon. aliisque inserunt *etiam,* uti jam edidere Wow. et Pric. quod male superius posuit Elmenh. cum sui sequacibus. *Id.* —8 Pal. *declinavit.* D'Orv. Pith. Oxon. Edd. Wow. Pric. *declinaret.* Id. —9 Oxon. *vel saltem.* Id.—1 Ed. Bas. pr. *prææquare.* Id.—2 Edd. pp. *circa,* ut sæpe peccatum est supra, bene correctum a Beroaldo. *Id.*—3 Pith. *quin.* Id.—4 Bert. *diffl.* Elmenh.—5 *Pedivus.* Flor. *peronibus.* Recte. *Id.*—6 Vitiose in D'Orv. *confluens.* Oud.—7 D'Orv. et Ed. Beroald. *lombos.* Fux. *meos l.* Id.—8 *Exig. sc. ille.* Ita recte Bertin. *Sciopp. in Symb.* • *Et illud.* Bert. *et ille.* Elmenh. Atque ita testatur Sciopp. in eo codice haberi, in Susp. Lect. IV. 10. deleri dum monet τὸ *et*, quod et placebat Schikerado. Sed *et* dant

NOTÆ

[8] *Nullus tamen desinebat, &c.*] Id est, nullatenus. Sic Terent. ‘Memini, tametsi nullus moneas.’

casu, limo cœnoso ripæ supercilio lubricante,[t] oneris impatientia[1] prolapsus deruissem; cum deberet egregius agaso manum porrigere, capistro os suspendere, cauda me sublevare, certe tanti oneris partem,[2] quoad resurgerem saltem, detrahere; nullum quidem defesso mihi ferebat auxilium: sed occipiens[3] a capite, immo vero ab ipsis[4] auribus, totum me compilabat,[5 u] cædens[6] fusti grandissimo; donec, fomenti vice, ipsæ me plagæ[7] suscitarent. Idem mihi talem etiam excogitavit[8] perniciem. Spinas

rium mei ponderis. Sed, si forte ego, nequiens ferre onus, cæno lutoso reddente summitatem marginis lubricam, concidissem; præclarus ille asinarius, cum deberet mihi tendere manum, sublevare me capistro, sustollere cauda, demere aliquam partem tanti oneris, saltem donec resurgerem, nullam quidem opem ferebat mihi defatigato, verum, feriens crassissimo baculo, me omnino depilabat, incipiens a capite, vel potius auribus, quoad ictus excitavissent me, loco medicaminis. Ipse commentus est in me hujusmodi pestem. Alligavit meæ caudæ spinas acutissimas et venenatas punc-

Mss. et Edd. O. Bene vero correxit *ille*, pro *illud*, quomodo etiam margini ascripserat Gruterus, et edidere Wow. Scriv. Pric. Puer ille erat superpondium. In ceteris Mss. et Edd. *illud*. Oud.—9 Pal. Oxon. Fux. Guelf. *Et*. D'Orv. *Ac*. Id.—1 Ald. *imprudentia*. Male. *Elmenh.* Sic tamen etiam ineptissime Edd. Junt. *Diruissem* Pith. *Oud.*—2 *Certam partem tanti ponderis.* Fux. *certe partem t. oneris.* Roaldius. Ms. *certe partem.* Et placet. *Certe* pro, saltem, duntaxat. Sic fine hujus libri: 'Certe dorso receptum auferre protinus.' *Sciopp. in Symb.* Flor. *certe tanti operis partem.* Bene. *Elmenh.* —3 Oxon. Par. Guelf. *accip.* ut erratur sæpe. *Oud.*—4 *Et ipsis.* Præstat Oxon. scriptura *ab ipsis.* Et ita in præfixis seq. Stewechii notæ verbis. *Id.* —5 Affirmare ausim ad imitationem Plauti dixisse Apuleium: *concipilabat.* Stewechius. Fulvius ex Plauto mavult *concipilabat.* Sciopp. in Symb.—6 *Cædens fuste gravissimo.* Quidam libri, *cædit.* Colvius. Lib. Pal. *cædens fuste grandissimo, donec fomenti vice ipsæ me plagæ.* Wowerius. Flor. *cidit fusti.* Pro *grandissimo* vulgo *gravissimo.* Elmenh.—7 *Fom. vice me plagæ.* Fux. *f. vice ipse m. p.* unde lego: *vi ipsæ m. p.* Roaldus. Ms. *ipsæ me pl.* Sciopp. in Symbola. Τὸ *ipsæ* adjeci ex Manuscripto. *Elmenh.*—8 *Idem mihi talem exc.* Scribo: *et aliam.* Suadet Lucianus: Καὶ μὴν καὶ ἄλλο κακὸν εἰς ἐμὲ ἀφόρητον ἔπαιζε. *Colv. Talem etiam.* Vulgo *et aliam etiam.* Elmenh. Sic

NOTÆ

[t] *Limo cœnoso ripæ supercilio lubricante*] Lege, *ripæ supercilium lubricante.* Juvenal. Sat. XI. 'Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.'

[u] *Totum me compilabat*] Tot ictus mihi incutiebat, ut pilos ex mea cute excuteret. 'Compilare' enim, teste Asconio Pediano, est ita pervellere, et furari, ut ne pilos quidem in corpore compilatores relinquant. Lib. IX. 'Me membratim compilasset.' Ubi Lips. Epist. Quæst. lib. II. Epist. 22. reponendum putat *concipilasset*, juxta illud Plauti, Truculento: 'Quem ego offatim jamjam concipilabo.' Sed in idem recidit. Festus enim, 'Compilasti,' ait, 'dictum a Nævio, pro, corripuisti, et involasti.' Ubi Scaliger: 'Concipilasti' idem ac, compilasti.

acerrimas, et puncto venenato[9] virosas,[1] tortili nodo in fascem[2] constrictas, caudæ meæ pensilem deligavit[3] cruciatum; ut, incessu meo[4] commotæ incitatæque, funestis aculeis infestæ me convulnerarent. Ergo igitur[5] ancipiti malo laborabam. Nam, cum me cursu proripueram,[6] fugiens acerbissimos[7] incursus, vehementiore nisu[8] spinarum feriebar: si, dolori parcens,[9] paululum restitissem, plagis compellebar ad cursum. Nec quicquam videbatur aliud excogitare puer ille nequissimus, quam ut me quoquo modo perditum iret. Idque jurans etiam nonnunquam[1] comminabatur. Et plane fuit, quod ejus detestabilem malitiam ad pejores conatus stimularet. Nam quadam die,

tione virosa, compactas nexu flexili in fasciculum, futuras mihi tormentum pendulum; ut agitatæ, et impulsæ meo incessu, pungerent me crudeliter stimulis exitialibus. Premebar itaque duplici malo. Quando enim subduxeram me, currendo vitans sævissimos ejus impetus, lædebar majore impressione spinarum: si tantillum substitissem, volens evitare dolorem, incitabar ictibus ad currendum. Et pessimus ille puer videbatur nihil aliud meditari, nisi ut me interimeret quacumque tandem ratione. Atque id minabatur aliquando se facturum addito sacramento. Et certe aliquid contigit, quod instigaret execrandam ejus nequitiam ad deteriora incepta.

non erat in Ed. Vulc. sec. quam Elmenh. intelligens semper 'vulgo' dicit, sed modo *et aliam* e conjectura Colvii. Wow. e Cod. Pal. tacite cum Pricæo edidit: *Idem etiam m. talem:* et accedit Guelf. sec. Sed *I. m. talem etiam* dant Flor. Reg. Fux. Oxon. cum Elmenh. Scriv. Flor. recte. Guelf. pr. inserit post 'perniciem.' Forsan vox est corrupta ex *enim* ante 'Spinas.' *Oud.*—9 Bertin. *venenoso.* Elmenh. Mss. Florent. D'Orv. *puncto.* Vide ad l. v. p. 103. 'Puncto pollicis.' *Oud.*—1 *Viriosas.* Aldus, *virosas.* Vide Indicem. *Elmenh.*—2 Male Aldus, *t. n. in falcem* Id. Sic etiam inepte Juntinæ. Palat. Guelf. pr. *in fascem t. n.* Reg. Fux. *in fustem t. modo.* D'Orv. *in facem.* Oud.—3 Vulgo, *delegavit.* Emendatio nostra eodem Luciano auctore nititur: Συνενεγκὼν ἀκανθῶν ὀξυτάτων φορτίον, καὶ τοῦτο δεσμῷ περισφίγξας, ἀπεκρέμα ὄπισθεν ἐκ τῆς οὐρᾶς. *Colv.* *In caudam meam pensile* Pith. et *pensile deleg.* male Pal. uti et *deleg.* Edd. pp. Ber. Bas. non aliæ. *Oud.*—4 *Modo.* Fux. *meo.* Roald. Malo cum Bertin. *meo.* Wowerius. Bertin. et Fulvian. Codd. *meo.* Recte. *Sciopp. in Symb. et Susp.* IV. 12. *Meo.* Vulgo, *modo.* Elmenh. B. M. *inc. meo.* Putean. *Meo* Mss. O. et Edd. pleræque. *Modo* ex errore typothetarum extat in solis Edd. Vic. Bas. sec. Colv. et Vulc. sec. *Oud.*—5 Prave rursus Ed. Vicent. *Ego igitur.* Vide supra. *Id.*—6 Flor. *proriperem.* Elmenhorstius. Pal. *perripueram.* Oud.—7 Oxon. Guelf. *acervissimos.* Pal. *acerbissimus.* Id.—8 Oxon. Edd. Junt. Ald. Colin. *nixu,* ut passim. *Feriebat* Pith. Guelf. ambo, Oxon. ut statim Ed. Pric. male *compellebat,* et in eadem *irit* pro *iret.* Id.—9 Guelf. pr. *sed dolo p.* Id.—1 *Idque jurans et nonnunquam.* Conjeci scribendum: *Deos jurans etiam nonn.* Sed jam vix est, ut probem. *Colv.* Bertin. *Idque jurans etiam nonnunq.* Wow. et Sciopp. in Symbola. *Etiam.* Alii *et.* Elmenh. B. M. *idque jurans etiam n.* Putean. Istud *etiam* pro *et* confirmant Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. pr. Oxon. D'Orv. Ed. Junt. post. ut edidere Wow.

nimia ejus insolentia[2] expugnata patientia mea, calces in eum validas[3] extuleram. Denique tale facinus in me comminiscitur. Stuppæ sarcina me satis onustum, probeque funiculis constrictum,[4] producit in viam: deque [146] proxima villula spirantem carbunculum furatus, oneris in ipso meditullio[5] reponit. Jamque fomento tenui[6] calescens et enutritus ignis surgebat[7] in flammas, et totum me funestus ardor invaserat; nec ullum[8] pestis extremæ suffugium, nec salutis aliquod apparet[9] solatium: et ustrina talis, moras non sustinens, meliora consilia prævertitur.[1] Sed in rebus scævis[2] affulsit[3] Fortunæ nutus hilarior, nescio an futuris periculis me reservans, certe præsente statutaque[4] morte liberans.[5] Nam, forte pluviæ pridianæ recens conceptaculum aquæ lutulentæ[6] proximum conspica-

Quodam enim die, cum insolentia ejus intoleranda vicisset meam patientiam, jactaveram strenue calces in eum. Postremo excogitat adversus me hujusmodi scelus. Deducit me in viam, valde oneratum fasce stuppæ, et colligatum celeriter funibus, et abscondit in ipso medio sarcinæ prunam ardentem surreptam ex proxima villa. Et jam ignis conservatus, et sustentatus parvo fomite, extollebatur in flammas, et exitiabile incendium occupaverat me totum; et nullus locus vitandæ illius perniciei extremæ, nulla spes vitæ videbatur. Atque incendium ejusmodi non poterat ferre cunctationem, sed neque dabat tempus bene consulendi. At lætior aspectus Fortunæ mihi illuxit in rebus adversis, nescio an reservans me futuris periculis, at certe exsolvens me a nece instante, et mihi decreta. Cum enim forte fortuna conspexissem lacunam proximam, in quam cænosa aqua imbris prioris diei recenter conflux-

---

et seqq. pro quo frustra quidam maluit *juramento*. Oud.—2 Guelf. pr. *insolertia*. Id.—3 *Calces validos*. Fux. *calces in eum validas*. Roaldus. Palat. *validos in ea extuleram*. Scribo: *calces validos in eum ext.* Wowerius. *Calces validas ext.* Ms. *calces in eum*val.* Sciopp. in Symbola. *C. in eum validos*. Sic Flor. Manuscripti. *Elmenh.* M. *cal. val. in eum extuleram*. B. tamen habet *etuleram*. Putean.—4 *Propereque f. c.* Nulla hic festinatio agebatur. Placet scribi: *probeque f. c.* Stew. Longe melior Fulv. libri scriptura: *me satis onustum funiculisque constrictum, propere producit in viam*. Wow. Malo cum Mss. *onustum, funiculisque const.* Sciopp. in Symb.—5 Mss. D'Orv. Pal. Oxon. Fux. Guelf. *in oneris m.* Male certe exulat *ipso*. Adi ad l. v. p. 88. 'Medio luci meditullio.' *Oud.*—6 *Tenus*. Fux. *tenui*. Roald. Secuti sumus Cod. Bertin. in quo legitur, *tenui*. Quanquam Plauto in Bacchid. 'tenus,' funis seu laqueus. *Wow. Sciopp. Tenui*. Vulgo, *tenus*. Elmenh.—7 Oxon. *insurg*. Oud.—8 Pith. *illum*. Id.—9 D'Orv. *apparebat*. Id.—1 *Moram non sustinet, sed mel. c. pr.* Lege ex Palat. *moram non sustinens mel. consilia præv.* Wowerius. Flor. *moras non sustinet*. Elmenh.—2 *Sævis*. Hic etiam legerim *scævis*. Colv. Ita Pal. Guelf. sec. Edd. Wow. et seqq. *sotius* Oxon. *secius* Guelf. pr. Vide ad l. IV. p. 71. 'Scævum Fortunæ nutum.' *Oud.* Qui certe per typothetarum negligentiam impressum in sua Ed. exhibet *sævis*.—3 Fux. *affluit*, seu *affuit*. Roald.—4 Pith. *stativaque*. Oud.—5 *Liberans*. Repetunt *me l.* D'Orv. Fux. Guelf. Pal. Oxon. in quibus mox *præd.* et *prædianæ* vel *prædiariæ*. Id.—

tus, ibi [w] memet improvido saltu totum abjicio: flammaque prorsus extincta tandem, et [7] pondere levatus, et exitio liberatus evado. Sed ille deterrimus [8] ac temerarius puer hic [9] quoque suum nequissimum factum in me retorsit: [1] gregariisque omnibus affirmavit, me sponte vicinorum foculos [2] transeuntem, titubanti gradu prolapsum, ignem ultroneum arcessisse.[3] Mihi et [4] arridens addidit: Quo usque ergo frustra pascemus ignigenum [5] istum? Nec multis interjectis diebus, longe pejoribus [6] me dolis petivit. Ligno enim, quod [7] gerebam, in proximam casulam [8] vendito, vacuum me ducens, jam se nequitiæ meæ proclamans imparem, miserrimumque istud magisterium [9] renuens, querelas hujusmodi [1] concinnat:[2] Videtis istum pigrum tardissi-

erat, conjicio me totum in eam impetu præcipiti: atque igne penitus extincto, exeo tandem inde et sublevatus onere, et ereptus morti. Verum ille puer nequissimus et audacissimus rejecit quoque in me hoc suum scelestissimum facinus: et asseveravit cunctis pastoribus, me, dum iter haberem juxta focos vicinorum, cecidisse gressu vacillanti, ac traxisse sponte incendium. Adjecit etiam arridens mihi: Quamdiu igitur alemus incassum hunc progenitorem flammarum? Et, paucis diebus interpositis, aggressus est me fraudibus deterioribus multo. Nam, venditis in proximo tugurio lignis quæ portabam, ducens me inanem, et clamitans se jam non posse resistere meæ improbitati, et repudians illum ærumnosum ducatum, confingit has querelas de me. Videtisne

6 D'Orv. Guelferb. pr. *lucul.* Id.—7 In D'Orv. est male et contra frequens Appuleio polysyndeton, *ex pond.* Pith. *in pond.* Id.—8 Pal. *deteramus.* Id.—9 Ms. Fulv. *hoc.* Sciopp. in Symbola. Flor. *hoc quoque.* Elmenh. Sic et D'Orv. Fux. Guelferb. sec. Salm. et Oxon. cum Edd. Elmenh. Scriv. Flor. Nihil hic contra ceteros Mss. et Edd. mutare, aut elegantem lectionem *hic quoque*, apud alios quoque crebram, sive quod ad hanc rem pertinet, hoc in casu et conditione, proscribere placet. *Oud.*—1 Guelf. sec. *retrorsit.* Id.—2 Ms. Ful. *focillos.* Sciopp. in Symb.—3 Flor. *accessisse.* Elmenh. Quin potius *accessisse.* Brant.—4 *Etiam.* Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Oxon. Pal. *et.* Bene. Abest copula ab Ed. Scriv. Mox *frustra* exulat a Fux. *Oud.*—5 Ms. *unguinum.* Alius Ms. *inguinum.* Rursum alius, *ingrinum.* Sciopp. in Symbola. Flor. *igninum.* Elmenh.—6 Ald. *prioribus.* Male. *Idem.* Nec secus Edd. Junt. *Oud.*—7 Oxon. *quem.* Guelf. pr. *quo.* Id.—8 *Capsulam* Guelf. pr. *Id.*—9 Oxon. *ipperum, miserumque i. maisterium.* A Pal. et Pith. abest *que.* Id.—1 Ed. Scriver. rursus *hujuscemodi.* Vide ad lib. II. p. 28. *Modi* non comparet in Guelf. sec. *Id.*—2 *Concinat.* Geminatione consonantis, quam rem librorum descriptoribus neglectui fuisse alibi docui, recte legetur *concinnat.* Ad hunc modum Ulpianus noster 'causarum concinnatores,' et alii 'technarum concinnatores' denominaverunt. Atqui paulo

NOTÆ

[w] *Ibi, &c.*] Ex Grammaticæ legibus dicendum fuit, 'eo memet abjicio.'

mumque et nimis[3] asinum? me præter cetera flagitia[4 x] nunc[5] novis periculis etiam angit. Ut quemque[6] enim viatorem prospexerit, sive illa sit[7] scitula mulier, seu virgo nubilis,[8] seu tener puellus; sese, illico disturbato gestamine, nonnunquam etiam ipsis stramentis abjectis, furens incurrit, et [147] homines amator talis[9] appetit: et, humi prostratis illis inhians, illicitas atque incognitas tentat libidines, et fœminas volutatas, adversa Venere, invitat ad nuptias.[1 y] Nam, imaginem etiam[2] savii mentiendo, ore

asinum istum inertem, et lentissimum, et ingenio nimis asinino? Hic, supra reliqua pericula, me etiam solicitum habet novis discriminibus. * * * *

inferius eodem hoc libro, ubi, ut asini abactorem servi invadunt, inquit viator rusticus: 'nullum semet vidisse ductorem, sed plane concinnatum, solutum, et solitarium ob indicinæ præmium occupasse asinum.' Suspicatus sum jam olim, hysteron proteron esse, et scripsisse Auctorem, *concitatum, solutum:* namque asinus, loro quo destinatus fuerat abrupto, celeri et projecto cursu ursam fugerat, et fugiendo viatore, in quem forte inciderat, fuerat arreptus. *Stewech.*—3 Ms. *tardissimumque nimis.* Sciopp. in Symb. Non comparet quoque τὸ *et* in Florent. D'Orv. Edd. Wow. ac Pric. *Que* exulat ab Oxon. Fux. Pith. Guelf. pr. Nihil muta, vel dele *et nimis.* Valet vero, quod, plusquam asinum. Vide ad Lucan. l. I. init. 'Plusquam civilia bella.' L. IX. p. 196. 'Tu autem tam mollis ac tener, et admodum puer.' *Oud.*—4 *Præ ceteris flagitiis.* Flor. *præ cetera flagitia.* Elmenhorstius. F. *præ* vel *pro çetero flagitio.* Wass. *Præ cetera flagitia* exaratur quoque in Reg. Fux. Pal. Pith. Guelferb. utroque, Oxon. D'Orv. Codd. unde vere exhibuerunt Edd. Junt. post. et Scriv. *præter cetera flagitia,* Pric. itidem probante. Salm. conjecit, *post c. f.* Oud.—5 Pal. Guelf. ambo, *non.* Mox D'Orvill. Pith. ordine inverso, *n. etiam peric.* Id.—6 Abest a Palat. *Quemcumque* Fux. *Id.*—7 D'Orv. Pith. *sive etiam illa sit.* Ab Oxon. Pal. Fux. Guelf. utroque abest *illa*, ab Flor. Edd. Juntin. post. Scriver. τὸ *sit.* Id.—8 *Vetula mulier sive viro nubilis.* Fux. *scitula mulier, sive virgo n.* Scite. *Roald.* Invenustum vero asinum, si vetulas amator appeteret. Quare ex Mss. consensu emendandum: *sive illa sit scitula mulier, sive virgo nubilis.* Wow. Vult hic enumerare delicias, a quibus, nisi fallor, vetulæ mulieres nimium quantum differunt. Quare, cum in Ms. sit, *situla mulier,* malim *scitula.* Et postea legerim, *virgo nubilis,* ut in Suspectis (IV. 12.) dixi. *Sciopp. in Symb. Virgo n.* Vulgati, *viro n.* Elmenh.—9 *Am. quidem* Pith. Addit *quidem* Ms. D'Orv. et mox corrupte, *humi illis etiam inniens.* Guelf. pr. *humani p.* pro *humum.* A Fux. exulat quoque *prostratis.* In Pith. *illis etiam hians.* Oud.—1 *Et ferinas voluptates aversam Venerem inv. ad n.* Omnino restituendum ex Pal. et Fulv. *aversa Venere invitat ad nupt.* Wow. Malim cum Ms. legere: *aversa Venere.* Sciopp. in Symbola.

NOTÆ

x *Flagitia*] Hic intellige, pericula; sicut lib. VI. 'Nam sic eam, majora atque pejora flagitia comminans, appellat renidens exitiabile:' ad quem locum vide nostras observationes.

y *Et fœm. volut.* [*ferinas voluptates*] *adversa Venere, invitat ad nuptias*] In aliis *aversa V.* quod ἐξηγητικὸν volunt esse præcedentium, *ferinas voluptates.* Facile hoc equidem concederem; at

improbo compulsat ac morsicat. Quæ res nobis non mediocres[3] lites atque jurgia, immo forsitan et crimina pariet.[4] Nunc etiam visa quadam honesta juvene, ligno, quod devehebat,[5] abjecto dispersoque, in eam[6] furiosos direxit impetus: et festivus[7] hic amasio humo sordida prostratam mulierem ibidem incoram omnium[8 z] gestiebat inscendere. Quod nisi ploratu questuque[9] fœmineo conclamatum[1] viatorum præsidium accurrisset,[2] ac[3] de mediis ungulis[4] ip-

Aversa Venere. Vulgo, *aversam Venerem.* Pessime. *Elmenhorstius.* B. M. *adversa Venerem.* Putean.—2 Abest *etiam* ab Palat. Fux. Guelferbyt. Oxon. D'Orvill. *At* habet Ed. Bas. pr. *Sabii* de more D'Orvill. et Edd. Elmenh. Scriv. Flor. rursus male *suavii.* Pro *ore* in Pith. *me.* Oudendorp. —3 Edd. Vett. *mediocris.* Idem.—4 Pal. caret τῷ *et.* D'Orvill. *parient.* Id. —5 Oxon. *quo te v.* Guelf. pr. *quo dev.* Id.—6 Fux. *in eos.* Id.—7 Pal. Guelf. pr. *festinus.* D'Orv. Fux. *amasius.* Vide ad l. III. p. 57. 'Vulpinaris amasio.' *Id.*—8 *In corona omnium.* Fux. *incoram omnium:* et ita legit interpres, ἀρχαϊσμῷ Lucio nostro percelebri et pervulgato. *Roald.* Bertin. *in eorum omnium.* Modius, *in ore omnium,* id est, in præsentia, conspectu. *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. IV. 12. *Incoram o.* Sic Mss. et Rom. Cod. V. Aldus *in corona o.* Bert. *in eorum o.* Modius, *in ore omnium.* Ineptissime. Vide Indicem. *Elmenh. Incoram.* Sic recte Colv. ut l. IX. (p. 183.) 'Atque incoram omnium aureum depromeret cantharum.' Geminarunt Veteres interdum præpositiones, etiam Jurisconsulti, quorum exempla accumulantur a Jacobo Rævardo l. III. Varior. c. 3. *Brant.* Absunt hæc a Palat. Oxon. Guelf. utroque, Par. In D'Orv. Pith. *etiam coram omnium.* In Edd. Vic. Junt. utraque, Ald. Colin. Bas. sec. *ib. in corona omnium.* Sed bene *incoram* vindicarunt Beroald. Stewech. ad pag. 136. Elmenh. in Indice. L. IX. p. 186. 'Incoram sui.' *Oud.*—9 *Gestuque.* Fux. *quæstuque.* Recte. *Roald.* Corrige ex iisdem libris Pal. et Fulv. *questuque.* Wower. Corrige ex Ms. *questuque.* Sciopp. in Symbola. *Questuque.* Vulgo, *gestuque.* Elmenh. *Gestuque* Flor. et Bert. cum Edd. O. ante Wow. procul dubio vitiose. *Oud.*—1 Pal. Guelf. sec. *conclamatu.* Id.—2 Fux. *accessisset.* Roald.—3 Pal. *atque.* Oud.—4 *Jugulis* Guelferb. sec. *ungulas* pr. *Id.*—5 Sic correctum e Romana

NOTÆ

quid est *ferinas vol. invitare?* aut quis modus loquendi ille? Melius interpunctionem mutassent sane, et *incitans* legissent: *incognitas tentat libidines et ferinas voluptates: aversa V. invitans ad nuptias.* At aliam longe (eamque, ni fallor, veram) scripturam Oxoniensis præfert. Est ea: *et fœminas volutatas adversa V. invitat ad nuptias:* quæ et optime congruit præcedentibus, 'humi prostratis illis:' neque cogit nos præposteræ hic Veneris spurcitiem comminisci, &c. 'Nuptiæ' hic pro concubitu ponuntur: ut in Plautinis illis: 'Habemus nuptias quotidianas:' 'Hæc quidem ecastor viro quotidie nubit,' &c. *Incitat* hic eadem, qua apud Petronium, elegantia: 'Non destitit ad Pygiaca sacra invitare.' *Pricæus.*

[z] *Incoram omnium*] Archaismus, pro, coram omnibus. Terentius: 'Vereor te incoram laudare.' Sic et inf. in X. dixit: 'Juniorem incoram sui funerari videbat.' *Beroald.*

sius esset erepta,[r] liberataque, misera illa compavita[5] [a] atque dirupta,[b] ipsa quidem cruciabilem cladem sustinuisset, nobis vero pœnale reliquisset exitium. Talibus mendaciis admiscendo[6] sermones alios, qui meum[7] verecundum silentium vehementius premerent, animos pastorum in meam perniciem atrociter suscitavit. Denique unus ex illis, Quin igitur publicum istum maritum, inquit,[8] immo communem omnium adulterum, illis suis monstrosis[9] nuptiis condignam victimamus[1] hostiam? et, Heus tu, puer,[2] ait, obtruncato protinus eo,[3] intestina quidem canibus nos-

* * *Interserendo ejusmodi mendaciis alia verba, quæ urgerent validius meam pudibundam taciturnitatem, concitavit trucem in modum animos pastorum ad meum exitium. Postremo unus ex illis, Quidni ergo, ait, immolamus hunc communem maritum omnium, seu potius adulterum publicum, futurum victimam congruentem expiandis illis suis amoribus prodigiosis? atque, Heus puer, inquit, amputa ipsi actutum caput, et projice quidem ejus interanea nostris canibus, serva autem reliquam*

Venetaque editione. In aliis, *compavida.* 'Pavire' idem, quod férire, cædere, tundere, verberare. Serv. Georg. II. Isidorus Orig. l. x. l. xv. l. xvii. et l. xix. Legerim libens in Festo: 'Oppaviat, verberet: a paviendo, id est, feriendo.' Item: 'Depavire, cædere. Lucilius: 'Palmisque misellam Depavit me;' id est, verberavit me; quod ipsum ex Græco est παίειν.' Emendem etiam Varronem apud Nonium, Eumenidibus: 'Nunc ;corius ulmum tuus depavit: pergis, hera?' 'Terra pavita' apud eundem de Re Rustica l. I. Sic, veteres codices secuti, recte legimus, reclamante licet Nonio, Lucretii l. II. (376.) 'Qua mollibus undis Littoris incurvi bibulam pavit æquor arenam.' Cic. l. II. de Divinatione: 'Sed,' quia, cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire, Terripavium primo, post Tripudium dictum est.' Sed et apud Gellium Noct. Atticar. l. I. c. 8. 'Tali petulantie mulieris atque pecuniæ magnitudine ictus expavidusque Demosthenes;' reposuerim, *expavitusque.* Colvius. Ald. *compavida.* Minus recte. Vide Indicem. *Elmenh.*—6 Addunt Oxon. Guelferb. pr. *etiam.* Oud.—7 Pal. Oxon. Guelf. sec. Edd. Ber. Basil. pr. *mecum v.* Dein *vehementius* exulat a Pal. *vehementia* Guelf. pr. *Premeret* Fux. *Id.*—8 Mss. D'Orv. Palat. Fux. Guelf. Oxon. *inquit, quin ig.* Forsan verbum hic quoque delendum, ut alibi, (Vide Ind. Not.) cum sequatur 'ait.' Pal. etiam, *istum pub.* Id.—9 *Illis suis monstruosis.* Ms. *vel suis.* Sciopp. in Symb. Tum Flor. Reg. Pal. Oxon. D'Orv. cum Edd. Vicen. Ber. Junt. utraque, et Aldi, *monstrosis.* Quod præfero. Adi ad l. v. p. 98. 'Monstruoso mendacio.' *Oud.*—1 Pal. *victimam.* Supra 'hircum Marti victimare' habuimus. *Id.*—2 Roman. *Et Hemus tu puer.* Elmenh. Sic et Ed. Vicent. quasi sit pueri nomen. Sed male. *Oud.*—3 Pal.

NOTÆ

Comp. [*compavida*] *Compavida,* pavescens, tremiscens. Romani codices habent *compavita:* quod non displicet: ut *compavita* significet, complanata, compressa, conculcata ab Asino: sicut pavimenta paviendo coæquantur et pistatione solidantur. *Id.*

[b] *Atque dirupta*] Enormitate sc. genitalis Asini. *Id.*

tris jacta; ceteram vero carnem omnem operariorum cœnæ reserva. Nam corium affirmatum[c] cineris inspersu[4] dominis referemus:[5] ejusque[6] mortem de lupo facile mentiemur. Sublata cunctatione,[7] accusator ille[8] meus noxius, ipse etiam[9] pastoralis[1] executor sententiæ lætus, et meis insultans malis, calcisque illius admonitus,[2] quam[3] inefficacem fuisse, mehercules, [148] doleo, protinus gladium cotis attritu parabat. Sed quidam de cœtu illo[4] rusticorum, Nefas, ait, tam bellum asinum sic enecare: et, propter luxuriem[5] lasciviamque amatoriam criminatum, opera[6] servitioque tam necessario carere; cum alioquin, exsectis[7] genitalibus, possit neque in Venerem ullo modo surgere,[8] nosque omni metu periculi[9] liberare, insuper etiam longe

omnem carnem in cœnam operarum. Referemus enim ad dominos pellem ejus induratam conspersione cineris, et facile confingemus ipsum fuisse interfectum a lupo. Absque mora ille accusator meus, reus ipse quidem, cui etiam incumbebat exequi decretum pastorum, exacuebat illico cultrum affrictu cotis, gaudens, et irridens meas calamitates, ac recordatus illius calcis, quam profecto me pœnitet excussisse in eum incassum. At quidam ex illa turba rusticorum, Scelus est, inquit, sic interficere asinum tam pulchrum, et, quia accusatus fuit luxuriæ ac libidinis Venereæ, privari ministerio et servitio adeo necessario; cum alias, amputatis testibus, possit et non amplius efferri in Venerem, et nos exsolvere ab omni timore periculi: et præ-

Fux. Guelf. *obstrunc. eo prot.* Id.—4 *Inspersum.* Agitur de asinino, et ipsius Lucii corio. Non pessime correxisse mihi videor: *corium offirmatum cineris inspersu.* Stewechius. *Corium inspersu cineris offernatum* Ald. Ms. vero pro *referemus* habet *servemus.* Roald. Rescribe, *offirmatum.* Wowerius. Aldus, *i. e. offernatum.* Flor. et Rom. *c. affirmatum,* quod Scioppio placet. Flor. *inspersum.* Elmenh.—5 Reg. Fux. D'Orv. *reservemus.* Errore orto ex superiore 'reserva.' *Oud.*—6 Forte melius in Pal. et Fulv. *eisque. m.* Wowerius. Ms. *eisque m.* Scioppius in Symb. In Guelf. utroque et Oxon. *eique.* Oud.—7 *Contatione.* Rursus Mss. quidam, Edd. Vic. Junt. Ald. Bas. Scriv. *cunctatione,* perpetua variatione. *Id.*—8 *Ille* exulat a D'Orv. *Id.*—9 Pal. *enim.* Id.—1 D'Orv. *pastor talis.* Id.—2 *Admonitus* Pal. non habet. *Id.*—3 Oxon. et Inc. *quem.* Vide ad p. 145. In Edd. Vic. Junt. utraque, et Aldi, *me fuisse hercules d.* sed tunc erat *qua* scribendum. Nihil muto. *Id.*—4 Ms. *illorum.* Sciopp. in Symbola. Item Pith. *Oud.*—5 *Luxuriam.* Flor. *luxuriem.* Elmenh. Hoc cum Guelf. Fuxensi, et Elm. Scriv. ac Flor. secutus sum. L. v. p. 109. 'In eo luxuriem culpabis et amores revinces.' In Guelf. pr. est *per l.* Oud.—6 D'Orv. *opere.* Id.—7 Oxon. *exeptis,* Guelf. sec. *exertis.* Id.—8 Reg. Fux. *fugere.* Est vir doctus (f. Toll.) qui conjecit *surire,* ut in Apol. 'Mares suriant.' Vide Salm. Plin. Ex. p. 661. Sed nil mutandum. *Id.*—9 Flor. D'Orv. Guelf. Pal. *vosque.* Tum Oxon. Fux. Pal. Guelf. *o. cetu peric.* Id.—1 Pal.

NOTÆ

[c] *Affirmatum*] Induratum, firmius factum. Pricæus habet *offirmatum,* eodem significatu. Alias 'affirmare' asseverare est.

crassior atque corpulentior effici.[1] Multos ego scio non modo asinos inertes,[2] verum etiam ferocissimos equos nimio libidinis calore[3] laborantes, atque ob id truces vesanosque, adhibita tali detestatione,[d] mansuetos ac mansues[e] exinde factos, et oneri ferendo[4] non inhabiles, et ceteri ministerii[5] patientes. Denique, nisi vobis suadeo nolentibus,[6] possim,[7] spatio modico interjecto,[8] quo mercatum[9] proximum obire[1] statui, petitis e domo ferramentis, huic curæ præparatis,[f] ad vos actutum redire, trucemque amatorem istum atque insuavem dissitis[2] femoribus emasculare, et quovis ver-

terea fieri quoque multo obesior et pinguior. Novi ego plurimos non solum asinos tardos, sed etiam equos ferocissimos, æstuantes nimio ardore libidinis, proptereaque feros et furiosos, qui postea fuerunt mitigati et emolliti ope ejusmodi castrationis, et facti non inepti sarcinis portandis, et idonei reliquo servitio perferendo. Postremo, nisi sentitis aliter ac vos moneo, interposito brevi intervallo temporis, per quod decrevi ire ad proximas nundinas, possum promere ex meis ædibus ferramenta destinata huic operationi, et continuo reverti ad vos, et evirare illum amatorem ferocem ac inamabilem, deductis ejus coxis, et reddere placidiorem quolibet vervece. Ego

Fux. Guelferbyt. sec. *opulentior.* Oxon. *fieri.* Par. Guelferbyt. pr. *fieri effici.* Idem.—2 Ed. Vulc. sec. *multus.* Pal. Fux. *enim sc.* D'Orvill. *aflicos i.* Oxon. *inertos.* Idem.—3 Τὸ *calore* non est in Florent. *Elmenhorstius.*—4 Flor. *ferundo.* Elmenhorstius. Uti bene cum Scriv. et Flor. rescripsit ille, et sic Ms. Incert. ac Guelf. sec. et passim cum antiquis Gerundia effert Appuleius. P. 144. 'devehundo.' Ac sic Mss. optimi in Deo Socratis p. 691. 'Causa dicunda.' *Habiles* Guelf. sec. *Oud.*—5 Fux. *cetero ministerio.* Roaldus. Flor. *cetero ministerio.* Elmenh. Neque aliter exhibent Mss. Reg. Pith. Guelf. D'Orv. Bert. Oxon. Pal. unde suspicatus aliquando sum, an dederit Auctor *parentes.* At non paret quis ministerio, sed magisterio, atque imperio: et librarii sic alibi quoque errarunt. Ut in Septim. de B. Tr. l. II. c. 10. 'Instructæ omnino [Mss. et Ed. Art. *omnimodo*] classes et mare navigii patiens.' In Voss. *navigio* prave. *Oud.*—6 *Vol.* Omnino cum Bertin. legendum: *nol.* Quale est Plautinum illud: 'Nisi nevis.' *Sciopp. in Susp.* l. IV. 12. *et Symb.* Manuscripti, *nol.* Recte. *Elmenh. Vol.* perperam est in Mss. Oxon. Guelf. D'Orv. et Edd. Ber. Bas. Colv. Vulc. Merc. Sed operarum vitio irrepsit in Beroaldi Edit. ut patet ex ipsius nota. Sicut et seqq. Junt. Ald. Colin. bene *nol.* cum Wow. &c. expresserunt. *Oud.*—7 *Possum.* Pal. Oxon. Guelf. *possim.* Bene. *Id.*—8 Ed. Bas. pr. *interjectu.* Id.—9 Pal. *mercatu.* Guelf. sec. *merratum.* Id.—1 Flor. *obisse.* Elmenh. Sic et D'Orv. Edd. pp. Junt. utr. et Aldi. *Obiisse* Pith. *Oud.*—2 Scribo: *dissectis.* Sic supra lib. I. 'Et, membris

NOTÆ

[d] *Detestatione*] Testium amputatione; non autem, execratione.

[e] *Mansuetos ac mansues*] Mansues accusat. plural. a, mansues, is, ejusdem ac 'mansuetos' significationis. Pricæus, vitandæ illepidæ geminationis causa, reponit *mansuetos ac mites.*

[f] *Ferramentis, huic curæ præparatis*] Quæ 'castratoria ferramenta' Palladius appellat, ponitque inter instrumenta agrestium.

vece[3] mitiorem[g] efficere. Tali[4] sententia mediis Orci manibus[h] extractus,[5] sed extremæ pœnæ[6] reservatus, mœrebam, et in novissima parte corporis totum me[7] periturum deflebam. Inedia denique continua vel præcipiti ruina memet ipse quærebam extinguere: moriturus equidem[8] nihilominus, sed moriturus integer. Dumque[9] in ista necis meæ decunctor[1] electione, matutino me rursum puer ille, peremtor meus, contra[2] montis suetum ducit ves-

hac sententia ereptus ex mediis unguibus Plutonis, sed reservatus ad crudelissimum supplicium, lugebam; et plorabam me, quasi omnino moriturum in extrema illa parte mei corporis. Denique meditabar meipsum interficere perpetuo abstinendo a cibis, aut me dejiciendo in præcipitium: quod faciens moriturus equidem eram, sed moriturus totus, et non mutilatus. Et, dum moror in eligendo genere mortis meæ, mane facto, puer ille interfector meus ducit me iterum ad solitum iter montis,

ejus destinatis, virilia dissecamus.' Astipulatur Lucianus: Καί σοι τοῦτον σωφρονέστερον προβάτου παρέξω τῇ τομῇ. *Colv. Dissectis.* Flor. et Rom. *dissetis.* Elmenh.—3 Fux. *berbice,* inolita orthographia Glossis Philoxeni et auctoribus noviciis; quæ vox prope accedit ad nostram *brebis.* Roald. Pal. Pith. Fux. Guelf. *berbece,* e solenni variatione τῶν *v* et *b.* Oxon. Guelf. pr. *viliorem;* ut et Par. in quo *vervecem.* Oud.—4 Hic iterum occipimus scripto libro juvari, ex eoque emendare. *Colv.* Incipit et rursus Coll. Voss. *Talis* D'Orv. Guelf. pr. Pro *Orci* in Pith. *Ceci.* Oud.—5 Scriptus liber, *retractus.* Colvius. Alii, *retractus.* Elmenh. *Retr.* Bertin. Pith. cum Edd. quæ Junt. poster. antecesserunt. Nec adeo male, cum soleat crebro Auctor in compositis ea uti præpositione. Præfero tamen vulgatum, a plerisque Mss. confirmatum. *Oud.*—6 *Sed extunc pœnæ.* Fux. *s. extremæ p.* quod agnoverat Beroaldus. *Roald.* Vulgati omnes, *ex tunc pœnæ.* Infra lib. x. ' Nec mirum desperatissimum latronem, certum extremæ pœnæ,' &c. *Extrema pœna,* mors est: quæ etiam ultima vocata a Plinio Epistolis, et Suetonio in Julio: et ultimum supplicium a nostris, non semel D. Tit. de Pœnis. Sic Græcus interpres Nov. XIV. novissima supplicia, ἐσχάτας ποινὰς, reddidit. Et summum supplicium etiam mortem interpretari debemus apud Callistratum L. Capitalium, de Pœnis, et Paulum Sentent. lib. v. Tit. 17. Ad quæ pertinet locus Tertulliani ad Martyres: 'Timebit forsitan caro gladium gravem, et crucem excelsam, et rabiem gravem, et summam ignium pœnam, et omne carnificis ingenium in tormentis.' Et ideo ait Arnobius lib. I. ' Crucem mereatur extremam, quisquis vobis dominis supplicarit.' *Colv.* In Florent. est: *s. extrema vitæ despiciens m.* Elmenh.—7 Guelf. ambo, *ne.* D'Orv. *perituram.* Ed. Bas. pr. *pariturum debebam.* Mox *extinguere* exulat a Fux. *Oud.*—8 *Quidem.* Flor. *equidem.* Elmenh. Uti edidit ille et Scriv. cum Florido. Bene. *Oud.*—9 Guelf. pr. *Dum.* Id.—1 *Decontor.* Rursus *decunctor* D'Orv. Pal. Guelf. Edd. Junt. pr. Ald. *Decunctorum* Guelferb. sec. *Id.*—2 Vulg. *circa.* Sic supra lib.

NOTÆ

g *Quovis vervece mitiorem*] Proverbiale est. Sic lib. VIII. ' Vervecem, non asinum vides.' Huc pertinet illud Terent. Adelphis: 'Tam placidum quam ovem reddo.'

h *Orci manibus*] Quas hic vocat 'Orci manus,' lib. VI. dixit 'Orci cancros.'

tigium.[3] Jamque[4] me de cujusdam vastissimæ ilicis ramo[5] pendulo destinato, paululum viam[6] supergressus ipse, securi lignum, quod deveheret, recidebat. Et ecce de proximo specu, vastum attollens caput, funesta [149] proserpit ursa. Quam simul prospexi, pavidus et repentina facie conterritus,[7] [i] totum corporis pondus in postremos poplites recello: arduaque cervice sublimiter elevata, lorum, quo tenebar, rumpo: meque protinus pernici fugæ committo;[8] perque prona, non tantum pedibus, verum etiam toto[9] projecto corpore, propere devolutus, immitto me campis suppatentibus, ex summo studio[1] fugiens immanem ursam, ursaque pejorem illum puerum. Tunc quidam[2] viator soli-

et, me jam alligato ad pendentem ramum ilicis latissimæ, ipse tantillum transgressus viam cædebat bipenni ligna deportanda. Cum subito truculenta ursa prorumpit ex vicina spelunca erigens immane caput. Quam ubi vidi, trepidus, et perterritus subito ejus aspectu, retraho totam molem mei corporis in posteriores poplites, et, capite sursum elato, abrumpo vinculum, quo eram alligatus: et statim capesso fugam celerem; et velociter devolutus per declivia, non modo pedibus, sed etiam toto corpore projecto, curro in campos porrectos sub monte, fugiens maximo conatu ursam terribilem, et illum puerum crudeliorem ursa. Tunc viator quidam, videns me solum

---

IV. 'Atque jacente contra proclive montis attigui.' *Colv.* Fux. *contra*, egregie. Nam supra, pag. 624. legit Ms. 'Contra montis illius sylvosa nemora:' et pag. 638. 'Contra noxiam conscientiam,' ubi vulgo perperam excusum omnibus locis *circa.* Idem etiam error sublatus a Beroald. eadem pag. 'Quod contra bonos mores id ipsum fecerint.' Invenerat etiam in libro suo, *Quod circa b. m.* Eundem tollit et Ms. pag. 625. 'Contra nos ruunt:' et pag. 638. 'Contra sua sæviens viscera:' et alibi, 'Vel contra fas.' Vulgo ibi omnibus locis male. *Roald.* Mirum est istud vitii toties obsedisse vulgares Nostri editiones, cujus immunis hic est ante Colvium sola Ed. Junt. post. Vide et ad l. II. p. 37. 'Contra me constitit.' *Oud.*—3 *Fastigium* lego. Supra hoc lib. VII. 'Nec me montis excelsi tantum arduum fatigabat jugum.' *Brant. Vestigium*, ut 'pes montis,' 'caput,' &c. Pricæus inepte *fastigium* ex conjectura. P. 149. 6. 'Perque prona.' Delph. Interp. *iter.* Wass.—4 Adde ex Pal. *me.* Wowerius. Edd. scilicet Bas. sec. Colv. Vulc contra Mss. O. prave carebant τῷ *me.* Oud.—5 Pal. *nimio.* Lips. *paulum.* Id.—6 Ed. Beroald. *via.* Mox *deveherem* est in Ms. Inc. *deveherat* Guelf. ambobus. *Id.*—7 Guelferb. uterque, *conritus.* Id.—8 *P. fuga concitato.* Vulg. *p. fugæ committo.* Colvius. *Fugæ committo.* Vulgo, *fuga concitato.* Elmenh.—9 *Etiam toto.* Pith. *in toto.* Mox *prope.* Oud.—1 *Summo st.* Sic Ms. Vulgati, *et s. st.* Reposuerim, *ex s. st.* Scripsi jam supra ad l. II. *Colv. Ex s. st.* Τὸ *ex* male delet Wower. Vide Indicem. *Elmenh. in Add.*—2 *Quidem.* Fux. *quidam.* Roaldus. B.

NOTÆ

[i] *Repentina facie conterritus*] Similiter lib. IV. 'Nam ei facies ursæ, mediis ædibus discurrentis, ad proterrendos, si qui de familia forte vigilassent, videbatur opportuna.'

tarium vagumque me respiciens invadit: et properiter inscensum, baculo quem gerebat obverberans,[3] per obliquam ignaramque[4] me ducebat viam.[k] Nec invitus ego cursui me commodabam,[5] relinquens atrocissimam virilitatis lanienam. Ceterum[6] plagis non magnopere[7] commovebar: quippe consuetus[8] concidi fustibus. Sed illa Fortuna meis casibus pervicax,[9] tam opportunum latibulum misera celeritate præversa, novas instruxit insidias. Pastores enim mei,[1] perditam sibi requirentes vacculam, variasque[2] regiones peragrantes, occurrunt nobis fortuito:[3] statimque me cognitum, capistro[4] prehensum attrahere gestiunt. Sed[5]

et errabundum, occupat me, et conscendit celeriter, percutiens me fuste, quem gestabat; ducebat me per iter tortuosum et ignotum. Atque ego sane me permittebam libenter cursui, fugiens crudelissimam exsectionem meorum virilium. Porro non valde afficiebar ictibus, quia scilicet sorte mea assuefactus eram contundi baculis. Verum illa fortuna, obstinata ad me cruciandum, præveniens infausta velocitate latebram adeo tempestivam, paravit mihi novas insidias. Nam pastores mei investigantes juvencam amissam, et percurrentes diversa loca, incidunt forte in nos: et conantur statim me abducere arreptum meo capistro, quod agnoverant. Verum ille,

quidam. Puteanus. *Quidam* Mss. cum Edd. Valc. et seqq. Male in prioribus *quidem.* Oud.—3 Rom. editio, *obumbrans.* Elmenh. V. lectio Beroaldi, *obumbrans.* Brant.—4 *Gravemque.* Mendose, ut quivis videat. Bertin. *ignoramque.* Ald. editio, *ignaramque.* Recte. Tacitus lib. II. 'Per occulta et vigilibus ignara.' Susp. lib. IV. Epist. 12. *Sciopp. in Symb.* Veram lectionem repone ex Rom. et Florent. membranis: *ignaramque.* Elmenh.—5 *Accommodabam.* Fux. *me commendabam.* Satis significanter. *Roald.*—6 D'Orv. *ceteris.* Oud.—7 Guelf. pr. *magno opere:* et in utroque, *commovebat.* Id.—8 *Cons. ex fortuna.* Ubique impressum ante, *ex forma.* Colv. Ita viri eruditi lectionem vulgarem refinxerunt. Ea est, *cons. ex forma.* Fulv. Cod. *cons. conc. fust.* Wowerius. *Ex fortuna.* Hæc Colvii est lectio. Sed vulgo legitur: *ex forma.* Ms. Fulvii: *cons. cunc. fust.* Et statim: *tam opportunum patibulum.* Sciopp. in Symbola. Flor. *τὸ fortuna* ignorat. In Rom. Aldo et Bert. legitur: *c. e. forma.* Elmenh.—9 Libentius legeret Pricæus, *pertinax:* quod miror, cum ipse bene defendat locum lib. v. p. 109. 'Animo pervicaci,' itidem ut hic in III. partem: ubi vide. *Oud.*—1 *Mei* deest Pith. Corrupte D'Orvill. *me perditum.* Non requirebant enim Lucium, sed vacculam; pro qua, ut sæpe, *vaculam* Edd. Junt. et Ald. *Requirente* Pal. *Id.*—2 D'Orvill. *nusquam.* An *inviasque?* Id.—3 D'Orv. *fortuitu.* Vide præter alia ad Suet. Tiber. c. 39. Sic Mss. fere omnes cum Ed. Salm. in Solin. p. 12. 'Nec fortuitu: p. 40. 'Omnia fortuitu gignentia.' *Id.*—4 *Cognito capistro.* Ibidem, (vulgo) *cognitum capistro.* Colvius. Lege, *cognitum.* Elmenhorstius. B. M. *cognitum ca-*

NOTÆ

[k] *Per obliquam ignaramque me ducebat viam*] Bene Pricæus reposuit ex Mss. Florent. et Oxoniensi, *per obliquam ignaramque viam*, id est, deviam, incognitam. Gell. lib. IX. cap. 12. "'Ignarum' utroqueversum dicitur, non tantum qui ignorat, sed et qui ignoratur.'

audacia valida resistens ille fidem hominum Deumque [6] testabatur. Quid me raptatis violenter? [7] Quid invaditis? [8] Ain? te nos [9] tractamus inciviliter,[l] qui nostrum asinum furatus abducis? [1] Quin potius effaris, ubi puerum ejusdem [2] agasonem, necatum scilicet, occultaris? [3] Et illico detractus [4] ad terram, pugnisque pulsatus, et calcibus contusus,[5] infit dejerans, nullum semet vidisse ductorem, sed plane concitatum,[6] solutum, et solitarium, ob indicinæ [7] præmium [m] occupasse: domino tamen suo restituturum. [150] Atque utinam ipse asinus, inquit, quem nunquam profecto

repugnans strenua audacia, implorabat fidem hominum et Deorum. Quare trahitis me vi? aiebat. Quare me apprehenditis? Num te nos tractamus injuste, reponebant illi, qui abigis nostrum asinum surreptum a te? Quidni potius dicis, quo abdideris puerum, ductorem ejusdem, quem proculdubio occidisti? Et statim deturbatus in terram, pugnisque percussus, et contusus calcibus, cœpit jurare se nullum vidisse agasonem, sed tantum se cepisse asinum currentem, solutum, et solum ad consequendam mercedem indicii, animo tamen reddendi eum domino. Atque, o utinam,

pistro: quod Colv. annotaverat. *Putean.*—5 Ms. *Et.* Colv.—6 *Dominique.* Fux. *Deumque.* Rectissime. Cetera de genere hoc erratum in vulgatis libris plus decies. Quod nos sigillatim ostendemus. *Roald.* Jam Beroaldus monuerat, *Deumque* corrigendum, prave non auditus a Junt. Ald. et Bas. Vide etiam lib. VIII. p. 165. 'At ille Deum fidem clamitans.' In D'Orv. est *Deum hominumque*, concinnius, ut in Comicis. *Detestabatur* Oxon. *testabitur* Pith. *Oud.*—7 Vulgati nulli *violenter* agnoscunt. *Colv.* Fux. *r. violenter.* Roald. Τὸ *violenter* delet Bert. *Elmenh.*—8 Ms. *invadatis.* Forte *involatis.* Sed nihil necesse mutare hic quicquam. *Colv.* Utrumque promiscue Nostro est in usu. *Oud.*—9 *An te nos.* Quid si comicum illud possessionem quondam hic habuerit: *Ain tu? nos te.* Stewechius. *Ain? te nos tractamus incongrue?* Ita Bertin. *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. IV. 12. Rom. *Ain te nos.* Bert. *incongrue.* Elmenh.—1 Guelf. pr. *quod n. a. furatum adducis.* Oxon. *quid n. a. furatum abd.* Fux. etiam *furatum* passive, ut alibi, licet non sequendum hic putem. In D'Orv. *obducis.* Oud.—2 Flor. *equidem.* Elmenh.—3 Idem Ms. *occultatis.* Colv.—4 *Detractatus.* Fux. *detractus.* Roald. In solis Edd. Ber. et utraque Basil. est *detractatus.* Oud.—5 Idem Ms. *concursus,* al. *contrusus.* Num *concisus?* Colv.—6 *Concinnatum.* Fux. *concitatum* meliuscule. *Roald.* Idem Ms. *concinatum.* Colv. Omnes fere libri veteres: *sed plane concitatum, solutum.* Wowerius. Ms. *concitatum,* nimirum ad fugam. *Sciopp. in Symb.* In Flor. est *continatum.* In vulgatis, *concinnatum.* Elmenh.—7 Idem, *indiciriæ.* Colv. In Oxon. *indicii me.* Palat. *indicunæ.* Guelf. *indiciriæ.* Par. *ind. præcipitium.* De *indicina* vide lib. VI. p. 114. Soping. malebat, *et ob ind.*

NOTÆ

[l] *Ain? te nos tractamus inciviliter, &c.*] Verba sunt pastorum, ejus querelæ respondentium.

[m] *Ob indicinæ præmium*] Minucius in Octavio 'gratiam indicii' vocat. Lib. VI. Noster: 'Accepturus indicinæ nomine ab ipsa Venere septem savia suavia,' &c.

vidissem, vocem quiret humanam dare,[8] meæque testimonium innocentiæ perhibere posset! Profecto vos hujusmodi omnis injuriæ [9] pigeret. Sic [1] asseverans, nihil quicquam promovebat.[2] Nam collo constrictum reducunt eum pastores molesti contra [3] montis illius sylvosa nemora, unde lignum puer solebat egerere.[4] Nec uspiam ruris reperitur [5] ille, sed plane corpus ejus membratim laceratum [6] multisque [7] dispersum locis conspicitur.[8] Quam rem procul dubio sentiebam ego illius ursæ dentibus esse perfectam:[9] et hercules, dicerem,[1] quod sciebam,[2] si loquendi copia suppeditaret. Sed quod solum poteram, tacitus licet, seræ [3] vindictæ gratulabar. Et cadaver quidem disjectis [4] partibus tandem totum repertum, ægreque concinnatum [5] ibidem

inquit, asinus ipse, quem sane vellem numquam vidisse, posset edere humanam vocem, et reddere testimonium meæ innocentiæ! certe pœniteret vos totius hujus injuriæ mihi factæ. Sic affirmans nihil omnino proficiebat. Illi enim importuni pastores reducunt illum vinctum collo versus sylvas illius montis, ex quibus puer consueverat deferre ligna. Neque ille invenitur in ulla parte ruris, sed videtur tantum ejus corpus dilaniatum in frusta, et dissipatum per varia loca. Quod ego agnoscebam haud dubie factum esse dentibus illius ursæ; et certe dixissem quod sciebam, si fuisset mihi facultas loquendi. Verum, quod unum poteram, gaudebam, quamvis silens, de illa ultione, tardiore quidem meis votis. Et, cum tandem invenissent totum corpus, cujus membra erant dispersa, et coaptassent illud magno labore, sepe-

Oud.—8 Quidam mihi intimus amicus: *voce quiret humana fari.* Colvius. Alii: *voce q. humana fari.* Elmenhorstius.—9 *Hujus o. i. Omnis* e Ms. nunc primum additum. *Colvius.* Τὸ *hujus* ignorat Manuscriptus Bert. *Elmenhorstius.* Male τὸ *hujus* uncinis inclusum est ab Elmenhorstius et Scriv. quamvis exulet etiam a Guelf. pr. *Omnis* exulat etiam a Bert. Pal. D'Orv. Oxon. Pith. Fux. Guelf. pr. et Edd. ante Colvium. Bene Guelf. pr. *hujusmodi*, vel potius *hujuscemodi.* Oud.—1 Oxon. *Sed.* Id.—2 Guelf. pr. *promanebat.* Id.—3 Vulgo, *circa.* Jamjam notavi. *Colv.* Vide et Roald. ad pag. 148. Inepte *circa* ediderunt Vicent. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. pr. *Oud.*—4 *Agere.* Fux. *egere.* Beroald. *egerere*, quod perplacet, et est in Aldi libro. *Roald.* In ipsa Ber. Ed. ut et in Cod. Pith. vitiose expressum erat *egere:* unde hoc Bas. *agere.* Oud.—5 *Reperitur.* Ms. *operitur.* Colvius. Ms. *aperitur.* Alius, *operitur.* Sciopp. in Symb.—6 Stewech. ad l. VIII. p. 360. Ed. Lugd. (164. Ed. Pric.) reponit *lancinatum.* Vide ad lib. IV. p. 82. 'Anxiatum iri.' Infra lib. VIII. p. 156. 'Resurgentem m. dente laniavit.' *Lac. memb.* Fux. *Oud.*—7 Abest copula a Fux. *Id.*—8 Oxon. haud male *conspicantur.* Id.—9 In D'Orv. membranis exaratur *prosectum.* Bene, si legas *Quam ob rem* vel *Quare.* Sic 'prosectu dentium' lib. VIII. p. 156. Nil tamen temere mutandum reor. *Id.*—1 Guelf. pr. *diceret.* Id.—2 Reg. Fux. *nesciebam.* Oxon. *sentiebam.* Id.—3 Idem: *feræ.* Nec male. *Colv.* Ms. *feræ:* unde fortassis *ferinæ.* Brant. In Pal. etiam, Fux. Guelf. sec. Oxon. est *feræ;* sive vindictæ, quam dedit mihi fera, scilicet ursa; uti exponit quoque Pricæus. Sed bene se habet vulgata L. *Oud.*—4 Guelf. pr. *disceptis.* Id.—5 Idem, *ægerque.* Colv. Ms. *con-*

terræ dedere: meum vero Bellerophontem,[n] abactorem[6] [o] indubitatum, cruentumque percussorem[7] criminantes, ad casas interim suas vinctum perducunt; quoad[8] renascenti die sequenti[9] deductus ad magistratus,[1] ut aiebant, pœnæ redderetur. Interim,[2] dum puerum illum[3] parentes sui plangoribus fletibusque querebantur,[4] et adveniens ecce rusticus, nequaquam promissum suum[5] frustratus, destinatam[6] sectionem meam flagitabat, Non est,[7] inquit in his unus, indidem[8] præsens jactura nostra: sed plane crastino libet[9] non tantum naturam, verum etiam[1] caput quoque ipsum pessimo isto[2] asino demetere. Nec tibi ministerium

lierunt in eodem loco. Accusantes autem meum sessorem tanquam abigeum manifestarium et homicidam crudelem, deducunt eum interim ligatum in sua tuguria, donec, die postero exoriente, perduceretur, ut aiebant, ad judicem, et traderetur supplicio. Dum parentes illius pueri investigabant eum planctibus et ejulatibus, ecce rusticus, stans suis promissis, accedit, et postulat, ut sibi liceat me castrare, quemadmodum fuerat decretum. Damnum hoc nostrum, inquit unus ex illis, non ortum est inde: sed sane placet nobis cras amputare huic nequissimo asino non solum virilia, sed etiam caput ipsum. Et hi tibi commodabunt operam suam. Sic factum

tinuatum. Sciopp. in Symb.—6 D'Orv. *Bellorop. actorem.* Guelf. pr. *Bellorop. abactore.* Oud.—7 *Percussorem* abest a Palat. uti et *ad casas.* Lips. *interim ad cas.* Id.—8 D'Orvill. *quod.* Ed. Ber. *quod ad.* Id.—9 *Sequenti* deest Ed. Basil. pr. Et sane glossa videri possit: sed et signat matutinum posteri diei tempus. *Id.*—1 *Ad magistratum.* Vulg. *ad magistratus.* Colv.—2 Guelf. sec. *Iterum.* Oud.—3 Guelf. pr. *p. ill. dum:* sec. a m. pr. non habet τὸ *sui.* Id.—4 *Quærebant.* Iidem, *querebantur.* Colv.—5 *Suum* non est in Palat. Guelf. *Oud.*—6 *Destinatus* Fux. *destinatum* Guelferb. sec. *destitutam* Oxon. Guelf. pr. Mox Reg. Fux. et D'Orv. *flagitabat.* Bene. *Id.*—7 Guelf. sec. *Non enim.* Id.—8 Palat. Lips. Pith. Reg. Fux. Guelf. sec. *in his inquit.* Inc. *inquiunt.* Oxon. *ididem.* Reg. Fux. *indidem unus.* Male. Vide Beroaldum. *Id.*—9 *Libet* exulat a Pal. Guelf. sec. *Id.*—1 *Et* Edd. Junt. Ald. Τὸ *ipsum* excidit Ed. Flor. *Id.*—2 Bertin. *isto.* Sciopp. in Susp. lib. IV. 12. et Symb. *Ipsi* in Fux. *Isti* rursus profectum est a Colvio, confirmatum a nonnullis Codd. Anteriores Edd. et Ms. Oxon. Lips. Pith. Guelf. pr. *isto.* Vide Stew. ad lib. VIII.

NOTÆ

[n] *Meum vero Bellerophontem*] Novum illum sessorem, quem non inficete Bellerophontem appellat, cum lib. VI. de seipso dixerit: 'At paulo ante pinnatam Pegasi vincebas celeritatem.' Nota est Bellorophontis Pegaso inequitantis adversus Chimæram pugna, et in Solymos Amazonasque expeditio. Palæphatus scribit Pegasum fuisse navem Bellerophontis velocissimam, quæ locum dedit fabulæ de alato equo Pegaso.

[o] *Abactorem*] 'Abactor' et sæpius 'abigeus' is dicitur, qui aliena pecora abigit, id est, abducit; et ejusmodi furtum 'abactus' et 'abigeatus' vocatur.

deerit istorum.[p] Hoc sic effectum est,[3] ut[4] in alterum diem clades differretur mea. At ego gratias agebam bono[5] puero, quod saltem mortuus[6] unam carnificinæ meæ dieculam donasset.[q] Nec tamen tantillum [151] saltem[7] gratulationi[8] meæ quietive[9] spatium datum. Nam mater pueri, mortem deplorans acerbam filii, fleta[r] et lacrymosa, fuscaque veste contecta, ambabus manibus trahens cinerosam[1] canitiem, ejulans, et exinde[s] proclamans, stabulum irrumpit[2] meum, tunsisque ac diverberatis[3] vehementer uberibus, incipit:[4] Et nunc iste, securus incumbens præ-

est ut exitium meum proferretur in sequentem diem. Ego vero agebam gratias illi probo puero, quod saltem attulisset morte sua unam diem moræ meæ laniationi. Neque tamen tantulum saltem temporis concessum est meæ gratiarum actioni, aut meæ quieti. Mater enim pueri, lamentans necem immaturam sui nati, accurrit in meum stabulum plorans et lacrymans, et amicta nigro vestimento, utraque manu vellens canos suos conspersos cinere, ululans et clamitans eminus, et percussis ac tunsis violenter mammis, sic cœpit loqui: Et nunc iste explet gulositatem suam

p. 158. et nos ad lib. v. p. 109. 'Isto meo pectori.' *Oud.*—3 *N. t. ministerium deerit. Hoc sic effectum e.* Iidem: *ministerium deerit istorum. Sic effectum est.* Colv. Τὸ *istorum* adjeci ex Florentino. Τὸ *hoc* non est in Bert. et Flor. *Elmenh.*—4 Pal. Guelf. sec. non habent τὸ *ut.* Oud.—5 *Bono* deest Ed. Basil. pr. *Id.*—6 *Mortuus* male exulat a Lips. Pal. Oxon. Fux. *Id.*—7 Bert. *tantulum.* Elmenhorstius. Ed. Vic. *tantilum.* De hac variatione vide ad lib. III. p. 59. *Saltem* vero otiose hic repetitur. *Oud.*—8 Verum esse arbitror, saltem verosimillimum: *gratiolæ.* Stewech. Inepte *gratulationi* mutare tentat Stewechius. Significat lætitiam, ut passim Nostro aliisque. *Grat. salt.* Fux. *Oud.*—9 Iidem, *quietique.* Colv. *Que* habet Bertin. cum Edd. Vett. sed *ve* dant Mss. reliqui. Additur vero *est* post 'datum' in Oxon. Pal. D'Orv. Lips. Fux. Guelf. *Oud.*—1 D'Orv. *crinosam.* Male. Vide etiam Pric. *Id.*—2 D'Orv. *irrupit.* Id.—3 D'Orvill. ac Fux. *tonsisque ac verberatis.* Pith. *tensisque.* Guelf. pr. *trusisque.* Id.—4 *Incipit.* Pricæo magis Appuleianum videtur, *infit.* Sed adi ad l. v. p. 105. 'Sic incipit.' *Id.*—

NOTÆ

[p] *Nec tibi ministerium deerit istorum*] Male τὸ *istorum* deest in quibusdam editionibus. Sensus loci hujus est: Et isti famuli, qui nunc alio munere distinentur, quærendorum nempe membrorum miseri hujus pueri, et lugendæ mortis illius, ministerium suum cras tibi commodabunt ad castrandum, immo et obtruncandum, si vis, asinum.

[q] *Dieculam donasset*] Terent. Andria, Act. IV. Scen. 2. 'Eho tu impudens, non satis habes, quod tibi dieculam addo, Quantum huic promoveo nuptias?'

[r] *Fleta*] Fletu madens. Alio paulo sensu, lib. I. dixit: 'Diffletis pæne ad extremam captivitatem oculis.'

[s] *Exinde, &c.*] Ab ostio, scilicet; Lib. v. 'Jam inde a foribus, &c. boans.'

sepio, voracitati suæ deservit, et insatiabilem profundumque ventrem semper esitando [5] distendit: nec ærumnæ meæ miseretur,[6] vel detestabilem casum defuncti magistri[t] recordatur; sed scilicet [7] senectam infirmitatemque meam [8] contemnit ac [9] despicit, et impune se laturum [1] tantum scelus credit, atque utcumque se [2] præsumit innocentem. Est [3] enim congruens pessimis conatibus, contra [4] noxiam conscientiam sperare [5] securitatem. Nam, pro [6] Deum fidem, quadrupes [7] nequissime! licet precariam vocis usuram sumeres,[8] cui tandem vel ineptissimo persuadere possis, atrocitatem istam [9] culpa vacare,[1] cum propugnare pedibus et

incubans præsepi absque ulla solicitudine, et infercit assiduo esu suam alvum capacissimam atque insatiabilem: nec miseret eum meæ calamitatis, neque meminit infaustæ sortis sui mortui ductoris; sed nempe aspernatur ac contemnit meam senectutem, et meam debilitatem, et putat tantum crimen sibi fore inultum? Sed forsitan confidit se esse innocentem. Nam consentaneum est scelestissimis inceptis sperare impunitatem contra ipsum dictamen malæ conscientiæ. Nam, proh Deum fidem, scelestissime quadrupedum, tametsi usus loquelæ concederetur tibi ad tempus, cui tandem etiam stultissimo posses persuadere tam atrox facinus fuisse commissum absque tua culpa, cum potueris defendere eum pedibus, et propulsare morsibus homi-

5 Liber manu exaratus, *exertando*. Colv. Ms. *essitando*. Sciopp. in Symb. *Exertando* Guelf. sec. *Hescitando* Guelf. pr. *Oud.*—6 Reposuit Beroald. *miseret*. Colv. Ut in Pith. Beroaldum secuti sunt Juntæ, Ed. pr. Ald. et Colin. atque ita ille correxerat, quia invenerat in Edd. primis *misere*. Quod defendi posset pro *miseræ*, ut pendeat a 'recordatur,' diversis casibus uni verbo junctis. Quam constructionem Appuleio non fuisse infrequentem aliquoties vidimus. Sed Mss. bene *miseretur*, cum Junt. post. Bas. &c. *Oud.*—7 Pith. *secum*. Id. —8 *Sen. infirmitatem m.* Vulgarii: *sen. infirmitatemque m.* *Senecta infirmitas*, ut 'senecta ætas,' apud Plautum Aul. et Merc. 'senecta membra,' Lucret. lib. III. 'senectum corpus,' Sallust. l. IV. Histor. *Colv.*—9 Ms. *atque*. Colv. *Dispicit* Guelf. sec. *Oud.*—1 Oxon. *imp. se relaturum*. Id.—2 Male exolat pronomen ab Edd. Vulcan. sec. Elmenh. Scriv. Flor. invitis Mss. L. x. in f. 'Sed utique præsumis te solum generosum.' L. XI. p. 261. 'Teque de isto numero merito præsume beatum.' Ed. Vet. *præsuit*. Oud.—3 D'Orv. *Et*. Pal. *Est igitur c.* Guelf. pr. *congeries*. Id.—4 Ita legi posse ait Beroaldus, et certe non aliter liber scriptus. Vulgo: *circa*. Colv. Nec secus Mss. Bert. Reg. Flor. D'Orv. Guelferb. &c. cum Ed. Junt. post. et Colvium seqq. ut passim sic erratum in Appuleio, supra vidimus quoque. *Oud.*—5 Oxon. Guelf. pr. *separe*. Id.—6 D'Orvill. Palat. Fux. *per*. Nec male. In Edd. quibusdam de more *proh*. Oxon. Guelf. pr. *fides*. Id.—7 Bert. *quadrupedes*. Id.—8 Alii, *sumens*. Elmenhorstius. B. M. *sumeres*. Putean.—9 Liber vetus:

NOTÆ

[t] *Defuncti magistri*] Servius ad Æneid. lib. XII. 'Proprie magistri sunt militum, pastores, pecorum: sed reciprocæ sunt istæ translationes: nam et ductor pastor vocatur, et magistros pecorum dicimus.' Virgil. Eclog. II. 'Pan curat oves oviumque magistros.'

arcere morsibus[2] misello puero potueris? An ipsum quidem sæpius incursare calcibus potuisti, moriturum vero defendere alacritate simili nequisti?[3] Certe dorso receptum auferres[4] protinus, et infesti latronis cruentis[5] manibus eriperes: postremum, deserto derelictoque[6] illo conservo, magistro, comite, pastore, non solus[7] aufugeres. An ignoras, eos etiam, qui morituris auxilium salutare denegarint,[8] quod contra[9] bonos mores id[1] ipsum fecerint, solere puniri? Sed non diutius meis cladibus lætaberis homicida.[2] Senties, efficiam, misero dolori[3] naturales vires adesse. Et cum dicto subsertis[4] manibus exsolvit[u] suam sibi fasciam,[5]

cidam ab infelici puero? Num potuisti sæpe quidem petere ipsum calcibus, non autem potuisti propugnare ipsum simili vigore, dum mors intentaretur ei! Debebas saltem cum statim asportare levatum dorso tuo, et extrahere ex manibus sanguinolentis latronis aggredientis eum: denique non debebas aufugere solus, derelicto et excusso ipso, qui erat tuus conservus, tuus ductor, tuus comes, tuus pastor. An nescis illos quoque solere plecti, qui recusaverint perituris opem salutiferam, quoniam id fecerint adversus fas et æquum? At non amplius gaudebis de meis calamitatibus, o homicida: jam curabo sentias robur naturale non deesse infelici dolori. Cumque hoc dixisset, manibus subinsertis solvit suam institam, et vinciens seorsim

atrocitate ista. Colvius. Fux. *atrocitatem istam tuam* v. Roald. In Pith. Fux. Guelf. utroque, D'Orv. Flor. Pal. *atrocitate culpa ista:* ut in Lips. sed in Oxon. *atrocitate ista carere*, sine *culpa*, ut *ista* sit Accusativus pluralis. In Par. Ms. *atrocitatem ista carere.* Certe latet quid. *Oud.*—1 *Carere.* Vulg. *vacare.* Colv.—2 Gulielm. (Lib. III. Veris. c. 13.) *mordicibus.* Elmenh.—3 Inverso ordine D'Orvill. Pith. *Oud.*—4 Guelf. sec. *afferres.* Id.—5 Ed. Ven. *cruentatis.* Pal. Guelf. sec. *obriperes.* Id.—6 *Dejectoque.* Iidem, *derelictoque:* cui scriptam lectionem jam fere non anteposuerim. *Colv.* *Derelictoque.* Fux. *dejectoque.* Roaldus. *Dej.* Rom. Bert. et Ald. *derelictoque.* Elmenh.—7 Flor. *solum.* Idem. Sic etiam D'Orv. Fux. *Oud.*—8 Edd. Juntin. Ald. *denegaverint.* Id.—9 Ante Beroaldum hic rursus erat *circa*, ut supra hac ipsa pag. et creberrime. Hic posses conjicere *citra;* sed *contra* est in Mss. et vulgari formula. *Id.*—1 Pal. Guelf. *ad.* Id.—2 Edd. Beroald. Bas. pr. *homicidia.* Fux. *homicidam.* Id.—3 Pal. *s. e. et m. d.* Elmenh. In mea Coll. et Fux. est *sentiens efficaciam m.* sicut etiam *efficaciam* est in Guelf. sec. In D'Orv. est *efficiem*, in Oxon. *efficina.* Malim vero *sentias.* Adi notata ad lib. I. p. 5. 'Effeci, sequeretur.' Ovid. l. XII. Met. 594. 'Faxo, triplici quid cuspide possim, Sentiat.' Et similia passim. *Oud.*—4 Sic Ms. et in margine notatum, alias legi *susceptis.* Vulgo est *assertis.* Nulla harum omnium lectio satis nobis sana videtur. Tentabam *substrictis.* Sed aliud nunc quæro. *Colv.* *Assertis.* Fux. *obseptis.* Forte *exertis.* Roaldus. Ms. quidam *subseptis.* Sciopp. in Symb.—5 *Faciem.* Fux. *faciam.* Beroald. recte *fasciam.* Roald. *Faciem* inepte in sola Basil. sec. Ed. quia *fasceam* vel *faceam* in Mss. aliquot.

NOTÆ

[u] *Subsertis manibus exsolvit, &c.*] Intelligo anum inseruisse manus sub fasciam illam, atque eam quasi vi exsolvisse. Quæ vero fuerit illa fascia,

pedesque meos [152] singulatim illigans,[6] indidem constringit arctissime; scilicet ne quod vindictæ[7] meæ superesset præsidium. Et pertica, qua stabuli fores offirmari[8] solebant, arrepta,[9] non prius me desiit obtundere, quam victis fessisque viribus, suopte[1] pondere degravatus, manibus ejus fustis esset elapsus. Tunc de brachiorum suorum cita fatigatione[2] conquesta procurrit ad focum, ardentemque[3] titionem gerens, mediis inguinibus obtrudit;[4] donec solo, quod restabat,[5] præsidio nisus,[6] liquido fimo strictim egesto[7] [w] faciem atque oculos ejus confœdassem. Qua cæcitate[x] atque fœtore tandem fugata est a me pernicies.[8] Ce-

meos pedes colligat ipsos eadem strictissime; nimirum ne restaret ullum subsidium meæ ultioni. Et apprehenso longurio, quo janua stabuli solebat occludi, non cessavit me percutere, donec fractis lassatisque ejus viribus baculus excidisset ex ejus manibus degravatis pondere proprio. Tum conquesta, quod brachia sua celerius lassata fuissent, provolat ad focum, et, afferens torrem accensum, immittit mihi eum inter femora; donec confugiens ad unicum subsidium, quod mihi supererat, coinquinassem ejus vultum atque oculos stercore ejaculato presse. Qua cæcitate et putore illud

Oud.—6 *Sigillatim alligans.* Vulg. *illigans.* Colvius. Flor. *singulatim illigans.* Bert. *si illigatis.* Elmenh.—7 Pal. *neque v.* Ed. Junt. post. *ne quid v.* Oud.—8 Bert. *aff.* Sic p. 120. 'Corium affirmatum cineris inspersu.' Sic apud Cic. I. ad Attic. Epist. 9. in V. C. scriptum erat: 'Voluntas obstinatior, et in hoc iracundia affirmatior.' Vulgo, *offirmatior.* Sciopp. in Symb. et Susp. l. IV. 12. Bert. et Rom. *affirmari.* Elmenh. Accedit D'Orv. Pith. et Edd. ante Beroaldum, qui e suis Mss. *ob* induxit. Et recte. Oppositione sive obductione perticæ fores stabuli occludi solebant. Aliud est supra p. 147. 'Corium affirmatum.' Minus bene Scriverius Scioppio obtemperavit. *Oud.*—9 D'Orvill. Cod. *arrecta,* Fux. *abrecta,* Guelf. sec. *abrepta.* Id.—1 Fux. *suapte.* Roald. Et sic D'Orv. et Oxon. Vide ad l. IX. p. 194. 'Suapte inimicum violentia ejus sulfuris periturum.' Bert. *suo præp.* Oud.—2 Pithœan. *citra fatigationem.* Oud.—3 *Arridentemque* Fux. *Id.*—4 Bertin. *contrudit:* unde Modius, *condit.* Sciopp. in Symb. Cave sequaris: dissuasisse debuerat vel solus locus a Colvio prolatus p. 228. Ed. Pric. In Oxon. e præcedentibus, *in quibus obtundit.* In Pith. exaratur, *obtruditurque dm s.* Hinc Salm. conjecit, *obtrudit, usque dum.* Oud.—5 D'Orv. *quidem rest. f. quod mi rest.* Id.—6 Vulg. *innixus.* Colvius. Alii, *enixus.* Elmenh.—7 *Liquidissimo stercoris str. eg.* Sic Bert. Forte *stercori,* pro, stercore. Sciopp. in Symbola. *Nisus liquida fimo strictim egesta.* Bert. *invisus liquidissimo stercoris strictim egesto.* Sciopp. *l. stercori str. egesto.* Elmenh.—8 Pith. *pernicie.*

NOTÆ

an pectoralis, quæ 'strophium' etiam dicta est, an cruralis, aut etiam crinalis, non est in proclivi dicere.

[w] *Strictim egesto*] Lib. IV. 'Fimo fistulatim excusso.' Constricto scilicet, et coarctato podice, quo liquidum stercus longius et quasi per fistulam prorumperet.

terum [9] titione delirantis Altheæ Meleager asinus interisset.[y]

exitium abactum est tandem a me. Alias asinus, tanquam alter Meleager, periisset torre illius Altheæ insanientis.

Ond.—9 Quidam ex iisdem, *certum*. Colvius. *Certum*. Fux. *Ceterum*, quod est in lib. Aldi, et vidit Beroald. Idem quod, cetera. De quo verbo infra. *Roald*. *Ceterum* pro, aliter. At omnia Glossatoris putat Delph. Interpr. vel *interissem* legendum. Hoc quidem bene. *Wass*.

NOTÆ

[x] *Qua cæcitate*] Anui repente objecta effuso in oculos stercore.

[y] *Ceterum titione delirantis Altheæ Meleager asinus interisset*] Hæc esse a manu Glossatoris, facetias Apuleianas imitari volentis, probat vel hoc vocabulum 'interisset,' quod omnia exemplaria constanter habent. Hæc enim si ipsius Apuleii essent, non 'interisset' legeretur, sed 'interissem,' ut orationis postulat series. Notissima Meleagri et fatalis ejus titionis fabula fuse habetur apud Ovid. Metamorphos. lib. VIII.

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER VIII.[1]

Noctis gallicinio venit quidam juvenis proxima civitate,[2] [a] ut quidem mihi videbatur, unus de[3] famulis Charites, puellæ illius, quæ mecum apud latrones pares ærumnas exantlaverat. Is de ejus exitio,[4] et domus totius infortunio, mira ac nefanda, ignem propter assidens inter conservorum frequentiam, sic annuntiabat:[5] Equisones, opilionesque, et bubsequæ, fuit[6] [153] Charite nobis quam misella, et qui-

Eo tempore noctis, quo galli canunt, quidam juvenis venit e proxima urbe, qui, ut mihi quidem videbatur, erat unus ex servis Charites illius virginis, quæ pertulerat eosdem labores atque ego apud prædones. Is narrabat admiranda et execranda de ejus morte, et clade totius domus, sedens prope ignem in cœtu suorum conservorum, his verbis: Equitarii, upilionesque, et bubulci, amisimus infelicissimam Cha-

1 Fux. *L. Apuleii Madaurensis Platonici Metamorph. lib. sextus.* Roald. In Reg. Fux. *Lucii Apuleii Platonici Madaurensis Metamorphoseon liber sextus explicit. Incipit liber septimus ejusdem.* Oud.—2 Bert. *ex p. civ.* Wowerius. *Ex p. villula.* Sic Bertin. in quo mox, ut semper, equisones legas, idque recte. *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. IV. 4. Bert. *ex pr. villula.* Recte. *Elmenh.*—3 *Ex.* Editi omnes, *de.* Colvius. *De.* Vulgo, *ex.* Elmenh.—4 Fux. *exitio.* Rectius. *Roald.* Recentiores quidam *exilio.* Colvius. Ald. *exilio.* Elmenh. Item Edd. Juntin. Basil. sec. prave. Mox quoque perperam in D'Orv. *igne prope.* Oud.—5 Pith. *annuebat.* Id.—6 *Equisiones, op. et bubs. fuit.* Ms. *Equis. opil. omnesque p̄fuit.* Sed in margine ita alias legi notatum;

NOTÆ

[a] *Proxima civitate*] Ex illa nempe civitate, in qua habitabant Tlepolemus et Charite. Lib. VII. 'Imposita dorso meo puella dirigit gressum ad suam patriam: quam simul accessimus, tota civitas ad votivum conspectum effunditur.' Frustra sunt ergo, qui reponere gestiunt: *proxima villula.*

dem casu gravissimo:[7] nec vero incomitata Manes[8] adivit. Sed, ut[9] cuncta noritis, referam vobis a capite quæ gesta sunt, quæque possint[1] merito doctiores, quibus stylum[2] Fortuna subministrat, in historiæ specimen[3] chartis[4] involvere. Erat in proxima civitate juvenis, natalibus prænobilis, loco clarus,[5] [b] et pecuniæ simul satis locuples,[6] sed[7] luxuriæ

riten, et casu quidem acerbissimo. Neque tamen petiit Inferos sola. Verum, ut sciatis omnia, narrabo vobis ab initio, quæ contigerunt, et quæ jure possent referri in chartas, tanquam rarum historiæ exemplum, a viris doctioribus, quibus Fortuna tribuit facilitatem scribendi. Erat in proxima urbe juvenis, nomine Thrasyllus, nobilissimo loco natus, insignitus equo publico, simulque multum abundans divitiis;

---

quemadmodum expressimus. 'Fuit,' Plautinum. Sic Captivis: 'Nunc illud est cum me fuisse quam esse nimio mavelim.' Truculento: 'Ita pæne tibi fuit Phronesium.' Tibullus: 'Seu nos Fata fuisse velint.' *Colv.* *Equisones*, Ita Manuscripti et Rom. Codex. Vulgo, *equisitiones*. Inscr. Gruteri fol. 561. Inscript. 8. 'Equiso Alexandri Aug.' Vide Indicem. *Elmenh.* *Et bubsequæ f.* Fux. *omnes et b. f.* Roaldus. Fl. *etiam bubsequæ f.* Elmenh.—7 Ms. *proh quidem gradu grav.* Num legendum, *pro Fidem! casu grav.* Colv. Frustra. *Gradu* etiam in Pal. Guelf. sec. *Oud.*—8 Pith. *majus* ex *mavis*, ut est in Guelf. sec. *Id.*—9 *Uti* [*Ut* debuit dicere Oudendorpius.] non habet Palat. *Id.*—1 *Possent.* Vulgo *possint.* Colvius. Bertin. *quæ possit merito doctiores, q. stylum.* Unde conjeci: *quæ possit merito doctior et quibus stylum fort. sub.* Sciopp. in Symb. et Susp. IV. 4. Mss. O. servant pluralem numerum; neque alter est necessarius. Præfero tamen *possint* cum Palat. Pith. Oxon. et Edd. ante Colv. *Doctores* D'Orv. *Oud.*—2 Al. *stylos.* Elmenh.—3 *In h. speciem.* Fux. *in h. specimen.* Roaldus. *Historiæ specimen.* Vulgo lectum, *in historiæ speciem.* Nostri libri lectio optima. *Specimen historiæ*, id est, argumentum historiæ. Sic 'specimen veri' apud Lucretium lib. III. (l. IV. 210.) 'Hoc etiam inprimis specimen veri esse videtur.' Nec ibi æque bene alias scribitur; immo passim vulgatur, *specimen verum.* Idem enim lib. V. 1360. 'At specimen sationis, et insitionis origo, Ipsa fuit rerum primum Natura creatrix.' Glossæ Græco-Latinæ: 'Specimen, δεῖγμα.' Hinc ergo manifesta elegantia hujus locutionis. *Colv.* *In historiæ spec.* Sic Bert. et Flor. *Elmenh.* Adde vs. 187. l. V. Lucret. 'Si non ipsa dedit specimen Natura creandi:' ubi in multis etiam *speciem*, quod hic dant Pith. et Bertin. cum Edd. ante Colv. si excipias Junt. post. Adi Drak. ad Liv. l. XXXVIII. 17. Salm. ad Solin. p. 430. 'Habeat licet specimen maturitatis:' ut etiam in meis trib. Vulgo *speciem.* Oud.—4 Ms. *charitis*: e vulgatis alii *charitas*, alii *caritis.* Colv. Inepte, ut in Ed. Vicent. quod correxit Beroaldus. *Charites* Ed. Rom. *carithis* Pal. *Oud.*—5 *Equo clarus.* Fux. *qui chartis.* Pessime. *Equo clarus* idem quod in vetustis Epigrammatis apud Ald. pag. 656. 2. EQUO. PUB. ORNATUS: EQUO. PUB. HONORATUS. In municipiis tantum, non Romæ, quam differentiam aperte ostendit apud eundem. *Roald.* Quidam Codices, teste Beroaldo, *loco clarus.* Sed nostri codicis aliorumque vulgatorum recta

NOTÆ

[b] *Loco* [*Equo*] *clarus*] Colvius (cui hic accedo libens) intelligit, equo publico donatum; et laudat Ulpianum in Fragmentis: 'Hoc amplius principalibus constitutionibus concessum est mulieri, in hoc donare viro suo, ut is ab Imperatore lato clavo, vel equo publico, similive honore honoretur.'

popinalis, scortisque et diurnis[8] potationibus exercitatus, atque ob id[9] factionibus latronum[c] male sociatus, nec non etiam manus infectus humano cruore, Thrasyllus nomine. Idque sic erat: et[1] fama dicebat. Hic, cum primum Charite nubendo maturuisset, inter præcipuos procos, summo studio petitionis ejus munus[2] obierat. Et, quanquam ceteris omnibus id genus viris antistaret,[3] eximiisque muneribus parentum invitaret judicium, morum[4] tamen improbatus, repulsæ contumelia[5] fuerat aspersus. At,[6] dum herilis puella in boni Tlepolemi manum venerat,[7] [d] firmiter

sed vir luxus cauponarii, deditusque meretricibus et compotationibus de die faciendis, propterea nequiter conjunctus cum catervis prædonum, et qui sæpe tinxerat suas manus sanguine humano. Atque hoc sic se habebat: sicque ferebatur rumoribus. Hic, statim atque Charite facta est matura nuptiis, petierat ipsam maximo conatu, inter præcipuos ejus amatores. Et, quamvis ipse nobilitate superaret reliquos omnes viros, et solicitaret parentes virginis egregiis donis; repudiatus tamen censura morum ipsius facta, passus fuerat dedecus repulsæ. Cumque filia mei heri probo Tleopolemo nupsisset, ipse constanter fovens amorem suum de spe dejectum,

scriptura. Equo publico donatum intelligit, ni fallor. Ulpianus Fragmentis: 'Hoc amplius principalibus constitutionibus,' &c. *Colv.* Flor. et Rom. *equo clarus.* Alii, *loco clarus*; male. Vide Colvium. *Elmenh.*—6 Vulgati duntaxat, *locuples.* Ceterum in Ms. *locuplex.* Colv.—7 Oxon. Guelf. pr. *et.* Coll. Voss. Guelf. sec. *sed et lux. p. scrotisque.* Oud.—8 Ms. *divinis.* Colv.—9 Guelf. pr. *ob idem.* Oud.—1 Idem Ms. *atque.* Colv.—2 Sive munus ambiendi et petendi eam Charitem. Non refragarer tamen, si idoneus Codex abjiceret pronomen, quod sane mallem delere cum Heinsio ibidem, [sc. ad Ov. M. XIV. 208.] quam cum eodem reponere, *petitoris ejus.* Oud.—3 *Is genere viris antistaret.* Vulgati, *id genus*, minus recte. *Colv.* Rom. et Flor. *id genus viris.* Elmenhorstius. B. *jure antistaret.* Putean.—4 *Parentes invitaret: judicio morum.* Hæc vulgo non æque bene scripta vel interpuncta, *parentum invitaret judicium, morum, &c.* Colvius. Flor. et Ald. *parentum.* Manuscripti, *judicium m.* Aldus et Roman. *parentum invitaret judicium, morum tamen improbatum.* Elmenh.—5 Vitiose Ed. Scriverii spuria seu Amstel. *repulsu contumeliæ.* Oud. —6 *Ac.* Vulg. *At.* Colvius. Sic et Flor. Reg. D'Orv. Pal. Oxon. Malim tamen cum Edd. ante Colvium, *At.* Oud.—7 Fulvius mavult, *conven.* Sicut inf. pag. 129. 'Modo ne in Thrasylli manum sacrilegam convenias.' *Sciopp.*

NOTÆ

[c] *Factionibus latronum*] Inter bonos amicitia, inter malos factio est. Tertull. 'His nomen factionum accommodatum est, qui in odium bonorum et proborum conspirant.'

[d] *In boni Tlepolemi manum ven.* [*convenerat*] De hac formula: 'in manum venire,' vel 'convenire,' dixi, lib. VI. Hoc addam: nuptiarum illarum, quibus uxor in mariti manum per coëmtionem conveniebat, hunc fuisse ritum apud Veteres, ex Varrone, lib. I. de Vita Populi Romani: 'Nubentes ex veteri Lege Romana asses tres ad maritum venientes afferre solebant, atque unum, quem manu tenebant, tan-

deorsus[8] delapsum nutriens amorem, et denegati thalami permiscens[9] indignationem, cruento facinori quærebat accessum. Nactus denique præsentiæ suæ tempestivam[1] occasionem, sceleri,[2] quod diu cogitarat, accingitur. Ac die, quo prædonum infestis mucronibus puella fuerat astu virtutibusque sponsi sui[3] liberata, turbæ gratulantium, exultans insigniter, permiscuit sese, salutique præsenti ac futuræ[4] soboli novorum maritorum gaudibundus,[e] ad honorem splendidæ prosapiæ,[f] inter præcipuos hospites domum nostram receptus, occultato[5] consilio sceleris, amici fidelissimi[6] personam mentiebatur. Jamque sermonibus assiduis,

et admiscens ei iram, quam conceperat ob negatum sibi matrimonium, inquirebat aditum ad perpetrandum dirum scelus. Oblata demum opportuna occasione suæ præsentiæ, aggreditur facinus, quod meditatus fuerat diu. Et die, quo virgo fuerat erepta sævis gladiis latronum calliditate et fortitudine sui sponsi, immiscuit se multitudini gratulantium, gestiens singulari gaudio, et gratulabundus præsenti incolumitati novorum conjugum, et venturæ proli eorum, receptus in nostras ædes inter præcipuos hospites, ut nobilitas generis ejus postulabat, præ se ferebat vultum amici fidelissimi, dissimulans propositum patrandi criminis. Et jam magis ma-

in Symb.—8 Guelf. pr. Fux. Oxon. Reg. Ed. Vulc. pr. Wower. Pric. *deorsum.* Friget sane istud *deorsus.* Heinsius d. l. Ovidii l. XIV. Met. 208. legebat *per ossa.* Mox Palat. Guelf. sec. *negati.* Oud.—9 Emendavit olim Beroaldus, ut putavit, *reminiscens.* Ms. *permisioes.* Nos Romanam, Venetam, Aldinamque secuti sumus *Colv Permisioes* Fux. Aliud agebat etiam Sopingius, allinens margini *permittens.* Amori miscebat iram ob repulsam. Eleganter et pro hominum natura. Quare sæpissime ab Ovid. harum rerum peritissimo arbitro, junctæ sunt hæ affectiones. Inspice Heroidum Epistolas, et Horatii l. I. O. 13. *Oud.*—1 *Tempestivam.* Ms. *tempestillam.* Sciopp. in Symbola. Flor. et Fulvii liber: *tempestillam.* Elmenhorstius. F. *persubtilem:* supra 'subtilis occasio;' vel *pestibilem.* V. Gl. Sed non movere satius est. *Wass.*—2 D'Orv. Fux. Guelf. ambo, et Oxon. male *scelere.* Oud.—3 Pronomen non comparet in Oxon. Dein *insegniter* D'Orv. *Id.*—4 *Salutique præsentia f.* Videtur legendum, *salutarique præsentia.* Beroaldus. Lipsius scribit: *salutique præsenti, ac f.* Quod propius vero est. *Colv. Elmenh.*—5 Aldus, *occulato.* Elmenh.—6 Ald. *fidelissimam.* Idem. Sic etiam utraque Junt. Ed.

NOTÆ

quam emendi causa marito dare: alium, quem in pede habebant, in foco larium ponere: tertium in sacciperone, quem in compito vicinali certo tempore solebant resignare.'

[e] *Gaudibundus*] Suspicatur Pricæus *gratulabundus.* Ego congruum Apuleianæ licentiæ vocabulum non repudiaverim. Sic apud eundem legas non semel 'gaudialis.'

[f] *Splendidæ prosapiæ*] Thrasylli ipsius, non Tlepolemi.

et conversatione frequenti, nonnunquam etiam [7] [154] cœna poculoque communi carior cariorque factus, in profundam ruinam Cupidinis [g] sese paulatim nescius præcipitaverat.[8]

gisque amicus factus assiduis colloquiis, et crebris conversationibus, aliquando etiam communicatione cibi et potus, paulatim dejecerat se ignorans in altam voraginem

Oud.—7 Bert. *eorum.* Elmenh. Typothetarum errore in Edit. Merc. A. 1601. irrepsit *populoque.* Hinc pejus in Wow. et Pric. *populo com.* Dein inepte D'Orv. *communicaret cariorque.* Et *carior* exulat quoque a Pith. et Guelf. pr. *Oud.*—8 *In profundam Romam cupidinis esse præcipitaret.* Cum de fornice, cumque pro lupanari huic Apuleio, Senecæ, Petronio, Arnobio quoque usurpatum, cogitassem: vel legendum statuissem, *in profundam foveam;* opportune in memoriam rediit, J. Lipsium lib. II. Epist. 22. restituisse *in profundam ruinam.* Stewechius. *In profundam foveam* Ald. Beroald. vero nunc *rotam,* nunc *foveam* substituit. Neutrum recte. Ingratis etiam et invitis Musis *ærumnam* legebat J. Lipsius, homo veterum memoriarum diligentissimus et callentissimus. Denique a nullis non vexatus iste locus. Tandem P. Faber, præses amplissimus, quem Κύπρις τε ἅ τ' ἀγανοβλέφαρος Πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν στήθεσι θρέψαν, certissima conjectura ductus, instituit *roinam* veteri script. pro *ruinam:* quam emendationem ab ipso esse, memini me hisce oculis usurpasse. Hoc dico, quod scio ab aliis animadversum Scalig. in lib. Controvers. adversus Robert. Titium nuper editis, doletque ex animo, non prius ab eo aliis suis rebus præversum fuisse, quam ut laus tanto viro interverteretur; quanquam et omes habitamus in libris, et eundem aërem inter nos vescimur, ut ait Luc. *Roald.* *Romam.* Sic noster Manuscriptus, et Rom. et Bas. 1. in cujus margine ascriptum, 'Forte, *rotam Cupidinis.*' Beroaldus reposuit, *prof. foveam Cupidinis.* Alii aliter. Ego Lipsii nostri conjecturam præ omnibus aliis lubens amplectar: *ærumnam Cup.* Plautus Mercatore: 'Sed amori accedunt hæc, quæ dixi minus: insomnia, ærumna, error, terror, et fuga.' *Colv.* *Romam.* Optimi etiam libri hanc lectionem retinent, quam tamen non capio. Alii ineptiorem proferunt. In quibusdam vero antiquis, *in profundam ruinam Cupidinis:* quod recipiendum existimo. *Wow.* Sunt Manuscripti, qui legant: *in prof. ruinam Cupid.* Optimus tamen Fulvii legit: *Romam.* Latet aliquid. *Ruina* non male Latine dicitur. Nam et Cicero pro Flacco, 'innocentiæ labem et ruinam' dixit: quo loco 'labem' interpretor hiatum; quo modo cum alibi, tum de Divin. usurpat Cicero: 'Multis locis labes facta est, terræque desederunt.' *Sciopp. in Symb.* *Ruinam.* Ita Scaliger contra Titium lib. IX. cap. 19. Lipsii et Fulvii Manuscriptus, Rom. Flor. et Pal. habent: *in prof. Romam c.* Aldus et Bas. *in prof. foveam.* Lipsius, *in p. ærumnam C.* Beroald. *in p. rotam C.* Elmenhorstius. Insignes conjecturas apud Colvium vide. Lectio Manuscripti *B. in p. ruinam Cupidinis.* Puteanus. *Romam.* Sic Ms. et Rom. et Bas. 1. in cujus margine ascriptum, 'Forte, *rotam Cupid.*' Lipsius in Epist. Quæst. legebat, *ærumnam C.* Ego *roinam* sive *ruinam;* quomodo et Yvo Villiomarus (sive is Jos. Scaliger est) adversus Rob. Titium, qui *rimam* supponere, sed inepte, conabatur lib.

NOTÆ

[g] *Ruinam Cupidinis*] Vulgatæ editiones pleræque *romam cupidinis,* pro quo Gasp. Barthius Advers. lib. XXXIII. c. 2. subdit ex veteri exemplari *rogmam Cupidinis.* Græcum est ῥωγμὴ et ῥωγμὸς, fissura, hiatus terræ, vorago. Qui sensus est hujus loci. Lips. legebat *ærumnam;* Brantius *roinam,* unde *ruinam.*

Quidni ?[9] cum flamma sævi Amoris parva quidem primo vapore delectet ; sed, fomento consuetudinis exæstuans,[1] immodicis ardoribus totos comburat[2] homines. Diu[3] denique deliberaverat secum Thrasyllus, quo[4] vel clandestinis colloquiis opportunum[5] reperiret locum, cum[6] et adulterinæ Veneris magis magisque præclusos aditus copia custodientium cerneret, novæque atque gliscentis affectionis[7] firmissimum vinculum non posse dissociari perspiceret,[8] et puellæ, si vellet, quanquam velle non posset, furatrinæ conjugalis incommodaret rudimentum :[9] [h] et[1] tamen

amoris. Nec mirum : ignis enim violenti Cupidinis primo quidem exiguus oblectat tepido calore ; sed postea exardescens fomite conversationis urit omnino homines æstibus vehementissimis. Denique Thrasyllus diu deliberaverat apud se, quomodo inveniret commodam occasionem alloquendi saltem eam secreto, cum videret vias stupri ipsi inferendi sibi magis ac magis interclusas multitudine observantium, et cerneret arctissimum nexum amoris novi et crescentis non posse abrumpi, atque imperitia fallendi maritum obstaret puellæ, etiamsi vellet annuere ejus votis, quamvis

---

IX. Controv. cap. 17. *Brant.* Forte *forinam.* Sidon. Epist. v. *Soping.* An *rheumam?* Hilarius adversus Constantium 1240. 'Nec profundum maris et Pontici æstus absorbentem rheumam trepidassem.' *Wass.*—9 Guelf. pr. *Quin ni.* Oud.—1 Flor. *fomenti c. æstuans.* Salvianus de Gubernatione Dei, libr. I. 'Non turpibus flammis medullæ æstuent.' *Elmenh.*—2 *Immodici ardoris et totos comburat.* Fux. *immodicis ardoribus totos comburat*, melius. *Roald.* *Immodicis ardoribus totos addurat.* Vulg. *immodici ardoris totos comburat.* Colvius. Rom. et Ald. *immodici ardores.* Bert. *condurat h.* male. *Elmenh.*—3 Pith. *Diuque.* Oud.—4 *Cum nec.* Fux. *quo vel.* Roaldus. Membranaceus codex, *vel.* Colvius. Cod. Ful. et Pal. *quo vel clandest.* optime. *Wow.* Manuscriptus: *quo vel clandest.* Et placet. Sed conjectura ductus subjungo : *cum et adulterinæ Veneris magisque præclusos aditus copia custodientium cerneret, &c.* in vocabulo 'locum' posteriore syllaba repetita. *Sciopp. in Symb.* *Quo vel clandest.* Vulgo, *cum nec cl.* Elmenhorstius. Atqui Wow. jam reposuerat, *quo vel*, ut est etiam in Mss. Flor. Reg. Oxon. Guelferb. D'Orvill. Inc. *Quo nec* in Pith. Hinc scribebat Salm. *quod nec.* Oud.—5 Palat. *opportune.* Elmenh.—6 Male huc in priora elapsa erat vocula *cum* ob præcedens 'locum;' quam, sensu flagitante, optime, invitis licet Mss. et Edd. addidit cum Sciopp. Wow. et ex eo Pric. ac Florid. Frustra vero Pric. transponere tentabat *et cum*, ut est in Cod. Inc. Vox 'aditus' ponitur post 'cerneret' in Guelf. sec. *Oud.*—7 Guelf. pr. *affectiones.* Id.—8 Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. *prosp.* minus bene. *Id.*—9 Fux. *rud. initium nominis.* Verum apage glossam barbaram, et non ab elegantissimo nostro Asino, verum ab Arcadiæ pecuariis rudentibus.

NOTÆ

[h] *Et puellæ, si vellet, quanquam velle non posset, furatrinæ conjugalis incommodaret rudimentum*] Intricatus locus, quem a se non intelligi fatetur Pricæus, neque emendari posse in transitu. Beroaldus conatur explicare: sed infelici eventu. Ego, si quid ultra tantorum virorum conatus sapio, sensum in interpretatione expressi non incongruum. 'Rudimentum' hic

ad hoc ipsum, quod non potest, contentiosa pernicie, quasi posset, impellitur. Quod nunc arduum factu[2] putatur, amore per dies roborato, facile videtur effectu. Spectate denique:[3] sed oro, solicitis animis intendite,[4] quorsum furiosæ libidinis proruperint[5] impetus. Die quadam venatum Tlepolemus,[6] assumto Thrasyllo, petebat, indagaturus[7] feras, si quid[8] tamen in capreis feritatis[9] est. Nec enim Charite maritum suum quærere[1] patiebatur bestias armatas[2] dente vel cornu.[i] Jamque apud frondosum tumulum ramo-

non poterat velle: et tamen impellitur perniciosa obstinatione ad illud ipsum, quod non potest, perinde ac si illud posset. Quod nunc creditur difficile factu, postea videtur facile, cum amor confirmatus est tempore. Considerate denique, sed considerate, quæso, attentis mentibus, quousque processerit violentia vesani amoris. Quodam die Tlepolemus ibat venatum una cum Thrasyllo, investigaturus feras, si tamen capreæ habent ullam feritatem: nam Charite non sinebat suum conjugem venari feras armatas dentibus aut cornibus. Et jam circa collem foliosum, et obumbra-

Roald.—1 Pricæus melius putabat deleri τὸ *et*. Mihi secus videtur. Jungenda sunt: Diu secum deliberaverat Thrasyllus, &c. et tamen. Guelf. pr. a m. pr. *et tantum*. Oud.—2 Flor. Ro. et Aldus, *factum*. Elmenh. *Nunc* deest Pal. et Oxon. Guelf. sec. In Ald. Ed. est *factu*, non *factum*. De eo librariorum errore vide ad l. I. p. 11. 'Optimum factu.' *Oud.*—3 Ineptissime vulgo, *effectu, spe, ætate denique*. Colvius. Ut optime restituit Colvius, consentientibus Mss. jam exhibuit Ed. Junt. post. Absurda illa *spe, ætate*, explicare tamen conatus est Beroaldus. Malim autem, *sed et, oro*. Oud.—4 Ed. Bas. pr. *intendere*. Id.—5 *Prorupit*. Vulg. *proruperint*. Colvius. Flor. Ald. et Ro. *proruperint*. Elmenh.—6 *Lepolemus*. Scriptus liber semper, *Thepolemus*. Forte, *Theopolemus*. Colvius. Vide supra. *Tlepol.* hic Pith. et dein cum aliis. *Oud.*—7 *Indagatur*. Fux. *indagaturus*, quod et Ald. *Roald.* Alterum est Ed. Bas. sec. vitium: ut in Beroald. *indignaturus*. Bas. pr. *indignatus*. Ms. Oxon. Guelferb. pr. *indicaturus*. Oud.—8 *Si quid*. Sic recte primus tacite edidit Colv. astipulantibus Mss. Flor. aliisque. Male Edd. priores cum plerisque Mss. dant *quod*, sine τῷ *si*: præterquam in Colin. qui addidit *si*. Gulielmio placebat, *si quod*. In D'Orv. *qui*, sed in Palat. Pith. Guelf. Oxon. etiam *quid*. Id.—9 Insulse Rom. codex, *in campis veritatis*. Elmenh. Item Ed. Vic. Verissime correxit jam Beroaldus, eique plerique Codd. subscribunt. *Campis* tamen quoque in D'Orv. Pro *est* in Guelf. sec. *cum*. Oud. —1 Oxon. *quatere*, ascribente Wasseo pro, excutere; 'Cursu quatiunt armenta' Virg. in Eclog. Sicut et aliquoties pro, fatigare et vexare, occurrit. Sed *quærere* non est mutandum. Sive, investigare ad venandum. *Id.* —2 Flor. *armentas*. Male. Vide Notas ad Minutium. *Elmenh.* Item Pric. et Gud. ad Phædr. F. XXI. Ælian. lib. I. An. 31. Ovid. Ep. XIV. 96. Ha-

NOTÆ

non est, tirocinium, aut primitiæ, ut vertit Beroaldus: sed ignorantia et imperitia, ut 'rudis' est, imperitus. 'Furatrina conjugalis' est, adulterium.

[i] *Nec enim Charite maritum suum quærere patiebatur bestias armatas dente vel cornu*] Sic Venus Metamorph. lib. X. Adonidem dehortatur: 'Fortisque fugacibus esto, Inquit: in auda-

rumque densis tegminibus umbrosum,[3] prospectu vestigatorum obseptis campis,[4] canes venationis[k] indagini generosæ, mandato, cubili residentes invaderent bestias, immittuntur :[5] statimque, solertis disciplinæ memores, partitæ[6] totos præcingunt aditus : tacitaque prius servata mussitatione, signo sibi repentino reddito, latratibus fervidis[7] dissonisque miscent omnia. Nec ulla caprea,[8] nec pavens

tum opaco operimento ramorum, præcluso retibus exitu in campos cura venatorum, canes destinati ad sagacem investigationem ferarum immittuntur ad irruendum in belluas, quæ ibi forte stabularentur in latibulis suis : et statim recordati suæ sagacis artis partiuntur inter se universos aditus, et occupant eos : ac primum observato silentio, simul ac subitum signum fuit ipsis datum, implent omnia latratibus acribus et dissonantibus. Neque ulla caprea inde exsurgit, neque dama timidus,

lieut. vs. 45. et passim. *Oud.*—3 *Ramosumque, d. tegminibus umbroso, &c.* Fux. *ramorumque.* Roaldus. *Ramorumque d. t. umbrosum.* Vulg. *ramosumque d. tegm. umbroso prospectu, &c.* Sed pro *prospectu* etiam in scripto est, *prosectu.* Colvius. Ms. *fr. tumulum ramosumque d. t. umbroso prosectu vestigatorum obsentitis campis.* Sciopp. in Symbola. Rom. Ald. et Venet. *t. ramosumque.* Flor. et Venet. *umbroso.* Elmenh. Certissima est Colvii lectio, *ramorumque* et *umbrosum,* astipulantibus Mss. plurimis ; ut et seqq. viris doctis. *Umbrosam* est in Oxon. *Tegmibus umbroso* Pith. *Oud.*—4 Fux. *o. capreis.* Ineleganter. *Roald.* Palat. et Flor. *ob. capreis.* Elmenhorstius. B. *capis.* M. *capreis.* Putean. —5 Distingue: *canes, v. i. generosæ mandato, c. r. invadere bestias, imm.* Sine ullo sensu hæc ubique vulgata, ut et *invaderent bestias.* Notavi hunc locum supra lib. I. *Colv.* Flor. et Pal. *indaginis generosæ.* Flor. et Bert. *invaderent.* Elmenh.—6 *Partiti.* Fux. *partitæ.* Roaldus. *Partitæ.* Sic recte noster codex. Vulgati omnes, *partiti.* Canes fœminæ plurimum a Veteribus, ubi de venatione agitur, ponuntur. Ennius Annal. X. ‘ Veluti si quando vinclis venatica velox Apta solet ; si forte feram ex nare sagaci Sensit.’ Lucretius lib. I. ‘ Namque canes ut montivagæ persæpe ferai Naribus inveniunt intectas frunde quietes.’ Varius Poëta apud Macrobium : ‘ Cui canis umbrosam lustrans Gortynia vallem, Si veteris potuit cervæ comprendere lustra.’ Sic etiam Græci. Vetus poëta Adæus ; *Μούναις οὔτι γυναιξὶν ἐπήκοος, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς Συνθήρους σώζειν Ἄρτεμις οἶδε κύνας. Colv.*—7 Bertin. *secundis.* Sciopp. in Symb. et Susp. lib. IV. 4. Rom. et Ald. *fœcundis.* Bert. *secundis.* Flor. *ferundis.* Elmenh.—8 *Capra.* Ms. *c̄apa.* Colvius. Bert. *n. u. capera.* Elmenh.

NOTÆ

ces non est audacia tuta. Parce meo, juvenis, temerarius esse periclo : Neve feras, quibus arma dedit natura, lacesse : ’ &c.

[k] *Canes venationis, &c.*] Lego cum Pricæo : *canes venationis indagini generosæ mandatæ, cubili residentes, &c.* ut ordo verborum sit : Canes mandatæ, id est, destinatæ, immissæ, generosæ indagini venationis, &c. ut ‘ venationis ’ per metonymiam sumatur pro re per venationem quæsita, id est, pro feris : quo sensu usurpatur apud idoneos scriptores, et infra, hoc ipso libro : ‘ Partem venationis, immanis cervi pinguissimum femur,’ &c.

damula,[9] nec præ [155] ceteris feris mitior cerva, sed aper immanis atque invisitatus[1] exsurgit, toris callosæ cutis obesus,[l] pilis inhorrentibus corio squalidus, setis insurgentibus spinæ[2] hispidus, dentibus attritu sonaci spumeus,[3] oculis aspectu minaci flammeus,[4] impetu sævo frementis oris totus fulmineus.[m] Et primum quidem canum procaciores, quæ[5] cominus contulerant vestigium, genis hac illac jactatis consectas[n] interficit: deinde[6] calcata retiola, qua

aut etiam cerva lenissima ceterarum bestiarum, sed aper ingens, et qualis nunquam antea visus fuerat, pulpis callosæ cutis præpinguis, squalens villis rigentibus in pelle, horridus setis erectis in ejus spina, spumans ore, et atterens dentes inter se cum stridore, emittens ignem oculos truci aspectu, proterens omnia instar fulminis vehementi percussione sui rostri. Ac primum quidem occidit acerrimos canum, qui ad se propius accesserant, lacerans eos maxillis suis, quas intentat huc atque illuc. Deinde

—9 Guelf. sec. *danimula*, al. *dammula*, *dannula*. Salm. ad Solin. p. 75. vult semper scribendum esse *damma*, non *dama*. Certe duplex *mm* ibi habent Mss. aliquot. Sed male. Vide quæ in Advers. notavi ad Horat. lib. I. O. 2. 'æquore damæ.' *Oud.*—1 Antea lectum *inusitatus*. Sæpius librarios hoc *visitandi* verbum fugit bene scribere, ut qui plerumque pro eo exararint *usitandi*. Lipsius Epistol. Quæst. bis in Livio restituit, bis in Plauto. Recte Epidico, 'Ubi te visitavi.' Reposuerim etiam Trinummo: 'Ignota facies, quæ non visitata sit.' Ubi Parisiensis editio cusa ante annos centum, *quæ non visa sit*: quæ statim hanc correctiunculam nobis suggessit. Recte scriptum Florid. I. 'Contemplatusque frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio Philosophi nunquam visitata est.' Denique sæpius probi probatique auctores in hoc emendandi venient. Lipsius hic, ut et in multis aliis, præivit; nos secuti sumus. Jam facile aliis, nobiscum eandem viam terere. Nec hoc hujus loci gratia duntaxat dictum velim. *Colv.* Palat. *invitatus*. Alii, *inusitatus*. Elmenh.—2 *Spinæ*. Prave in Palat. Guelferb. pr. *spinis*. Oud. Cujus editio in textu impressum habet *corio* pro *spinæ*, quod reduximus.—3 *Spumans*. Vulg. *spumeus*. Colvius. *Dentium a. s. spumeus*. Sic lego cum Pal. Roman. et Flor. Vulgo, *dentibus a. s. spumans*. Ovidius: 'Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis, Fulmen ab arce [ore] venit.' *Elmenh.*—4 Prave D'Orv. Pith. et Edd. ante Colv. *flammeus asp. min.* Oud. —5 *Qui*. Fux. *quæ*, ut infra enuntiatum fœminine, 'canes generosæ,' Græcorum exemplo. *Roald.* Manuscriptus *quæ*. Notavit Rittershusius olim meus in Oppianum, cum de venatione sermo est, canes fœminino genere potius dici. *Sciopp. in Symb.* M. *quæ*, vel postea cum M. leg. *consectos*. Putean.—6 Ms. Florent. Guelf. pr. Edd. Elm. Scriv. Flor. *dein*. Oud.—7 Ab-

NOTÆ

[l] *Toris callosæ cutis obesus*] 'Tori' musculi sunt, lacerti etiam dicti. 'Callosa cutis' est, quæ sub se habet callum; hoc est, carnem compacta teneritudine; vel, ut ita dicam, tenera duritie commendabilem; qualis est aprugna caro.

[m] *Impetu sævo frementis oris totus fulmineus*] Duo illi dentes ex aprorum ore prominentes fulmina vulgo dicuntur. Ovid. lib. X. Metamorph. 'Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.'

[n] *Consectas*] A verbo, consecare.

primos impetus reduxerat,[o] transabiit. Et nos quidem cuncti pavore deterriti, et alioquin[7] innoxiis venationibus consueti, tunc etiam inermes atque immuniti,[8] tegumentis frondis et[9] arboribus latenter abscondimur. Thrasyllus vero, nactus[1] fraudium opportunum decipulum,[p] sic Tlepolemum captiose compellat:[2] Quid stupore confusi, vel etiam cassa formidine similes[3] humilitati servorum istorum, vel in modum pavoris fœminei dejecti, tam opimam[4] prædam mediis manibus amittimus? Quin equos inscendimus? Quin ocyus indipiscimur?[5] et cape venabulum, et ego sumo lanceam. Nec[6] tantillum morati, protinus insiliunt equos, ex summo studio[7] bestiam[8] insequentes. Nec tamen illa genuini vigoris oblita,[9] retorquet impetum: sed[1]

proculcavit et prætergressus est retia, qua parte intenderat primum cursum. Et nos quidem correpti timore, quippe qui assuefacti eramus venatibus innocuis, atque etiam tunc carebamus armis atque omni munimine, occultavimus nos clanculum sub tegminibus foliorum, et pone arbores. At Thrasyllus, oblata occasione commoda moliendi dolos, sic alloquitur fraudulenter Tlepolemum: Quare sinimus elabi tam pinguem prædam e mediis nostris manibus, stupentes et perturbati, aut etiam inani metu similes his servis pusillanimis, vel consternati timore, veluti fœminæ? Quidni insilimus in equos? quidni assequimur feram ocyus? et sume venabulum, ego vero capio lanceam. Et statim absque ulla mora conscendunt equos, persequentes feram maximo ardore. Illa autem, non immemor roboris sibi ingeniti, reflectit cursum,

est a Bert. *τὸ alioquin.* In Par. Guelf. pr. *in nostris ven.* D'Orv. *inn. novationibus.* Id.—8 Palat. *imminuti.* Flor. *attoniti.* Elmenh.—9 *Et.* Vulgat. *vel.* Colv.—1 Oxon. *naptus.* Pal. *opportune.* Oud.—2 D'Orv. *sicut ad Tlep. c. compellit.* Id.—3 Scripta lectio, *Qui stupore confusus, vel et cassa form. simul.* Colvius. Pal. Guelf. sec. *Quin*, et mox D'Orv. *capta.* Guelf. pr. *capsa.* Oud.—4 Par. Guelf. pr. *optimam*, solita depravatione. *Id.*—5 Fux. *Quin eum i.* Roald. Eadem scripta lectio, *Quin eum i.* Colv.—6 Pith. *Et.* Oud.—7 *S. st.* Rescribe, *ex s. st.* ut et ante editum fuit. *Colv.* Scilicet ipse in contextu deleverat Colv. auctoritate Ms. Lips. At hic in Notis sententiam mutavit. Cum Lips. Cod. tamen faciunt Oxon. Fux. Guelf. Par. D'Orv. et Edd. Vulc. Wow. Pric. et utroque tam sine, quam cum præpositione *ex* usus est Auctor; ob auctoritatem vero membranarum Florent. Pith. aliarumque, et omnium Edd. Vett. admisi *τὸ ex.* Adi ad lib. VII. p. 148. 'Ex summo studio.' *Oud.*—8 Negligentius contra Msstos et Edd. Floridus exhibuit *belluam.* Desideratur vero penitus hæc vox in Reg. Pal. Oxon. Par. Guelf. pr. *Id.*—9 Oxon. *Nec tamen g. sui vigoris obl.* Pal. Guelf. sec. *Nec tam g. fulgoris obl.*

NOTÆ

Editio Scriverii habet *confectas*, quod mihi placeret magis.

[o] *Reduxerat*] Pricæus *direxerat*; recte.

[p] *Decipulum*] Et frequentius 'decipula,' utrumque a 'decipiendo,' est proprie instrumentum, ad decipiendas aves et feras comparatum. Hic sumitur pro occasione struendi dolos.

incendio feritatis ardescens, dente compulsu,[2] quem[3] primum insiliat, cunctabunda rimatur. Sed prior Tlepolemus jaculum, quod gerebat, insuper dorsum bestiæ contorsit.[4] At[5] Thrasyllus feræ quidem pepercit,[6] sed equi, quo vehebatur Tlepolemus, postremos poplites, lancea feriens, amputat.[7] Quadrupes recidens,[8] qua sanguis effluxerat, toto tergo supinatus, invitus[9] dominum suum devolvit ad terram. Nec diu. Et eum furens aper invadit jacentem, ac primo [156] lacinias ejus,[1] mox[2] ipsum resurgentem multo dente

et accensa ardore suæ feritatis, terens inter se dentes, inspicit dubia, in quem primum irruat. At Tlepolemus misit prior telum, quod gestabat, in dorsum belluæ. Sed Thrasyllus, parcens quidem bestiæ, percutit lancea, et abscindit posteriores poplites equi, cui Tlepolemus insidebat. Equus reclinatus in eam partem, qua sanguis ipsi manaverat, et omnino stratus in tergum, invitus dejicit humi suum dominum. Nec ita multo post aper furiosus irruit in eum adhuc stratum humi, et primo vestes ejus, deinde ipsum laceravit crebris ictibus dentium, dum resurgeret. Neque pœnituit

A primo abest quoque *illa*. Id.—1 *Et*. Ms. *sed*. Colv. Malui ex Bertin. *inc. ferocitatis ard.* Wowerius. Bertin. *i. ferocitatis a.* Elmenh.—2 *D. compulso*. Vulgo, *dentium compulsu*. Colv. Malui ex Bertin. *dentium compulsu. Ferocitatis a. dentium compulsa.* Sic Bertin. sed Ald. editio, *dentium compulsu*. Mox legendum cum Bertin. *feræ quidem pepercit*. Sciopp. in Symb. et Susp. lib. IV. 4. *Dentium compulsu*. Vulgo, *dente compulso*. Elmenhorstius. F. *dente comploso*. Brant.—3 Pith. *quam*. Oud.—4 *Sed, &c. contorsit* exulant a Guelf. pr. *Id*.—5 Fux. *Ac*. Id.—6 Fux. *parcens*. Roaldus. *Parcens*. Vulgo, *pepercit*. Colv. Idem Cod. *pepercit, sed equi*. Wowerius. Flor. *pepercit*. Elmenh.—7 Scriptus codex, *amputarit*. Colvius. Item D'Orv. Fux. Guelf. ambo, et Oxon. Sed vide supra 'interfecit' et 'transabiit,' ac millies. *Oud*. —8 Manuscriptus *residens*: probissime. In postumos enim poplites resedit equus. *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. IV. 4. *Residens*. Sic Bert. Alii, *recidens*, non æque bene. *Elmenh*.—9 Τὸ *invitus* non est in Palatino. *Elmenh*. Uti nec Oxon. Par. Guelf. utroque, et Voss. Coll. sive Lips. atque uncinis circumscripsit Scriv. Sed adi ad p. 156. *Oud*.—1 *At enim furens aper, invadens primo lacinias ejus*. Vulgo, *Nec diu, sed eum furens aper invadit jacentem: ac primo lacinias ejus*. Unde ante legebam, *Nec diu, ecce eum*. *Ecce*, in re repentina et improvisa, inopinata: quod notat ad Adelphos Terentii Donatus. Sallustius Jugurtha: 'Ecce autem ex improviso intoleranda audacia, scelere atque superbia sese efferens!' Quem locum hic non tam laudo ad hunc nostrum, quam ut a Palmerii correctione non necessaria vindicem. *Ex improviso* ut glossema tollendum censet. At sic Varro Eumenidibus: 'Et ecce de improviso ad nos accedit cana veritas, Atticæ Philosophiæ alumna.' In Apuleio scriptam lectionem genuinam putamus. *Colv*. *Nec diu scilicet eumque aper furens invadit jacentem, ac primo lacinias*. Ita Bert. Suspicor locum esse glossemate depravatum, et, deletis *scilicet eum*, legendum: *Nec diu, aper furens invadit jacentem*. Ascripserat quis, *scilicet eum*. Sciopp. in Symbola. *Nec diu, sed eum aper furens invadit jacentem, ac primo*. Ita Flor. et Rom. Bert. *non diu scilicet eum a. f. i. j.* Vulgo: *at ecce furens aper invadens primo*. Elmenh.—2 Fux. *post*. Roaldus. *Post* exaratur item in Lips. Oxon. Par. Guelf. Pal. Reg. D'Orv. et edidere Colv. Vulc. Merc. Wow.

laniavit.[3] Nec cœpti nefarii bonum piguit amicum, vel suæ sævitiæ litatum saltem tanto[4] periculo cernens, potuit expleri; sed percito,[5] atque plagosa vulnera[6] contegenti,[7] suumque[8] auxilium miseriter[q] roganti, per femur dextrum immisit lanceam:[9] tanto ille quidem fidentius, quanto crederet ferri vulnera similia futura prosectu[1 r] dentium. Nec non tamen[2] ipsam quoque bestiam[3] facili manu transadigit.[4] Ad hunc modum defuncto[5 s] juvene, exciti latibulo suo quisque familia mœsta concurrimus. At ille, quan-

egregium illum amicum sui nefandi incepti, neque potuit satiari, tametsi videret satisfactum esse suæ crudelitati tanto discrimine; sed, dum ille perturbatus operiret sua crura vulnerata, atque imploraret miserabiliter ejus opem, adegit ipsi lanceam per coxam dextram: idque fecit eo quidem audacius, quod arbitraretur plagas ferro factas fore similes scissuræ dentium. Perforat tamen quoque facile ipsam feram. Juvene sic interfecto, nos omnes servi, evocati singuli ex nostris latebris, currimus

Pric. Sed *mox* servant Flor. cum Bert. Pith. Fulv. Bemb. aliisque, ut videtur, ac *post* languidius tardiusque est. *Oud.*—3 Flor. *laniatum.* Male. *Elmenh.* —4 D'Orvil. Pith. *tanto saltem.* Oud.—5 Rom. *parcito.* Elmenh. Ac Vicent. sed bene jam monitum et correctum a Beroald. Participium 'percitus' enixe adhibere amat Appuleius. Vide Indicem. Mox *atque* exulat a Reg. D'Orv. ac Pith. *Oud.*—6 *Pl. crura.* Fux. *p. vulnera,* ut et Ald. Sed male. *Roald. Pl. vulnera.* Vulgati, *pl. crura.* Colv. Lege ex Ful. *pl. crura conteg.* Wowerius. Manuscr. *pl. crura.* Sciopp. in Symb.—7 *Vel suæ, &c. conteg.* Hæc omnia desunt Mss. Oxon. Palat. Par. Guelf. utrisque. *Oud.*—8 Oxon. Pal. Guelferb. *sed suum.* Id.—9 *Lanceam immisit.* Iidem, *demisit lanceam.* Colvius. Bert. *dimisit.* Flor. *dimissa.* Elmenh.—1 Bert. *prosecta.* Elmenh. —2 *Tantoq. ille, &c. nec non tamen.* Desunt cuncta hæc Oxon. Guelf. et Par. *Illo* Edd. Junt. Ald. Vide ad lib. VI. init. 'Nimio tanto cupidior.' Fux. *t. q. fid. ille.* Oud.—3 *Ipsam best.* Iidem, *ipsam quoque best.* Colvius. *I. quoque b.* Τὸ *quoque* non est in vulgatis. *Elmenh.* Temere Colv. ex unico Cod. Lips. cui tamen concinit Pal. ejecerat vocem *quoque,* tunc non comparentem in Edd. Vulc. Merc. Wow. Pric. sed in reliquis Edd. et Mss. nisi quod Oxon. Guelf. pr. et Fux. det, *ipsam etiam b.* et Par. *ips. bestiam.* Oud.—4 *Transadiit.* Fux. *transadigit,* ut Poëta: 'Transadigit costas.' *Roald. Transadiit.* Iidem, *transadigit.* Alibi supra mihi notatum. *Colv.*—5 Ms. *definito.* Mox Bert. *quanquam peracto voto:* et rursum, *avide circumplexus.* Sciopp. in Symbola. *Definito.* Lectionem Romani et Fulv. codicis prætuli vulgatis et Mss. aliis, in quibus erat *defuncto.* Vide Indicem. *Elmenh.* Inepte Beroald.

NOTÆ

[q] *Miseriter*] Vox infrequens. Laberius apud Nonium: 'Mens incorrupta miseriter corrumpitur.'

[r] *Prosectu*] Dativus antiquus. Sic Virgil. 'Teque aspectu ne subtrahe nostro.' Et infra Noster, 'luctu legitimo,' pro, luctui.

[s] *Def.* [*definito*] Beroaldus reponebat *defuncto,* frustra. Repone potius *finito,* id est, interfecto. Noster, lib. VI. 'Quam [vetulam] licet claudi pedis tui calce unica finire poteris.'

quam, perfecto [6] voto, prostrato inimico lætus ageret,[t] vultu tamen gaudium tegit, et frontem asseverat,[u] dolorem simulat:[7] et, cadaver, quod ipse fecerat,[w] avide circumplexus,[8] omnia quidem [9] lugentium officia solerter affingit;[1] sed solæ lacrymæ procedere [2] noluerunt.[3] Sic ad nostri [4] similitudinem, qui vere lamentabamur, conformatus, et manus suæ culpam [mentiens] bestiæ dabat.[5] Necdum [6] satis scelere transacto, Fama dilabitur, et cursus primos ad domum Tlepolemi detorquet, et aures infelicis nuptæ percutit.[7] Quæ quidem, simul percepit talem nuntium,

ad ipsum lugentes. Ille autem voti compos, quamvis esset hilaris interfecto suo inimico, celat tamen lætitiam vultu, et corrugat frontem, fingit mærorem, et amplectens cupide corpus, quod ipse privaverat vita, simulavit quidem callide universa munia mærentium; at lacrymæ solæ renuerunt prodire. Sic compositus ad nostrum exemplum, qui vere plorabamus, attribuebat mendaciter belluæ crimen suæ manus. Vix facinus illud erat omnino peractum, cum divulgatur rumor, et deflectit primum cursum ad domum Tlepolemi, et verberat aures infortunatæ conjugis ejus. Quæ

defuncto. Idem in Add.—6 *Perf.* Bert. *peracto.* Idem. Ultimum edidit Scriverius, et primum placuit Pric. qui in Addendis bene sententiam mutavit. Lib. IX. p. 190. 'Perfectum desiderium Philesietæro lætitia percitus nuntiat.' *Oud.*—7 *Dol. simulans.* Iidem, *et dolorem simulat.* Colvius. *Et dolorem simulat.* Vulgo, *d. simulans.* Elmenh. Pro Colvio stant Mss. Lips. Palat. et Oxon. in quo *dissimulans*, cum Edd. eum sequentibus Vulc. Merc. Wow. Pric. Sed ceteri Mss. et Edd. exhibent id, quod bene revocavit Elmenh. *Oud.*—8 Fux. *amplexatus.* Roaldus. *Amplexatus.* Iidem vulgati, *circumplexus.* Colvius. *Circumplexus.* Vulgo, *amplexatus.* Elmenh.—9 *Quidem* deest Mss. Oxon. Fux. Guelferb. pr. Pal. et Coll. Voss. sive Lipsiano. *Oud.*—1 Fux. *o. finxit solerter.* Roaldus. *Off. finxit.* Iidem, *off. solerter affinxit.* Colv. Vulgata lectio minime rejicienda: *officia solerter affingit.* Eandem et Fulv. Cod. agnoscit. *Wow.* Non debuit a Colv. solicitari vulgata lectio, *officia solerter affingit*: sicut et in Ms. Fulv. legitur. 'Affingit, προσαναπλάττει vel προσποιεῖται.' Statim in Bert. est: *Fama dilatatur.* Sciopp. in Symbola. *Solerter affinxit.* Hæc male immutavit Colv. et Vulc. cum etiam in optimis Mss. ita habeatur, sicuti nos ea produximus. *Elmenh.*—2 Fux. *exire.* Roald.—3 *Sed solæ, &c. noluerunt.* Hæc non sunt in Mss. libro. *Colv.* Eadem usque ad *conformatus* desunt Oxon. Guelf. et Par. *Oud.*—4 Scriptus, *nostram.* Idem liber, *demtabam.* Colv. Flor. *sic a. nostram amaritudinem, q. v. l. confirmatus.* Elmenh.—5 *Culpam bestiæ dabat.* Fux. *culpam mentiens b. d.* Roald. *Mentiens.* Hoc in nullis erat vulgatis. *Colv.* Τὸ *mentiens* delet Fl. et Bert. *Elmenh.*—6 Edd. Vicent. Ber. Bas. pr. *Nedum.* Oud.—7 Guelf. *percurat.* Id.—8 Flor. *aliud.* Elmenh.

NOTÆ

[t] *Lætus ageret*] Subintellige, vitam.

[u] *Asseverat*] Severam reddit, exasperat. De hoc verbo jam libro superiore, et lib. III. Vide Not. p. 208.

[w] *Cadaver, quod ipse fecerat*] Ex corpore vivo, quod erat prius.

qualem non audiet alium,[8] amens et vecordia percita,[9] cursuque bacchata furibundo, per plateas populosas et arva rurestria[1] fertur, insana voce casum mariti quiritans.[2] Confluunt civium mœstæ catervæ; sequuntur obvii omnes[3] dolore sociato; civitas cuncta vacuatur[4] studio visionis. Et ecce mariti cadaver accurrit,[5] labantique[6] spiritu totam se super corpus effudit: ac pænissime[7] ibidem, quam devoverat ei, reddidit animam. Sed, ægre manibus erecta[8 x]

quidem ubi accepit hunc nuntium, cui nunquam audiet alium similem; rapitur per vicos populosos et agros solitarios demens, exstimulata vesania, et currens instar Bacchæ furentis, vesano clamore ejulans fatum sui mariti. Tristes turmæ civium concurrunt; quotquot occurrunt ipsi, sequuntur eam, conjungentes dolorem suum cum ejus dolore. Omnes deserunt urbem, desiderio visendi. Ipsa autem statim cucurrit ad corpus exanimum sui viri, et, deficiente anima, prostravit se totam super cadaver: nihilque propius factum est, quam ut efflaret ibidem spiritum, quem ipsi consecraverat. Verum, extracta inde difficulter manibus suorum, remansit in vita,

—9 Guelf. sec. *parata*. Oud.—1 D'Orv. *rustria*. Id.—2 Vulgo, *queritans*. Exciderat hoc verbum etiam supra l. v. 'Sic quiritans properiter emergit a mari.' Arnob. lib. IV. 'Et negligi sacrilege clamitatis, quiritatis inique contemni.' *Colv.*—3 *Omnes* e scripto primum nunc additum. *Colv.*—4 *Civitas vac.* Vulgo, *civ. cuncta vac.* Colvius. Flor. *civitas cuncta v.* Elmenh.—5 Guelf. pr. D'Orv. Oxon. ut volebat Groslot. *occurrit*, tantum non perpetua variatione. Vide supra. *Oud.*—6 Ibid. *labentique*. Colvius.—7 *Plenissime.* Exigua, at certa mihi emendatio: quæ parum quidem ad ornatum, plurimum tamen ad sensum: *pænissime*, voce declinata ab adverbio 'pæne.' Usus hic Auctor alibi, et usus quoque Plautus. En alterum locum Apuleii, a me quoque reparatum lib. tertio Floridorum: 'Cum impedita esset imbri recitatio, in propinquum diem vobis volentibus protuli, et quidem Philemonis exemplo pænissime.' Si enim librum inspexeris, nimis quam insulsum esse comperies illud vulgare: *et quidem Philemonis exemplo, plenissime quippe eodem die, &c.* Integrum id vocabulum Apuleio remansit secunda Apologia sua: 'Nam quod pænissime,' inquit, 'oblitus sum.' *Stewech.* *Pænissime.* Ibid. *plenissime.* Hoc ipso libro post, ut et Aulul ariæ Plautinæ locis duobus, idem bene repositum a Lipsio: 'Manum cujusdam fœtore sordentem, qui gingivas identidem meas putidis scalpebat digitis, mordicus arreptam pænissime contrivi.' Sic etiam putamus legendum Floridorum lib. III. 'Pænissime quippe eodem die in palæstra adeo talum inverti, ut minimum afuerim, quin articulum etiam a crure defringerem.' Apolog. II. 'Quod pænissime oblitus sum.' Legendum etiam videatur Mercatore: 'Simul autem pænissime eos, qui adversum eunt, aspellito.' Sed etiam apud Nostrum eadem Apol. II. scribendum reor: 'Si non modo crimina objecta pænissime dilui, verum etiam radicem hujus judicii, id est hæreditatis quæsitæ invidiam, funditus sustuli.' In quibus locis omnibus *plenissime* lectum pro *pænissime*. De quo adi Priscianum lib. XV. Possit forte etiam alibi *planissime* legi, ut Sticho: 'Nam, ni illos homines expello, ego occidi planissime.' Item alibi. *Colv.* *Pænissime reddidit.* Rom. et Ald. *plenissime*. Bert. et Rom. *reddidisset*. Elmenh.—

NOTÆ

x *Erecta* [*erepta*] Melius legas cum Ms. Palat. *erecta*: se totam enim super corpus effuderat.

suorum, invita remansit in vita.[9] Funus vero, toto[1] feralem [157] pompam prosequente populo, deducitur[2] ad sepulturam. Sed Thrasyllus[3] nimium clamare,[4] plangere: et, quas[5] in primo mœrore lacrymas non habebat, jam scilicet crescente gaudio reddere, et multis caritatis nominibus veritatem ipsam fallere. Illum amicum, coætaneum, contubernalem, fratrem denique, addito nomine lugubri, ciere: necnon interdum manus Charites[6] a pulsandis uberibus amovere:[7] luctum sedare, ejulatum coërcere: verbis

quamvis nolens. Exequiæ autem procedunt ad rogum, universa plebe comitante pompam lugubrem. At Thrasyllus cœpit supra modum vociferari, tundere pectus; et jam, lætitia nimirum crescente, fundere lacrymas, quibus fuerat destitutus initio sui ficti doloris, et fucum facere ipsi veritati multis nominibus amicitiæ: flebiliter appellare ipsum amicum, æqualem, convictorem, ac postremo, fratrem, adjecto etiam nomine ejus. Nec desinebat interim tamen arcere manus Charites a percutiendis papillis, compescere ejus mœrorem, cohibere lamenta, retundere aculeum doloris ver-

8 *Erepta.* Pal. *erecta.* Bene. *Elmenh.*—9 *Inv. r. in v.* Eleganter. Frigide vulgo, *r. in vita*, omisso *invita.* Colv.—1 D'Orv. *totam.* Oud.—2 Pith. *perduc.* Id.—3 Vulg. *Sed et Thras.* Colv. Copulam addidere Junt. utraque, Ald. et Colin. Sed in Mss. et Edd. prioribus non comparet. *Oud.*—4 Vetus codex, *nimium nimium clamare.* Forte scribendum, *nimium nimiumque.* Tibullus: 'Jam venit iratus nimium nimiumque severis.' Legendum etiam ex veteri libro nostro apud Senec. de Benef. lib. I. c. 14. 'Beneficium demus, quod usu magis magisque placeat:' ubi cusum minus eleganter, *magis ac magis.* Sic Cicero ad Tironem: 'Enitar, ut apud judices magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio.' Et ita Noster supra lib. III. et V. 'Diu diuque.' Ut Græci *μᾶλλον μᾶλλον*, notante Suida: apud quem Alexis Attide: *Πῶς ἐπινεφεῖ τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ, Ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον*; Aristophanes apud eundem in dictione Ἰστίοις: *Εἶτα μᾶλλον μᾶλλον ἄξεις.* Pacuvius Atalanta: 'Dolet pigetque magis magisque me Conatum hoc nequicquam itiner.' Sic quot quotque apud Manil. lib. IV. 'Tot ducit vires, dominos quot quotque recepit.' Ut frustra sit, qui *quotcumque* ibi legi debere censet. *Colv.* Ms. *nimium nimius clamare.* Sciopp. in Symb. Bert. *n. clamare.* Flor. et Fulv. liber, *nimium nimius clamare:* unde recte Colv. legendum putat, *nimium nimiumque clamare*, ut apud Virg. 'Iterum iterumque vocabo.' *Elmenh.*—5 Guelf. pr. *quasi.* Pal. *qui;* ut et legi posset. Perperam vero ab Edit. Flor. exulat præpositio. *Lacrymas* exulat a Fux. *Oud.*—6 D'Orv. *charitates.* Id.—7 Ms. *appulsandis ub. admovere.* Colvius. Aldus, *a p. verberibus.* Inepte. In luctu pectora pugnis pulsabant. Quintilianus Declam. X. p. 61. 'Mulier, quæ sanguinantes ad judices porrigit lacertos, quæ scisso laniatoque vultu, quæ lividis profertur uberibus, magno dolore cogitur, ut hoc potius agat, quam cineres osculetur, complectatur urnam.' Noster libro quarto: 'Pectus palmulis infestis tundere.' Lib. V. 'Quid pectora, quid ubera sancta tunditis?' Lib. VII. 'Tunsisque ac diverberatis vehementer uberibus.' *Elmenh.* Mulieres in exequiis et luctu ora lacerabant, et pectus pugnis infestis tundebant, quo sanguine ostenso inferis satisfieret. Unde et apud sepulcrum victimas cædebant. Vide Servium ad III. Æneid. *Idem in Add.* Cui non dictus Hylas? Corrupte *verberibus* ediderunt quoque Junt. Ed. utraque, estque

palpantibus [8] stimulum doloris obtundere, variis exemplis multivagi casus [y] solatia nectere: cunctis tamen mentitæ [9] pietatis officiis studium contrectandæ [1] mulieris adhibere, odiosumque amorem suum perperam [2] delectando nutrire. Sed, officiis inferialibus [3] statim expletis, [4] puella protinus festinat ad maritum suum demeare: cunctasque prorsus pertentat [5] vias, certe illam lenem [z] otiosamque, nec telis ullis [6] indigentem, sed placidæ quieti consimilem: inedia denique misera [7] et incuria squalida [a] tenebris imis abscon-

bis blandientibus, contexere consolationes ex diversis exemplis fortunæ instabilis: adjungebat tamen omnibus muniis suæ pietatis simulatæ curam palpandæ mulieris, et alebat suum execrandum amorem oblectando eum nefarie. At, statim atque exequiæ fuerunt factæ, mulier conatur illico descendere ad suum conjugem: et explorat omnes omnino rationes id faciendi. Certe tentat rationem illam placidam et tranquillam, quæ nullis armis opus habet, sed similis est leni somno; postremo, jam abdita obscuro loco, pepigerat cum vita se excessuram ex ea funesta abstinentia

in Coll. Voss. *Admovere* Guelf. sec. *Oud.*—8 D'Orv. *palpentibus.* Guelf. pr. *obtudere.* Id.—9 Oxon. Guelf. pr. *mentitis.* Id.—1 Scriptura vetus, *contractandæ.* Colv.—2 Guelf. pr. *properam.* Oud.—3 Vulgo, *inferalibus.* Colvius. Rom. *inferalibus.* Elmenhorstius. O. Edd. ante Colv. habent, *inferalibus.* Oxon. Guelf. pr. *imperialibus.* Oud.—4 *St. factis.* Sic Ms. et in Marg. 'Al. *statim erectis.*' Ven. Ald. Bas. 1. *st. ereptis.* Unde quosdam legere ait Beroaldus, *st. expletis.* Colvius. Ms. *st. expletis.* Bertin. et vulgati *ereptis.* Unde faciebam *exactis.* Sic lib. IX. p. 162. 'Peractis feralibus officiis tradunt sepulturæ.' *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. IV. 4. Lege cum Flor. *st. exactis*, vel cum Bert. *st. expletis.* Elmenh.—5 *Festinat, pertentat.* D'Orv. *festina, pertenta.* Burm. margini allevit *protentat.* Oud.—6 Abest *ullis* a Manuscripto. *Colv.* Uti et a Palat. ac Guelferb. *Telis* a Fux. *Id.*—7 Ms. *in. d. miseria.* Unde potest legi, *inediæ d. miseria*, quod etiam Lipsio visum.

NOTÆ

[y] *Variis exemplis multivagi casus, &c.*] Petron. ubi de Matrona Ephesi: 'Cœpit [miles] hortari lugentem, ne perseveraret in dolore supervacuo, &c. omnium eundem exitum esse, sed et idem domicilium: et cetera, quibus exulceratæ mentes ad sanitatem revocantur.' *Multivagi*] A 'vagando.' Multivagus, quasi per multos et per multa vagans.

[z] *Illam lenem*] Inedia scilicet accersitam, ut mox subjungit. In contrariam sententiam Græcus Poëta dixit, Οἴκτιστον λιμῷ θανέειν: Miserrimum esse fame mori. *Illam*] Pronomen 'ille' sæpius usurpat Apuleius hac forma et significatione. Lib. VI. 'Tunc formicula illa parvula, et ruricola,' &c. et lib. V. 'Ipsum illum Cupidinem formosum Deum.'

[a] *Inedia denique misera et incuria squalida*] Quibus mox opponit cibum et lavacrum. 'Incuria' itaque hic est præsertim abstinentia balnearum; quibus ubi assueverant corpora, non sine gravi valetudinis dispendio poterant carere.

dita cum luce jam transegerat. Sed Thrasyllus instantia pervicaci,[8] partim per semetipsum, partim per ceteros familiares ac necessarios ipsos,[9] denique puellæ parentes extorquet[1] tandem jam lurore et illuvie pæne collapsa[2] membra lavacro, cibo denique confoveret. At illa, parentum suorum alioquin reverens, invita quidem, verum religiosæ necessitati succumbens,[3] vultu non quidem hilaro,[4] verum paulo sereniore, obiens,[5] ut jubebatur, viventium munia, prorsus in pectore, immo vero penitus[6] in medullis, luctu ac mœrore carpebat animum: et dies totos[7] totasque noctes insumebat luctuoso desiderio: et imaginem

ciborum et negligentia sordida. At Thrasyllus urgens pertinaciter, tum per seipsum, tum per reliquos amicos atque necessarios puellæ, tum etiam per parentes ejus, impetrat tandem, ut reficeret balneo, ac demum etiam cibo, artus suos jam fere defectos pallore et sordibus. Illa autem, quæ ceteroqui reverebatur suos parentes, non sponte quidem, sed victa sancta necessitate peragens officia vivorum, vultu, non læto quidem, sed aliquanto tranquilliore, ut videbatur, conficiebat animum fletu ac tristitia sita in imo corde, seu potius in intimis medullis: et impendebat dies perpetuos et noctes solidas flebili desiderio: et divinis honoribus colens cultu assiduo

Colv.—8 Pith. *pertinaci.* Vide supra. *Oud.*—9 *Nec. nuntios.* Vulgati non habent *nuntios.* Colvius. Recte Palat. Cod. ignorat vocem *nuntios,* quæ ab aliena manu accessit. *Wow.* In Pith. *f. at nec.* In D'Orv. *f. vel necessarios.* Vocem *nuntios* pravo judicio a Colv. intrusam, et a Vulc. Ed. pr. ac Merc. retentam, bene rejecit Wow. Vulc. Ed. sec. et seqq. sicut eam haud agnoscit alius Codex, quam Lips. Pricæus uncis inclusit. *Oud.*—1 Ms. *extorquent.* Colv. Guelf. pr. *retorquet.* Oud.—2 Palat. Guelf. sec. *collaxa.* Membra 'labi' dicuntur, quæ morbo macieque squalent, et flaccida pendent. Vide ad lib. x. p. 210. 'Lapsa genua.' *Id.*—3 Fux. *succubuit.* Roaldus. Idem codex, *succubuit.* Colvius. In Florent. est, *verum etiam r.* In Edd. Vicent. Junt. Aldi est *religiose.* Sed tum præstaret *religiosa* in Nominat. *Succubuit* exaratum est etiam in Palat. Oxon. Reg. D'Orvill. Verum amat participia sine copula congerere Auctor. Vide ad lib. III. p. 45. Alioquin hisce per copulam *ac* vel *quæ* sequentia connectenda. *Oudendorp.* —4 Vulg. *hilari.* Colvius. *V. vero* Guelf. pr. *Quidem* exulat a Guelf. Pal. Oxon. Fux. Coll. Voss. *Hilari* vero in O. Edd. ante Colv. at in solis Mss. D'Orv. Pith. legitur. Vide ad l. III. p. 50. *Oud.*—5 Fux. *obediens,* sed falso. *Roald.* Ms. *obediens ut videbatur.* Colvius. Alii, *obediens ut videbatur.* Elmenh.—6 Scribo: *penitis.* Sic etiam legendum putavi supra lib. v. 'Jam præcordiis penitis nutrirent invidiam;' et alibi sæpius. Plautus Cistellaria: 'In latebras abscondas pectore penitissimo.' Attius Argonautis: 'Aut forte Triton, fuscina evertens specus Subter radices penitas, undante in freto, Molem ex profundo saxeam ad cœlum vomit.' Sed ibi male etiam vulgatum, *radices penitus.* Ascripsimus hos versus elegantissimos ex Prisciani libro de Metris. *Colv.* Paruerunt Colvio Vulc. Ed. sec. et Scriv. magisque placuit Heinsio d. l. [sc. ad Ov. M. XIV. 208.] Sed favet Msstorum nullus. L. x. p. 230. 'Perniciem visceribus furentem medullæ penitus attraxerant.' Confer quæ notavi ad l. I. p. 10. 'Ad viscera penitus.' *Oud.*—7 Vulgati, *diesque totos.* Colvius. Vett. Editionibus consentit D'Orv. et Pith. *Oud.*—8 *De-*

defunci,[8] quam [9] ad [158] habitum Dei Liberi formarat,[1] [b] affixa servitio [c] divinis percolens honoribus,[2] ipso sese [3] solatio cruciabat. Thrasyllus vero, præceps alioquin, et de ipso nomine temerarius,[4] priusquam dolorem lacrymæ satiarent, et percitæ mentis resideret furor, et in sese nimietatis senio facesseret [5] luctus; adhuc flentem maritum, adhuc [6] vestes lacerantem, adhuc [7] capillos distrahentem,

simulacrum mortui mariti, quod effinxerat ad instar Dei Bacchi, torquebat se ipso solamine. At Thrasyllus, nimis properans et inconsultus, antequam dolor illius expleretur flendo, et furor perturbati animi sedaretur, et dolor evanesceret longa duratione suæ vehementiæ, ausus est adire eam de matrimonio, dum lugeret conjugem, dum adhuc discinderet sua vestimenta, dum velleret adhuc suos crines: et sic

functi abest a Ms. et Ald. *Colv.* Non A. 1521. Sed abest etiam a Ms. Regio, Fux. *Oud.*—9 In Ms. Pithœi, Edd. Rom. Vicent. Junt. Aldi legitur, *imagines d. quas.* Vide ad Suet. Ner. c. 37. Sed vetant Mss. ceteri. *Id.*—1 *Formaverat.* Scripta lectio, *formadat.* Scias scriptum fuisse, *formarat.* Colvius. *Formarat.* Flor. *foraverat.* Male. *Elmenh.*—2 D'Orv. *honores.* Oud. —3 Vulg. *ipso se.* Ms. *ipse sese.* Colv. *Sese* confirmatur a reliquis Mss. et Colv. sequentibus Edd. In D'Orv. *conciabat. Verum paulo, &c. cruciabat:* hæc omnia desunt in Mss. Palat. Oxon. Par. Guelf. utroque. *Oud.*—4 *Thras. vero præceps et tem.* Vulg. *Sed Thras. præceps alioquin, et de ipso nomine tem. De ipso nomine* glossema est: nec id agnoscit liber vetus. *Colv. Sed Thras. præceps alioquin qui et tem.* Sic est in Bertin. sed particula *qui* delenda est. *Alioquin* sæpe sic legitur apud hunc, ut lib. II. p. 20. 'Tunc illa lepida alioquin et dicacula puella, Discede, inquit.' *Sciopp. in Symb.*—5 *Lacesseret.* Primum scribo, *facesseret.* Nonium, item et Festum consulendos suadeo, in 'Facessere.' Apuleius libro tertio: 'Omnis cunctatio, ignavia omnis facessat e pectore.' Deinceps porro subdubito, num in Ms. aliquando fuerit, *dolorem lacrymæ exsatiarent.* Solens quippe illi, ut aliis idoneis auctoribus quoque, composita pro simplicibus uti, quod aliis quibusdam, præsertim poëtis, contra placuisse, eorundem lectione manifestum sit. *Stew. In sese n. s. lacesseret l.* Hæc scripta lectio, hæc excusa. Beroald. legit, *in sese n. s. lassesceret luc.* Lipsius, *flaccesceret.* Nos, *hinc sese n. s. facesseret luctus.* Colvius. *Lassesceret.* Ita Pal. Roman. Flo. Beroald. et Aldus. Lipsius, *flaccesseret,* Aldus, *lacesseret.* Colv. et Stewech. *facesserent* legunt. *Elmenh.*—6 Guelf. pr. *adhec f. m. adhec.* Oud.—7 Exulat *adhuc* typothetarum, sine dubio, culpa

NOTÆ

[b] *Et imaginem defuncti, quam ad habitum Dei Liberi formarat, &c.*] Polla, Lucani conjux, maritum similiter adorat, sed non sub emendicata Bacchi alteriusve Numinis figura, apud Statium, lib. II. Sylv. in Genethliaco Lucani: 'Hæc te non thyasis procax dolosis Falsi numinis induit figura. Ipsum sed colit, et frequentat ipsum Imis altius insitum medullis: Ac solatia vana subministrat Vultus, qui simili notatus auro Stratis prænitet, incubatque somno,' &c. 'Dolorque fessus, Quicquid fleverat ante, nunc adoret.'

[c] *Affixa* [*Affixo*] *servitio*] Sic Editiones vulgatæ. Pricæus, quem secutus sum in interpretatione, mavult *affixa.* Si magis placuerit *affixo,* expone, assiduo et diligenti.

non dubitavit de nuptiis convenire, et impudentiæ [8] labe tacita [9] pectoris sui secreta fraudesque ineffabiles detegere. Sed Charite vocem nefandam et horruit et detestata est: et velut gravi tonitru, procellaque sideris,[1] [d] vel etiam ipso Diali fulmine percussa, corruit corpus, et obnubilavit [2] animam.[e] Sed intervallo revalescente paulatim spiritu, ferinos rugitus [3] iterans, et jam scenam pessimi Thrasylli perspiciens, ad limam [4] consilii,[f] desiderium petitoris distulit. Tunc inter moras, umbra illa misere trucidati Tlepolemi, sanie cruenta [5] et pallore deformem attollens faciem, quietem [6] pudicam interpellat uxoris: Mi conjunx, quod tibi [7]

revelare culpa suæ petulantiæ occulta arcana sui cordis, et dolos non patefaciendos. Verum Charite excepit illa verba scelesta cum horrore et execratione, et collapsa est corpore, et amisit omnem sensum, perinde ac si fuisset percussa vehementi tonitru, et afflatu astri pestiferi, aut etiam ipso fulmine Jovis. Sed, postquam, interjecto spatio temporis, paulatim resumsit animum, renovavit clamores horrendos; cum videret quoque quid nequissimus Thrasyllus struxisset, rejecit cupiditatem postulantis ad examen consilii. Tunc per intervallum illius dilationis simulacrum illud Tlepolemi, tam miserandum in modum occisi, attollens vultum sanguinolentum tabo et deturpatum pallore, interrumpit castum somnum suæ conjugis, his

ab Edd. Wow. et Pric. *Id.*—8 Fux. *impudentiæ*, ut infra etiam emendavimus. *Roald.* *Imprudentiæ.* Liber scriptus, *imprudentiæ.* Beroaldi editio, *impudente.* Sed Noster supra lib. II. 'Sensit impudentiæ suæ labem.' Quo suam sibi asserit lectionem. *Colv.* Pal. Colv. (immo Lips. Cod.) et Flor. *imprudentiæ.* Lib. II. 'Sensit impudentiæ suæ labem.' *Elmenh.*—9 Coll. Voss. *citata*, perperam. Vide ad l. VI. p. 111. 'Per tacita secreta cistorum.' *Oud.*—1 *Sideris.* Idem, *federis.* Colv. De sideratione sive sideris afflatu vide Beroald. Alibi, 'Sidera mota tonant.' D'Orv. vitiose *procelcellasque.* Oud.—2 L. *obumbravit.* Ita Bert. *Sciopp.* l. IV. *Susp. L. Ep.* 4. *et in Symb.*—3 Fux. *rugit.* Roaldus. Ms. *mugitus.* Sciopp. in Symbola. *Mugitus reiterans.* Vulgo, *rugitus iterans.* Elmenh.—4 Oxon. Guelf. pr. ridicule *ad lunam.* Bertin. *petitionis.* Oud.—5 *Sane cruenta.* Vulg. *cruentam.* Colvius. Leg. *sanie cruentam.* Wowerius. *Sanie cruentam f.* Alii, *sane cruentam.* Elmenh. *Sanie cruenta.* Sic recte amicissimus Meursius ad Theocritum primus legit hunc locum. Vulgati male, *sane.* Idem in Add.—6 D'Orvill. cum Ed. Vicent.

NOTÆ

[d] *Procellaque sideris*] Sideratione, ἀστροβολισμῷ, seu potius, juxta Galenum, σφακελισμῷ, cum scilicet pars aliqua corporis pestifero sidere afflata subito marcessit, ossaque ipsa computrescunt.

[e] *Obnubilavit animam*] Hellenismus, id est, secundum animam. Observa 'obnubilavit' neutraliter sumtum, et eadem plane vi, qua modo 'corruit corpus.'

[f] *Ad limam consilii*] Metaphora a fabris ferrariis. Incepta enim expolit maturum consilium, ut lima fabrile opus.

prorsus ab alio dici [8] non licebit, et si pectori tuo jam permanet nostri memoria,[9] vel acerbæ mortis meæ casus fœdus caritatis intercidit:[1] quovis [2] alio [g] felicius maritare: modo ne in Thrasylli manum sacrilegam [3] convenias: neve sermonem conferas,[4] nec [5] mensam accumbas, nec toro acquiescas. Fuge mei [6] percussoris cruentam dexteram. Noli parricidio [h] nuptias auspicari. Vulnera illa, quorum sanguinem tuæ [7] lacrymæ proluerunt, non sunt tota dentium vulnera. Lancea [8] mali Thrasylli me tibi fecit alienum. Et addidit

verbis: Mea uxor, quo nomine non permittes omnino te vocari ab ullo alio, si recordatio nostri manet adhuc in tuo animo: aut, si calamitas meæ duræ necis dissolvit pactum nostri amoris, nube auspicatius cuilibet alii: dummodo non nubas sacrilego Thrasyllo: neque colloquaris cum ipso, nec accumbas eidem mensæ, nec cubes in eodem lecto. Fuge manum mei interfectoris tinctam meo sanguine; ne inchoa connubium tuum a parricidio. Illæ plagæ, quarum abluisti cruorem tuis istis lacrymis, non sunt omnes factæ dentibus apri; verum lancea scelesti Thrasylli separavit me a

quietam. Oud.—7 Quidam, *q. ubi.* Colv.—8 Pal. *ab alio dici prorsus.* Coll. Voss. sive Lips. *ab aliquo.* Vide ad Suetonii Tib. c. 47. *Licebat* D'Orvill. *Oud.*—9 Fux. *et si p. t. j. permanet mei memoria.* Roaldus. *Et si pect. t. j.* Hoc eum dicere puto: Sive mei reminisceris, sive non. Si nihil quidem in lectione tam vulgata quam scripta mutandum est, et *intercidere* hic accipiendum τὸ διακόπτειν. At, si mecum legas, *nec acerbæ, &c.* mens erit: Si mei adhuc recordaris, nec casus meæ mortis quicquam de amore tuo erga me deminuit. Qua ratione hunc sensum elicias, intelliges ex iis, quæ scripsi supra ad lib. III. ad illud: 'Sed, quod alterius rei causa facere missa sum, mala quædam mea sors in tuam recidit injuriam.' *Colv.*—1 Reposuit olim Beroald. *casu.* Ms. et Ald. *interdicit.* Venit hinc in mentem etiam legi posse: *nec acerbæ mortis meæ casu fœdus caritatis interbitit,* sensu quem supra posteriorem posui. *Interbitere,* interire: ut 'perbitere,' perire, apud Plautum. *Colv.* Inepte. *Elmenh.* Fulv. conjicit legendum *casu.* Sciopp. in Symb.—2 Puto antiquitus scriptum *quoivis alio,* id est, cuivis al. quomodo et Stewech. rescribit. *Colv.* In Bertin. *quoivis alio f. maritare.* Sciopp. in Symbola. Bert. *quoivis alio.* Legendum, *cuivis a.* ut Stewech. monet. *Elmenh.* *Cuivis.* Par. *quovis,* i. e. *quoivis.* Wass.—3 Oxon. Guelf. pr. *manus sacrilegas:* male, utpote contra formulam. Vide ad p. 153. 'In Tlepolemi manum convenerat,' vel *venerat.* Oud.—4 Frustra Scriv. in Anecd. Phil. p. 37. et Pric. malunt *conseras.* Vide ad l. v. p. 95. 'Neve omnino sermonem conferas.' *Id.*—5 Ms. *ne.* Colvius. Item Edd. Rom. Vic. Juntinæ et Aldi cum Ms. D'Orv. Guelf. Pith. Fux. in quo *accubas.* Oud.—6 Abest *mei* a Coll. Voss. *Dextram* D'Orv. *Id.*—7 Flor. *hæ.* Elmenh.—8 Fux. *v. sed lancea.* Roaldus. Pal. *sed lancea.*

NOTÆ

[g] *Quovis alio*] Lege *quoivis alio,* id est, cuivis alii. Dativus est antiquus *alio.*

[h] *Noli parricidio, &c.*] Cæde nimirum Tlepolemi, quæ et Thrasylli respectu parricidium dici poterat, utpote amici cædes, et potiori jure respectu Charites uxoris, si nupsisset mariti sui interfectori, sicque in partem ejus sceleris quodammodo venisset.

cetera, omnemque scenam sceleris illuminat. At illa, ut primum mœsta conniverat,[9] toro faciem impressa, etiamnunc[1] dormiens, [159] lacrymis emanantibus genas cohumidat:[2] et velut quodam tormento[3] inquieta quiete[4] excussa, luctu redintegrato,[5] prolixum ejulat: discissaque interula, decora brachia[6] sævientibus palmulis converberat.[7] Nec tamen[8] cum quoquam[9] participatis nocturnis imaginibus,[1] sed indicio facinoris prorsus dissimulato, et[2] nequissimum percussorem punire, et ærumnabili[3] vitæ sese subtrahere tacita[4] decernit. Ecce rursus improvidæ[5] voluptatis detestabilis petitor, aures obseratas de nuptiis[6] obtundens, ade-

te. Et adjecit reliqua, revelavitque omnem faciem criminis. Illa vero, statim atque sopita fuerat adhuc mœrens, applicato ore ad lectum, madefacit pulchras malas lacrymis, quæ ipsi effluebant inter dormiendum; et, excitata hac visione tanquam machina aliqua bellica a somno suo turbulento, renovat fletum, et ejulat diu; laceratoque indusio, ferit sua brachia formosa manibus infestis. Nemini tamen communicatis iis, quæ viderat noctu in somnis, sed omnino celans sibi esse manifestatum auctorem sceleris, statuit apud se, et sumere supplicium de pessimo homicida, et se eripere vitæ calamitosæ. Ecce iterum execrandus postulator voluptatis temerariæ venit instanter interpellatum de nuptiis aures ejus occlusas talibus petitionibus. At illa, repudiata

---

Wow.—9 *Quieverat.* Malo cum Bertin. *conniverat.* Wow. Recte Bertin. *conniverat.* Sciopp. in Symb. et Susp. l. IV. 4. Elmenh. Nihil verius hac lectione, merito per Pric. et Florid. recepta, licet reliqui Codd. in corrupta lectione conspirent. Vide de utroque verbo ad l. IV. p. 80. 'Jam commodum conniverat:' ubi tamen malim cum aliis *quieverat.* Oud.—1 D'Orv. Pith. prave *non d.* et mox *emanentibus* D'Orv. *Id.*—2 *Contundit.* Vulgo, *cohumitat.* Colv. Causam non video, cur ita eruditi scribere voluerint. Vereor, ut nimis audaciæ suæ indulserint. Vera lectio antiqua: *decoras genas cohumidat;* quanquam haud male scripseris, *confundit.* Petron. (c. 108.) 'Ut vero spongia uda facies plorantis detersa est, omnia lineamenta confudit.' *Wower.* Audacia Colv. hanc nobis lectionem peperit. Nam ante legebatur *cohumidat,* id quod et Manuscriptus quidam agnoscit, quamvis alius (Ursini) liber habeat *condat.* Sciopp. in Symb.—3 Ms. *tormenta.* Colv.—4 Flor. *quieti.* Elmenh.—5 D'Orv. *reintegrato:* ut passim in Mss. *Red. luctu* Fux. *Oud.*—6 Addit hic D'Orv. *decorasque genas.* Sed iis verberandis non opus erat discindi interulam. *Palmis* Guelf. pr. *Oud.*—7 *Verberabat.* Vulgo erat, *converberat.* Colvius. *Converberat.* Vulgo, *verberabat.* Elmenh.—8 *Tamen* deest Guelf. sec. *Oud.*—9 Fux. *copiam.* Roaldus. Pro *quopiam.* Oud.—1 Fux. *nocturnarum imaginum secreta participabat.* Roaldus. Ms. *matronarum virginum secreta participabat.* Forte, *nocturnarum imaginum secr. part.* Vulgaris lectio æque bona est. *Colv.*—2 *Et* exulat a D'Orv. *Oud.*—3 *Ærumnali v. s. s. t. d.* Sic Bertin. *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. IV. 4. Bert. *ærumnali,* male. *Elmenh.* In Palat. et Guelf. sec. etiam est *ærumnali.* Perperam. Adi ad l. I. p. I. 'ærumnabili labore:' ubi, ut fere semper, eadem confusio. *Oud.*—4 Vulgo, *tacite.* Elmenh.—5 Flor. *impetorvidæ.* Idem. Exulat hæc vox a Pal. Guelf. sec. Oxon. Par. Conjeci aliquando *impetuosæ.* Sed nihil mutandum. *Improvida* est, inconsulta, temeraria, præceps. Sic 'improvidus saltus' l. VII. p. 146. 'improvida malitia' l. XI. p. 248. *Oud.*—6 Oxon. et Par. *ad nuptias,*

rat.[7] Sed illa clementer aspernata[8] sermonem Thrasylli, astuque miro personata, instanter[9] garrienti, summisseque[1] deprecanti, Adhuc, inquit, tui fratris[i] meique carissimi[2] mariti facies pulchra illa in meis deversatur[3] oculis: adhuc odor cinnameus ambrosii corporis per nares meas percurrit: adhuc formosus[4] Tlepolemus in meo vivit pectore. Boni ergo et optimi consules, si luctu[5] legitimo miserrimæ fœminæ necessarium concesseris tempus: quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni.[k] Quæ res cum[6] meum pudorem, tum etiam tuum salutare commodum respicit: ne forte, immaturitate nuptiarum, indignatione justa[7] manes acerbos mariti[l] ad exitium[8] salutis tuæ sus-

leniter oratione Thrasylli, et dissimulato consilio suo calliditate mirabili, respondit ipsi urgenti, et suppliciter roganti: Formosus ille vultus tui fratris meique dilectissimi conjugis est adhuc præsens meis oculis: fragrans odor corporis ejus suaveolentis obversatur adhuc meis naribus: pulcher Tlepolemus vivit adhuc in meo corde. Ne graveris igitur concedere infelicissimæ mulieri spatium necessarium justo luctui, donec annus impleatur peractis mensibus, qui supersunt. Quod quidem spectat tum ad meam verecundiam, tum etiam ad bonum tuæ salutis; ne forte nimia acceleratione nostri connubii accendamus justa ira sævam umbram mei mariti ad perniciem

non ineleganter. Sic Ovid. Epist. VII. Her. 27. 'Ad mea munera surdus.' *Id.*—7 F. *adorat.* Brant.—8 D'Orv. *aspernataque.* Oud.—9 In Par. Ms. *instans.* Id.—1 D'Orv. *subnixeque.* Id.—2 D'Orv. per K, ut supra, *karissimi.* In Pal. Guelf. sec. *hemi*: quod quid sibi velit, nescio. *Id.*—3 Sic Mss. Flor. Reg. Fux. Guelf. Lips. Palat. cum Edd. Colv. Vulc. Merc. Elm. Scriv. Recte. In aliis *divers.* Id.—4 Guelf. pr. *formosa.* Id.—5 Flor. *luctui.* Elmenhorstius. Stewech. *luctu* pro *luctui* legit. *Idem in Add.*—6 *Tum.* Vulgo, *cum.* Colv.—7 Pal. *juxta.* Oud.—8 Flor. *exitum.* Elmenh. Item Pith. Edd. Vicent. Ber. Junt. utraque et Aldi de more. Vide ad l. I. p. 12. 'Ad exitium sublimatus.'

NOTÆ

[i] *Tui fratris*] Quem tu fratrem vocabas.

[k] *Spatium reliquum compleatur anni*] Hoc erat legitimum luctus spatium, nec ante illud licebat mulieri secundas nuptias obire absque infamia. Sed annus ille luctus ad Theodosii usque tempora intelligendus est decem tantum mensium, qualem Romulus constituerat, juxta Ovidium, lib. I. Fast. 'Romulus anno Constituit menses quinque bis esse suo. Per totidem menses a funere conjugis uxor Sustinet in vidua tristia signa domo.' Gratianus, Valerianus, et Theodosius Imperatores, reliquos duos anni menses luctui adjecerunt constitutione sua, quæ extat lib. v. Cod. tit. 9. de Secundis Nuptiis.

[l] *Manes acerbos mariti*] Id est, Manes mariti violenta et immatura morte peremti. Virgil. 'Et funere mersit acerbo.' Ubi Servius: 'Immaturo: a pomis translatione facta.'

citemus. Nec isto sermone Thrasyllus sobriefactus, vel saltem tempestiva pollicitatione[9] recreatus, identidem pergit linguæ sauciantis[1] susurros improbos inurgere;[2] [m] quoad simulanter revicta Charite suscipit: Istud equidem[3] certe magnopere deprecanti concedas necesse est, mi Thrasylle, ut interdum taciti[4] clandestinos coitus obeamus; nec quisquam persentiscat[5] familiarium, quoad[6] dies reliquos metiatur annus.[7] [160] Promissioni fallaciosæ mulieris oppressus succubuit Thrasyllus: et prolixe consentit de

tuæ vitæ. Thrasyllus, non revocatus ad moderationem illa oratione, neque saltem refectus promissione nuptiarum post aliquod tempus celebrandarum, non desinit aggredi sæpe Chariten malis gannitibus linguæ pestiferæ; donec ipsa, fingens se victam, ait: Saltem, mi Thrasylle, oportet ut mihi instanter roganti annuas, ut interim concumbamus clanculum et tacite; neque ullus ex domesticis id animadvertat, donec reliqui dies anni elabantur. Thrasyllus victus promissis fraudulentæ fœminæ manus dedit: et libentissime annuit ipsi proponenti clandes-

Oud.—9 *Pell.* Ald. miraculum non videtur. *Roald.* Mox *recreatur* Pith. *Oud.* —1 Fux. *satiati.* Roaldus. Ms. *satiantis.* Colv. In Flor. pro *sauciantis, satiati* est. *Elmenh.* Etiam in Coll. Voss. *satiati.* Oud.—2 *Ingerere.* Fux. *urgere.* In l. Beroaldi fuit *inurgere.* Roaldus. *Invergere.* Scripta lectio, et omnis cusa olim, *inurrere.* Unde Beroaldus scribendum putavit *ingerere.* Nos vestigiis priscæ scripturæ institimus, et reposuimus *invergere.* Probat Lipsius. *Colv.* Pæne in eo fui, ut cum Palat. scriberem *inurgere.* Wowerius. *Inurguere.* Sic Flor. Pal. et Rom. Codd. Lipsius legit *invergit.* Vulgariæ edit. *ingerere.* Orosius contra Accusatores Christianorum lib. I. proloquio: 'Voluntarie ad id, quod præparantur, urguere.' Sic in tribus Manuscriptis locus conceptus est. Vetus Inscriptio apud Putean. cent. I. epist. 34. VRGVENTE FATO SANVM IPSE NECAVIT SE. *Elmenh.*—3 Oxon. Guelf. pr. *itaque.* Male. Pro *certe* in ultimo *ceteræ.* Oud.—4 Prave in Ed. Pric. est *tacite.* Vide supra l. I. p. 14. l. X. p. 214. 'Foro se festinus immittit.' De τῷ *interdum* pro *interim* vide ad l. III. p. 43. *Id.*—5 Aldus, *præsentiscat.* Elmenh. —6 Ms. *familiariumque.* Colv. Sic Guelf. sec. In Flor. Pith. et D'Orv. *f. quod.* Fux. *quot:* solenni vitio. Guelf. pr. *quam.* Oud.—7 Flor. *quod dies reliquus annum.* Loquitur de decem mensibus, legitimo scilicet luctus tempore, intra quos si qua mulier festinabat nubere, probrosis inusta notis, nobilis personæ et jure et decore privabatur l. II. si qua, Cod. de Secundis Nuptiis. Sic in Indiæ urbe Cranganor, quam Malabarem vocant, viduæ, quæ post virorum obitum nubunt ante annum, dote privantur. Joan. Boterus in Ep. Theol. p. 131. In Americæ vero provincia Floridæ fœminæ, defunctis viris, capillos sub auribus præsecant, illosque per sepulcra spargunt, nec licitum illis secundo matrimonium contrahere, antequam capilli illis renascantur tam longi, ut humeros tegere possint. Jacobus de Meyne

NOTÆ

[m] *Inurg.* [*Invergere*] Emendat Pricæus ex vett. editt. et Codice Oxoniensi *inurguere,* hoc est, *inurgere.*

furtivo concubitu, noctemque [8] et opertas [9] exoptat ultro tenebras, uno [1] potiendi studio postponens omnia. Sed heus tu, inquit Charite, quam probe [2] veste contectus, omnique comite viduatus, prima vigilia fores meas tacitus [3] accedas, unoque sibilo contentus, nutricem istam meam opperiare: [4] quæ claustris [5] adhærens excubabit adventui tuo. Nec secius,[6] patefactis ædibus, acceptum te nullo lumine conscio, ad meum perducet cubiculum. Placuit Thrasyllo scena [7] feralium nuptiarum.[n] Nec sequius aliquid [8] suspicatus, sed expectatione [9] turbidus, de diei tan-

tinum concubitum, cupitque ultro ut nox et tenebræ obscuræ adveniant, præferens desiderium potiendi Charite omnibus rebus. Verum, inquit Charite, veni optime velatus vestimento, et destitutus omni comite, initio noctis accede cum silentio ad meum ostium, et, contentus significasse adventum tuum uno tantum sibilo, expecta hanc meam nutricem, quæ opperietur accessum tuum vigilans ad pessulos ostii, et aperta domo excipiet te, et deducet in meum cubiculum nulla luce teste. Thrasyllus approbavit apparatum funesti illius connubii et nihil aliud suspicans, sed perturbatus expectatione, conquerebatur tantum de longitudine diei et re-

in Narratione de Florida. *Elmenh.*—8 *Noctemque.* Perperam hæc vox exulat ab Ed. Floridi. *Oud.*—9 Bertin. *operatus,* male. Nox accommoda fraudi rebusque turpibus. Vide Notas ad Minucium f. 15. *Elmenh.*—1 *Uno* abest ab eodem libro scripto. *Colv.* Contra in D'Orvill. est auctius *imo uno p. s.* et paulo ante *exoptans,* haud male. *Oud.*—2 D'Orv. *proba.* Id.—3 *Tacitus* non est in Flor. *Elmenh.*—4 D'Orv. *opperire,* in Imperativo, ut p. 158. 'Quovis maritare.' Vide ad l. I. p. 16. 'Hic me opperiminor.' Fux. *istam m. nutr.* Oud.—5 Venetus codex: *clastris.* Forte verum, *clatris.* Glossæ veteres Latino-Græcæ: 'Clatri, κανόνες, οἱ ἐν θυρίσιν ὀβελίσκοι.' Hinc apud Plautum Milite, 'Clatrata fenestra.' Horatius: 'Objectos caveæ voluit si frangere clatros.' Cato de Re Rustica: 'Bubilia bona præsepis, faliscas clatratas. Clatra inter se oportet pede distare.' Columella lib. IX. et lib. X. *Colv.* Mihi in mentem venit *clostris.* Veteres 'clostrum' et 'claustrum' dixerunt. Seneca VII. de Benef. c. 21. 'Ut 'plostrum' et 'plaustrum,' 'losum' et 'lausum.'' Glossæ: 'Κλεῖθρον, claustrum, clostrum.' Petronio Arbitro 'clostellum.' *Brant.*—6 Guelf. pr. *secus.* Oud.—7 Ms. *strena.* Dixi de hoc, ni fallor, supra ad lib. IV. *Colv.* Ms. *strena.* Plaut. Sticho: 'Bona Scæva Strenaque obviam accessit mihi.' *Brant.* Qui vel semel Appuleium evolvit, ridebit istam ineptissimam hic loci *strenam,* ac *scenam* et apparatum externum nuptiarum, funeri similium, non poterit non probare. Vide Not. Ind. In Guelf. pr. legas, *seria feralia n.* Oud.—8 Pal. *aliud.* Elmenhorstius. Inc. Cod. *nec sævius.* Pith. ut sæpe, *n. sectius.* Coll. Voss. *sequens.* In Guelf. sec. *aliud.* Oud.—9 *Ex pactione* Ald. quod vidit etiam Beroald. *Roald.* Alias *ex pactione.* Beroald. *Colv.* Sic legitur in Beroaldi Notis, Basileæ et Lugduni excusis, sed non in Veneta A. 1501. At Edd. Junt. et Colin. præbent quoque *ex pactione,* prave. Tum in Palat. *dubius turbidus,* varia lectione

NOTÆ

[n] *Scena feralium nuptiarum*] Ornatus nempe ille, quo jubebat eum Charite venire ad furtivos suos amplexus, exitio ipsi futuros.

tum spatio et vesperæ mora querebatur. Sed, ubi Sol tandem nocti decessit, ex imperio [1] Charites adornatus,[2] et nutricis captiosa vigilia deceptus,[3] irrepit [4] cubiculum, pronus spei. Tunc anus,[o] de [5] jussu dominæ, blandiens ei,[6] furtim depromtis calicibus,[7] et œnophoro, quod immixtum [8] vino soporiferum gerebat venenum, crebris potionibus avide ac [9] secure haurientem, mentita dominæ tarditate,[1] quasi parentem assideret ægrotum, facile sepelivit ad somnum. Jamque eo [2] ad omnes injurias exposito, ac supinato, introvocata Charite, masculis animis impetuque diro fremens [3] invadit, ac supersistit sicarium. En! inquit,[4] fidus [5] conju-

tardatione vesperæ. Verum, postquam Sol occidens dedit tandem locum nocti, ipse vestitus ut Charite jusserat, et deceptus fraudulentis excubiis nutricis, penetrat se in cubiculum, proclivis in spem. Tum vetula excipiens eum comiter, quemadmodum hera præceperat, prolatis clanculum poculis, et vase vinario, cui inerat medicamen somniferum infusum vino, et simulans suam heram ideo tardare, quia aderat patri ægrotanti, facile demersit eum sopori ingestis frequentibus poculis, quæ ipse sorbebat cupide et absque metu. Cumque jam jaceret supinus, patens omnibus injuriis, Charite vocata intrat, et fremens irruit animo virili atque impetu sævo in percussorem sui mariti, eique superimminet. Ecce, ait, fidelis socius mei mariti, ecce præclarus

in contextum illapsa. *Oud.*—1 *Et imp.* Vulg. *et ex imp.* Ms. *et ex* non habet. Alterum tamen retinuimus. *Colv.* Lego cum eodem lib. (Pal.) *ex imp.* Wower.—2 Fux. *adhortatus.* Roaldus. Ms. *adhortatus.* Colv.—3 *Et captiosa vigilia nut. deceptus.* Fortassean genuinum sit: *et captiosæ vigilia nutricis exceptus.* Stewech.—4 Sic Mss. et Edd. O. non *irrumpit.* Adi Pric. et ad l. vii. p. 133. 'Animum irrepens.' *Oud.*—5 *De* non agnoscit Fuxensis. *Id.*—6 Exulat *ei* a Palat. In Cod. Inc. *plaudens ei.* Id.—7 Beroaldi editio, Bas. 1. et 2. Ald. *calcibus.* Quod non spernendum. Festus Pompeius: 'Calces, ampullæ plumbeæ.' *Colv.* In Fux. et Junt. pr. quoque *calcibus,* corrupte, nec juvat Festus, æque corruptus: in quo Is. Vossius ad Melam l. ii. c. 6. §. 8. legit *calpes.* In Mss. duobus *calces.* Mox sequitur 'Calpar, genus vasis fictilis:' ubi vide, et Misc. Nov. Lips. V. v. t. i. p. 184. *Oud.*—8 Bert. *commixtum.* Elmenh. Frustra. *Oud.*—9 Vulg. *ac.* Colv. Temere obsecuti sunt Colvio posteriores. Mss. mei accedunt Edd. prioribus in *ac;* nisi forsan excipias Florent. Nil notatum e Guelf. *Oud.*—1 *Tarditatem.* Flor. *tarditate.* Elmenh.—2 Tò *eo* abest a Bertino. *Idem.* *Eorum* Guelf. pr. *Eo ademens inj.* in Palat. Guelf. sec. *Atque susp.* D'Orv. Pith. *Suspin.* Oxon. *Oud.*—3 *Ferme.* Legendum arbitror: *ferum invadit ac supersistit sicarium.* Insistere, supersistere, insultare victoribus ac triumphantibus congruentia vocabula, pro quibus Arnobius libro secundo et alibi tralate frequentavit 'inequitare aliis.' *Stewech.* *Fremens.* Bas. 1. *ferme.* Unde etiam posse legi visum, *ferine.* Colvius. Ed. Beroaldi jam habet *ferme;* quæ non est nisi corrupta lectio. *Fremit,* leænæ instar, ut supra 'rugiit.' Vide in Flor. N. 17. et Pric. *Oud.*—4 *Ac s. sicarium, et inquit.* Fux. *et supersistens sicarium, En! inquit.* Recte. *Roald.* *Ac supersistit sicarium.* *En, inquit.* Vulgo,

NOTÆ

[o] *Anus*] Nutrix.

gis mei comes, en! venator egregius, en! carus maritus.[6] [p] Hæc est illa dextera,[7] quæ meum sanguinem fudit: hoc pectus, quod fraudulentas ambages in meum concinnavit[8] exitium: oculi isti, quibus male placui; qui quodammodo[9] tamen jam futuras tenebras auspicantes, venientes pœnas antecedunt.[q] Quiesce securus, beate somniare. Non ego gladio,[1] non ferro petam.[2] [161] Absit, ut velim simili[3] mortis genere cum marito meo coæqueris.[4] Vivo[5] tibi morientur oculi, nec quicquam videbis nisi dormiens.[6] Faxo feliciorem necem inimici tui quam vitam tuam[r] sentias.[7]

venator, ecce dilectus conjux meus: hæc manus illa est, quæ effudit meum sanguinem: hoc pectus est, quod struxit dolosas insidias in meam perniciem: isti sunt oculi, quibus placui malo meo fato: qui tamen, incipientes aliquatenus subire futuram cæcitatem, præveniunt supplicium sibi impendens. Dormi absque timore, perfruere jucundis somniis; ego non te percutiam ense, aut ullo alio ferro. Prohibeant Dii, ut velim te æquari cum meo viro pari genere necis. Tui oculi extinguentur te vivente, et nihil videbis nisi in somnis. Curabo ut existimes mortem tui inimici

* * * * * * * * * * * *

superstitit sicarium, et inquit. Sed pro *ac* in Ms. *et*. Colvius. Pal. et Rom. *superstitit.* Elmenh.—5 Idem liber scriptus, *fide.* Colvius. Guelf. pr. *conjugii.* Oud.—6 In quibusdam libris: *En carus mariti.* Optime. Ita enim Thrasyllus simularat. *Carus*, amicus, ut alii notarunt. *Wower.* Palat. *trux m.* Alii, *carus mariti.* Elmenh.—7 Hæc dictio non est in eodem Ms. *Colv.* *Dextra* Edd. quæd. Male. *Oud.*—8 Oxon. *concinnatur.* D'Orv. *consiliavit.* Guelf. sec. Pal. *concinnat oculum;* omnes perperam. *Id.*—9 Idem Codex, *quique amodo:* et *tamen jam* absunt ab eodem Codice. *Colv.* Palat. et Bertin. *quoque modo.* Elmenh. In Pal. est *que a modo.* in Guelf. sec. *quemadmodum,* in Bert. *quoquom.* Desunt *tamen jam* etiam in Pal. Guelf. pr. et Oxon. *Tamen* exulat a D'Orv. Fux. *Oud.*—1 Corrige: *beate somnia: non ego te gladio.* Wowerius. Bertin. *secure.* Amplius suspicor: *somnia: te non ego.* Sciopp. in Symb. et Susp. l. IV. 4. Q. *secure, beate somnia.* Vulgo: *q. securus, beate somniare.* Elmenh.—2 Palat. Guelf. sec. *peream.* Oud.—3 *Ut simili.* Fux. *ut velim simili.* Roaldus. *Velim.* Vulgati hoc ignorant. Forte etiam non male hinc legatur: *vel in simili mortis genere, &c.* Colvius. Bert. et Rom. recte τὸ *velim* delent. *Elmenh.*—4 Ms. al. *morieris.* Colv.—5 Alii, *vino:* male. *Elmenh.* Cujus Nota sic, ut edidi, est legenda. Nam inverso modo typothetæ illius eam expresserant pessime. *Vino* in D'Orv. *morietur celeri* Pith. *Oud.*—6 Fux. *moriens.* Roald. Item D'Orvill. ineptissime. Somnia intelligit, ut bene exponit Beroaldus. *Oud.*—7 D'Orv. *mortem, &c.*

NOTÆ

[p] *En! carus maritus*] Εἰρωνικῶς. Legit Wower. *carus mariti.*

[q] *Venientes pœnas antecedunt*] Dormiendo scilicet. Sic enim futuram cæcitatem præveniebant.

[r] *Feliciorem necem inimici tui, quam vitam tuam*] Vita excæcati morte durior atque infelicior est. Stat. Theb. 'Ejectusque die, [id est, privatus luce,] sors leto durior omni.'

Lumen certe[8] non videbis; manu comitis indigebis: Chariten[9] non tenebis; nuptias non frueris: nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lætaberis; sed incertum simulacrum errabis inter Orcum[1] et Solem: et[2] diu quæres dexteram, quæ tuas expugnavit pupulas,[3] quodque est in ærumna miserrimum, nescies de quo queraris. Ad ego sepulcrum mei Tlepolemi tuo luminum cruore libabo,[4] et sanctis manibus ejus istis oculis parentabo. Sed quid mora temporis dignum cruciatum lucraris, et meos forsitan tibi pestiferos[5] imaginaris amplexus? Relictis somnolentis tenebris ad aliam[6] pœnalem evigila caliginem.[a] Attolle vacuam faciem:[7] vindictam recognosce: infortunium intellige: ærumnas computa. Sic pudicæ mulieri tui placuere[8]

beatiorem quam tuam vitam. Non aspicies lucem; habebis opus manu comitis, quæ te ducat: non amplecteris Chariten; non fies compos ejus connubii: neque reficieris quiete, quam mors affert, neque gaudebis jucunditate vitæ; sed vagaberis inter Infernum et lucem veluti aliquod phantasma ambiguum: diu quæritabis manum, quæ effoderit tuos oculos; et, quod gravissimum est in calamitate, ignorabis de quo debeas expostulare. Ego effundam sanguinem tuorum oculorum super tumulum mei Tlepolemi, et istos oculos mittam inferias sanctæ ipsius Umbræ. Sed quare dilatione mea aliquid lucri facis debiti supplicii, et fortasse somnias nunc te frui meis complexibus, qui tibi exitiales erunt? Relinque caliginem somni, et expergiscere ad aliam obscuritatem cruciabilem. Erige vultum tuum orbatum luminibus: agnosce ultionem meam: persentisce calamitatem tuam: numera tuas miseriæ

senties. Quomodo et alibi peccatum est. Vide ad l. IV. p. 81. *Id.*—8 Guelf. pr. *terræ.* Id.—9 D'Orv. *Karitem.* Junt. Ed. post. aliique, *Chariten*, bene. Ms. Florent. et hinc tacite Elmenh. et Scriv. *at Ch.* et mox *nuptiasque.* Sed mihi istæ particulæ languidiorem Charites ira furentis orationem facere videntur. *Id.*—1 Male Edd. ante Beroald. *ortum.* Guelf. pr. *orreum.* Id.—2 Hic male contra Mss. O. et Edd. Vett. Elmenh. Scriv. Florid. taciti omiserunt *et*, contrario modo, quam supra. Sed copulæ omissione nonnihil hic fit hiulca oratio. *Id.*—3 Fux. *pupillas.* Ita perpetuo Ms. quam variantiam jam notavimus. *Roald.* *Pupillas.* Vulgo *pupulas.* Colvius. *Pupillas* exaratur etiam in Reg. Bert. Par. D'Orv. et cum Colvio Vulcanius Merc. Wow. Pric. prætulerunt. Sed rectius Florent. Pith. Guelf. Oxon. cum aliis ceterisque editoribus servant *pupulas.* Adi me ad l. III. p. 57. *Oud.*—4 *At ego, &c.* Scribo, *Ad ego sepulcr. l.* Ceterum Ms. *mis Thepolemi.* Colvius. *Cruore litabo* Flor. et Rom. *c. libabo.* Elmenh.—5 Scriptum exemplar, *pestifero.* Colv.—6 Pal. *aliquam.* Elmenhorstius. Oxon. *evigilia.* *Alia caligo* est mors, alti soporis soror. Neque *altam* rescribendum, ut margini alleverat Burm. *Oud.*—7 Fux. *ac tu in vacuam faciem.* Roaldus. Idem Ms. *ac tu in v. f.* Colv.—8 Idem, *placuerunt.* Idem. Et D'Orvill. Fux. Pith. *Oud.*—9 *Facies* Guelf.

NOTÆ

[a] *Ad aliam pœnalem evigila caliginem*] Ad cæcitatem nimirum.

oculi, sic faces[9] nuptiales tuos illuminarunt[1] thalamos. Ultrices habebis pronubas,[2 t] et orbitatem comitem, et perpetuæ conscientiæ[3] stimulum. Ad hunc modum vaticinata mulier, acu[4] crinali[u] capite depromta, Thrasylli convulnerat tota lumina: eumque prorsus exoculatum relinquens, dum dolore nescio[w] crapulam cum somno[5] discutit; arrepto[6] nudo gladio, quo[7] se Tlepolemus solebat incingere,[8] per mediam civitatem cursu furioso proripit se.[9] Procul dubio, nescio quod scelus gestiens, recta monumentum[1]

rias. Sic tui oculi placuerunt castæ fœminæ, sic tædæ jugales illustraverunt tuum torum. Furiæ præibunt in tuis nuptiis: cæcitas et æternus aculeus conscientiæ te comitabuntur. Charite sic prolocuta sumit ex capite suo acum discriminalem, et perfodit penitus oculos Thrasylli; et relicto eo penitus excæcato, interim dum percitus dolore incognito excutit ebrietatem una cum sopore, ipsa capto nudo ense, quem Tlepolemus solebat aptare suo lateri, fugit vesano cursu per mediam urbem, et recta petit sepulcrum sui conjugis, moliens haud dubie aliquod nefas. Nos vero,

pr. *Id.*—1 Bert. *illuminare.* Elmenhorstius. Palat. Guelf. sec. *illuminavit.* Fux. *illuminaverunt.* Oud.—2 Fux. *prævias.* Hoc Faber mavult, ut respondeat sequentibus. *Roald.* Idem Ms. *p̄. vias.* Colvius. Pal. et Colv. *prævias.* Elmenh. Seneca Œdip. 'Ut mecum Erinnes pronubas in thalamos traham.' *Idem in Add.* Ms. *pervias.* Fortasse *prævias:* quia addit 'orbitatem comitem.' *Brant.*—3 *Consc. tuæ. Tuæ* non est in Flor. *Elmenh.*—4 *Acri cr.* Guelf. sec. 'Crinale' Ovidius simpliciter vocat l. v. Met. 53. ubi nil mutandum. Nam et sic l. III. ex P. 3. 15. 'Et habens crinale capillis.'—5 *Crapula eum somno.* Vulg. *crapulam cum s.* Colvius. *Crapulam cum s.* Sic Msti. Vulgo, *crapula eum s.* Elmenh.—6 Haud male in D'Orvill. est, *ipsa arr.* ut clarius pateat 'discutit' ad Thrasyllum, non Chariten, quo referebat Beroaldus, pertinere. *Oud.*—7 Ms. *quem.* Colv.—8 *Accing.* Vulgo, *incing.* Quod forsitan non fuit mutandum. Supra lib. VII. 'Zonis auro monetali refertis incincta.' *Colv. Incingere.* Vulgati, *accingere.* Male. Supra lib. VII. 'Zonis incincta.' *Elmenh.*—9 Reciprocum perperam abest a Pal. Guelf. Oxon. Coll. Lips. ut sæpe. Adi me ad Sueton. *Oud.*—1 *Mon.* Vulgo, *circa mon.* Sic supra lib. VI. 'Pergit quampiam turrim.' *Colv.* Ante legebatur

NOTÆ

[t] *Ultrices habebis pronubas*] 'Ultrices' sunt Furiæ, quæ sontes punire dicuntur in Inferis. Similiter Seneca, in Œdip. 'Et mecum Erinnes pronubas thalami traham.' Et Ovid. 'Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis, Et cecinit mœstum devia carmen avis.' Pronubæ, *παράνυμφοι*, teste Donato, dicuntur, quæ nubentes in domum mariti deducunt, ac comitantur, et quæ in obsequio nubentis sunt.

[u] *Acu crinali*] Qua capillos discriminare solebat, et in nodum coërcitos retinere.

[w] *Dolore nescio*] Incognito; cujus causa ignorabatur. Sic lib. v. 'Et sarcinæ nesciæ rudimenta miratur.' A. Gellius Noct. Attic. lib. IX. cap. 12. 'Nescius quoque dicitur tam is qui nescitur, quam qui nescit,' &c. Plautus in Rudente: 'Quæ in locis nesciis nescia spe sumus.'

mariti contendit.[x] At nos, et omnis populus, nudatis [2] totis ædibus, studiose consequimur: hortati mutuo ferrum vesanis extorquere manibus. Sed Charite [162] capulum Tlepolemi propter assistens,[3] gladioque fulgenti singulos abigens, ubi fletus uberes et lamentationes [4] varias cunctorum intuetur, Abjicite, inquit, importunas lacrymas, abjicite luctum meis virtutibus alienum. Vindicavi in mei [5] mariti cruentum peremtorem: punita sum funestum mearum nuptiarum prædonem.[6] [y] Jam tempus est, ut isto gladio deorsus ad

et plebs tota, vacuatis omnibus domibus, anxie insequimur ipsam, exhortantes nos invicem ad eripiendum gladium ex furiosis manibus ejus. Verum Charite stans prope sandapilam Tlepolemi, et arcens cunctos ense coruscanti, cum vidit copiosas lacrymas et diversos ejulatus omnium, Mittite, ait, molestos fletus, deponite mœrorem non convenientem meæ fortitudini. Ulta sum crudelem interfectorem mei conjugis: puniri exitiabilem latronem, qui disturbavit meum connubium: jam tem-

gest. *circa mon.* Manusc. Fulvii: *secta mon.* Unde Fulvius conjecit: *Recta mon.* Sciopp. in Symbola. *Recta mon.* Sic Flor. et Fulvius. Vulgo, *circa m.* Elmenh.—2 *Viduatis.* Rom. *nudatis.* Idem. *Nudatis.* Lego *viduatis.* Brant. —3 *Capulum* [*capit*] *Tlepolemi propter assistens.* Risi suaviter librariorum ineptiam, quos magnam hic fraudem frausos audies. Temerarii, ne dicam stolidi illi, cum rem ipsam non satis assequerentur, inserto verbo, *capit*, sententiam adjuvare studuerunt; sed fecerunt intelligendo, ut nihil intelligerent. Capulum illi putarunt gladii manubrium. Sed toto cœlo aberrarunt. Cum Nonio *capulum* interpretor sarcophagum, sepulcrum a capiendis corporibus dictum. Verbum Plauto, Varroni, ceteris antiquis crebro usurpatum, quos hic Scriptor auctores libenter sequitur. Repetitum idem ab Apuleio libro quarto de Asino: 'Ibi capulos carie et vetustate semitectos, queis inhabitant pulverei et jam cinerosi mortui.' Iterum libro decimo: 'Cooperculo capuli remoto.' Exinde porro et 'senes capulares,' quasi morti contiguos, et 'capulares' quoque reos dictos quasi capulo dignos probat Fulgentius Lucilii et Cæcilii testimoniis, et Plauti Nonius Marcellus. Redeamus tamen ad illud: *Charite capulum Lepolemi propter assistens:* quod dictum ea phrasi, qua eodem hoc libro: 'Propter ignem assidens,' et libro proximo, 'Cubiculum propter astantes servuli.' Vide Nonium in 'Propter.' *Stewech. Capulum Lepol. prope assistens.* Sic scripsi, membranacei codicis scripturam secutus, quæ est, *caput Thepolemi prope assistens.* Posset scripta lectio ferri, at vulgata nullo pacto. Scriptum forte olim *capul'.* Hinc *caput* librariis incogitantibus exaratum. *Colv.* Pith. Ald. Ro. et Ven. male hic inculcant vocem *capit*, quam induxi auctoritate Msstorum Codicum fretus. *Elmenh.*—4 Ms. *lacrymationes.* Sciopp. in Symbola. Fulviano Cod. suffragatur, ut sæpe, D'Orvillianus, necnon Fux. *Oud.*—5 *Vind. mei.* Vulg. *vindicavi in mei.* Colvius. Flor. *vind. in mei.* Bene. *Elmenh.*—6 *Pun. s. f. m. n.*

NOTÆ

[x] *Monumentum mariti contendit*] Restituenda vox *recta*, ex cod. Fulvii.

[y] *Punita sum funestum m. n. prædonem*] Quintil. lib. IX. cap. 3. 'Est et in verbis [figura], ut, Fabricatus est gladium: et, Inimicos punitus est: quod mirum minus est, quod in natura verborum est, et, quæ facimus, pati-

meum Tlepolemum viam quæram. Et, enarratis ordine [7] singulis, quæ sibi per somnium [8] nuntiaverat maritus,[z] quoque astu Thrasyllum inductum petisset,[9] ferro sub papillam dexteram transadacto [1] concorruit: et in suo sibi pervolutata [2] sanguine, postremo balbutiens incerto sermone, perefflavit [3] animam virilem. Tunc propere [4] familiares, miseræ Charites accuratissime [5] corpus ablutum,[a] in unita [6] sepul-

pus est, ut hoc ense quæram iter Inferos versus ad meum Tlepolemum. Cumque retulisset ordine omnia, quæ fuerant sibi significata a conjuge suo in somnis, et qua calliditate deceptum Thrasyllum fuisset aggressa, gladio condito sub papillam dexteram, collapsa est: et, cum pervolvisset se in suo ipsius cruore, ac denique proferens verba imperfecta, exhalavit fortem spiritum. Tunc statim amici miseræ Charites laverunt sedulo ejus corpus, et, condentes in idem sepulcrum, restituerunt

pr. Hæc absunt a membranis. *Colv.*—7 Ms. *per ordinem.* Colv. Malim, ut est in Bert. *enuntiatis.* Sciopp. in Symb. et Susp. l. IV. 4. Alii, *Et e. per ordinem s.* Bert. *Et jam enuntiatis p. o. s.* Elmenh.—8 Ms. Inc. *p. somnum.* Oud.—9 Ed. Scriv. *petiisset.* Id.—1 *Transacto.* Fux. *transadacto.* Roaldus. *Transadacto corruit.* Vulgo, *transacto, concorruit.* Colvius. Bert. Rom. et Ald. *transacto.* Elmenh. Prudent. περὶ Στεφ. 'Ferrum in papillas omne recepero, Pectusque ad imum vim gladii traham.' *Idem in Add.*—2 *Pervoluta.* Fux. *pervolutata.* Roaldus. Flor. *pervolutata.* Bert. *provoluta.* Elmenh.—3 Pal. Ald. et Flor. *perflavit.* Rom. *pereflavere.* Elmenh.—4 *Prope. Propere* Ald. bene. *Roald.* Sic Mss. et Edd. præter D'Orv. et Bas. Ed. in quis inepte *prope.* Oud.—5 Floridi incuria hæc vox in ipsius editione desideratur. *Id.*—6 *Munita.* Tantum dicam suspectum videri τὸ *munita.* Vide, sitne melius *unica.* Ut animum eo inclinem, facit ipse Apuleius, apud quem lib. X. legimus: 'Unico illi contubernio communem vitam sustinebant.' Itidem et lib. undecimo: 'Connexa, immo vero unica ratio numinis.' *Stewech.* Fux. *minuta.* Vitiose. Nam per *munitam sepulturam* monimentum (utrumque enim dixere) expressit, quod sane differre videtur a sepulcro, ut sepulcrum esset quævis humilis structura et fortuitus cespes. Monimentum Mausolea et hypogea notaret, quod quidem munita essent maceriis et structuris, locis adjacentibus et adhærentibus in culturam et tutelam eorum cedentibus, quod toto fere Orthographiæ lib. probatur, et præcipue p. 732. 733. 876. et 983. ubi hæc sunt verba, quæ ad locum Apuleii mire faciunt: 'Structura cum munitura sarcophagi veteri felicis p. p. suis impendiis fecit,' &c. quæ 'munitura' hic appellatur, alias 'munimentum' dicitur illis veteribus memoriis, ut p. 906. 907. 908. Ergo illud monumentum a sepulcro differt. Itaque passim in iis optimis antiquitatis reliquiis formula, 'monimentum sive sepul-

NOTÆ

endi modo sæpe dicere: et contra, faciendi, quæ patimur: ut, Vapulo: ideoque frequens permutatio est, et pleraque utroque modo efferuntur.'

[z] *Nuntiaverat maritus*] De sua cæde, quæ non dentibus apri tantum, ut credebatur, sed lancea Thrasylli fuerat perpetrata.

[a] *Corpus ablutum*] Ex more Veterum. Virgil. lib. VI. Æneid. 'Pars calidos latices et ahena undantia flammis Expediunt, corpusque lavant frigentis, et ungunt.'

tura ibidem marito perpetuam conjugem reddidere.7 Thrasyllus vero, cognitis omnibus,8 nequiens idoneum exitum præsenti cladi reddere,9 certusque tanto facinori nec gladium sufficere, sponte delatus ibidem ad sepulcrum, Ultronea vobis,1 infesti Manes,[b] en adest victima, sæpe clamitans: valvis[c] super sese diligenter obseratis, inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum.[d] Hæc ille,[e] longos trahens suspiritus,2 et nonnunquam illacrymans,3 gravi-

ipsam marito æternam uxorem futuram. Thrasyllus autem, his omnibus auditis, cum non posset rependere mortem congruam huic stragi a se excitatæ, sciretque ensem non sufficere ad tantum scelus expiandum, curavit ultro se deferri ad idem monumentum: atque ibi clamans sæpe: O Umbræ, mihi infensæ, ecce me vobis hostiam spontaneam: occlusis sedulo foribus super se, decrevit finire abstinentia cibi vitam jam condemnatum suo ipsius judicio. Ille longum suspirans atque inter-

crum,' est. Invenitur et per singula ita, 'Mon. h. h. e.' *Roaldus.* Lipsius, *unita.* Colvius. Emendo: *unita sepultura ib. m. p. c. reddidere,* ut Palat. præfert. *Wower.* *Unita.* Ita recte Lipsius. In Fl. Ro. et Aldo est *munita.* In aliis *uncta.* Elmenh. Meo quidem animo non inepte legas, *inunita,* ut sæpe supra. Vide lib. VI. *Brant.*—7 *Dedere.* Vulgo, *reddidere.* Colvius. *Reddidere.* Vulgo, *dedere.* Elmenh. *Dedere* cum Colvio Vulc. et Mercer. vulgarunt, ut Ovid. Met. l. II. 325. 'Corpora dant tumulo:' et alibi. Sed non opus est, et contra Mss. et Edd. E Guelf. nil notatum. *Oud.*—8 D'Orv. *omn. cogn.* Id.—9 *N. id. exitium pr. cl. r.* Ad sententiam facere visa conjectura: *n. id. exitum pr. cladi reperire.* Jam manus ultrices Thrasillus senserat, jamque Charite, Lepolemi uxor, (quem scelere illius interemtum paulo ante didicimus) acu crinali eum utroque oculo orbaverat; cui cladi suæ non alius magis conveniens exitus, quam ut Charites exemplo ipse sibi manus inferret ac vitam ferro abrumperet. De *exitu* nos quoque alias. *Stewech.* *Cladi.* Ibidem, *clade.* Colv. Non nisi in Ed. Bas. pr. sed tamen et in Oxon. Fux. Pal. et Guelf. sec. male. Pro *exitium,* hic idoneum sensum non præbente, omnino legas velim *exitum,* et conferas notata ad Sueton. Domit. c. 25. Favet etiam D'Orvill. a m. pr. *extium.* Dein, si per Mss. liceret, malim quoque *reperire,* quam *reddere,* quod præcessit: licet sciam et 'dare exitum,' 'finem' dici. *Oud.*—1 Guelf. pr. *ultroneo nobis.* Id.—2 *Hinc ille longo trahens spiritu.* Fux. *Hæc ille longos trah. spiritus.* Roaldus. *Hic, &c.*

NOTÆ

[b] *Infesti Manes*] Umbras Charites et Tlepolemi affatur.

[c] *Valvis*] Ostio sepulcri, quo Tlepolemus et Charite conditi erant.

[d] *Inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum*] Adumbrata hæc videntur ex Petronio, ubi de matrona Ephesi: 'Quid proderit hoc tibi, si soluta inedia fueris? si te vivam sepelieris? si, antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis?' *Damnatum spiritum*] Vetus Inscriptio a Pricæo laudata: INFERNO PLOTONI TRICORPORIQVE OXORI CARISS. TRICIPITIQVE CERBERO MVNVS MEVM FERENS DAMNATAM DEDO ANIMAM, VIVAMQUE ME HOC CONDO MONIMENTO, &c.

[e] *Ille*] Servus Charites, qui noctis gallicinio venerat ex proxima civitate, ut habetur initio libri hujus.

ter affectis[4] rusticis annuntiabat. Tunc illi, mutati dominii[5] novitatem metuentes, et infortunium domus herilis altius miserantes, fugere comparant.[6] Sed equorum[7] magister, qui me curandum magna ille quidem commendatione susceperat, quicquid in casula pretiosum conditum servabat, pervolat, meoque atque[8] aliorum[9] jumentorum dorso repositum[1] asportans, sedes[2] pristinas deserit. Gerebamus infantulos et mulieres; [163] gerebamus pullos, anseres,[3] hædos, catellos; et, quicquid infirmo gradu fugam morabantur, nostris quoque pedibus ambulabant.[f] Nec

dum plorans referebat hæc rusticis valde commotis ejus oratione. Tum illi timentes mutationem novi dominatus, et dolentes profundius calamitatem domus sui domini, moliuntur fugam. At præfectus equorum, cujus curæ commissus fueram, ac summopere commendatus, expilat quicquid asservabat pretiosi conditum in illa domuncula: et, impositum dorso meo atque ceterorum jumentorum avehens, relinquit suam antiquam habitationem. Portabamus parvos infantes, et mulieres; portabamus pullos, anseres, hædos, catulos: denique, quæcumque retardabant nostram fugam debili gressu, ea etiam incedebant ope nostrorum pedum. Neque gravitas mei

Ms. *Hoc ille longos trahens spiritus.* Colvius. Idem (Pal.) codex legendum ostendit: *Hæc ille longos trahens spiritus.* Wower. Corrigendum, *Hæc ille.* Hoc jam mendum plus duodecies his tribus libris occurrit. *Sciopp. in Symb. Sic ille longos tr. spiritus.* Ita Scaliger. Ms. *Hæc i. longo t. spiritu.* Auctor Mstus de Vita Verenæ Virginis: 'Quotidie flebat amare, et longa suspiria trahebat in pectore.' *Elmenh.* Scriptus Codex: *Hoc i. longos tr. spiritus.* Forte *suspiritus.* Ut supra lib. I. 'Cum ille imo de pectore cruciabilem suspiritum ducens.' *Brant.*—3 Oxon. *illacrymas.* Palat. *illacrymis.* Quasi fuisset *in lacrymis*, i. e. lacrymans. Vide ad lib. II. p. 38. 'Mœstus in lacrymis.' Sed temere id, quod probum est, non mutari, nec singularia captari velim. *Oud.*—4 Bertin. Pith. *affectus.* Id.—5 *Domini.* Idem Ms. (Lips.) *dominii.* Colvius. Fulv. Ms. *dominii.* Wowerius. Sciopp. in Symbola. Lege, *dominii.* Elmenh.—6 Hæc etiam scripta lectio, quam nescio cur contemnat Beroaldus, malitque, *fugæ se comp.* Colv. Malo, *fugæ se comp.* Sic infra p. 137. 'Ulteriori se fuga proripiunt.' *Brant.*—7 Malim, *Sed et eq.* Oud.—8 *Q. in cas. pret. cond. pervolat; meo atque, &c.* Vulgo, *cond. servabat.* Colvius. *Pervolat, quicquid i. c. p. conditumque servabat, meo, &c.* Sic Mss. A vulgatis male abest τὸ *servabat.* Elmenh.—9 Palat. *aliquorum.* Oud.—1 Bertin. *depos.* Id.—2 D'Orvill. *in ædes.* Id.—3 *Passeres.* Fux. *anseres.* Rectissime. Nam, ut bubsequæ passeres habuerint, qui olim in deliciis, nusquam fando auditum. *Roald. Anseres.* Hæc scriptura vetus. Vulgata, *passeres.* Utraque tolerari potest. Oblectamenta puerilia, pulli, passeres, anseres, et id genus alia. Plautus Captivis: 'Nam, ubi illo adveni, quasi patriciis pueris, aut monedulæ, Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitant: Itidem hæc mi advenienti upupa, qui me delectet, data est.' Arnobius lib. VII. 'Ut parvuli pusiones, quo animis parcant, abstineantque ploratibus, passerculos, pupulos, eculeos, panes accipiunt, quibus avocare se possint:' ubi lubens scripserim, *quo lacrymis parcant*, vel, *quo animos pascant.* Plinius lib. IV. Epistol. 'Habebat puer mannulos multos, junctos et solutos: habebat canes majores minoresque, habebat luscinias, psittacos, merulas.' Hinc blanditiæ

me pondus sarcinæ, quanquam enormis, urgebat,[4] quippe gaudiali fuga detestabilem illum exsectorem virilitatis meæ relinquentem.[5] Sylvosi montis asperum[6] permensi jugum, rursusque reposita camporum spatia pervecti, jam vespera semitam tenebrante,[7] pervenimus ad quoddam castellum frequens et opulens:[8] unde[9] nos incolæ nocturna, immo vero matutina etiam prohibebant egressione. Lupos enim numerosos, grandes, et vastis corporibus sarcinosos,[1] ac[2] nimia ferocitate sævientes, passim rapinis assuetos infestare cunctam illam regionem: jamque[3] ipsas vias obsidere, et in modum latronum prætereuntes aggredi; immo vero[4] vesana fame rabidos finitimas expugnare villas:[5] exitiumque inertissimorum pecudum ipsis jam humanis capitibus imminere. Denique ob iter illud,[6] qua nobis erat commeandum, jacere semesa hominum corpora, suisque visceribus nudatis ossibus cuncta candere:[7] ac per hoc[8] nos quoque

oneris me premebat, quamvis illud esset immane; quia deserebam hilari fuga execrabilem illum amputatorem meorum virilium. Cum superavissemus arduum cacumen montis nemorosi, ac deinde descendissemus in subjectam planitiem camporum, vespere jam obscurante viam nostram, devenimus ad quoddam castellum populosum et opulentum: ex quo incolæ dissuadebant nos ne exiremus nocte, aut etiam mane: causati nimirum permultos lupos ingentes, et graves mole corporum, ac furentes maxima sævitia, solitos rapere omnia undique, grassari per totam illam regionem, jamque obsidere ipsa itinera, et adoriri transeuntes instar prædonum; quinimmo correptos rabida fame adoriri proximas villas, et illud mortis genus, conveniens tantum pecoribus ignavissimis, jam impendere capitibus hominum. Postremo addebant cadavera hominum semesa jacere in illa via, per quam nobis erat transeundum, et omnia albere ossibus spoliatis suis carnibus: propterea que nos debere ingredi iter

illæ, Casina: 'Meus pullus, passer, mea columba, mi lepus.' *Colv.*—4 Lego ex Rom. *urguebat.* Elmenh. Sic etiam bene Edd. Vicent. Scriv. Vide supra. Mox pessime *executorem* in Par. Ms. *Oud.*—5 Pith. *delinq.* Id.—6 Oxon. *asperrimi.* Id.—7 Fux. *semita.* Coll. Voss. Guelf. pr. *tenebrantem.* Id.—8 D'Orv. *opulans.* Id.—9 Pith. *ubi.* Id.—1 Forte legi recte possit, *carnivoros.* Colv. Vulgo, *saginosos.* Elmenhorstius. B. *facinorosos.* Putean.—2 *Ac* deest in Oxon. Guelf. pr. *At* D'Orv. *Oud.*—3 Ed. Bas. pr. *idemque.* Id.—4 Vulg. *immo etiam.* Colv.—5 D'Orv. *villulas:* nec male, ut alibi. Vide Indic. *Oud.*—6 Palat. *istud.* Tum *quo* Fux. pro *qua.* Id.—7 Inepte D'Orv. Par. *cadere.* Vide

NOTÆ

[1] *Nostris quoque pedibus ambulabant*] Lib. VI. 'Quid meis pedibus facere contendis?' et lib. XI. 'Nec mora, cum Dei, dignati pedibus humanis incedere, prodeunt.'

cautione summa viæ[9] reddi debere: idque vel[1] in primis observitare;[2] ut[3] luce clara, et die jam provecto, et Sole florido, vitantes undique latentes insidias, cum et ipso lumine dirarum bestiarum repigratur impetus, non laciniatim[4] [g] disperso, sed cuneatim stipato commeatu difficultates illas transabiremus. Sed nequissimi fugitivi ductores illi nostri, cæcæ[5] festinationis temeritate, ac metu incertæ insecutionis, spreta[6] salubri monitione, nec expectata luce proxima, circa tertiam ferme[7] vigiliam noctis, onustos nos

cum maxima cautela; atque hoc nobis esse præsertim observandum, ut, ad effugiendas insidias abditas passim, præteriremus loca illa periculosa agmine non dissipato in particulas, sed conferto in unum cuneum, et quidem clara luce, et die jam promoto, et Sole fulgente, quando furor harum crudelium belluarum hebetatur ipsa luce. Verum pessimi illi fugitivi, qui ducebant nos, aspernati illa monita salutaria temeritate festinationis improvidæ, et timore persecutionis dubiæ; ne expectata quidem luce propinqua, producunt nos oneratos ad carpendum iter circa mediam noc-

Pric. et ad Sil. l. IX. 190. 'Campique refulgent Ossibus.' *Id.*—8 Reg. et D'Orv. *per hos*, ut intelligantur lupi. *Per hæc* Guelf. pr. *Id.*—9 Ms. *summa via.* Colvius *Summæ viæ.* Flor. Bert. et Pal. *summa v.* Elmenhorstius. B. *cautione summa via.* Putean.—1 Lips. Pal. D'Orv. Fux. Guelf. Oxon. carent τῷ *vel*, minus bene. *Oud.*—2 *Ob serenitatem.* Fux. *observitare:* quod maxime arridet. Audaculæ enim Lucii nostri verborum fictiones. Admodum sapit id mihi. *Roald.* *Observitare.* Nullo cum sensu ante ubique editum, *ob serenitatem. Observitare*, ut de Deo Socratis: 'Cum præterea, si omnia observitaret.' *Colv.* Rom. *ob serenitatem*, insulse. *Elmenh.* Pessime in Edd. Colviana prioribus circumferebatur *ob serenitatem*, in Beroald. *ob serenitarie.* Mss. O. dant verissime vel *observitate*, ut in Guels. utroque, vel *observitare:* ut forsan paulo ante *infestitare.* Oud.—3 Fux. *et.* Id.—4 Repono, *lancinatim.* In quo vereor tamen æque opinionem nostram probes, ut in eo, quod subjiciam ex libro VII. de Asino: 'Nec uspiam ruris reperitur ille: plane corpus ejus membratim laceratum, multisque dispersum locis conspicitur.' Verbum enim antiquum restituendum censeo, *membratim lancinatum:* quo de nos jam antea egimus. Etsi Plauto quoque id verbi reddendum credamus Mercatore, pro *lacerari:* 'Perfidiam, injustitiam lenonum expromere. Lancinari valide suam rem, illius augerier.' *Stewech.*—5 Palat. Fux. Guelf. sec. et Edd. ante Beroald. prave, *ecce.* Oud.—6 Pal. *sumta.* Elmenh. Ut sæpius in illo codice. An rursus *s.* pro *scilicet?* Oud.—7 Edd. ante Colv. *ferme tert.* Id.—8

NOTÆ

[g] *Non laciniatim*] In lacinias. Sunt autem laciniæ apud Columellam particulæ dispersi ovium gregis. Sic enim ille, lib. VII. cap. 5. 'Cum dehinc grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis distribuatur: nam particulatim facilius, quam universus convalescit, sive quia ipsius morbi halitus minor est in exiguo numero, seu quia expeditius cura major adhibetur paucioribus.' Alias lacinia est pars extrema et fluxa vestis et pallii.

ad viam propellunt. Tunc ego non [164] inscius[8] prædicti periculi, quam pote,[9] turbæ medius, et inter conferta[1] jumenta latenter absconditus, clunibus meis ab[2] aggressionibus ferinis consulebam. Jamque me cursu celeri ceteros equos antecellentem mirabantur omnes. Sed illa pernicitas non erat alacritatis meæ,[3] sed formidinis indicium. Denique mecum ipse reputabam, Pegasum inclytum illum metu magis volaticum fuisse; ac per hoc merito pinnatum[4] proditum,[5] dum in altum et adusque cœlum[6] subsilit[7] ac resultat: formidans[8] scilicet igniferæ morsum Chimæræ. Nam[9] et illi pastores, qui nos agebant, in speciem prælii manus obarmaverant.[1] Hic lanceam, ille venabulum, alius gerebat spicula, fustem alius: sed et saxa, quæ salebrosa semita largiter subministrabat.[2] Erant qui sudes præacutas

tem. Ego tum non ignarus discriminis supra memorati cavebam meo tergo ab impetu illarum belluarum, incedens, quantum poteram, in medio agminis, et delitescens inter jumenta stipata inter se: et jam cuncti admirabantur me superantem velocitate cursus reliquos equos. Verum illa velocitas non erat signum mei vigoris, sed mei timoris. Ego demum cogitabam apud me celebrem illum Pegasum fuisse perniciorem ob timorem, proptereaque merito dictum fuisse alatum, dum salit sursum, et resilit usque ad excelsum cælum: metuens nempe morsum Chimæræ vomentis ignem. Etenim illi pastores, qui ducebant nos, armaverant manus suas perinde ac si fuissent obituri certamen. Hic ferebat lanceam, ille venabulum, alius pila, alius baculum: quin etiam gestabant quoque lapides, quos aspera via suppeditabat ipsis

Tunc ego metu. Fux. *Tunc ego non inscius.* Utrumque probum. *Roaldus.* Vulg. *metu p. p.* Colvius. Pal. *t. e. n. scius.* Bert. et Flor. *t. e. metu p. p. quantum poteram turbæ medius.* Elmenh.—9 *Quam potui.* Ibidem vulg. *quantum poteram.* Colv.—1 Bertin. et Ful. *conserta.* Sic pag. seq. 'Consertæ juventutis strepitu.' *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. IV. 8. Bertin. et Rom. *conserta;* male. *Elmenh.*—2 Præpositio *ab* abest a Ms. *Colv.* Flor. *aggessionibus.* Elmenh. Præpositio exulat etiam a Flor. item a Palat. Reg. Fux. Guelf. D'Orvill. Pithœano. *Oud.*—3 Ms. *alacritatis materia.* Colv. Sic et Coll. Voss. Sed Lipsius margini allevit: 'Al. *memoria.*' Oud.—4 *Pennatum.* Fux. *pinnatum.* Roald. Uti recte est in Mss. O. et Edd. usque ad Bas. quam orthographiam idcirco restitui. Vide ad l. IV. p. 86. 'Qui pinnis volitans super æthera.' *Oud.*—5 Guelf. sec. *prodictum,* Palat. *prædictum,* Fux. *perditum.* Id.—6 *Dum altum adusque cœlum.* Vulg. *dum in altum, et adusque cœl.* Colvius. *Dum altum et adusque cœlum s.* Sic Bertin. *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. IV. 8. Flor. *dum in alt. et usque c.* Elmenh. Suspicari libet, *d. in altum adusque c.* Brant.—7 Fux. *sussilit.* Roaldus. D'Orv. *subsiliit.* Oud.—8 Scripta lectio, *formidis.* Colv.—9 Lego, *Jam.* Id. Frustra. Per conjunctionem hanc 'nam' solet Auctor cum aliis, et præsertim Terentio ac Cicerone, transitum facere. Adi quæ notavi ad l. II. p. 28. 'Nam Milonis mensulam rogatus accubueram.' *Oud.*—1 Ms. *obarmarunt.* Colvius. *Obarmaverunt* Guelf. sec. Abest in Ed. Bas. pr. quod perperam prætulit Stewech. ad l. X. p. 228. 'In speciem' et 'faciem' frequentissime apud Nostrum non secus ac reliquos. *Spem* Pith.

attollerent.[3] Plerique tamen ardentibus facibus proterrebant[4] feras. Nec quicquam præter unicam tubam deerat, quin acies esset præliaris. Sed nequicquam frustra[5] timorem illum satis inanem[6] perfuncti, longe pejores inhæsimus laqueos. Nam lupi, forsitan confertæ[7] juventutis strepitu, vel certe nimia luce flammarum deterriti, vel etiam aliorsum grassantes,[8] nulli contra[9] nos aditum tulerunt; ac ne procul saltem ulli[1] comparuerant. Villæ vero, quam forte tunc[2] præteribamus, coloni, multitudinem nostram latrones rati, satis agentes[3] rerum suarum, eximieque tre-

abunde. Quidam gestabant paxillos acuminatos, maxima pars tamen terrebant belluas tædis accensis; et nihil aliud nisi sola buccina deerat ad hoc, ut esset acies instructa ad certamen. Verum, cum frustra sustinuissemus illum metum admodum vanum, incidimus in angustias multo pejores. Nulli enim lupi venerunt adversus nos, forsan quia exterriti erant strepitu densæ multitudinis juvenum, vel certe nimio fulgore ignium, aut etiam, quia iverant prædatum in aliam partem: et ne eminus quidem ulli visi fuerant. At rustici villæ, juxta quam tunc forte transibamus, arbitrati nostrum agmen esse turbam latronum, consulentes fortunis suis, et timentes

Oud.—2 *Subministrat.* Vulg. *subministrabat.* Colvius. Flor. *subministrabat.* Elmenh. Exulat *largiter* a D'Orvill. qui præsens tempus cum Lips. Reg. Fux. Oxon. Par. Pal. Guelf. et Edd. Colv. Vulc. Wower. Pric. ostentat. Hic tamen imperfectum præfero: et sic Pith. Non hoc videtur prædicare Auctor de omni semita salebrosa, sed ea, per quam tunc ierat. *Oud.*—3 Ab 'attollo.' D'Orv. Pith. *attollerant.* Edd. Wower. Pric. *attolerent.* Id.—4 Oxon. *proferebant.* Reg. Fux. Guelf. pr. D'Orv. *præterrebant.* Male. Vide ad l. III. p. 46. 'Fugare, atque proterrere.' Pro *tubam* in D'Orvill. *tubem.* Id.—5 *Frustra*, glossema esse, et alienam hominis nugatoris vocis *nequicquam* interpretationem, quis omnium vel exigue harum literarum peritus non videt? *Brant.* Ego non video; uti nec Beroaldus ac Pricæus, quanquam non agnoscit Ms. Pithœi. Amat enim Auctor duo adverbia synonyma sine copula conjungere. Illos viros consule, et me ad l. I. p. 13. 'Curiose sedulo. In Edd. pp. *nequisquam.* Oud.—6 Manu exaratus liber, *incivem.* Colvius. Ms. *incivem.* Nescio, si quid ad rem pertineat, quod infra legitur, 'Invicem certæ religionis mentita.' *Brant.*—7 *Consertæ.* Scribe ex Palat. *confertæ.* Wowerius. Flor. *certe confertæ.* Elmenh. Librarii lapsu sequentis versus vocem hic scribentis. Perperam autem in Fux. *confectæ.* In Reg. Guelf. pr. Edd. Colv. Vulc. Merc. est *consertæ.* Vide supra, 'inter conferta jumenta.' *Oud.*—8 Idem Ms. *crassantes.* Colv. Ut sæpe. *Id.*—9 In Fux. et Edd. ante Colvium extat *circa*; quod hic defendi potest. At Mss. ceteri et Edd. reliquæ dant *contra*, ut statim. Ac sæpissime apud Appuleium *contra* in *circa* est depravatum. Dein in iisdem Vett. excepta Junt. post. est *tulere.* Id.—1 Oxon. *illi*, Guelf. pr. *nulli.* Edd. Ber. Junt. pr. Ald. Col. *comparaverant*, scil. aditum. Sed frustra: immo male. *Id.*—2 Tò *tunc* delet Bert. *Elmenh.* *Quas* Pareanus præbet, perperam. In Palat. Fux. D'Orv. *tunc forte.* Oud.—3 Quidam, *satagentes.* 'Satis agere' apud Veteres, quod vulgo 'satagere.' Charisius lib. I. Cato: 'Jam nostri apud villam satis agebant.' Ulpianus l. X. de Condit. et Demonstr. 'Impleri solummodo conditionem voluerit, non satis egerit.' *Colv.* Consule J. F. Gronov. ad Plauti Bacchid. A.

pidi, canes rabidos[4] et immanes, et quibusvis lupis et ursis sæviores, quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumnati, jubilationibus[5] solitis[h] et cujuscemodi[6] vocibus nobis inhortantur. Qui, præter genuinam ferocitatem, tumultu suorum exasperati,[7] contra[8] nos ruunt: et undique [165] laterum circumfusi passim insiliunt, ac sine ullo dilectu[9] jumenta simul et homines lacerant: diuque grassati,[1] plerosque prosternunt.[2] Cerneres, non tam hercules[3] memorandum, quam miserandum etiam spectaculum,[4] ca-

mirum in modum, concitant adversus nos clamoribus consuetis et vocibus omnimodis canes furiosos et prægrandes, crudelioresque quibuscumque lupis et ursis, quos studiose aluerant, ut præsto essent suæ defensioni. Qui quidem, præter naturalem suam feritatem irritati adhuc clamoribus suorum dominorum, accurrunt adversus nos, et undique dispositi circa nostra latera irruunt in nos ex omnibus partibus, et promiscue dilaniant jumenta et homines simul: et, cum diu sæviissent, dejiciunt quamplurimos. Videres spectaculum non tam memorabile profecto, quam misera-

iv. S. 3. 23. 'Nunc agitas sat tute tuarum rerum.' *Oud.*—4 In Pal. Fux. Guelf. et D'Orv. *rapidos.* Perperam. L. ix. p. 177. 'Canem rabidam' supra p. 163. Adi ad Lucan. l. vi. vs. 66. 'Rabidum nescit latrare Pelorum.' *Id.*—5 Alii, *sibilationibus.* Elmenh. Idque N. Heinsius ad Ovidii l. iii. Metam. vs. 242. præfert: ac legitur in Paræano, et pro Varia Lect. in Florent. Sed ceteri Mss. et Edd. a me visi *jubilationibus* servant. Ut enim 'quiritare' de urbanorum clamore dicitur, sic 'jubilare' rusticorum est. Vide Beroaldum, Pricæum, et Barthium ad Calpurnii Ecl. i. vs. 29. 'Non montana sacros distinguunt jubila cantus.' *Oud.*—6 Vulgo, *hujuscem.* Colv.—7 Flor. *exaspernati,* male. *Elmenh.* Vide Comm. ad p. 171. 'Me ferocitate cernetis exasperatum.' Item l. ix. p. 202. 203. *Oud.*—8 *Circa.* Legerim, *contra n.* Itidem et pag. seq. 'Proteritis atque obruitis:' pro quo editi Codd. habent *perterritis.* Stew. Vide supra. *Oud.*—9 *Et sine u. delectu.* Manuscriptus liber, *ac sine.* Colv. *Ac* præferunt quoque bene D'Orvil. Pith. Fux. Guelf. pr. et Ed. Junt. post. necnon iidem Cod. cum Palat. Par. Guelf. sec. et Edd. Wower. Pric. *dilectu;* uti est et in Mss. optimis lib. de Phil. Mor. p. 624. Vide ad Cæs. l. vi. B. G. init. et Suetonium. *Oud.*—1 Idem, *denique crassati.* Colvius. Ms. *denique crassati.* Forte *dique grassati,* per tmesin, id est, digrassati. Plautus Truculento: 'Nam absque foret te, sat sero in alto distraxissent, disque tulissent satellites tui me miserum fœde,' pro, distulissent, dissipassent. *Brant.* Lipsius marg. Ed. Colv. allevit, *disque g.* Sed ob unius librarii errorem nihil est innovandum. *Oud.*—2 Ed. Vulc. sec. *præsternunt.* Id.—3 Idem Ms. *mehercules.* Colvius. Reg. Fux. *tamen h.* sine τῷ *non.* Palat. *herc. n. tam:* al. *hercule.* Sed vide ad l. iii. p. 45. 'Non tam, hercules, truculentam accusationem, quam meam miseram conscientiam.' *Oud.*

NOTÆ

[h] *Jubilationibus solitis*] Alii legunt *sibilationibus.* Jubilationes et jubila sunt inclamationes rusticorum. Festus: 'Jubilare, est rustica voce inclamare.' Varro, lib. v. de Lingua Latina: 'Ut quiritare urbanorum, sic jubilare rusticorum.' Virgil. Eclog. 'Et tua mœrentes expectant jubila tauri.'

nes copiosos ardentibus animis alios[5] fugientes arripere,[6] alios stantibus inhærere, quosdam jacentes insidere,[7] [i] et per omnem nostrum commeatum[8] morsibus ambulare. Ecce tanto periculo malum majus insequitur. De summis enim[9] tectis ac[1] de proximo colle rusticani[2] illi saxa super nos raptim devolvunt;[3] ut discernere prorsus nequiremus, quam potissimum caveremus cladem,[4] cominus canum, an eminus lapidum. Quorum quidem unus caput mulieris,[5] quæ meum dorsum residebat,[6] [k] repente percussit. Quo[7] dolore commota, statim fletu cum clamore[8]

bile, magnum scilicet numerum canum, quorum alii magno furore arripiebant fugientes, alii applicabant se ad stantes, quidam insiliebant in prostratos, et percurrebant nostrum agmen mordendo. Hoc tantum discrimen excipitur repente majori malo. Illi enim rustici propere dejiciunt super nos lapides ex culmine tectorum, atque ex colle vicino; adeo ut nullatenus possemus dijudicare ab utra strage nobis maxime consulere deberemus; an canum, qui irruebant in nos e proximo, an saxorum, quæ jaciebantur in nos e longinquo; quorum unum quidem subito feriit caput mulieris, quæ insidebat meo dorso. Cujus plagæ dolore percita, extollens repente

—4 *Mis. spect.* Vulg. *mis. etiam spect.* Colv. Lipsiano Cod. consentit Regius, Fux. Pith. et Palat. Edd. Wower. Vulc. Merc. Pric. Florid. ac favet citatus locus. Quia tamen reliqui, et Florent. cum Edd. prioribus agnoscunt *τὸ etiam*, cum Elmenh. et Scriverio rursus admisi. Immo istud *et* in Lipsiano hinc videtur natum. Nam sic in Guelf. sec. *Oud.*—5 Ms. *et canes cop. ard. anim. et alios.* Colvius. Manusc. *capiosos*, forte *rabiosos*. Sciopp. in Symb.—6 *Arripere* exulat a D'Orvill. *Oud.*—7 *Inscindere.* Conjectura nostra, *inscendere:* quod etiam Beroaldus in quibusdam Codicibus esse notat. Itaque sic rescripserim. 'Inscendere,' quod aliis 'ascendere,' centies in Plauto, totiensque in hoc Nostro. *Colv.* *Inscendere.* Flor. Rom. et Ven. *inscindere.* Elmenh. —8 Legerim *comitatum.* Sed et 'stipata commeatu' mox (modo p. 163.) dixit. Forte, ut *commeatus* illos significet, qui complures junctim iter faciunt: qua de voce vide, si videtur, quæ notabat Ph. Rubenius ὁ μακαρίτης lib. altero Elector. cap. 3. *Brant.* De comitatu navali ita passim. Vide Comm. ad Liv. l. XXII. 37. Suet. Tib. c. 38. Cl. 17. Ner. 20. Hirt. B. Afr. c. 20. sed et adi me ad Hirt. l. VIII. B. G. c. 30. 'Commeatus interceperat.' *Oud.*—9 Palat. Guelf. sec. *emen.* Id.—1 D'Orv. *et.* Id.—2 Vitiose Edd. ante Beroald. *rusticam.* Id.—3 Aldus, *superne r. d.* Roald. Elmenh. Item Ed. Junt. pr. *Volcunt* in Regio, Fux. *Oud.*—4 *Qua potiss. cav. clude.* Vulgati codices, *quam potiss. cav. cladem.* Colvius.—5 *Mulierem.* Fux. *caput mulieris, q. m.* Roaldus. *Caput mulieris.* Iidem, *mulierem.* Colvius. Bert. et Rom. *mulierem.* Elmenhorstius. Mss. O. si Pithœanum et Bertin. excipias, dant *caput mulieris*, ut bene Colvius et seqq. expresserunt. Fux. *un. qui cap. m.* Oud.—6 D'Orv. *insidebat dorsum*, frustra. Consule Pricæum, et nos ad l. III. p. 44. 'Suggestum residentibus.' Fux. *dors. meum.* Id.—7 D'Orv. *Quæ.* Id.—8 D'Orv. Fux. *tremore.* Non male. Sæpe tamen 'flebilis clamor.'

NOTÆ

[i] *Quosdam jacentes insid.* [*inscendere*] Alii *inscindere*, quod est, scindere, laniare.

[k] *Quæ meum dorsum residebat*] Sic lib. X. 'Consueta loca residentibus.'

sublato, maritum suum pastorem illum[1] suppetiatum ciet. At ille Deum fidem clamitans, et cruorem uxoris abstergens,[9] altius quiritabat:[1] Quid[2] miseros homines, et laboriosos viatores, tam crudelibus animis invaditis, perteritis,[3] atque obruitis? Quas prædas munitis?[4 m] Quæ damna vindicatis? At[5] non speluncas ferarum, vel cautes incolitis barbarorum, ut humano[6] sanguine profuso gaudeatis. Vix hæc[7] dicta: et statim lapidum congestus cessavit imber, et infestorum canum revocata conquievit procella. Unus illinc denique de summo cupressus cacumine, At[8]

clamorem et ejulatum, implorat opem pastoris, illius sui conjugis. Ille vero obtestans fidem Deorum, et detergens sanguinem suæ uxoris, clamabat altiori voce: Quare irruitis tam sævo impetu in nos miseros homines, et viatores ærumnosos, et quare opprimitis nos? quænam furta timetis? Num intulimus vobis aliqua damna, quæ sic ulciscamini? At non habitatis in cavernis belluarum, neque in rupibus barbarorum, ut delectemini effundere humanum sanguinem. Vix ea dixerat, cum repente densa grando saxorum cessavit, et canes revocati represserunt sævum impetum. Postremo unus ex illa turba rusticorum hæc ait ex supremo fastigio cupressus: Nos vero non facimus

Immo p. 167. 'De fletu ac voce ipsius.' *Id.*—9 Ms. *abigens.* Colvius. Manus. *abigens.* Sciopp. in Symbola. Pal. *abigens.* Elmenh.—1 Par. Guelf. pr. *curcitabat.* D'Orv. Pith. *queritabat,* de more. Vide ad l. v. p. 107. 'Hæc quiritans.' Fux. *quirit. alt.* Oud.—2 Oxon. *Quot.* Edd. ante Beroald. *Quod.* Tum Pal. Guelf. sec. *labores.* Ed. Ber. *laboriosa,* corruptissime. *Id.*—3 *Inv. ac perterritis.* Fux. *atque obterritis;* forte *obteritis.* Roaldus. *Inv. atque obteritis.* Vulg. *invaditis ac perteritis, atque obruitis?* ubi quidam *perterritis.* Unde legi aliquando *proterretis,* vel, *perterretis:* quod supra alibi scripsi. *Colv.* Rectissime Manuscriptus: *invaditis, prosternitis, atque obteritis? quas prædas metuitis?* Qui putat, *prædas munire* ita dici, sicut Plauto, 'mœnia muniri,' ei fanum non est sinciput. *Sciopp. in Symb. Obteritis.* Bert. Ald. et Rom. *perterritis atque obruitis.* Elmenh.—4 Ms. *Quas pr. minuitis:* minus recte. *Prædas munitis,* Plautina locutio. Sic Milite: 'Magnum illic honorem incipissis, magna munis mœnia.' *Colv.* Alii, *p. initis:* vel, *p. metuitis.* Elmenh. In manuscr. *minuitis,* minus recte, ut ait Colv. Rescribendum autumo *innubitis,* id est, invaditis. Lucilius lib. VI. apud Non. 'Suam enim invadere atque innubere censent.' Corrigo, *Sua mœnia invadere.* Brant.—5 D'Orv. *Ac.* Pro *incolitis* Oxon. a m. pr. *in collibus.* Oud.—6 Idem, *humo.* Colvius. Aldus, *h. s. perfuso,* male. *Elmenh.* Item Ed. Vic. et Junt. pr. quam Aldus ad literam secutus est. *Oud.*—7 D'Orv. *Vix hic.* Id.—8 Idem, *Ad.* Colv. Sic quoque Reg. Fux. Guelf. Pal. Oxon. D'Orv. Inc. et mox *cupidinem* Fux.

NOTÆ

[1] *Pastorem illum*] Ducem fugitivi illius agminis, illum nempe equorum magistrum, de quo supra.

[m] *Quas prædas mun.* [*metuitis?*] Alii, *Quas prædas munitis,* quod esset, defenditis, propulsatis. 'Præda' non rem modo prædatione raptam, sed et ipsam prædationem significat, ut hic.

nos, inquit, non vestrorum[9] spoliorum cupidine latrocinamur, sed hanc ipsam cladem[n] de vestris protelamus[1] manibus. Jam denique pace tranquilla securi potestis incedere. Sic ille. Sed nos plurifariam vulnerati reliquam viam capessimus, alius lapidis, alius morsus[2] vulnera referentes; universi [166] tamen saucii. Aliquanto denique viæ permenso spatio, pervenimus ad nemus quoddam proceris arboribus consitum, et patentibus viretis[3] amœnum. Ubi placuit illis ductoribus nostris[4] refectui paululum conquiescere,[5] corporaque sua diverse[6] laniata sedulo recurare. Ergo passim prostrati solo, primum fatigatos[7] animos recuperare, ac dehinc vulneribus medelas varias[8] adhibere festinant.[9] Hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere;[1] ille spongiis madidatis[2 o] tumores comprimere;

hæc prædandi causa, et desiderio vestrorum spoliorum, verum propulsamus a nobis hanc ipsam stragem, quam metuebamus a vestris manibus. Postremo, potestis nunc abire tuti, et in pace quieta. Ille hæc dixit: nos vero ingredimur reliquum iter, læsi in variis partibus corporis, reportantes nobiscum alii plagas saxorum, alii morsionum, omnes tamen vulnerati. Aliquo demum spatio itineris decurso, devenimus ad quendam lucum complantatum altis arboribus, et gratum ob viridaria late aperta: in quo placuit illis nostris ductoribus tantisper quiescere sumendi cibi causa, et reficere quam optime possent corpora sua lacerata variis partibus. Jacentes igitur humi hinc inde, incipiunt primo resumere spiritus fessos, deinde vero properant applicare diversa remedia suis plagis. Hic abluebat sanguinem liquore aquæ præterlabentis; ille comprimebat tubera sua spongiis madefactis; alius colligabat tæniis

Oud.—9 Ed. Vicent. prave *nostrorum.* Id.—1 Idem, *procelamus.* Infra lib. IX. 'Mutuoque ut exitum commune protelarent, cohortati.' *Colv.* D'Orv. *protebamus.* Adi Beroald. et Pric. *Oud.*—2 Ms. *morsu.* Id.—3 Rom. *virectis.* Elmenh. Item hic Pith. Ed. Vicent. ut passim. Sed adi me ad l. IV. p. 63. 'Lætissima vireta.' In Ed. Beroald. est *parent. vir.* Ms. Oxon. a m. p. *pratentibus:* unde conjici posset, *pratensibus viretis.* Ne tamen quid temere mutes. *Oud.*—4 D'Orv. *placet d. meis illis.* Adde Sciopp. notulam. Desunt hæc Pith. Cod. *Id.*—5 *P. c.* Fux. *refectui p. c.* Roaldus. Idem, *refectui p. c.* Colvius. Cod. Fulv. et Pal. auctior: *refectui paululum conquiescere.* Wowerius. Mannsc. *deduct. meis refectui paululum c. c. q. s. d. l. s. recreare.* Sciopp. in Symbola. *Nostris refectui.* In altero Florentino est *refectu.* Vulgati non habent hanc vocem. *Elmenh.*—6 Edd. Junt. pr. Ald. male *diversa.* Oud.—7 Fux. *fatigati.* Id.—8 D'Orv. *var. med.* Id.—9 Verbum *festinant* hominibus ineptis reddamus. *Stewech.* Probe, ut apud Plautum Epidico, 'Propera fugere hinc,' et Casina, 'Ut properarem arcessere.' Sallustius Catilinario: 'Abuti per turpitudinem properabant.' Non igitur τὸ *festinant* ac ineptis hominibus additum videri debet. *Colv.*—1 Rom. *deluere.* Elmenh. Item

NOTÆ

[n] *Hanc ipsam cladem*] Latrocinium. [o] *Spongiis madidatis*] 'Spongia,' in-

alius fasciolis [3] hiantes vincire plagas. Ad istum modum saluti suæ quisque [4] consulebat. Interea quidam senex de summo colle prospectat,[5] quem circum capellæ pascentes opilionem [6] esse profecto [7] clamabant. Eum rogavit [8] unus e nostris, haberetne [9] venui lactem,[1 p] vel adhuc liquidum, vel in caseum recentem incoactum? [2] At [3] ille diu capite

vulnera aperta. Sic unusquisque providebat suæ saluti. Interim senex quidam (quem capræ circa ipsum pascentes manifeste profecto indicabant esse pastorem) prospicit ex jugo collis. Unus ex nostris quæsivit ab ipso an haberet lac venale, sive liquidum, sive etiam coagulatum in caseum recentem? Sed ille, diu concutiens

Guelf. sec. Ed. Vicent. At in Oxon. Guelf. pr. *præterfluenti a. r. deluere*, perperam. *Oud.*—2 Fux. *spongiis inacidatis:* quod perspicue verum esse, testis est locus, quem adducit Beroald. ex Plinio : ubi de spongia aceto immersa, quam ideo hic Noster *inacidatam* vocavit. Alioquin debuit potius *madidatis* dicere, quam *macidatis*, si de madentibus intelligebat. *Roald.* Rectius arbitror *madidatis*. Arnobius lib. II. 'Proluvie linerent et madidarent se sua.' Claudianus de Rapru Proserp. lib. II. 'Ille novo madidantes nectare pennas Concutit.' Ambrosius de Fide Resurrect. 'Ut imperium sordibus immadident caput.' *Colv.* Colvius legit *maditatis*. Sed vera est Ms. lectio, *macidatis*, hoc est, aceto tinctis. *Sciopp. in Symb. Maditatis.* Bert. Pal. et Roaldus *inacidatis*. Roman. et Aldus *macidatis*. Flor. *inacidatis*, quod Scioppius interpretatur, aceto tinctis. *Elmenh.* Par. *inacetatis*. Forte sic leg. Omnia minima maxima secum ferebant. Glossæ: 'Acetat, ὀξίζει.' Vel *inacidatis* cum Flor. *Wass.* Tria hæc margini quoque allevit Groslotius. *Oud.*—3 Ms. *fasceolis*. Colv. Sic et Guelf. pr. Inepte in Guelf. utroque, Beroald. Ed. *vincere*, et mox in Oxon. Guelf. pr. *salutis s.* pro *scilicet*. Oud.—4 Fux. *quilibet :* al. *quisque*. Id.—5 Prave Palat. Pith. Fux. Guelf. sec. et Edd. ante Colvium *perspectat*. Vide ad lib. VII. p. 149. *Id.*—6 *Opiliones.* Fux. *opilionem.* Roald. Ut est in ceteris Mss. et Edd. ac debet. *Oud.*—7 Bert. *projecto*. Elmenh. An *perspicue? prolixe?* Wass.—8 D'Orv. *rogabat*. Pro *eum unus in* Guelf. pr. *cum unum*. Oud.—9 Idem (Lips.) *habebatne*. Colvius. Cum Guelf. sec. Vitiose in Edd. Wow. Pric. *haberentne*. Oud.—1 *Venui lacte*. Flor. *venu lac*. Elmenh. In Palat. etiam et Zabar. teste Ferrario l. I. Elect. c. 15. est *venu*. Nec male. Vide supra 'refectu.' Sed tamen p. 169. 'Venui frustra subjiciemus.' L. IX. p. 183. 'Me voce præconis venui subjiciunt.' *Oud.* —*Lacte*. Fux. *lac:* sed utrumque antiquitus in usu. *Roald.*—2 Sic scriptus liber, et ita etiam alias suo tempore lectum fuisse ait Beroaldus. Vulgati *inchoatum*. Sed *incoactum*, id est, coactum: ut supra, 'incingere se gladio,' et alibi, 'incognoscere,' 'inconcupiscere,' pro, cingere, cognoscere, concupiscere ; de quo pluribus infra ad lib. III. Floridor. *Colv.*—3 D'Orv. vitiose

NOTÆ

quit Celsus, 'quocumque modo imposita est, dum madet, prodest.' Sciopp. legit *inacidatis*, quod exponit, aceto tinctis. Sed placet magis scripta lectio. Ad flumen enim sedebant, ubi aqua madefaciendis spongiis suppetebat, at non item acetum.

[p] *Lactem* [*lacte*] Veteres 'hoc lacte' dixerunt in recto casu, proindeque in quarto. Plaut. Menæchmis, Act. V. Scen. 9. 'Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, Usquam similius,' &c.

quassanti, Vos autem, inquit, de cibo vel poculo, vel omnino ulla[4] refectione nunc[5] cogitatis? An[6] nulli scitis, quo loco consederitis?[q] Et cum dicto conductis[7] oviculis, conversus[8] longe recessit. Quæ vox ejus et fuga pastoribus nostris non mediocrem[9] pavorem incussit. Ac,[1] dum perterriti de loci qualitate sciscitari[2] gestiunt, nec est, qui doceat, senex alius, magnus ille quidem, gravatus annis, totus[3] in baculum pronus, et lassum[4] trahens vestigium, ubertim lacrymans, per viam proximat: visisque nobis, cum fletu maximo singulorum juvenum genua contingens,[5] sic adorat:[6] Per Fortunas vestrosque Genios,[7] sic ad meæ

caput, ait: Vos vero nunc cogitatis de cibo, aut potu, aut de ulla prorsus recreatione? An ignoratis penitus in quem locum deveneritis? Et, hoc dicto, avertit se, et procul abscessit agens oves suas. Quæ verba et discessio ejus injecerunt nostris pastoribus metum non parvum. Et, dum ipsi paventes cupiunt inquirere qualis esset ille locus, neque ullus est qui doceat; alius senex procerus quidem, confectus senio, totus incumbens scipioni, trahensque fessum gradum, accedit ad nos per iter, plorans abundanter: et, conspicatus nos, prehendit genua uniuscujusque ex illis juvenibus cum uberibus lacrymis, et sic affatur eos: Oro vos per vestras Fortunas,

Ac. Oud.—4 Fux. *ulli.* Id.—5 Ms. *non.* Colv. A D'Orvill. et Pith. abest τὸ *nunc.* Oud.—6 Lipsius margini allevit, *At*, deleta interrogationis nota, ex Plauto, ut videtur. Confer Pricæum; et nil invitis Mss. muta. *Consideratis* Guelf. pr. *Id.*—7 Sive, una coactis, et secum ductis. D'Orv. *condictis.* Ed. Vicent. *conductus.* Id.—8 *Conversus* exulat e D'Orvill. *Id.*—9 Flor. *et fugam p. n. et non med.* Elmenh. Male. Vox ejus nondum incussit fugam pastoribus, sed et vox et fuga ejus incussit iis pavorem. Desunt hæc omnia Pith. Cod. *Oud.*—1 Idem Ms. *At.* Colv.—2 Idem, *sciscitatui.* Bas. 1. *sciscitati.* Colv. Lego, *sciscitatu iri.* Ut passim apud Jurisc. in Pandectis Florentinis, 'defensu iri,' 'debitu iri,' 'redditu iri,' 'datu iri,' 'restitutu iri,' pro eo, quod in usu elegantium virorum est, defensum, debitum, redditum, datum, restitutum iri. Adi Ant. Augustin. lib. II. Emendat. cap. 2. *Brant.* At quænam est hæc Latinitas, quæso, *sciscitatum iri gestiunt?* Verissime *sciscitari* est in ceteris Mss. et Edd. vel *sciscitati*, ut in Guelf. pr. *gestirent* in D'Orvill. Rectissime inde faceres *sciscitatum gestiunt ire*, ut 'ire visum,' et similia. *Oud.*—3 Bertin. Codex, et ex eo, ut puto, tacite Elm. edidit *totusque*, quem de more sequuntur Scriver. et Florid. contra reliquos Mss. et Edd. geniumque Appuleii. *Id.*—4 D'Orv. Fux. Guelf. pr. et Oxon. *lapsum*, ut peccatur crebro. Tum *lacrymas* Fux. *Id.*—5 Fux. *continua.* Id.—6 Vulgo, *adorabat.* Colv. *Adorabat* servant Fux. Pith. Guelf. pr. et D'Orv. ac, si in pluribus extaret, non mutassem, licet præcedat præsens 'proximat.' De qua temporum variatione passim est monitum. Omnes vero Edd. Colvium sunt secuti: nec male. *Oud.*—7 *Genies* Guelf. ambo. Oxon. *vestrasque genies.* D'Orv. *nostros-*

NOTÆ

[q] *Quo loco consederitis*] Virgil. 'An nescis quorum consederis arvis?'

senectutis spatia validi lætique veniatis, decepto[8] seni[r] subsistite, meumque parvulum ab Inferis ereptum canis meis reddite. Nepos namque meus, et itineris [167] hujus suavis comes, dum forte[9] passerem, incantantem sepiculæ,[1] consectatur arripere,[2] delapsus in proximam foveam, quæ fruticibus imis[3] suppatet, in extremo jam vitæ consistit periculo: quippe cum de fletu[4] ac voce ipsius, avum[5] sibi sæpicule clamitantis,[6] vivere illum[7] quidem sentiam, sed per corporis,[8] ut videtis, mei defectam valitudinem opitulari nequeam. At vobis, ætatis et roboris beneficio,

et vestros Genios, sic perveniatis firmi atque hilares usque ad annos meæ senectæ, succurrite seni debili, et retrahite ex Averno meum parvulum, ac restituite eum meæ senectæ. Namque meus nepos et dulcis socius in hoc itinere, dum forte conatur capere passerem canentem in parva sepe, cecidit in scrobem proximam, quæ subjacet arbustis infimis, et jam positus est in ultimo discrimine vitæ: cum nempe cognoscam equidem ex ejulatu et clamore ipsius, sæpius vocantis avum, eum adhuc vivere, sed non possim ei auxiliari propter infirmam valetudinem mei corporis, quemadmodum cernitis. Vobis vero facile est, propter juventutem et vigorem ves-

que g. Ineptissime. Inspice Pric. et Lips. ad Senec. Ep. XII. 'Jurat per Genium meum.' *Id.*—8 *Decrepito* Beroald. *Roald.* Beroaldus emendavit *decrepito.* At illa altera scripta lectio est, et olim excusa. *Colv.* *Decrepito.* Alii, *decepto.* Elmenhorstius. Beroald. *decrepito.* Non negab[illegible] verius esse *defecto*, ut inf. 'defectam valetudinem.' Lib. I. 'Defectum jam incerta verborum salebra balbutire.' Lib. IV. 'Et viæ spatio defectus.' Lib. VI. 'Defectum prorsus assiduis laboribus spes incitabat et votum;' et sæpe alibi. Apud Petronium quoque 'lucernæ humore defectæ.' *Brant.*—9 Ed. Junt. pr. Ald. *sorte.* Guelf. ambo a m. pr. *passarem.* Id.—1 *Spiculæ.* Fux. *sepiculæ* ὑποκοριστικῶς a 'sæpe;' et ita Ald. *Roald.* Ms. *passerem incantarem.* *Sepiculæ* rescripsi. Vulgatum passim *sæpicule.* Bas. 1. *spiculæ:* unde etiam legebam *spinulæ.* Sed *sepiculæ*, id est, parvæ sepi. *Colv.* Flor. unus, *p. caricantem.* Elmenhorstius. Manuscript. *p. incantarem*, fortassean *incantacem.* Brant. —2 Manuscriptus liber *abripere.* Colv. In Guelf. pr. *consecratur*, Oxon. *consecratus.* Pith. *consectatum.* Guelf. sec. *abripere.* Oud.—3 Idem, *unis.* Colvius. V. C. *fructicibus.* Sic semper in manusc. reperitur. *Brant.*—4 Vitiose Edd. Wower. et Pric. *sic fl.* Oud.—5 *Auxilium.* Fux. *avum*, παθητικῶς. *Roald.* *Avum.* Vulgo, *auxilium.* Colvius. Rom. et Bert. *auxilium.* Quod placet. *Elmenh.*—6 Vetus liber, *clamitans.* Colv. Item D'Orvill. Fux. *Oud.*—7 Pith. *istum.* Id.—8 *Corpus* Guelf. sec. Oxon. *c. me defectum v.* Per *i* dant vocem *valitudinem* Mss. O. et Edd. præter novissimam Floridi. *Et roboris* desunt

NOTÆ

[r] *Decepto seni*] Non, deluso, aut falso, sed orbato. Ausonius: 'Torqueo deceptos ego vita cœlibe canos.' Virgil. Æneid. IV. 'Postquam primus amor deceptam morte fefellit.' In quibusdam legitur *decrepito*, quod ferri potest. Magis placet Brantii conjectura *defecto seni.* Mox enim: 'Sed per corporis, ut videtis, mei defectam valetudinem opitulari nequeam.'

facile est suppetiari miserrimo seni, puerumque illum novissimum[9] successionis meæ, atque unicam stirpem sospitem[1] mihi facere.[2] Sic deprecantis, suamque canitiem distrahentis,[3] totos quidem miseruit.[4] Sed unus, præ ceteris et animo fortior, et ætate juvenior,[5] et corpore validior, quique solus præter alios incolumis prælium[6] superius evaserat, exsurgit alacer:[7] et, percontatus[8] quonam loci puer ille decidisset,[9] monstrantem[1] digito non longe[2] frutices horridos senem illum impigre comitatur. Ac, dum, pabulo nostro[3] suaque cura refecti, sarcinulis quis-

trum, opem ferre seni infelicissimo, et mihi servare illum puerum, ultimum meum successorem, et unicam meam prolem. Omnes quidem miseriti sunt ipsius supplicantis, et vellentis suos canos. At unus animo audacior ceteris, et junior ætate, et robustior corpore, et qui unus ex omnibus excesserat illæsus ex pugna præcedenti, surgit promtus: et, sciscitatus in quem locum ille puer esset delapsus, comitatur alacriter senem illum, qui digito ostendebat non procul inde dumos horrentes spinis. Cumque nos nostro pabulo, illi vero sua cura refocillati, captis quisque suis sarcinis,

Guelf. pr. *Id.*—9 Fux. *nobilissimum.* Recte. *Roald.* Scribe: *puerumque illum novissimum, successionis, &c.* vel *puerumque illum, novissimam success. &c.* Colv. —1 Bert. *sospitam.* Elmenh. Item Fux. *Oud.*—2 D'Orv. *facite.* Id.—3 In eodem est *detr.* Id.—4 *Omnes quidem miserentur.* Fux. *totos quidem miseruit.* Roaldus. *Totos quidem miseruit.* Restituta hic nobis Apuleio genuina sua sibi locutio. Vulgatum ante, *omnes quidem miserentur.* Colvius. Bert. et Rom. *omnes quidem miserentur.* Elmenh. Languet omnino præ ceterorum Mss. lectione, quam primus Colvius bene invexit, *totos q. miseruit.* Passim 'toti' pro, omnibus, sunt Nostro. Vide Ind. Notarum. *Oud.*—5 In nonnullis, ut Fux. *junior.* Sed vide Serv. ad Æn. v. 409. Beroaldum, uti et Cort. ad Plinium l. IV. Epist. 8. 'Multo etiam juvenior.' Drak. ad Liv. l. v. c. 10. *Id.* —6 Ms. al. *præliis.* Colvius. Flor. *quisque.* Reg. Fux. et D'Orvill. quoque *præliis*: prave. *Evascit* Fux. *Oud.*—7 Vulgo, *exsurgit alte alacer.* Colvius. Bert. et Rom. *ex. alte al.* Elmenh. *Alte*, quod nullus, præter Bertinum et Pith. agnoscit codex, jam bene ante Colvium excluserat Ed. Junt. post. *Oud.*—8 D'Orv. *percunct.* de more. Ed. Vicent. probante Pricæo, *præcontatus.* Adi ad l. I. p. 17. ubi in eadem Ed. *præcontato pretio.* Id.—9 Ibidem, *cecidisset.* Colvius. Bert. *cecidisset.* Elmenh. Lipsiano codici, ex quo primus Colv. edidit *dec.* cum antea edebatur *cec.* accedunt omnes nostri. Bene, nisi et hic velles *recidisset*, sensu simplicis *cecidisset.* Vide ad l. I. p. 8. Ego *de* hic præfero. *Oud.*—1 D'Orv. Palat. *monstrante.* Id.—2 *Non longe* desunt Ms. Palat. qui et male cum Guelf. sec. præbet *pigre.* Id.—3 *Pab. vestro.* In Parisiensi editum *pab. nostro.* Sed ea via non puto plagam illam satis curatam. Tentabimus, conjecturane possimus eruere quid convenientius. Loquitur asinus de toto latronum suorum globo, qui varia quoque in suo comitatu jumenta duxerunt. Hi paulo ante, a rusticis male accepti, ex prælio universi evaserant saucii, alius lapidis, alius morsus canum vulnera referentes. Quare emenso jam aliquanto viæ spatio, et pabula jumentis præstanda, et vulnera in itinere ab ipsismet obliganda erant: unde fit, ut scribere ausim, *pabulo nos, nostrique sua cura refecti.* Et hoc jam me probasse tibi spero. Nescio an similiter etiam facturus sum, quod sequitur, duabus tantum

que sumtis suis viam capessunt, clamore primum[4] nominatim cientes, illum juvenem frequenter[5] inclamant; mox, mora[6] diutina commoti, mittunt e suis arcessitorem[7] unum, qui requisitum comitem tempestivæ viæ commonefactum[8] reduceret. At[9] ille modicum commoratus[1] refert sese: buxanti[2] pallore trepidus, mira super conservo[3] suo renuntiat. Conspicatum se quippe, supinato illi, et jam ex maxima parte consumto,[4] immanem draconem mandentem insistere: nec ullum usquam miserrimum senem comparere illum.[5] Qua re cognita, et cum pastoris[s] sermone collata,

resumeremus iter, primo vocant sæpius suis clamoribus illum juvenem, appellantes eum nomine proprio: deinde, territi longiori retardatione ipsius, mittunt ad eum evocandum unum ex suis, qui investigaret illum socium, moneretque ipsum tempus esse proficiscendi, et reduceret eum secum. Ille vero revertitur post brevem moram: et trepidans ac pallidus instar buxi refert admiranda de suo conservo. Se nimirum vidisse enormem draconem illi prostrato, et jam comeso maxima sui parte, incumbentem, et depascentem eum; neque miserrimum illum senem apparere ullo in loco. Quo audito, et collato cum verbis upilionis, qui proculdu-

lineis intercedentibus: *mox, hora diutina commoti, mittunt e suis accersitorem,* scribo: *mox mora.* Stewechius. Bertin. *p. modo.* Elmenhorstius.—4 Ibidem, *primo.* Colv. *Primum* cum Lipsiano et Edd. Colvio posterioribus habent Florent. Oxon. Palat. In aliis, et Edd. prioribus *primo.* Sed D'Orv. dat *clamore proprio nominatum.* Forsan latet quid. *Oud.*—5 Ed. Scriv. Amstel. *frequentes.* Minus bene hic loci. *Id.*—6 Ibidem, *hora.* Colv. Vulgatum, quod erat ante Colvium, servantque Mss. D'Orv. Fux. Guelf. pr. Oxon. Par. cum aliis, explicari posset per tempus longum. At malui itidem sequi Mss. Flor. Pith. Palat. Guelf. sec. Bert. et Lips. *mora* præbentes, ut jam conjecerat Stewechius. Pro *commoti* placebat Groslotio *commoniti.* Oud.—7 Sic Venetus. Reliqui *accersitorem.* Colvius. *Arcessit.* Flor. Oxon. Par. D'Orv. cum Edd. recentioribus, ut debet. *Ex suis* D'Orv. *Oud.*—8 Guelf. pr. *contasnefactum.* Id.—9 D'Orv. rursus *Ac,* perperam. *Id.*—1 Pal. *moratus.* Elmenh. Item Oxon. Guelf. sec. et D'Orvill. *Commoratum* Pith. *Oud.*—2 Vulgati, *buxantique.* Colvius. Lipsiani codicis scripturam confirmant Flor. Oxon. Fux. Pith. Par. Pal. D'Orv. et Appuleii genus. Omnes Edd. ante Colvium inseruerunt *que.* Oud.—3 Pith. *servo.* Id.—4 Guelf. pr. *consumtu,* Oxon. *consumta.* Pal. Fux. *madentem.* Id.—5 *Nec usquam mis. senem comp. illum.* Fux. *nec illum usquam.* Roaldus. M. *nec illum usq. m. s. comparere.* B. *nec usquam mis. senem comparere illum.* Putean. *Ullum* non comparet quoque in Oxon. D'Orv. Edd. Juntinis et Aldi; nec sane vox est necessaria. Si *illum* cum Guelf. pr. reponas, in fine est omittendum, ut fit a Mang. codice. Immo vel sic *ullum* legens τὸ *illum* ejicias. In D'Orv. *nec mis. sen. usquam.* Pith. *n. u. nusquam.* Edd. Vic. Ber. *comparare.* Pith. *compare.* Oud.—

NOTÆ

[s] *Pastoris*] Senis illius de summo colle prospectantis, quem circum capellæ pascentes opilionem esse clamabant.

qui eum prorsus hunc illum, nec alium locorum inquilinum[t] præminabatur,[6] [u] [168] pestilenti deserta regione, velociori se fuga proripiunt: nosque pellunt crebris tundentes fustibus. Celerrime denique[7] longo itinere confecto, pagum quendam accedimus: ibique totam perquiescimus[8] noctem. Inibi[9] cœptum facinus, oppido memorabile, narrare cupido.[1] Servus quidam, cui cunctam familiæ tutelam dominus permiserat suus, quique possessionem maximam illam,[2] in quam[3] deverteramus, villicabat,[4] habens ex eodem

bio minis suis præmonebat eos de illo ipso incola ejus regionis, non de alio; aufugiunt quam celerrime, deserentes illa loca mortifera: et agunt nos, pulsantes ictibus baculorum sæpius repetitis. Peragrata demum velocissime longa via, venimus ad quendam vicum, ubi requiescimus per totam noctem. Animus mihi est referre scelus valde memorandum, quod illic audivi. Quidam servus, cui herus suus crediderat custodiam totius familiæ, quique erat villicus illius amplissimæ villæ, in quam nos

6 *Præmittebatur*. Fux. *perminebatur*. Aldus vero *præminebatur*. Amplius deliberandum. *Roald.* *Qui eum, &c. præminabantur*. Ms. *quietum*. Beroaldi editio *præminabatur*. Bas. 1. *præmittebatur*. Scriptus codex *præminebantur*. Certe exigit loci sententia *reminiscebantur*, vel aliud quid quod idem denotet. *Colv.* Palat. *τὸ eum* ignorat. Flor. *evum* habet, item *coquorum* male. Beroald. et Venet. *præminabatur* legunt. Lipsii liber *præminabantur*: unde Colvius *reminiscebantur*. Sed nec sic locus bene sanus. *Elmenh.* *Qui, &c. præminabantur*. Hæc in B. et M. absunt. *Putean.*—7 Edd. primæ et Ms. Oxon. jungunt, *pellunt, &c. celerrime*. *Denique*. Nec displicet, uti et visum fuit Pricæo. Immo et D'Orvill. Cod. licet habeat *celerrimeque*, præcedentibus annectit. In eodem *tondentes*. Oud.—8 Ms. *quiescimus*. Colv. *Perquievimus* Pith. *Id.*—9 *Mihi*. Fux. *Ubi*: omnino vere. *Roald.* *Ubi cœpte f.* Beroaldus, *Inibi compertum fac.* Editiones veteres, *Mihi ceptum fac.* Colvius. *Mihi compertum fac.* Quid si legas, *Ubi spectum facinus?* 'Specere' seu 'spicere' nemini ignotum verbum, qui Criticos nostros vel a limine salutarit. Varro Indigitamentis: 'Nasturtium nonne vides ab eo dici, quod nasum torqueat? Vestispicam, quod vestem spiciat?' Plautus: 'Nunc specimen specitur.' Eruenda vera lectio e doctissimi Langii libris, ejusdem Casina: 'Esurio, atque adeo haud sitio:' quæ est, *atque adeo hanc spicio.* Simul atque hanc aspicio, statim edere gestio: quod obscœniore sensu dictum. Simile Menæchmis: 'Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi male.' *Colv.* *Ubi compertum facinus.* Flor. Ald. et Rom. *Mihi cœptum f.* Beroald. *Inibi c. f.* Colvius, *U. spectum f.* Male. *Elmenh.* Edition. veteres *Mihi ceptum fac.* Forte intelligendum, *ceptum*, id est, perceptum, cognitum, intellectum, vel *acceptum*, ut 'accepto tali sermone,' paulo infra, et supra lib. I. in princ. 'Quis ille, paucis accipe,' et 'Isto accepto.' Virgil. lib. II. 'Accipe nunc Danaum insidias.' *Brant.*—1 Vulgo, *cupio.* Colvius. Flor. et Bert. *cupio* male. *Elmenh.*—2 Edd. Colvio

NOTÆ

[t] *Hunc, &c. locorum inquilinum*] Draconem illum.

[u] *Præminabatur*] Cum rogantibus, an lac haberet venale, respondit, 'An nulli scitis quo loco consederitis?'

famulitio[5] conservam conjugam,[6] liberæ[7] cujusdam extrariæque[8] mulieris flagrabat cupidine. Quo dolore pellicatus uxor ejus instincta,[9] cunctas mariti rationes, et quicquid horreo reconditum continebatur, admoto combussit[1] igne. Nec tali damno tori sui contumeliam vindicasse contenta, jam contra[2] sua sæviens viscera,[w] laqueum sibi nectit, infantulumque, quem de eodem marito jam dudum

recuperamus, cum haberet uxorem conservam ex eodem servitio, ardebat amore cujusdam fœminæ liberæ et extrariæ. Ob quem adulterinum amorem uxor ejus, stimulata zelotypia, suppositis flammis cremavit omnes tabulas rationum sui mariti, et omnia quæ condita asservabantur in apotheca. Neque contenta se ultam esse illa jactura injuriam sui thalami, jam armata in propria viscera, alligat sibi funiculum, et alligat eodem funiculo parvum infantem, quem pepererat jam pridem ex eodem viro;

priores, *illam max.* A Palat. et Pith. τὸ *maximam* abest. *Oud.*—3 Flor. *in qua.* Elmenhorstius. Ms. Reg. item, et Fux. atque Edd. Ber. Bas. pr. Scriv. *in qua.* Frustra. Cic. lib. II. de Invent. c. 4. 'In eandem tabernam devertissent.' *Oud.*—4 Scribe, *vilicabat.* Ita fere Mss. Catonis, et Glossæ: 'Vilico: οἰκονομῶ.' Antiqui deponentialiter. At vide Plinium H. lib. XVIII. 6. 'Senatu illis vilicante.' Auson. 'Meis vilicatus prædiis.' *Wass.* Variant non modo libri, sed et lapides in hujus vocis orthographia. Vide ad Sueton. Claud. c. 38. *Oud.*—5 D'Orv. Guelf. ambo, *familitio.* Vide ad lib. II. p. 21. *Id.*—6 Ita Bertin. et Fulvianus: atque hic nunquam aliter. *Sciopp. in Symb.* Manuscripti, *conjugam.* Elmenh. *Conjugam* etiam in Oxon. Pith. Guelf. sec. Palat. et Edd. Vic. Ber. Col. Bas. ac Scriv. Adi Beroald. et Auct. Misc. Obs. Vol. II. p. 395. lib. VI. p. 112. 'Magni Jovis germana et conjuga.' Lib. IX. p. 186. 'Pistor deterrimam sortitus conjugam.' Vide Salm. ad Solin. p. 130. 'Animalia conjuga' Plin. lib. VIII. 23. *Oud.* Sc. aliter editum erat, *conjugem.*—7 Fux. *liberam.* Oud.—8 *Extraneæque.* Ibid. *extrariæque.* Colvius. Flor. *extrariæque.* Elmenh.—9 *Instricta.* *Instincta* Ald. *Roald.* *Instricta.* Sic Mss. et Bas. 1. et in margine *intricta* vel *instructa.* Rejecit scriptam lectionem Beroaldus, et mavult *instructa.* Injuria. Vetus lectio et scripta etiam lib. IX. infra: 'Atque hac ipsa potissimum famosa castitate, et insignis tutelæ nimietate instrictus atque inflammatus.' Et post conjectura nostra: 'His instricta verbis mariti audacissima uxor.' Et libro de Philosophia: 'Cujus pulchritudinem rationabiles appetunt mentes, Natura duce instrictæ ad ejus ardorem:' ubi vulgo *instructæ* vel *instinctæ.* Colvius. Aldus, *instincta.* Elmenh.—1 Bert. *comburit.* Id. Mox in D'Orvill. Guelf. pr. *vind. contum.* Oud.—2 Vulgo, *circa.* Colv. Excepta Ed. Junt. post. quæ

NOTÆ

[w] *Jam contra sua sæviens viscera*] Filii passim dicuntur parentum viscera. Ovid. Metamorphos. lib. VI. de Tereo filii artus comedente. 'Inque suam sua viscera congerit alvum.' *Sæviens*] Ex zelotypia, quæ affectio impotentissima est in muliere. Seneca, in Hercule Furente: 'O quam cruentus fœminas stimulat dolor, Cum patuit una pellici et nuptæ domus! Scylla aut Charybdis Sicula contorquens freta Minus timenda est: nulla non melior fera.'

susceperat, eodem funiculo nectit: seque per præaltissimum puteum, appendicem parvulum trahens, præcipitat. Quam mortem dominus eorum ægerrime sustinens, arreptum servulum,[3] qui causam tanti sceleris uxori suæ præstiterat,[4] nudum ac totum melle perlitum,[5] firmiter alligavit[6] arbori ficulneæ: cujus in ipso carioso stipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant,[7] [x] et ultro citro[8] commeabant multijuga[9] scaturigine.[y] Quæ simul[1] dulcem ac mel-

et dat se præcipitem in puteum profundissimum, trahens secum puerum sibi appensum. Quam mortem cum herus eorum gravissime ferret, apprehendit servum, qui præbuerat suæ conjugi causam perpetrandi tam diri facinoris, et firmiter alligavit eum nudum, ac totum unctum melle, ad ficum arborem, in cujus caudice putrido nidi formicarum inhabitantium fervebant, quæ huc illuc ibant et redibant prodeuntes ex multis locis. Quæ, ubi primum senserunt dulcem et mellitum odorem corporis

recte cum Mss. expressit *contra*. Oud.—3 Oxon. a m. pr. *parvulum*. In Edd. ante Colvium expressum est *servulum ejus*. Sed contra Mss. O. et vulgares Grammaticorum canonas, qui *suum* postulant. *Id.*—4 *Luxuriæ s. pr.* Fux. *uxori suæ*. Roaldus. *Uxoris*. Ibidem, *luxuriæ suæ*. Unde ante scripsi, *luxurie sua*. Sed scripta lectio præferenda. *Colv.* Bert. *luxurie sua*. Elmenh.—5 *Illitum*. Ibidem, *perlitum*. Colvius. *Perlitum*. Alii, *illitum*. Elmenh. Temere Colvius e Lipsiano Codice *il* pro *per* edidit, seqq. de more Vulc. Merc. Wow. Pric. In Fux. *perlinitum*, in ceteris Mss. et Edd. bene *perlitum*, ut lib. III. init. 'Cruore perlitum:' immo ibid. p. 57. 'Unguedine sese totam perlinit.' *Oud.*—6 Bert. *perligavit*. Elmenh. Unde Scriverius haud male edidit *præligavit*: quod sequerer, si *per* in pluribus esset Codd. *Colligavit* in Flor. *Oud.*—7 *Bulliebant* Ald. *Roald.* *Burriebant*. Sic scriptus liber, sic veteres Editiones omnes. Nescio, cur Beroaldus reposuerit *bulliebant*. Quod nequaquam æque exprimit susurrum illum undantium formicarum. *Colv.* Hæc est vetus et sincera lectio Flor. et Rom. codicis, pro qua nobis licenter ingessit Beroaldus *bulliebant*. Vide Indicem. *Elmenh.*—8 *Ultro citroque*. In Bertin. est, *ultro citro*. Recte sic lib. I. pag. 3. 'Ultro citro discurrens.' Donatus in illud Eunuchi: 'Ut mihi tua domus te præsente absente pateat,' sic scribit: 'Proverbiale est, præsente absente, ut sursum deorsum, ultro citro, et cetera hujusmodi, fanda infanda, justa injusta, digna indigna, velit nolit.' Sic Horat. 'Serius ocyus.' *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. IV. Ep. 8. Bertin. *ul. citro commeabat*. Elmenh. Copula etiam recte carent optimi Codd. Florent. Pith. Guelf. uterque, et Oxon. Vide ad lib. I. p. 4. *Oud.*—9 Manusc. *multivaga*. Sciopp. in Symbola. Elegantius in Fulv. *multivaga*. Wowerius. Fulvius, *multivaga*. Elmenh.—1 D'Orvill. *semel*. Oud.

NOTÆ

[x] *Burriebant*] Vocabulum (si sincera sit lectio) insolens, et nove fictum ad exprimendam trepidationem illam, et concursationem, quæ videtur in formicarum nidificiis. Beroaldus scriptum vult *bulliebant*. In Ms. Oxon. Pricæus legi ait *aberrabant*: unde conjicit *oberrabant*: quod in *burriebant* corruptum fuerit.

[y] *Multijuga scaturigine*] 'Scaturiginem' de formicis e terra erumpentibus dicit eadem metaphora, qua lib. VI. de iisdem dixit: 'Ruunt aliæ, superque aliæ sepedum populorum undæ.'

litum corporis nidorem [2] persentiscunt; parvis [3] quidem, sed numerosis et continuis morsiunculis penitus inhærentes,[4] per longi temporis cruciatum [5] ita, carnibus atque ipsis visceribus adesis, homine consumto, membra nudarunt; [6] ut ossa tantum [7] [z] viduata pulpis, nitore nimio [8] candentia, funestæ [169] cohærerent arbori. Hac quoque detestabili deserta mansione, paganos in summo luctu relinquentes, rursum pergimus: dieque tota [9] campestres emensi vias, civitatem quandam populosam et nobilem jam fessi pervenimus. Inibi [1] Larem sedesque perpetuas pastores illi [2] statuere decernunt, quod et longe quæsituris [3] firmæ late-

servi illius, affixæ prorsus in ipsum morsibus exiguis quidem, sed plurimis, et assiduis, ita spoliarunt ejus artus per tormentum diutini temporis, comesis carnibus, ipsisque visceribus, peresoque toto homine; ut tamen ossa adhærerent adhuc infaustæ arbori, nudata, et albicantia magno candore. Relicta quoque hac execranda habitatione, damus nos iterum viæ, relictis rusticis in maximo mærore. Cumque toto die incessissemus per itinera plana, devenimus jam lassi in quandam urbem frequentem incolis, et inclytam. Illi pastores statuunt figere in ea domicilium suum, habitationemque sempiternam, quoniam ea urbs videbatur futura ipsis tutum latibulum

—2 *Nitorem.* Fux. *nidorem, κνίσσαν. Roald.* *Nidorem.* Sic legendum ex Bertin. *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. IV. 8. Vulcanius, *nitorem.* Male. *Elmenh.* Per se patet, *nitorem*, quod est in Edd. Bas. Colv. Vulc. Merc. esse vitiosum; nec bene *udorem* corrigit Sopingius. *Nidorem* vere habent Mss. et Edd. ceteri. In Palat. est *dulce.* Guelf. sec. *præsent.* E Guelf. pr. nil notatum. *Oud.*—3 Bene D'Orvill. *parvulis* duplici deminutivo: ut passim in Nostro et optimis quibusque scriptoribus. *Sed* exulat a Palat. Oxon. et Guelf. utroque. Male Toll. *morsicunculis.* Plaut. Pseud. I. 1. 65. 'Molles morsiunculæ.' *Id.*—4 Quid si, *inarantes?* Brant. Perperam omnino et inepte. *Oud.*—5 Flor. *perlongi t. cruciatu.* Elmenh.—6 *Membra nudarunt.* Fux. *membris nud.* Roaldus. Membranæ, *abesis.* Colv. Quid si *ambesis?* sed *obesis* præoptare me fateor. Vide Agellium lib. XIX. cap. 7. *Brant.* Bert. *adesione hominis.* Elmenh.—7 *Tamen.* *Tantum* Ald. *Roald.* Flor. *tantum.* Bene. *Elmenh.* *Tantum* verissime legas in Regio, item Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Bert. Oxon. Editionibusque Basiliensi prioribus, quod bene Elmenh. et Pricæus vindicarunt. Perpetua confusione in aliis exhibetur *tamen.* *Oud.*—8 Palat. *nit animo*, Fux. *nit. cand. nimio.* Id.—9 *Dieque toto.* Fux. *dieque totos.* Roald. Eædem, *denique totas.* Quod fortassis reponendum. *Colv.* *Dieque tota.* Colvius *denique toto* legit. Palat. *emersi v.* Male. *Elmenh.*—1 Editiones omnes, *Ibi.* Colv. *Ibi* habet Flor. *Elmenh.* Lipsiano Codici consentire scio Palat. Oxon. Bertin. D'Orv. Fux. Guelf. Reg. et forsan alios. Vide supra. *Oud.*—2 Deest pronomen Edd. Juntinis, et Aldi. *Id.*—3 Alias mihi non displicuit, *longæ quæsitionis:* ut et Plautum loqui meminéram. At nunc nescio quomodo impensius placet, *longi quæsitus.* De alter-

NOTÆ

[z] *Ut ossa tantum* [*tamen*] Melius legas, *ut ossa tantum*, quam lectionem firmat Pricæus duobus Mss. Codd.

bræ viderentur, et annonæ copiosæ beata crebritas[4][a] invitabat. Triduo denique jumentorum refectis corporibus,[5] quo vendibiliores[6][b] videremur, ad mercatum producimur: magnaque[7] voce præconis, pretia[8] singulis nuntiantis, equi atque alii asini opulentis emtoribus præstinantur. At[9] me relictum solum ac subsicivum[1] cum fastidio plerique præteribant. Jamque tædio contrectationis[2] eorum, qui de dentibus meis[3] ætatem[4][c] computabant, manum cujusdam

adversus eos, qui investigaturi essent ipsos, ex remota regione, et felix copia rei frumentariæ in ea abundantis alliciebat ipsos. Denique recreatis corporibus jumentorum per tres dies, ut videremur facilius vendendi, deducimur ad forum: et, præcone indicante pretium uniuscujusque vasto clamore, equi et asini reliqui emuntur a divitibus mercatoribus. Ego vero solus relictus ac residuus prætermittebar a plerisque cum contemtu. Cumque jam me tæderet contrectari ab illis, qui numerabant meos annos inspectione dentium, apprehendi dentibus manum putentem et sordidam

****

utro tibi opinionem do. Memineris tantum, 'instructum,' 'cognitum,'
alia similia Auctorem elocutum pro instructione. Quod vero superiori
pagina scribo: *Hunc illum, nec alium eorum locorum inquilinum præminaba-*
tur, præ illo vulgari, *nec alium cæcorum locorum inquilinum præmittebatur*, arri-
surum tibi confido, si narrationem asini totam perscrutaberis. *Præminandi*
verbum supra quoque Appuleio me reddidisse, facile memineris. *Stewech.*
Manusc. *quæsitus*. Sciopp. in Symb.—4 *Celebritas.* Repone ex eodem libro, *cre-*
britas. Wower. Manusc. *crebritas.* Sciopp. in Symb. Pal. *tanta c.* Elmenh.
—5 Oxon. *refectione corp.* Fux. *corp. ref.* Oud.—6 Fux. *vendichariores.* Roaldus.
Vendi cariores. Eædem, *vendibiliores.* Colvius. *Vendi cariores.* Ita plerique
manu exarati libri. Scribo: *quo venui cariores.* Nonnullæ editiones, *vendi-*
biliores. Wowerius. *Vendibiliores.* Sic Flor. et Bert. Vulgo, *q. vendi cariores.*
Schickerad. *q. venditariores*: inepte. *Elmenh.* Forte *venditariores* a vendita-
rio, quo usus Plautus Sticho, Ac. I. Sc. 3. vs. 103. 'Præterque linguam unam
venditariam,' quæ vendere cupit. Super quo Plauti loco, cum forte inspi-
cerem postea Commentarium Frederici Taubmanni, magnæ mihi voluptati
fuit ejus indicio intelligere hanc ipsam lectionem multo placuisse ante M.
Schickeradio, in Epistola Critica ad Apuleium, itaque nos hic quidem con-
gruere. *Brant.*—7 Fux. *magisque.* Oud.—8 Oxon. Guelf. pr. *pretio.* Dein
aliis Pith. *Id.*—9 *Ac.* Malim, *At.* Colv. Sic Oxon. et Bertin. ut jam ediderunt
Elmenh. Scriv. ac Floridus. Abest *me* a D'Orvil. *Ne* Fux. *Oud.*—1 *Subs.*
Ms. Al. *sufficinum.* Colvius. Palat. *subsicinum.* Bert. *subsititium.* Elmenh. Ex
quo Sciopp. lib. IV. Suspic. Ep. 8. fecit *subscititium* pro, ascititium. Sed quam
conjecturam ipse videtur repudiasse. In Fux. *solum sufficivum*, D'Orv. *suffi-*
num. Alii malunt *subsecivum.* Consule hic Beroaldum, et notata ad lib. III.
p. 48. 'Subsiciva solicitudo relicta.' *Oud.*—2 Oxon. et Ed. Scriv. Amst.
contractionis. Ferrem, si *contractationis* ibi legeretur; et sic in Guelf. pr. *Id.*
—3 *Nostris.* Vulg. *meis.* Colvius. Flor. *meis.* Elmenh. De more Vulc. Merc.
Wow. Pric. secuti sunt Colvium, ut in Pal. Guelf. sec. Sed *meis* in pleris-

NOTÆ

[a] *Beata creb.* [*celebritas*] *Celebritatem* interpretor hic, frequentiam et copiam. Pricæus et Wower. habent *crebritas*, quod in idem recidit.

[b] *Vendibiliores*] Sic Florent. Wow. *venui cariores.*

fœtore sordentem, qui gingivas identidem meas [5] putidis [6] scalpebat digitis, mordicus arreptam, plenissime conterui.[7] Quæ res circumstantium [8] ab emtione mea, utpote ferocissimi,[9] deterruit animos. Tunc præco, diruptis [1] faucibus et rauca voce saucius, in meas fortunas ridiculos instruebat [2] jocos: Quem ad finem canterium istum venui [3] frustra subjiciemus, et vetulum, extritis [4] ungulis debilem, et colore deformem, et in hebeti pigritia [5] ferocem, nec quicquam amplius quam ruderarium [6] cribrum? [d] Quare adeo vel done-

cujusdam, qui frequenter scabebat meas gingivas suis putribus digitis; et eam fere omnino comminui. Quod factum avertit animos astantium a me emendo, quippe qui essem nimis ferus. Tunc ille præco ægre rupto gutture et rauca voce jactabat ridiculas cavillationes in meam sortem. Quousque, aiebat, exponemus incassum venditioni asinum hunc vilem, et veterem, infirmum detritis ungulis, et turpem colore, et ferocientem etiam in segnitie sua stupida, quique jam idoneus est solum faciendo cribro ruderario? Quapropter demus certe eum alicui, si quis tamen est, qui velit

que, et Pith. Guelf. pr. Oxon. D'Orv. est Mss. et de suis solius dentibus, non aliorum jumentorum, loquitur. *Oud.*—4 Flor. Oxon. Fux. Pith. Guelf. sec. Coll. Voss. et Vett. usque ad Colvium, excepta Junt. post. dant *ætates.* Forte *ætatē s.* i. e. *ætatem scilicet:* de quo supra. Vide Ind. Not. De re ipsa adi Kusterum ad Suid. V. 'Αβολήτωρ. Dein *manus* Guelf. pr. *Id.*—5 *Id. meas.* Hæc delet Florent. *Elmenh.*—6 *Putridis.* Vulgo, *putidis.* Colvius. *Putidis.* Vulgati, *putridis.* Elmenh.—7 *Plan. contrivi.* Fux. *plen. c.* Lipsius in Epist. olim emendabat *penissime.* Roaldus. *Pœnissime.* Ibidem *plenissime.* Jam monuimus. *Colv.* *Penissime cont.* Fl. 2. *plenissime congerui*, quod Glossa interlinearis interpretatur, strictim momordi. *Elmenh.*—8 Oxon. *circumadstantium.* Non male, ut 'circumaspicio,' et alia. Vide ad lib. II. p. 29. Ed. Pric. *Oud.* —9 Vitiose D'Orv. *ab eruptione m. u. ferocissimum*, Pith. *fortissime.* Id.—1 Palat. Guelf. sec. *dirutis.* Edd. ante Colv. *disruptis.* Vide lib. I. p. 12. 'Funis dirumpitur.' *Id.*—2 *Constr.* Vulgati codices, *instr.* Colvius. *Instr. j.* Vulgo, *constr. j.* Elmenh.—3 Palat. *veni*, forte *venu.* De quo supra ad p. 166. *Oud.* —4 Ms. Reg. Fux. et Ed. Scriv. *et tritis.* Sed citra necessitatem. Vide ad lib. III. p. 45. De verbo 'exterere' consule Burman. aliosque ad Phædri F. XXI. 9. 'Calcibus frontem exterit.' *Id.*—5 *C. d. et inerti pig.* Fux. *in hebeti.* Roaldus. *Inhebeti.* Iidem, *inerti.* Supra notavi ad lib. VI. *Colv.* Flor. et Bert. *dolore deformem, et inerti p.* Bene. *Elmenh.* *Dolore def.* Brant.—6

NOTÆ

[c] *De dentibus meis ætatem, &c.*] Plin. lib. XI. cap. 37. 'Ætas veterinorum dentibus indicatur. Equo sunt numero XL. Amittit tricesimo mense primores utrinque binos: sequenti anno totidem proximos, cum subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit, qui sexto anno renascuntur. Septimo omnes habet et renatos, et immutabiles. Equo castrato prius, non decidunt dentes. Asinorum genus tricesimo mense similiter amittit, deinde senis mensibus,' &c.

[d] *Ruderarium cribrum*] Cujus corium tot ac tam latis foraminibus hiat, ut cribrum duntaxat ex eo fieri possit, illudque non frumentarium,

mus [7] cum cuipiam, si qui tamen fœnum suum perdere non gravatur. Ad istum modum præco ille cachinnos circumstantibus commovebat.[8] Sed illa fortuna mea sævissima,[9] quam per tot regiones jam fugiens effugere,[1] vel præcedentibus malis placare non potui, rursum in me cæcos [170] detorsit oculos:[e] et emtorem aptissimum duris meis casibus mire repertum [2] objecit.[3] Scitote qualem. Cinædum, et senem, calvum quidem, sed cincinnis [4] semicanis et pendulis capillatum: unum de triviali [5] popularium fæce, qui per plateas [f] et oppida cymbalis et crotalis [6] [g] personantes, De-

perdere suum fœnum. Sic ille præco excitabat risum circumstantibus. Verum illa crudelissima Fortuna mea, quam non potueram evitare, tametsi jam fugissem per tot loca, neque reddere mitiorem meis prioribus ærumnis, deflexit iterum in me suos oculos cæcos, et obtulit emtorem miro casu inventum, maxime congruentem meis calamitatibus. Audite qualis erat. Cinædus vetulus; calvus quidem, sed comatus tantum aliquot dependentibus capillis crispis ex parte canescentibus: unus ex vilissimis illis hominibus, qui cogunt Deam Syriam mendicare, circumgestantes eam per vicos

D'Orvill. *rudear.* Adi Comm. *Oud.*—7 *Atque adæque vel donemus, &c.* Quid si legas, *Atque adeo, inquit, vel d. e. cuipiam?* Stewechius. *Atque adeo.* Fux. *Quare adeoque.* Roaldus. *Quare vel donemus.* Vulg. *Atque adeoque vel donemus.* Colvius. Flor. *Atque ideo v. d.* Bert. *Atque adeo v. d.* Elmenh.—8 Palat. *circumst. cach.* D'Orvill. *cachionis c. admittebat.* Fux. *ammovebat.* Oud.—9 *Scævissima,* puto. *Brant.* Atque ita de more ediderunt Vulc. Ed. sec. Elmenh. Scriv. sed Mss tis invitis. Adi ad lib. v. p. 91. 'Fortuna sævior.' A Pith. abest *mea.* Oud.—1 *Jam aufugiens eff.* Scripta lectio, *aufug. aufugere.* Impressa omnis, *fugiens effug.* Colvius. *Fugiens.* Alii, *aufugiens.* Elmenh.—2 *Ire rep.* Scribe meo periculo: *e re repertum:* deinde Parisiensi exemplari: *et pendulis capillatum.* Stewechius. *Mire rep.* Bas. 1. *ire repertum.* Forte: *e re repertum,* vel *mi e re repertum.* Colvius. B. *inire repertum.* Colvius hariolatur. *Putean.* Basiliensis lectio nihil est, nisi typothetarum error. *Mire* est, admirabiliter, singulari modo, vel casu. Vide Pricæum. Lib. IV. p. 77. 'Mire canibus repugnantem.' Infra p. 173. 'Mire præsumtione munitus.' Vide et ad p. 159. 'Astu miro personata.' *Oud.*—3 Fux. *abjecit.* Id.—4 *Cinædum, et senem, calvum quidem, cincinnis, &c.* Vulgati, *cinædum, et senem cinædum, calvum quidem, sed cincinnis.* Id genus hominem notat Plautus Truculento: 'Mœchum malacum, cincinnatum, umbraticolam, tympanotribam, Amas? hominem non nauci.' *Colv.* Bert. et Flor. *senem cinædum, calvum quidem, sed cincinnis.* Elmenh.—5 Ms. *trivialium.* Colv. Item Palat. Mox *per* exulat a Pith. *Oud.*—6 Flor. *crotulis.* Elmenh. Item Pal. Fux. Guelf. sec.

NOTÆ

sed ruderarium, quo rudus atque arena cribrentur. Ad hunc usum fabri nostri hodie vimineas crates sæpius quam cribra adhibent.

[e] *Cæcos detorsit oculos*] Quibus aut nihil videt, aut tam perverse videt, ut bona malis, bonis mala decernat.

[f] *De triviali popularium fæce, qui per plateas, &c.*] Gallos intelligit, Deæ Syriæ, sive Cybeles Sacerdotes, vilissima hominum mendicabula. Μητραγύρται a Græcis dicuntur.

amque Syriam [h] circumferentes, mendicare compellunt.[i] Is, nimio præstinandi [7] studio, præconem rogat, cujatis essem. At ille Cappadocum [8] me,[k] et satis forticulum denuntiat. Rursum requirit annos ætatis meæ. Sed præco lasciviens:[9] Mathematicus quidem,[1] qui stellas ejus dispo-

et urbes, strepentes cymbalis et crotalis. Ille, mire cupiens me emere, quærit ex præcone ex qua regione essem. Ille vero dicit me esse ex Cappadocia, et satis validum. Rogat iterum quot annos natus essem. Verum præco cavillans respondet: Quidam

et D'Orvill. Male, ut pejus *et crot.* desunt in Par. P. 179. 'Cum crotalis et cymbalis.' De *crotalis* vide Spanhem. ad Callim. p. 299. Pric. ad Apolog. p. 15. sed ubi Mss. Flor. et D'Orv. legi jubent *crocota*, cum Salmasio. *Oud.* —7 Idem, *præstinanti.* Colvius. D'Orv. *meo.* Oud.—8 Vulg. *Cappadocium.* Vide quæ scripsi super hoc lib. IV. supra. Et *Cappadocum* accipio de equo, non de mancipio, ut Beroaldus. Nam Solinus Polyhist. cap. 47. Claud. lib. II. in Rufin. Servius III. Æneid. Jul. Capitolinus Gordianis nobilem Cappadociam generosis equis indicant. Porro hunc locum paulo aliter scribendum arbitratur doctissimus Lipsius: *Cappadocum me satu et forticulum denunt.* Colvius. Rom. *Cappadocium.* Pal. *fortiunculum.* Elmenh.—9 Scriptum exemplar, *laxiviens.* Colv.—1 *Quidam.* Idem, *quidem.* Colvius. Flor. *quidem.* Male. *Elmenh.* Neque aliter in D'Orv. Oxon. Palat. Fux. Pith. Guelf. pr. et Edd. Vic. Juntinis, Aldi; et recte, ut contra Elmenhorstium censeo. Opponun-

NOTÆ

[g] *Et crotalis*] Ἀπὸ τοῦ κρότου, quod plausum et strepitum significat, κρόταλον, crepitaculum, de cujus forma variæ sunt sententiæ. Vide Cœl. Rhodig. lib. X. cap. 44.

[h] *Deamque Syriam*] Unam eandemque fuisse Rheam, Cybelen, et Deam Syriam probat tum ritus Sacrorum idem, tum etiam quæ de Deæ Syriæ simulacro turritoque ejus capite Lucianus refert in De Dea Syria, quem vide. Libro tamen sequente Deam Syriam matris Deum sororem facit Noster. Sed vero similius est eandem esse quæ diversis locis sub diversis nominibus coleretur.

[i] *Mendicare compellunt*] Lucianus: καὶ τὴν Θεὸν ἐπαιτεῖν ἀναγκαζόντων, ex quo hæc ad verbum desumta sunt. Tertullianus, in Apologet. 'Circuit cauponas mendicans religio.' Minutius, in Octavio: 'Mendicantes vicatim Deos ducunt.'

[k] *Cappadocum me*] Cappadocus etiam apud Martialem, lib. X. 'Nec de Cappadocis eques catastis.' Varro lib. II. de Re Rustica, ait, nobiles esse in Græcia asinos Arcadicos, in Italia Reatinos: asinorum vero Cappadociæ nulla præter ceteros fama. Equorum quidem ante alias altricem, et proventui equino accommodatissimam Cappadociam ait Solinus in Polyhistore, cap. 47. Sed præco jocans Cappadocem dixit, de eo loquens, ut de mancipio, non ut de asino. Mox enim: 'Quin emis bonum et frugi mancipium.' Porro inter mancipia celebrati fuere servi Cappadoces. Unde Persius, Sat. VI. 'Ne sit præstantior alter Cappadocas rigida pingues plausisse catasta.' Et Juvenalis, Sat. VII. 'Quanquam et Cappadoces faciunt, equitesque Bithyni Altera quos nudo traducit Gallia [Gallogræcia] talo.'

suit, quintum ei numeravit[2] annum: sed ipse scilicet melius istud de sua novit professione.[3] [m] Quanquam enim prudens crimen Corneliæ legis [n] incurram, si civem[4] Romanum [o] pro servo tibi vendidero; quin emis bonum et frugi mancipium,[5] quod te et foris et domi poterit juvare?[6] Sed exinde, odiosus emtor aliud de alio non desinit quærere: denique de mansuetudine etiam mea[7] percontatur anxie. At præco, Vervecem,[8] inquit, non asinum vides, ad usus omnes[9] quietum, non[1] mordacem, nec calcitronem[2]

Genethliacus, qui composuit thema ejus nativitatis, dixit eum habere quinque annos. Sed ipse scilicet scit hoc melius ex tabulis suorum natalium. Quamvis enim sciens committam scelus adversus legem Corneliam, si tibi vendam civem Romanum pro mancipio; eme tamen, meo periculo, servum bonum et frugi, qui poterit esse tibi utilis et foris et domi. Verum molestus ille emtor non cessat rogare aliud ex alio. Postremo inquirit etiam solicite, an essem mitis. Præco autem, Vides, inquit, non asinum, sed vervecem placidum ad quælibet munia, non petentem morsibus, neque

tur *quidem*, et *sed ipse scil.* Aliud est lib. I. p. 28. 'Chaldæus quidam hospes.' *Oud.*—2 Bert. *ei nunciavit.* Sciopp. in Symb. et Susp. lib. IV. 8. Palat. Guelf. sec. *enumeravit.* Oud.—3 *De suis novit professionibus.* Ita Bertin. *Sciopp. ibid.* Bert. et Flor. *de suis n. professionibus.* Elmenh.—4 Ms. *sed civem.* Colv. Scriptum fuit *sei*, inde *set.* Brant.—5 Pith. *fruge ac m.* Oud.—6 Pal. *jurare.* Fux. *te juv.* Id.—7 Guelf. pr. *mea etiam.* Oxon. *de m. mea et perc.* Pal. *percunctatur.* Id.—8 Idem, *verbetem.* Al. *verbecem.* Colvius. Pal. Guelf. pr. *verbecem*, de more. *Oud.*—9 Vulgo, *usum omnem.* Elmenh. Pluralem recte reposuit Elmenh. cum Scriv. et Flor. ut habent Flor. Lips. Palat. D'Orv. Vide ad lib. II. p. 42. 'Gladium ad hos usus extuleram.' *Oud.*—1 D'Orvill. *ut non.* Id.—

NOTÆ

[l] *Mathematicus quidem*] Hæc omnia, et quæ sequuntur, per jocum, tanquam de homine dicuntur.

[m] *De sua novit professione*] Professione natali, id est, tabulis, quibus natum eum sibi professus est ejus pater apud acta. Vel etiam professione censuali, qua ipse censum, patrimonium, et ætatem suam apud Censores fuerat professus. Leg. VI. Cod. de Fide instrumentorum, et amissione eorum, &c. 'Statum tuum natali professione perdita mutilatum non esse certi juris est.' Ad quam legem vide Gothofredi Notas.

[n] *Corneliæ legis*] Meminerunt Jurisconsulti legum Corneliarum de Falsis, de Sicariis, et Veneficis, &c. quæ omnes, a latore suo Cornelio Sylla, Corneliæ dictæ sunt. Sed legis Corneliæ pœnam in illum sancientis, qui liberum hominem pro servo vendiderit, nulla apud eos mentio. Est quidem Lex Fabia, de Plagiariis, de qua jam lib. VI. sed Cornelia nulla hujus argumenti: nisi dicamus respexisse Apuleium ad Legem Corneliam de Falsis, quatenus agit de partu supposito. Extat hæc lib. IX. Cod. Tit. 22. cujus Tituli prima Lex huc facit, quemadmodum et l. XXX. § 1. ff. ad Legem Corneliam de Falsis.

[o] *Si civem Romanum*] Eodem joco quo supra: 'De sua novit professione.' Natalium enim professione probatur ingenuitas.

quidem; sed prorsus in asini corio modestum hominem habitare[3] credas. Quæ res cognitu non ardua.[4] Nam, si faciem tuam mediis ejus feminibus immiseris, facile periclitaberis,[5] quam grandem tibi demonstret patientiam. Sic præco lurconem[p] tractabat dicacule.[q] Sed ille, cognito cavillatu, similis[6] indignanti, At[7] te, inquit, cadaver surdum et mutum, delirumque præconem, omnipotens et omniparens Dea Syria,[8][r] et sanctus Sabadius,[9][s] et Bellona,[t] et mater Idæa,[u]

calcitrantem; sed talem plane, ut putes moderatum hominem latere sub pelle asinina. Quod non est difficile compertu: facile enim experieris, si interposueris vultum tuum inter medias coxas ejus; quo facto, cernes quantam exhibebit tibi patientiam. Sic ille præco cavillabatur helluonem illum. At ipse, agnito joco, indignabundus ait: At Dea Syria omnipotens, et mater omnium rerum, Deusque Sabazius, et Bellona, et Magna mater Idæi montis, et Domina Venus cum suo Adonide te exoculent, cada-

2 Fux. *non calcitrosum.* Utrumque dici potuit. Verum tamen hoc malo, quam illud ex lib. IV. de Ædil. ad. D. 'Unde quidam jumenta pavida et calcitrosa morbosis non esse annumeranda dixerunt.' *Roald.*—3 *Potius in a. c. m. h. hab.* Vulg. *prorsus ut asini corio m. h. inhab.* Colv.—4. *Q. r. c. n. a.* Ms. *Quæ res est cognita.* Colvius. Manusc. *non tarda.* Sciopp. in Symbola. Palat. *Q. r. c. n. tarda.* Elmenh. Cuncta hæc desunt Oxoniensi, Guelf. pr. Contra *est* inserunt Palat. Fux. D'Orv. Inc. Pro *ardua* in D'Orvill. etiam et Guelf. sec. exaratur *tarda.* Quod mihi quidem valde arridet: i. e. Cito sciri hæc res potest. *Oud.*—5 *Faciem t. m. ej. feminibus, facile percontaberis.* Ne ambige, quin Apuleianum sit: *feminibus immiseris, facile perscrutaberis.* Stewech. Fux. *emiseris.* Sed lege *immiseris.* Tum Fux. *f. periclitaberis: vides q. g.* Recte, sed abundat τὸ *vides*, ut videtur. *Roald.* *Feminibus immiseris, videns.* Idem, *feminis.* Vulg. *percontaberis.* *Videns* ex eodem libro scripto additum. *Colv.* Rom. et Pal. *m. e. femoribus.* Colv. *m. e. fœminis.* Τὸ *videns* recte delent Fl. Bert. et Venet. *Elmenh.* Manusc. *feminis.* Recte. Media feminis, τὰ μέσα: quanquam lib. x. 'Titione candenti inter media femina detruso.' *Brant.*—6 Pith. *simul.* Oud.—7 Scriptura vetus, *Ad.* Colv. Sic Pith. et Guelf. ambo. Tum *surdeum* Guelf. pr. *Omnipatens* Pith. *Oud.*—8 Eadem, *Assyria.* De hac abunde supra ad lib. VI. *Colv.* Vide ad Suet. Cæs. c. 22. *Deas Syria* Guelf. ambo, *Dea Asyria* D'Orv. a m. pr. *Dea Asiria* Fux. *Oud.*—9 Tentavi repo-

NOTÆ

[p] *Lurconem*] Nonius: 'Lurcones dicti sunt a lurcando. Lurcare est, cum aviditate cibum sumere. Pomponius, Syris: 'Lapathum nullum vescebatur, lardum lurcabat libens.' Lucil. Satir. lib. v. 'Vivite lurcones, comedones, vivite, ventres.'

[q] *Tractabat dicacule*] Apposite 'tractabat.' Sic Terent. Heautontim. Act. II. Scen. 3. 'Hæc arte tractabat virum.'

[r] *Omniparens Dea Syria*] Vel hinc patet Deam Syriam eandem esse quæ Cybele et Tellus, quam omniparentem dixerunt, quod omnia gignat producatque.

[s] *Et sanctus Sab.* [*Sabacius*] Seu potius *Sabazius.* Σαβάζιος, ut legitur apud Suidam, et alios, Bacchus est. Sic dictus ἀπὸ τοῦ σαβάζειν, quod est, bacchari. Quanquam non desunt qui ipsum Bacchi filium faciant. Quin

cum suo Adone [1] Venus domina, cæcum reddant: qui scurrilibus [171] jamdudum contra me [2] velitaris jocis. An me putas,[3] inepte, jumento fero [4] posse Deam committere, ut turbatum [5] repente divinum dejiciat [6] simulacrum: egoque [7] miser cogar crinibus solutis discurrere, et Deæ meæ [8]

ver surdum ac mutum, præco insane, qui jamdudum jactas in me ridicula dicta. Credisne, o stulte, me posse imponere Deam asino feroci, qui commotus deturbet subito imaginem divinam, atque ego infelix cogar discurrere passis capillis, et

nere: *et Sancus Sabazius*: nam quis Deus ille Sabadius, etiamnum incognitum. Sabazium Bacchum quidam interpretati a Sabasmis, id est, tripudiis, et furiosis saltationibus, cujusmodi in sacris hujus Dei fiebant. Suidas auctor est, *Σαβάζειν* barbaris dictum Bacchum, qui *σαβάβειν* pronuntiabant pro *εὐάζειν*. Alii Sabazium Bacchi filium faciunt, inter quos Harpocration. Reperi de eodem Deo inscriptionem antiquam, quæ Romæ in ædibus Altherorum: Q. NVMIVS ALEXANDER DONVM. DEDIT IOVI. SABAZO. Arnobius lib. IV. 'Sacra et ritus initiationis, quibus Sabadiis nomen est:' probe emendavit ibidem amicus meus Theodorus Canterus, SABAZIIS. Quod ad Sancum Deum, alias dicturi sumus. De Sabazio etiam consulendus Lilius Gyraldus libro octavo de Diis Gentium. *Stewech.* Scribe *Sabazius* ex Suida, quem hic laudat Beroaldus. *Sacra Sabazia* apud Arnobium lib. IV. *Colv.* Alii *Sabazius.* Harpocrat. p. 115. *Τὸν αὐτὸν εἶναι Σαβάζιον καὶ Διόνυσόν φασιν.* Inde Sabi Bacchi. Eustathius in Dionysium de Situ Orbis 132. et nos ad Arnobium lib. V. (p. 171.) *Elmenh.* Colv. *Sabazius* e Suida. Meminit et Cicero II. de Legibus. *Brant.*—1 *Cum suo Adone.* Ut præcedentia per copulam 'et' distinguuntur, sic etiam hic *et* præfigunt Ms. Pith. Edd. Junt. pr. Ald. Colin. quod etiam Toll. margini adjecit. *Idone* Pith. *Abdone* Oxon. Vide ad lib. II. p. 38. *Oud.* —2 *Contra me* non est in Palat. *Elmenh.* Hinc cum Scriverio uncis inclusit. Frustra. Alibi 'in' et 'adversus aliquem velitari.' In Apol. p. 402. Ed. Flor. 'Adversum te contumaciter calumniis velitatur.' In Par. *velitans,* D'Orv. *velicaris.* Oud.—3 Oxon. *Anne p.* Id.—4 D'Orv. *Fesi.* Id.—5 Haud inepte Pricæus mallet, ut alibi, *disturbatum.* Certe elegantius huic participio præfigeretur *τὸ dis,* quam statim *τῷ solutis.* Id.—6 Bertin. *ejiciat.* Elmenh. —7 Fux. *ego qm.* Oud.—8 D'Orv. *me.* Id.—9 *Habu* Guelf. pr. *Id.*—1 Pal.

NOTÆ

et Orpheus, in Hymno in Sabazium, dicit eum Saturni filium fuisse, ejusque opera Bacchum, incensa Semele, Jovis femori fuisse insutum. Strabo lib. X. sacra ejus Magnæ Matris sacris similia fuisse ait, atque easdem acclamationes in iis adhiberi solitas. *Καὶ ἐπιφθεγγόμενον εὐοῖ, σαβοῖ, ὕης, ἄττης, καὶ ἄττης ὕης, ταῦτα γάρ ἐστι σαβάζια, καὶ μετρῷα*: Et clamantem evoë, saboë, hyes, attes, et attes hyes: eadem enim Sabazii et Magnæ Matris sacra sunt.

[t] *Bellona*] Cujus Sacra et Sacerdotes eosdem fuisse, qui Matris Deorum, innuit Juvenalis Sat. VI. 'Bellonæ Matrisque Deum chorus intrat, et ingens Semivir,' &c. Itaque Bellona, et Mater Idæa, et Venus Domina, de qua mox, et Dea Syria cognata sunt Numina, vel potius varia unus ejusdemque Deæ nomina.

[u] *Mater Idæa*] Cybele. Ab Ida, monte Phrygiæ, in quo præcipue colebatur.

humi[9] jacenti aliquem medicum quærere?[w] Accepto tali sermone, cogitabam subito[1] velut lymphaticus exsilire; ut, me ferocitate cernens exasperatum,[2] emtionem[3] desineret. Sed prævenit cogitatum meum[4] emtor anxius, pretio depenso[5] statim: quod quidem[6] gaudens dominus, scilicet[7] tædio mei, facile suscepit, septemdecim denarium:[8] et illico me tumicla spartea[9][x] deligatum[1] tradidit Philebo. Hoc enim nomine censebatur jam meus dominus.[2] At ille susceptum[3] novicium famulum trahebat ad domum,

quærere qui medeatur meæ Deæ stratæ humi? Ego, audita illa oratione, meditabar saltare repente tanquam furibundus; ut ipse, videns me exacerbatum feritate, desisteret ab emendo. Sed emtor ille mihi inhians antevertit meum consilium persoluto statim pretio septemdecim denariorum, quod dominus meus gaudens accepit libenter, nimirum fastidio mei: et e vestigio ligatum me funiculo junceo dat Philebo, namque hoc erat nomen mei novi domini. Ille vero accipiens me novum mancipium

subito. Elmenhorstius. Cum Guelf. sec. Tum D'Orv. *resilire.* Oud.—2 Lipsius, *ferocitate cernens, exasperatus.* Colv. Modius legit *exasperatus.* Elmenh. Sed recte Pricæus apposuit locum p. 164. 'Præter genuinam ferocitatem tumultu suorum exasperati canes.' Lib. IV. p. 65. 'Cum viderem canes in me exasperari, fugam desino.' Apol. p. 410. Ed. Flor. 'Pecudibus ad morsum exasperatis.' *Oud.*—3 Ms. *emtorem.* Colv.—4 Flor. *cogitatui meo.* Sed exemplum desidero, in quo 'prævenire' Dativo jungatur. *Oud.*—5 Guelf. pr. *deprenso.* Id.—6 Pith. *fidem.* Id.—7 *Scilicet* exulat a Bertino. *Si* Ed. Junt. pro *sc.* Id.—8 *Den.* idem Ms. Al. *denariorum.* Colv. In Reg. Fux. *denariorum,* sed male. Vide ad lib. VI. p. 124. 'Nummum.' *Oud.*—9 *Tumida spartea.* Divinus Scaliger diu est, cum emendavit divine, *tumicla spartea,* ad Festum V. 'Thomices.' *Roald. Tumicla.* Divinatio hæc divini viri Jos. Scaligeri ad illa Festi. 'Tomices Græco nomine appellantur cannabi impolito et sparto leviter tortæ restes, ex quibus funes fiunt.' Vulgo, *tumida spartea.* Unde ante conjeci, *tænia spartea.* Sed jam nihil verius Scaligeri correctione visum, qui loco, quem dixi, videndus. *Colv. Tomica spartea.* Flor. 1. *stumida s.* Aldus, Fl. 2. et Pal. *tumida spartæ,* male. Vide Indicem. *Elmenh.*—1 Bertin. *diligatum.* Oud.—2 *Et illico, &c. dominus.* Cuncta hæc desunt Ms. Paræano et Guelf. pr. *Dominus meus* [exhibet] D'Orv. *Id.*—3 Malim, *susceptum me.* Id.

NOTÆ

[w] *Aliquem medicum quærere*] Qui ipsam erigat, aut fractam reparet.

[x] *Tumicla spartea*] Funiculo junceo. Spartum junci genus est restibus conficiendis, aliisque operibus permultis aptum. Hispanicum præstat ceteris apud Vitruv. 'Tumicla' porro pro, tumicula, seu thomicula, diminutivum est a thomice. Festus: 'Thomices Græco nomine appellantur cannabi impolito et sparto leniter tortæ restes, ex quibus funes fiunt. Pulvilli quoque quos in collo habent [jumenta scilicet], ne a restibus lædantur, thomices vocantur.' Posset etiam hic legi *tomica spartea.* Vitruv. lib. VII. cap. 3. 'Mataxæ et tomicæ ex sparto Hispanico.'

statimque illinc[4] de primo limine proclamat: Puellæ, servum vobis[5] pulchellum en ecce mercatus[6] perduxi. Sed illæ puellæ chorus erant cinædorum,[7] quæ statim exultantes in gaudium, fracta, rauca, et effœminata voce[8] clamores absonos[9] intollunt: ratæ[1] scilicet, vere quempiam hominem servulum ministerio suo paratum. Sed, postquam non cervam pro virgine,[y] sed asinum pro homine succidaneum[2][z] videre, nare detorta, magistrum suum varie cavillantur. Non enim servum, sed maritum[a] illum[3] scilicet sibi perduxisse. Et heus, aiunt,[4] cave ne solus exedas[5]

ducebat in suas ædes, et statim exclamat exinde ab ipso ostio: Heus, puellæ, emi vobis bellum famulum, quem huc adduxi. Verum illæ puellæ nihil aliud erant quam turba cinædorum, qui repente gestientes lætitia extollunt clamores incompositos voce infracta, rauca, et effœminata, credentes nempe revera esse aliquem hominem servum destinatum suo famulatui. Sed, ubi viderunt non cervam pro puella, sed asinum suppositum pro homine, torquentes nasum, lacessunt magistrum suum variis jocis.

—4 Edd. ante Bas. sec. et Colvium *illic*. Male. Lib. v. p. 107. 'Jam inde a foribus boans.' In Oxon. Guelf. pr. *proclamabat*. Id.—5 Guelf. pr. *nobis*. Id. —6 *Mercato*. Fux. *mercatus*. Roaldus. *Mercatus*. Vulg. *mercato*. Colvius. Bert. et Flor. 2. *mercato*. Elmenhorstius. Al. *mercato*. Lego, *mercatu*. Serenus Opusc. 'Ad mercatum eo, villice; ecquid vis inde vehi aut agi?' apud Non. *Brant*.—7 Ms. *cinædarum*. Colvius. *I pulse* Pith. Pal. *corpus*. Tum Regius, Fux. *erant*. Optime, ut millies in vocibus collectivis. Vide Ind. Notarum. Lucian. Ἦσαν δὲ τὰ κοράσια ταῦτα, ὄχλος κιναίδων συνεργῶν τοῦ Φιλήβου. *Cinædarum* quoque in Reg. Fux. *Oud*.—8 Idem, *fractæ rauca et eff. v.* Colvius. Pal. *fracte r.* Flor. *fractea r.* Vide Indicem. *Elmenh*.—9 M. *cl. obscœnos*. Putean. Sed paulo post in eadem re 'absonis ululatibus.' Oxon. *assonos*. Oud.—1 Vulg. *rati*. Colv. Vide supra ad V. 'Mercatus.' *Scilicet* exulat ab Oxon. *Id*.—2 Palat. Guelf. sec. *succitaneum*, Guelf. pr. a m. pr. *succidaticum*. Ἀντάνδρον in Onomastico. Vide doct. P. Bondam V. L. p. 115. Paulo ante in D'Orv. *servam* pro *cerv*. Id.—3 *Illum* abest a Palat. Guelf. sec. *Istum* Pith. *Id*.—4 Oxon. et Par. *Et heus civiter aiunt*. An *civiliter*? i. e. Nobiscum age non, ut rex, sed communi dividendo formula. *Wass*. Sic 'civiliter' opponitur 'tyrannicæ impotentiæ' lib. x. 214. Et passim aliis. Admodum mihi placet hæc conjectura. Verum in nullis aliis Mss. ea vox reperitur. Pro *heus* in Guelf. pr. *esus*. Oud.—5 Ms. *excedas*. Flagitium

NOTÆ

[y] *Non cervam pro virgine*] Ut in Græcorum sacrificio apud Aulidem, in quo Diana cervam pro Iphigenia supposuit.

[z] *Succidaneum*] Subditum. Succidaneæ hostiæ, quæ succedebant primis, et cædebantur, cum illis non fuerat litatum.

[a] *Sed maritum*] Obscœnæ rei significatio est. Tanquam Philebus Asinum redemerit, sicut uxor virum, a quo subagitaretur: erat enim cinædus pathicus. Lucianus: Τοῦτον οὐ δοῦλον, ἀλλὰ νυμφίον: Non hunc servum, sed sponsum ducis. *Beroald*.

tam bellum scilicet pullulum;[b] sed nobis quoque, tuis palumbulis,[c] nonnunquam impertias.[6] Hæc et hujusmodi[7] mutuo blatterantes, præsepio me proximo[8] deligant. Erat quidam[9] juvenis satis corpulentus, ceraula[1][d] doctissimus, collatitia stipe[e] de mensa[2] paratus:[f] qui foris quidem cir-

* * * * *Clamitantes inter se hæc et similia, alligant me ad præsepe proximum. Erat quidam juvenis, corpore admodum vasto, peritissimus cornicen, quem pecunia sibi erogata emerant de lapide. Hic antecedebat eos, canens lituo*

illud verbi a Plauto petitum, Pseudolo: 'Jam admordere hunc mihi lubet. St. Jamne illum comesurus es?' Eodem involucro forte obscœnitas etiam tecta Milite: 'Dum talem facies, qualem adhuc assidue edis, Communicabo te semper mensa mea.' Torquent se viri docti loco illo Curculionis: 'Nimis formido ne exedat. Ph. Odiosus es.' Ubi, intellectu hujus verbi non intelligendi, 'ne exedat' sic accipio, ac si diceret: Ne bene te lautum puerum exedat. Sed nemini de illo loco judicare est, nisi qui ea, quæ in eadem fabula præcesserunt, legerit. *Colv.*—6 Addere placet Pricæo *indidem*, ut alibi. In Oxon. *non cuiquam.* Edd. Junt. et Ald. *impartias.* Vide ad lib. I. p. 2. 'Impartire sermonem.' *Oud.*—7 D'Orv. *hujus.* Ed. Scriv. *hujuscemodi,* ut alibi. Vide ad lib. II. p. 28. et sæpe. *Id.*—8 Recte in Fulv. Cod. *proximum.* Wowerius. Ms. *proximo.* Sciopp. in Symbola. *Præsepi me proximo.* Vulgo, *p. m. proximum.* Elmenhorstius. *Proximo,* quod primus Wowerius reposuit, confirmatur a Flor. Lips. Reg. Oxon. Guelf. Palat. D'Orv. Inc. Non vero *præsepi,* sed *præsæpio* est in Mss. et Edd. O. *Dilig.* Palat. *Diligunt* Guelf. sec. *Oud.*—9 Ed. Vicent. *quidem.* Id.—1 Sic recte Flor. duo. In Palat. est *comula,* in vulgatis *choraula;* paulo post 'cornu canens' dicit. *Elmenh.*—2 Motos scio Parisienses sententia Beroaldi, ut conjunctim cuderent, *stipe de-mensa,* quasi depromta, prolata. Ceterum Beroaldum opinionem facile depositurum fuisse verosimile est, si quis ei hunc Apuleii locum ex prima Apologia opposuisset: ubi de M. Catone Consule in Hispaniam proficiscente, et tres solummodo servos educente, 'Quoniam ad villam,' ait, 'publicam venerat, parum visum, qui uteretur; jussisse duos pueros in foro de mensa emi;

NOTÆ

[b] *Ne solus exedas pullulum*] Sensus est: Nolito tu solus perfrui hoc asello, sed ejus concubitus nobiscum quoque partiario communica, &c. Bellus præterea pullulus dicitur festivum elegansque delicium: et est nomen blandimenti: &c. Plautus in Casina: 'Meus pullus, meus passer, mea columba, mi lepus.' Antiqui pullum vocabant puerum ejus, a quo amabatur: unde Q. Fabius, quod ejus nates fulmine icta esset, pullus Jovis appellatus est. *Id.*

[c] *Palumbulis*] Translatio a pullis palumbium, quibus adhuc implumibus cibum impertiri solet mater. *Id.*

[d] *Ceraula*] Polluci κεραύλης, cornicen. Noster, lib. I. Florid. 'Nihil æque se laborare, et animo angi et mente dicebat, quam quod monumentarii ceraulæ tibicines dicerentur.'

[e] *Collatitia stipe*] An quam Galli singuli ex suo peculio in commune contulerant? An vero quam contulerant ipsis populi? Hoc placet magis.

[f] *De mensa paratus*] An emtus apud mensularium? Hujusmodi enim tra-

cumgestantibus Deam cornu canens adambulabat,[g] [172] domi vero promiscuis[3] operis[h] partiarios agebat concubitus. Hic me, simul domi conspexit libenter,[4] appositis largiter cibariis gaudens alloquitur: Venisti tandem miserrimi laboris vicarius.[5] Sed diu vivas, et dominis placeas, et meis defectis jam lateribus consulas. Hæc[6] audiens, jam meas futuras novas cogitabam ærumnas. Die sequenti variis coloribus indusiati,[7] et deformiter quisque formati, faciem cœnoso figmento deliti,[8] et oculis obunctis graphice,[i] prodeunt; mitellis,[k] et crocotis,[l] et carbasinis,[m]

corneo, dum circumferrent Deam foris. * * * *Statim atque ille vidit me domi, apponit mihi ultro cibos copiosos, et sic compellat me lætus: Tandem advenisti, qui expleres vicem meam in obeundo labore ærumnosissimo. At vivas longo tempore, et placeas nostris heris, et provideas meis viribus jam fractis. Dum audirem ista, jam recogitabam novas miserias, quas deinceps eram passurus. Postero die egrediuntur induti vestibus multorum colorum, et singuli reformati in turpes formas, facie oblita fuco lutoso, et oculis pictis eleganter, amicti parvis mitris, et vestibus*

eos quinque in Hispaniam duxisse.' *Stewech.* Male connectit voces duas Beroaldus, *demensa.* Enim Apologia I. 'Jussisse duos pueros in foro de mensa emi.' Modus hic loquendi inde manavit, quia Veteres sæpiuscule res suas argentariis vendendas dabant: ut patet ex Scævola nostro in lib. LXXXVIII. D. de Solution. et Liberat. *Colv.* Schickeradus recte observat, puerum *de mensa* dici, *παῖδα τραπεζοποιὸν*, id est, *τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενον. Elmenh.* Malim *demenso:* nam homines non solent mensis argentariorum imponi. *Soping.*—3 Ms. *promiscui.* Colvius. Magis placet Pal. Cod. lectio *promiscuo.* Bert. *excubitus.* Flor. *concubinus.* Elmenh. —4 *Libenter* abest Bertin. *Oud.*—5 Guelf. pr. *vicarias.* Id.—6 Rursus Edd. Vett. usque ad Bas. sec. Colviique, *Hic.* Pro *futuras* in D'Orv. est *fortunas.* Id.—7 *Inclusiati.* Fux. *indusiati.* Roaldus. *Inclusiati*, quod nihili est, dant D'Orv. et Edd. Rom. Ber. et Bas. *Oud.*—8 *Facie cænoso pigmento delita.* Vulgo, *faciem cæn. pigm. deliti.* Lucianus Saturnalibus: Καὶ γυμνὸν ᾄδειν, καὶ κροτεῖν ὑποτρέμοντα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐς ψυχρὸν ὕδωρ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι, ἀσβόλῳ κεχρισμένον τὸ πρόσωπον. *Colv.* Fl. et Pal. *faciem cæn. figmento delitam.* Bert.

NOTÆ

pezitis non pecuniam modo suam locandam, sed et res suas vendendas dabant. An qui ad mensam esset, τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενος, ut interpretatur Schickeradus? An vero de lapide emtus, ut apud Ciceronem, Orat. in Pisonem: 'Duos de lapide emtos?' Certe πρατὴρ λίθος, lapis, in quo venales prostabant, 'mensa' etiam dicebа-

[g] *Cornu canens adambulabat*] Ovid. de Ponto: 'Ante Deum matrem cornu tibicen adunco Cum canit, exiguæ quis stipis æra neget?'

[h] *Promiscuis operis, &c.*] Sicut in cultura fundi plures operæ parantur, ita hic subactor cinædorum operas Venereas dispertiebat. *Beroald.*

[i] *Oculis obunctis graphice*] Palpebris pictis. 'Graphice,' γραφικῶς,

et bombycinis injecti.[9] Quidam tunicas albas,[1] in modum lanciolarum[n] quoquo versum[2] fluente purpura, depictas[3] cingulo subligati, pedes luteis induti calceis, Deamque serico contectam amiculo, mihi gerendam imponunt: brachiisque suis humero[4] tenus renudatis[5] attollentes immanes gladios ac secures, evantes[6][o] exsiliunt, incitante[7] tibiæ cantu lymphaticum tripudium. Nec paucis pererratis[8] casulis, ad quandam villam possessoris beati[9][p] perveniunt,

croceis, et lineis, et sericis. Quidam, habentes tunicas candidas, pictas purpura procurrente in omnes partes instar parvarum lancearum, substrictas zona, et pedes indutos calceis crocei coloris, et imponunt mihi Deam ferendam opertam velamine serico, et despoliatis brachiis suis usque ad humerum, extollentesque cultros permagnos, et bipennes, saltant quasi bacchantes, cantu tibiæ excitante vesanam choream. Et, cum jam circumivissent multa tuguria, accedunt ad villam opulenti domini, et

---

f. cœnoso pigmento delito. Elmenh.—9 *Bomb. linteis.* Fux. *b. injecti.* Roaldus. *Bomb. linteis injecti.* Dele illud *linteis*, quod nescio unde huc irrepsit. Non enim vel in Ms. vel ullo vulgatorum est. Ceterum nunc primum emendavimus *injecti* pro *injectis.* Vide et infra lib. IX. 'Nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem injecti.' Lib. XI. 'Et antistites sacrorum, qui candido linteamine cinctum pectoralem adusque vestigia strictim injecti.' Item ibidem emendatum nobis: 'Nam proxima nocte vidi quendam de sacratis, linteis injectum.' *Colv.* Bert. *injectis.* Elmenh.—1 *Albas* deest Fux. *Oud.*—2 Fux. *quoquo sursum.* Emendo igitur: *q. sane versum.* Roald. Potius inde fieri posset *scilicet*, ut monitum sæpius. Vide Ind. Notarum. In Fux. est *quoquo versu.* Oud.—3 Pal. *purpuras depictas.* Elmenh. *Depicta* Ed. Bas. pr. *Oud.* —4 Gaelf. pr. *humeros.* Id.—5 Oxon. Pith. *denudatis*, male. *Id.*—6 Fux. *levantes*, sed frustra. *Roald.* Ms. *secures levantes.* Colvius. Flor. *ovantes.* Al. *levantes.* Elmenh.—7 *Incitantes.* Fux. *incitante.* Roaldus. *Incitante.* Vulgo, *incitantes tib. cantu.* Plutarchus: Δεινὸν γὰρ, εἰ Κλεομένης κάθηται μητραγύρτου βασιλέως σχολὴν ἀναμένων, ὅταν πρῶτον ἀπόθηται τὸ τύμπανον, καὶ καταπαύσῃ τὸν θίασον. *Colv.* *Incitante.* Sic recte Colv. cum alias esset *incitantes.* Juvat Juvenal. Sat. VI. 'Nota Bonæ secreta Deæ, cum tibia lumbos Incitat.' Et Persius: 'Cum carmina lumbum intrant.' *Brant.*—8 *Percursatis.* Ibidem, *pererratis.* Colvius. *Pererratis.* Vulgo, *percursatis.* Elmenh.—9 *Britini.* Fux. *beati*: fortean vere. *Roald.* Non displicet scripta lectio, *beati.* Colvius.

NOTÆ

homo' in jocularibus.

[k] *Mitellis*] Servius ad Æneid. IV. 'Quibus effœminatio crimini dabatur, etiam mitra iis ascribebatur.'

[l] *Et crocotis*] Crocotæ sunt tunicæ infectæ croceo colore. Crocotarii apud Plautum, Aulularia, infectores, qui vestes tingunt colore croceo.

[m] *Carbasinis*] Carbasus genus est lini præcipuæ tenuitatis.

[n] *In modum lanciolarum*] 'Ραβδωτοὺς χιτῶνας intelligit. Vestes erant albæ quidem, sed distinctæ purpura in modum lancearum aut virgarum ducta, unde virgatæ vestes dictæ sunt. Virgil. 'Virgatis lucent sagulis.'

[o] *Evantes*] Servius ad Æneid. lib. VI. 'Evantes; Bacchantes, a Libero, qui Evan dicitur.'

[p] *Possessoris beati*] Sic Beroald. et

et ab[1] ingressu primo, statim absonis ululatibus constrepentes, fanatice[q] pervolant,[2] [r] diuque[3] capite demisso, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos in circulum[4] rotantes,[s] et nonnunquam morsibus suos incursantes[5] musculos, ad postremum ancipiti ferro, quod gere-

vociferantes clamoribus incompositis, statim a primo limine, irrumpunt furenter, inclinatoque diu capite, inflectentes collum motibus lascivis, et agitantes in gyrum capillos pendentes, et aliquando morsibus petentes suos lacertos, denique singuli di-

Flor. et Col. *beati.* Bert. *possessorio B.* Elmenh.—1 *Ab* deest Ms. Pith. *Oud.*—2 Ms. Pith. et Edd. Scriv. *provolant.* Id.—3 *Denique.* Fux. *diuque.* Roaldus. *Diuque.* Vulgati, *denique.* Ms. *dimisso.* Colvius. Manusc. *dimisso*; forte *dique capite misso*: ut supra 'dique grassati' per figuram tmesim, cujus alia exempla apud Apuleium occurrunt. Et insigne unum in mentem venit, quod apud Ulpianum Jurisconsultum legitur l. XII. § Si mulier D. de jure dot. 'Si quidem circum in hoc venta,' pro, in hoc circumventa. Arnob. lib. VII. advers. Gen. 'Verum bellicas res amat, interque esse desiderat pugnis.' *Brant.* Ineptissime archaizat suo more Brantius. *Diuque c. dem.* verissime habent Mss. et Ed. Junt. post. cum Colvio et seqq. Ex primi typographi errore natum *denique.* Oud.—4 *In circulum.* Ms. *in arculum.* Lucanus lib. I. 'Crinemque rotantes,' &c. *Colv.* Non de nihilo fortassis hic est vetus lectio *in arculum.* Nam Festus: 'Arculum appellabant circulum, quem capiti imponebant, ad sustinenda commodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur.' Ad horum hominum comarum jactationem notandus adhuc locus insignis L. Flori ex lib. III. ubi de bello servili: 'Syrus quidam, nomine Eunus, (magnitudo cladium facit, ut meminerimus,) fanatico furore simulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem et arma servos, quasi Numinum imperio, concitavit.' Sic, ad Deum Matrem opinor, quæ eadem cum Syria Dea, Varro Eumenidibus: 'Nunc semiviri teretem comam volantem jactant tibi Galli:' (p. 105. Ed. Dordr.) Addatur et locus Antipatri: Ἔκ ποτέ τις φρικτοῖο Θεῆς σεσοβημένος οἴστρῳ, Ῥομβητοὺς δονέων λυσσομανεῖς πλοκάμους. Qui etiam de Cybeles sacerdote loquitur. *Idem in Add.* Flor. 2. et Pal. *in arculum.* Male. Ulpianus l. I. Digest. de Ædilit. edicto: 'Si servus inter fanaticos non semper caput jactarit.' Quint. lib. II. 'Caput jactare et comas rotare fanaticum est.' *Elmenh.*—5 Guelf. pr. *incursant.* Oud.—6 *Dissecat.* Fux. *dissi-*

NOTÆ

Pricæus ex Mss. Fux. et Oxon. Vulgo legitur *possessoris Britini*, nullo sensu.

[q] *Fanatice*] A 'fano' 'fanatici,' qui circa fana, hoc est, templa, furentes et bacchantes vaticinabantur. Ἔνθεοι Græcis, et Cybele ipsa a Catullo 'entheata Domina' appellatur, quod Sacerdotes suos ἐνθουσιασμῷ afflet.

[r] *Fanatice pervolant*] Ne petita quidem domini venia, quæ hujusmodi hominum fuit impudentia vanæ religionis metu nixa. Ovid. lib. I. de Ponto: 'Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire Jactantem Pharia tinnula sistra manu?'

[s] *Crinesque pendulos rotantes*] Lucan. lib. I. 'Crinemque rotantes Sanguinei populis cecinerunt tristia Galli.' Servius, ad lib. X. Æneid. 'Mater Deum dicta Cybele ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλὴν, quod semper Galli, motu capitis per furorem comam rotantes, ululatu futura pronuntiabant.'

bant, sua quisque brachia dissecant.[6] [t] Inter hæc unus ex illis bacchatur[7] effusius, ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut nimium[8] divino spiritu repletus, simulabat sauciam vecordiam; prorsus quasi Deum[9] præsentia [u] soleant homines non sui fieri meliores,[w] sed debiles effici,[1] vel ægroti. Specta denique quale,[2] cœlesti[3] providentia, [173] meritum [x] reportaverit. Infit vaticinatione clamosa conficto[4] mendacio, semetipsum incessere[5] atque

scindunt sua brachia gladio utrimque acuto, quem gestabant. Interea unus ex illis furit vehementius, trahensque frequentia suspiria ex intimo pectore, quasi fuisset plenus divino afflatu Deæ, fingebat se correptum insania: plane quasi homines non soleant effici meliores seipsis præsentia Deorum, sed fieri infirmi, aut ægri. Considera demum qualem mercedem acceperit providentia Deorum. Incipit mendacio ficto culpare et accusare seipsum strepero vaticinio, quasi commisisset

cant: et Ald. *Roald. Dissicant.* Sic probe Ms. Vulgo, *dissecat.* Posset etiam legi *dissiciunt.* 'Dissicare' vel 'dissicere,' quod plerumque 'dissecare' dici vides, semper antiqui dixerunt. Exempla innumera extant apud Ald. Manutium in Orthographia, quæ et ipse et nos accepta ferre debemus doctissimo clarissimoque viro Cl. Puteano, Christianissimi regis consiliario dignissimo. Martianus Capella lib. II. 'Aurora primo convenustans halitu Surgens fenestras dissicaret lumine.' Restituerim etiam in Silio lib. XIV. (15) 'Impactum pelagus laceratæ viscere terræ Dissicit:' ubi editum *Disjicit:* ut etiam apud Sidonium Panegyr. Majoriani: 'Partemque cerebri Hic galeæ cum parte rapit, fortique lacerto Dissicit ancipiti miserabile sinciput ense.' Sic correximus infra lib. IX. 'Canes pastoricios, villaticos, feros, atque immanes, assuetos abjecta per agros exsicare cadavera:' ut apud Plautum Rudente recte Turneb. 'Quin tu in paludem is, exsicasque arundines?' Resicare, prosicare, in Varrone, Plauto, aliis. *Colv.* Lege: *h. dissecant.* Lampridius in Commodo pag. 72. 'Bellonæ servientes,' &c. [Vid. inf.] *Elmenh.* 7 D'Orvill. *bacchatus,* haud male. *Oud.*—8 *Numinis.* Flor. *numini.* Male. *Elmenh.* —9 *Domini.* Lego, *Deum,* pari errore, quo infra, et ita est in lib. Ald. *Roald.* —1 Citra ullam necessitatem J. Bourdelot. delet verbum *effici* ad Heliodor. l. III. in f. Κατόχους μιμούμενος. Dein *quali cœlestis* in Cod. Oxon. *Oud.*—2 Pith. *qualem.* Id.—3 Guelf. pr. *cœlestis.* Id.—4 *Confincto* Fux. *conflicto* Guelf. ambo. *Id.*—5 Ms. *incensere.* Colv. Libri membranacei, *incensere.* Idque ger-

NOTÆ

[t] *Sua quisque brachia dissecant*] Prudentius, in Romani Passione: 'Cultrum in lacertos exerit fanaticus, Sectisque Matrem brachiis placat Deum.' Sed hoc ficte magis, et cute tantum tenus faciebant, ut innuunt hæc Lampridii in Commodo: 'Bellonæ servientes vere exsecare brachium præcepit studio crudelitatis;' alias ergo ficte exsecabant.

[u] *Quasi Deum præsentia*] Ex alia lectione *domini præsentia.* Reponebat Pricæus *divini præsentia,* hoc est, præsentia τοῦ Θείου, Numinis.

[w] *Non sui fieri meliores*] Commodior sensus elici nequit, quam si 'sui' pro seipsis positum dicatur. Græcissat Apuleius. 'Sui meliores,' ἑαυτῶν κρείττονες.

[x] *Meritum*] Passive intellige, pro eo quod quis meritus est: id est, pro mercede, ut interpretatus sum.

criminari, quasi [6] contra fas sanctæ religionis designasset [y] aliquid: et insuper justas pœnas noxii facinoris ipse de se suis manibus exposcere. Arrepto [7] denique flagro, quod semiviris illis proprium gestamen est, contortis tæniis [8] lanosi velleris prolixe fimbriatum, et multijugis talis ovium tessellatum,[9] [z] indidem sese multinodis [1] commulcat ictibus: [a] mira contra plagarum dolores præsumtione munitus. Cerneres,[2] prosectu gladiorum ictuque flagrorum, solum spurcitie sanguinis effœminati madescere. Quæ res incutiebat [3] mihi non parvam [4] solicitudinem, videnti tot vulneribus largiter [5] profusum cruorem: ne quo casu Deæ peregrinæ [b]

aliquid adversus leges sanctæ religionis: et præterea cœpit postulare a suis manibus supplicium debitum suo sceleri. Postremo sumto flagello, quod est peculiare gestamen ejusmodi effœminatorum hominum, quodque constat ex vittis laneis contortis, pendentibus in longas fimbrias, estque distinctum plurimis astragalis ovillis, ipso incutit sibi plagas asperas ob multos nodos, quibus flagellum erat distinctum, præmunitus mira constantia adversus dolorem ictuum. Videres humum tingi cruore sordido atque effœminato fluente ex incisuris gladiorum et plagis flagellorum. Quod injiciebat mihi anxietatem non mediocrem, cum cernerem sanguinem copiose

manum pro, censere, notare quasi censoria nota. *Brant.*—6 Abest a Palat. et Guelf. sec. τὸ *quasi*. In Oxon. Guelf. pr. corrupte *contra fascem*. Oud.—7 Fux. *Arrecto*. Id.—8 Flor. 2. *tenis*. Bert. *c. centenis linis v*. Inepte. *Elmenh.*—9 Fux. *obvina thesseratum*. Corrupte nimis. *Roald.* Idem Ms. *tuli oia tesseratum*. Al. *talis obvina tesseratum*. Colvius. Flor. Pal. et Rom. *tesseratum*. Elmenh. Dubius sententiæ sum, sitne legendum *ovinis*, ut infra 'pecuinis.' Manusc. huc ducit, in quo legitur: *tuli omnia tesseratum*. Al. *talis obvina tesseratum*. Brant.—1 Ms. *multimodis*. Sciopp. in Symb.—2 Guelf. pr. *Cernentes*, sec. *Cernens*, Oxon. *Cernentes prosceptu g.* Oud.—3 Bertin. *excut*. Id.—4 Pith. *modicam*. Id.—5 *Largiter* deest Palatino. *Id.*—6 Manusc. *lacte*. Sciopp.

NOTÆ

[y] *Designasset*] Perpetrasset. Terent. Adelphis: 'Quæ antehac facta sunt omitto: modo quid designavit?'

[z] *Multijugis talis ovium tessellatum*] Ἀστραγαλωτὴ μάστιξ dicitur Plutarcho flagellum illud talis ovium veluti tessellis distinctum. Sic Plutarch. adversus Colotem: Καὶ οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης, ᾗ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσιν: Et quo ingenui castigari solent, sed illo talis tessellato, quo peccantes in Cybeles sacris Gallos puniunt.

[a] *Multinodis commulcat ictibus*] Glossæ veteres Pricæo laudatæ: 'Commulcat, collidit, conculcat.' *Ictibus multinodis*, inflictis nempe flagro ovium talis multis nodoso. Est qui legat *multimodis*, quod ferri etiam potest.

[b] *Deæ peregrinæ*] Syriæ, quæ in Græcia, ubi hæc gesta narrantur, per-

stomachus, ut quorundam hominum lactem,[6] [c] sic illa sanguinem concupisceret[7] asininum.[d] Sed, ubi tandem fatigati, vel certe suo laniatu[8] satiati,[9] pausam carnificinæ[1] dedere, stipes æreas, immo vero[2] et argenteas, multis certatim offerentibus, sinu recepere patulo: nec non et vini cadum, et lactem,[3] et caseos, et farris et siliginis[4] aliquid, et nonnullis hordeum Deæ gerulo donantibus, avidis animis[5] corradentes omnia, et sacculos[6] huic quæstui de industria præparatos farcientes, dorso meo congerunt; ut duplici scilicet sarcinæ[7] pondere gravatus et horreum simul et templum[e] incederem.[8] Ad istum modum palantes,[9] omnem illam

effusum ex tot plagis, ne scilicet stomachus Deæ extraneæ forte appeteret asininum sanguinem, sicut stomachus quorundam hominum appetit lac asininum. At, postquam fessi tandem, aut saltem satiati sua laceratione, finem fecerunt suæ lanienæ, acceperunt expanso sinu nummos æreos, atque etiam argenteos, quos multi offerebant ipsis certatim: quinetiam et cadum vini, et lac, et caseos, et aliquid farinæ hordeaceæ, et triticeæ, cum aliqui etiam darent hordeum pro vectore Deæ, colligunt omnia cupidissime, et, condentes in saccos dedita opera destinatos ejusmodi mendicationi, imponunt ea meo dorso, adeo ut ego ambularem horrei simul et fani vicem gerens, cum nempe essem onustus onere duarum sarcinarum. Sic errantes

in Symb.—7 *Conspiceret.* Emendationem Beroaldi secutæ pleræque editiones, *concupisceret.* Paulo ante in quibusdam est, *boum lactem.* Colvius. *Concupisceret.* Sic Bert. Aldus et Beroaldus. Alii, *conspiceret asininum*, male. *Elmenh.* *Conspiceret.* Beroaldus, *concupisceret.* Avet animus legere, *consitiret*. Brant. —8 Guelf. pr. *laniatum.* Oud.—9 Ms. *sauciati.* Colvius. Et Guelf. pr. *Oud.* —1 *Pulsam carnificinam.* Fux. *pausam carnificinæ:* quod est etiam in lib. Ald. et vidit Beroaldus. *Roald.* Ineptissimam istam primarum Editionum lectionem bene e Mss. consentientibus emendavit Beroaldus, quem vide cum Pricæo; nec dein conspicitur, nisi in Edd. Colin. et Bas. pr. licet in Pith. quoque sit *pausam carnificinam.* Oud.—2 *Vero* abest a Fux. *Id.*—3 Bertin. *et lactes.* Sciopp. in Symb. et Susp. l. IV. 8. Bert. *lactes*, recte. *Elmenh.*—4 Edd. Junt. pr. Ald. *saliginis.* Oud.—5 Palat. *animis avidis.* Deest *avidis* in Fux. *Id.*—6 *In sacc.* Præpositionem *in* ignorat Ms. *Colv.*—7 Tò *sarcinæ* delet Palat. *Elmenh.* Pro *ut* in Coll. Voss. *nam.* Ab Oxon. et Guelf. utroque abest etiam *τὸ sarcinæ*, et uncinulis inclusere Elmenh. ac Scriv. At temere. Vide Pricæum. *Pond. sarc.* Fux. *Oud.*—8 Guelf. pr. *incenderem.* Id.—9 Guelf. pr.

NOTÆ

[c] *Lactem*] Ex Veterum declinatione, apud quos 'hic lactis' et 'hoc lacte' in recto casu dicebatur. Sunt porro quibus lac asininum valde conducit, et ex Medicorum præscripto datur. Nihil ad rem faciunt quæ hic de lacte humano et bubulo Beroaldus, qui certe locum hunc parum intellexit.

[d] *Sanguinem concupisceret asininum*] Expressa hæc e Luciano: Ἐγὼ δὲ ταῦτα δρῶν τὰ πρῶτα ἔτρεμον ἑστὼς, μήποτε χρεία τῷ Θεῷ καὶ ὀνείου αἵματος γένοιτο.

[e] *Horreum simul et templum*] 'Horreum' quidem, quia gerebat siliginem et hordeum: 'templum' vero, quia Deæ simulacrum portabat.

deprædabantur [1] regionem. Sed in quodam castello, copia lætati [2] largioris quæsticuli,[3] gaudiales instruunt dapes. A quodam colono, fictæ vaticinationis mendacio, pinguissimum deposcunt arietem,[f] qui Deam Syriam esurientem [4] suo [174] satiaret sacrificio: probeque disposita [5] cœnula,[6] balneas obeunt: ac dehinc lauti, quendam fortissimum [7] rusticanum, industria laterum atque imis [8] ventris bene præparatum,[g] comitem cœnæ secum adducunt: paucisque admodum prægustatis olusculis,[9] ante ipsam mensam [h] spurcissima [1] illa propudia [i] ad illicitæ libidinis [2] [k] extrema

grassabantur per totam illam regionem. Sed, exhilarati abundantia lucelli uberioris, apparant epulas geniales in quodam castello. Conficto falso oraculo petunt a quodam villico arietem pinguissimum, ad saturandam ejus immolatione Deam Syriam esurientem, et, cœna recte præparata, eunt ad balneum. * * * *

paleares. Id.—1 Flor. *deprecabantur.* Elmenh. Cum Pith. Perperam. Exulat *reg.* a Fux. *Oud.*—2 Edd. Vic. Junt. pr. *lætanti.* Pith. *largiores.* Id.—3 D'Orv. *quæstiuncli.* Sed vulgatum apud Cicer. Gloss. et infra l. XI. p. 261. 'Quæsticulo forensi nutrito.' *Id.*—4 Idem, *exur.* Colv.—5 Fux. *dispositam.* Id.—6 D'Orv. *cœnacula.* Id.—7 Flor. *formosissimum.* Elmenh. Hinc ingeniose formavit N. Heinsius *torosissimum* ad Ovid. l. XV. Met. vs. 230. 'Solidorum more tororum:' ubi vide. Pers. Sat. III. 86. 'Multumque torosa juventus.' *Oud.*—8 Flor. unus, *imi.* Elmenh.—9 Guelf. sec. *oliasculis,* Palat. *olasculis,* D'Orv. *lalusculis.* Vide, num inde confici possit apte, *lautitiis.* L. V. p. 93. 'Lavacroque et mensæ lautitiis eas reficit.' *Oud.*—1 D'Orv. *specissima.* Id.—2 Ms. *libitudinis.* Sciopp. in Symbola. Flor. *illicita.* Elmenh. Item Pal. *Li-*

NOTÆ

[f] *Fictæ vaticinationis mendacio, pinguissimum deposcunt arietem*] Vaticinatione, qua vel bonum eventum pollicebantur, vel malum comminabantur. Sic ille semivir μητραγύρτης apud Juvenalem, Satir. VI. 'Grande sonat, metuique jubet Septembris et Austri Adventum, nisi se centum lustraverit ovis, Et Xerampelinas veteres donaverit ipsi: Ut, quicquid subiti et magni discriminis instat, In tunicas eat, et totum semel expiet annum.'

[g] *Industria laterum atque imis* [*imi*] *ventris bene præparatum*] Pulchre pensilibus peculiatum. Lampridius in Heliogabalo 'bene vasatum' dixit. Petronius: 'Habebat inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes. O juvenem laboriosum!' i. e. (ut hoc loco) lateribus industrium. 'Industria' autem perbelle. Juvenal. 'Si pascitur inguine venter:' ubi vetus Scholiastes: 'Usque adeo infelix, ut vix industria inguinum ad victum sufficiat.' *Pricæus.*

[h] *Ante ipsam mensam*] Rem sacram habitam Veteribus; eoque detestabilior fœditas. *Id.*

[i] *Spurcissima illa propudia*] Syriaci illi Sacerdotes, a quibus pudor et pudicitia procul erant. *Beroald.*

[k] *Illicitæ libidinis*] Posticæ, præposteræ, infandæ, qua vir virum init. *Beroald.*

flagitia infandis uriginibus[3] efferantur, passimque circumfusi nudatum supinatumque juvenem execrandis oribus[l] flagitabant.[4] Nec diu[5] tale facinus mei soculis tolerantibus, PORRO[6] QUIRITES[m] proclamare gestivi. Sed viduatum ceteris syllabis ac literis processit O tantum, sane clarum ac[7] validum, et asino proprium, sed inopportuno[8] plane tempore. Namque de pago proximo complures juvenes, abactum sibi noctu perquirentes asellum, nimioque studio cuncta deversoria[9] scrutantes, intus ædium[n] audito ruditu[1]

Cumque mei oculi non possent diutius ferre tantum flagitium, conatus sum exclamare! O Cives! Verum pronuntiavi tantum O destitutum reliquis syllabis ac literis, sonorum profecto, et forte, et congruum asino, sed tempore omnino incommodo. Multi enim juvenes ex proximo pago, qui investigabant asinum sibi furto abductum nocte, et rimabantur stabula omnia miro desiderio recuperandi ipsum,

---

citæ in D'Orv. *Oud.*—3 *Virginibus. Inguibus* Ald. Beroaldus vero legerat vel *uredinibus* vel *inguinibus*. Ego vero mallem *ignibus*. Nam *uredinibus* legere, hoc esset bis κατὰ τοῦ αὐτοῦ dicere (id enim repetitum est) *inguinibus*. Sed parum ad rem. *Roald. Inguinibus.* Veteres editi, *virginibus*. Olim, ut nos, emendavit Beroald. Forte etiam legatur, *uriginibus:* et non male. *Colvius.* Flor. et Rom. *virginibus* et *viriginibus*. Elmenhorstius.—4 *Uredinibus fl.* Sic Cato: ‘Intercutibus stupris flagitati.’ *Colvius.* Ms. *uriginibus*. Sciopp. in Symbola. Flor. unus, *oribus*. Bertin. *uriginibus*. Elmenhorstius. —5 Pricæus conjecit, *denique*, ad lib. I. p. 5. ‘Nec denique perpessus ego,’ &c. ubi vide. *Oud.*—6 Magna hic hallucinatio Beroaldi, cum reponit, *Proh Quirites* vel *Oo Quirites*. Q. Septimius Tertullianus adversus Valentinianos: ‘Ut etiam inclamaverit in eum ἰοὺ ἰοὺ, quasi *porro Quirites* aut *fidem Cæsaris*.’ Sed hoc jam tritum satis. Non facile fortassis quis suspicetur ad eum modum scribendum Plauti Amphitryone: ‘*Porro fidi Thebani cives. me.* Etiam clamat carnifex:’ idque e scripto codice. Ut frustra sit ibi Palmerius, qui nescio quid aliud supponendum arbitratus. Vulgo est, *pro fidi Thebani cives.* Colvius. *Porro Q. proclamare.* Sic legendum cum Bertin. *Sciopp. in Symb.* Τὸ *porro* male omisit Aldus. Alii, *perclamare g.* Lucianus p. 251. Ἀναβοῆσαι, Ὦ Ζεῦ σχέτλιε, ἠθέλησα, &c. *Elmenh.* Insulse Philippus, *Proh! Quirites.* Vide Indicem. *Idem in Add.*—7 Fux. *et.* Oud.—8 Ms. *si importuno.* Colvius. Ms. *si importuno.* Error idem, qui supra, *set*, inde pro *sei* acceptum, et hinc *si*. Brant. In Palat. etiam et Guelf. sec. *si*. Oxon. *inopportunum.* Pith. Edd. ante Bas. sec. *importuno.* Lib. II. p. 30. ‘Serie inopportunarum fabularum:’ ubi vide. *Oud.*—9 *Diversoria.* Guelf. pr. *devers.* Edd. Ber. Bas. *divorsoria.* Optime in Guelf. sec. Ed. Vicent. *devorsoria.* Adi ad lib. I. p. 11. ‘Cum quo sero devorteras.’ Palat. et D'Orv. *scruptantes.* Id.— 1 D'Orv. *adito r.* Pal. *aud. rudito.* Vide supra p. 171. ‘mercatu.’ *Id.*—

NOTÆ

[l] *Execrandis or.* [*uredinibus*] Ardoribus. Florent. unus, teste Elmenhorstio, habet *execrandis oribus*, quo aliquid adhuc turpius et fœdius designatur.

[m] *Porro Quirites*] Solennis exclamationis formula. Tertullian. adversus Valentinianos: ‘Ut etiam inclamaverit in eum ἰοὺ, ἰοὺ, quasi, Porro Quirites, aut Fidem Cæsaris.’

meo, prædam absconditam latibulis ædium rati,[2] coram rem invasuri suam, improvisi conferto gradu se penetrant: palamque illos,[3] execrandas fœditates obeuntes, deprehendunt; jam jamque vicinos undique percientes,[4] turpissimam scenam patefaciunt: insuper ridicule sacerdotum purissimam laudantes[5] castimoniam. Hac infamia[6] consternati, quæ, per ora populi facile dilapsa, merito invisos ac detestabiles eos cunctis[7] effecerat,[8] noctem[9] ferme circa mediam, collectis omnibus, furtim castello facessunt, bonaque itineris parte ante jubaris exortum transacta, jam die claro[1] solitudines avias nacti, multa secum prius[2] collocuti, accingunt se meo funeri:[3] Deaque vehiculo meo sublata, et humi reposita, cunctis stramentis[4] me renudatum, ac de

cum audivissent me rudentem in illa domo, arbitrati esse asinum sibi surreptum, qui occultaretur latebris domus, irrumpunt de improviso festinanti gressu, occupaturi palam rem suam: et opprimunt eos manifesto perpetrantes spurcitias abominandas. Statimque convocantes undique vicinos, revelant illud spectaculum fœdissimum: laudantes præterea joculariter sanctissimam castitatem Sacerdotum. Illi afflicti hac sinistra fama, quæ facile diffusa per ora plebis jure reddiderat eos odiosos atque execrabiles omnibus, colligunt omnia sua, et clanculum exeunt e castello circiter mediam noctem. Confectaque via satis longa ante exortum Solis, luce jam clara devenerunt in deserta inaccessa; multisque inter se disputatis, præparant se ad meam necem: Deaque deposita ex meo dorso, quo vehebatur, et posita humi, spoliant

2 *Rati* exulat a Palat. *Id.*—3 Lips. Oxon. *illas.* Dein *obsecrantes* Guelf. sec. *Id.*—4 *Partientes.* Columen antiquitatis Lipsius antiquitus scribendum censet: *arcientes.* Vulgatæ lectioni tamen respondet Lucianus: Καὶ ὅλῃ τῇ κώμῃ τῷ λόγῳ διέδωκαν. Ms. *parcientes.* Colv. Repone ex antiquis exemplaribus, *percientes.* Wower. Malim cum Ms. *percientes,* id est, commoventes, instigantes. Stewechius, *arcientes,* id est, advocantes, arcessentes. *Sciopp. in Symb. et Susp.* IV. 8. *Percientes.* Ita lege cum Pal. In aliis est *partientes:* unde Lipsius fecit *arcientes.* Elmenhorstius. Lipsius in Epistolicis Quæst. eleganter *arcientes.* Ms. *parcientes:* unde conjectabam *percientes:* quod et Scioppius e Manusc. laudat. *Brant.*—5 Idem, *laudates.* Jam sæpius observatum. *Colv.* *Castimonia* Fux. *Oud.*—6 Idem, *nfaria.* Colv. *Ac infamiam* Pith. *Ac* Guelf. sec. *Oud.*—7 Guelf. pr. *cunctos.* Id.—8 Palat. Pith. *effecerant.* Id.—9 Pith. Fux. *nocte.* Id.—1 Edd. Junt. pr. Ald. *de cl.* In D'Orv. Fux. Oxon. *d. clara,* ut lib. IX. p. 178. 'Jamque clara die.' In Oxon. *naptim* pro *nacti,* Guelf. pr. *nactim.* Id.—2 *Prius secum.* Sic Mss. plurimi, et Edd. ante Colv. non *sec. pr.* Id.—3 Palat. Guelf. sec. *m. funebri.* Pith. hic et mox *modo.* Id.—4 *Strumentis.* Vulgo item, *stram.* Scriptam lectionem expressimus, rati *strumentis* positum pro instrumentis, ut apud Tertullianum ad Uxorem lib. I. 'Nobis continentia ad strumentum æternitatis demonstrata est a domino salutis Deo.' Sed jam *stramentis* retinuerim, acceperimque pro

NOTÆ

[n] *Intus ædium*] Archaismus, pro intra ædes.

[175] quadam[5] quercu destinatum, flagro illo pecuinis[6] ossibus catenato verberantes, pæne ad extremam confecerant mortem.[7] Fuit unus, qui poplites meos enervare securi sæva[8] comminaretur, quod de pudore illo, candido[9] scilicet, suo tam deformiter[1] triumphassem.[o] Sed ceteri,[2] non meæ salutis,[3] sed simulacri jacentis[4] contemplatione, in vita me retinendum censuere. Rursum itaque me refertum sarcinis, planis[5][p] gladiis minantes, perveniunt[6] ad quandam

me ephippiis omnibus, et alligant ad quandam quercum, ferientesque illo flagello armato ossibus ovillis in catenæ modum, redegerunt me fere ad ultimam necem. Fuit unus, qui minaretur se abscissurum nervos meorum poplitum dira bipenni, quia nimirum tam turpiter triumphaveram de pura illa pudicitia ejus. Verum reliqui senserunt conservandam mihi esse vitam, non intuitu quidem meæ incolumitatis, sed imaginis, quæ jacebat humi. Agentes igitur me iterum oneratum sarcinis, feriendo planis ensibus, deveniunt in quandam celebrem urbem. In ea quidam vir

iis, quæ insternebantur. *Colv. Stramentis.* Alii, *strumentis*, male. *Elmenh.* Vulgo *stramentis;* quam lectionem cum Colvio retinendam potius, quam temere rejiciendam existimo. Στρώματα Græce. *Brant.* Merum est librariorum Lips. vitium *strum.* Strata seu στρώματα intelligit, ut bene capiunt Interpretes. Vide ad lib. VII. p. 147. 'Ipsis stramentis abjectis.' Guelf. pr. a m. pr. *denudatum.* Nil notatum e Guelf. sec. *Oud.*—5 Palat. *de quodam q.* Desunt autem cum seq. *destinatum* in Oxon. *Id.*—6 In Palat. *peccuinis*, Guelf. sec. *pecurinis.* Id.—7 Ante ubique, *ad extremas conf. mortes.* Colv.—8 Ms. *enumerare secure seva.* Vulg. *enerv. sec. sua.* Id. Bert. *securi sua comminaret.* Elmenh. Bert. *securi sua.* Putean.—9 *De pudore cand.* Fux. *de pudore illo cand.* Roald. *P. illo c.* Τὸ *illo* non fuit in editis libris. *Colv.* Contra Mss. O. et Appuleii genium, contra quem etiam male absunt ab Edd. Wower. et Pricæi τὰ *cand. scilicet.* Sed *illo* bene inseruerunt omnes post Colv. ac male Merillus judicabat, vocem *scilicet* arguere, hæc e glossa in textum irrepsisse. *Oud.*—1 *Tam def.* Hæ voces exulant quoque negligenter ab Ed. Floridi. *Id.*—2 *Sed et cet.* Vulg. *Sed cet.* Colv. M. B. *Sed ceteri.* Putean. Istud *et*, quod plane sensum hic turbat, perperam addiderunt, Colvio nimis facile obsecuti, reliqui Editores. Carent ea copula itidem Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Pal. Oxon. Quare denuo ejeci. *Oud.*—3 D'Orv. *me saluti.* Id.—4 *Tacentis. Jacentis* Beroald. quod verum est. *Roald. Jacentis.* Vulg. *tacentis.* Lucianus: 'Αλλ' ὥστε με μὴ ἀποκτεῖναι δεινῶς αὐτοὺς ἡ Θεὸς ἐδυσώπησε χαμαὶ καθημένη, καὶ οὐκ ἔχουσα, ὅπως ὁδεύοι. Postea comperi Beroaldo eandem etiam de hoc loco esse sententiam. *Colv.* B. M. *tacentis*, uti Colvius notat ex vulgatis. *Putean.*—5 Fux. *plenis.* Roaldus. *Plenis.* Vulgo, *planis glad.* Neutrum satis placet, nisi legas: *sarcinis plenis, gladiis m. &c.* Colvius. Ms. *planeis gladiis minantes.* Latet quippiam. *Sciopp. in Symb.* M. *sarcinis planisque.* Puteanus. *Plenis gl.* Vulgo, *planis gl.* Forte id intelligendum est, ut nos dicimus, *metten platten slaen.* Brant.—6 Bert. *proveniunt*, male. *Elmenh.*—7 *Ubi.* Fux. *Inibi.*

NOTÆ

[o] *Triumphassem*] Revelando nimirum execrandas ejus libidines meo ruditu.

[p] *Planis gladiis*] Non acie gladiorum cæsim, neque mucrone punctim, ne eum occiderent, sed planis gladiis ferientes.

nobilem civitatem. Inibi[7] vir principalis, et alias religiosus, et eximie Deum[8] reverens, tinnitu cymbalorum, et sonu[9] tympanorum, cantusque Phrygii[q] mulcentibus modulis excitus,[1] procurrit obvium;[2] Deamque votivo suscipiens[3] hospitio, nos[4] omnes intra conseptum[5] domus amplissimæ constituit: numenque summa veneratione atque hostiis opimis[6] placare contendit. Hic ego me potissimum capitis periclitatum memini. Nam quidam colonus, partem venationis,[7] immanis cervi[8] pinguissimum femus,[9] domino illi suo[1] muneri miserat: quod, incuriose pone culinæ fores

primarius, religiosus etiam, et mire timens Deos occurrit obviam nobis, excitatus strepitu cymbalorum, et sono tympanorum, ac suavibus modulationibus musicæ Phrygiæ; excipiensque Deam devoto hospitio, collocat nos omnes intra septum latissimarum ædium: et enititur propitiari ejus numen maxima reverentia, et pinguibus victimis. Recordor me illic præsertim subiisse discrimen vitæ. Quidam enim rusticus miserat muneri suo illi domino pinguissimam coxam cervi prægrandis, partem venationis suæ; quam, negligenter suspensam non admodum alte post

Roald. Scriptum exemplar habebat, *Inibi adveni, ubi vir.* Vulgati solummodo, *Ubi vir.* Colvius. *Ibi* Ed. Junt. post. Sed *inibi* Mss. O. præter Pith. ut bene rursus edidit Colv. et seqq. Vide ad p. 168. *Oud.*—8 *Eximiæ dominæ.* Fux. *eximie Deum:* recte: quod etiam notavit Interpres. *Roald. Deum.* Quidam, *domini:* unde Beroaldus fecit *dominæ.* Scripta lectio optima. Non semel τὸ *domini* τοῦ *Deum* locum in hoc Scriptore invasit. *Colv.*—9 *Sonitu.* Fux. *sono.* Roaldus. *Sonu.* Ita est in quibusdam libris. *Sciopp. in Symb. et Susp.* IV. 8. Bert. *sono.* Aldus et Schickeradus, *sonu.* Elmenh.—1 *Exercitus.* Scribendum *excitus.* Declaravi in Commentariis meis ad S. Julii Frontini Strategemata (lib. III. c. 14. § 1.) *Stewech.* Fux. *exitus.* Emenda *excitus,* quomodo infra. Animadvertit etiam Beroald. *Roald. Excitus.* Sic Ms. liber. Vulgo, *exercitus.* Lib. x. infra: (p. 228.) 'Tunc acerbæ mortis exciti nuntiis frater et maritus.' *Colv. Exitus.* Rom. et Aldus: *exercitus.* Elmenh. —2 Flor. *obiam,* male. *Elmenh.* In Oxon. Guelf. pr. *procuravit.* Oud.—3 Ms. *suspiciens.* Colv. In D'Orv. *hospitium.* Oud.—4 D'Orv. *nosque,* haud male. *Id.*—5 Idem, *conspectum.* Colv. Etiam Oxon. et Guelf. pr. In Par. et Guelf. pr. *c. d. altissimæ et amplissimæ,* e var. lect. *Oud.*—6 Idem, *optimis.* Colv. Aldus, *optimis.* Elmenh. Desideratur adjectivum in Pal. *Optimis* in Pith. et Edd. quoque Juntinis, prave, de more. Vide ad lib. II. p. 27. 'Porcum opimum.' *Oud.* —7 Idem, *venerationis.* Colv.—8 Palat. ridicule, *corvi.* Oud.—9 *Femur.* Palat. Guelf. sec. *fenus,* Flor. duo, Guelf. pr. et Oxon. *femus,* ut mox, ubi videbimus. Nam veram hanc Appuleii manum opinor. *Id.*—1 Oxon. *ille s.* Guelf.

NOTÆ

[q] *Cantusque Phrygii*] Qui religiosus erat. Noster, in Floridis: 'Seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.' Ubi vide Notas nostras. Videtur in sacris Magnæ Matris primum adhibitus. Ea enim ex Phrygia in alias regiones delata sunt per Gallos sacerdotes ejus, Phrygas et ipsos.

non altiuscule [2] suspensum, canis adæque [3] venaticus latenter invaserat, lætusque præda, propere custodientes oculos evaserat. Quo damno cognito, suaque reprehensa [4] negligentia, coquus diu lamentatus lacrymis inefficacibus, jam jamque domino cœnam flagitante [5] mœrens, et utcumque [6] metuens altius, filio suo parvulo consalutato, [7] [r] arreptoque funiculo, mortem sibi nexu laquei comparabat. [s] Nec tamen latuit fidam [8] uxorem ejus casus extremus mariti, sed funestum nodum violenter invadens manibus ambabus, Adeone, inquit, præsenti [9] malo perterritus, mente excidisti [176] tua? nec fortuitum istud remedium, [1] quod Deum providentia subministrat, intueris? Nam, si quid in ultimo fortunæ turbine respicis, [2] expergite mihi ausculta: et advenam istum asinum remoto quodam loco [3] deductum [4]

januam culinæ, canis etiam ipse venaticus clam arripuerat, et celeriter effugerat conspectum observantium, gaudens sua rapina. Quam jacturam cum coquus animadvertisset, damnassetque suam incuriam, et diu conquestus esset vano fletu, ac doleret, sibique timeret, eo quod herus brevi petiturus esset cœnam, filio suo parvulo salutato arctiori complexu, restim sumens, meditabatur se extinguere obstrictis faucibus laqueo. Sed fidelis ejus uxor non ignoravit ultimum infortunium sui mariti; at violenter irruens utraque manu in nexum feralem, Tantumne, ait, exterritus es malo præsenti, ut mentem amiseris, neque consideres hoc fortuitum remedium, quod providentia Deum tibi suppeditat? Si enim rationem habes adhuc alicujus rei in hac extrema procella fortunæ, audi me attente: duc asinum illum peregrinum in

pr. *illo.* Id.—2 Palat. *altius scalæ.* Elmenhorstius. Oxon. Guelf. pr. *altiscule*, Guelf. sec. *altiuscalæ.* Oud.—3 Oxon. *atque*, Guelf. pr. *adeoque.* Id.—4 Bert. *deprehensa.* Elmenh. Male. Vide Pric. Abest *coquus* a Fux. *Oud.*—5 D'Orv. *flagitantes.* Id.—6 Idem, *ultraque.* Colv. Legerim *ultra quam.* Brant. Perverso judicio et contra Appuleii genium. Alibi: 'Pavens et utcumque metuens.' Vide ad lib. IV. p. 68. 'Utcumque nimia virtus.' *Oud.*—7 *Altius filio consalutato.* Potius legendum: *artius fil. s. p. c.* Colvius. Ingeniose rescripseris: *artius filio s. p. consaviato.* Wowerius. Wower. *arctius f. s.* Bene. *Elmenh.*—8 D'Orv. *fidem.* Oud.—9 Pith. *præsente.* Id.—1 *Ist. rem.* Ms. *id tenuere.* Colv.—2 *Resipiscis.* Fux. *recepistis.* Roaldus. *Respicis.* Sic idem liber. Al. *resipicis.* Vulg. *resipiscis.* Colvius. *Resipiscis.* Ita Bert. Ald. et Venet. Alii, *respicis.* Elmenh.—3 Pith. *modo.* Oud.—4 Pal. *ductum.*

NOTÆ

[r] *Altius,* [*Arctius*] *filio suo parvulo consalutato*] Mos est perituris aut peregre proficiscentibus complecti et osculari suos.

[s] *Mortem sibi nexu laquei comparabat*] Ut vel sic domini sævitiam evitaret. Seneca: 'Iracundus dominus quosdam ad fugam coëgit, quosdam ad mortem.'

jugula, femusque[5] ejus ad similitudinem perditi detractum, et accuratius[6] in protrimentis[7][t] sapidissime percoctum,[8] appone domino, cervini vicem.[9] Nequissimo verberoni sua placuit salus de mea morte; et, multum conservæ[u] sagacitate laudata,[1] destinatæ jam lanienæ[2] cultros acuebat.

aliquem locum dissitum, atque eum jugula ibi, et amputa ipsi coxam ad formam illius, quam perdidisti, et loco cervinæ appone eam hero studiosius coctum, et conditam in minutalibus. Placuit pessimo illi mastigiæ quærere vitam sibi mea nece ; et valde laudato ingenio suæ conjugis acuebat quoque cultros ad me interficiendum, ut decreverat.

Id.—5 *Femurque.* Flor. duo, *femus*, Pal. *fænus*, male. *Elmenh.*—6 Ed. Bas. pr. *accurius.* Oud.—7 Ms. *prostrim.* Dico de hoc ad librum x. infra. *Colv.* Palat. et Guelf. sec. item *prostrim.* inepte. Salmas. *intrimento sapidissimo.* Oud.—8 *Decoctum.* Flor. *percoctum.* Elmenh. Accedunt Reg. Fux. Oxon. D'Orv. Palat. et Ed. Junt. post. Quare id cum Salm. Elmenh. Scriv. ac Florido recepi. Sic l. IV. p. 68. 'Sapore percocta pulmenta.' Oud.—9 *C. vice. Cervi* Ald. Sed leg. *cervinæ.* Intellige carnis. Ita enim absolute dixerunt et 'bubulinam,' 'agninam.' Apud Plautum 'vervecinam,' et alia, quomodo Græci τὸ ἐλαφεῖον. *Roald.* Bert. *cervi in vicem.* Elmenhorstius. L. *cervinæ*, ut 'ovilla,' 'suilla.' Vide ad Petron. *Burm.*—1 *Sag. laud.* Inverso ordine hæ voces exaratæ sunt in Reg. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. sec. *Oud.*—2 Idem, *destinata et laniene.* Emendat Lipsius : *destinatæ jam lanienæ.* Colv. Melius in Fulv. *destinatæ jam lanienæ.* Wower. Recte Ms. *destinatæ etiam lanienæ.* Sciopp. in Symbola. *Destinatæ lanienæ.* Vulgo, *destinata lanena.* Elmenh.

NOTÆ

[t] *In protrimentis*] Edulia sunt minutatim trita et concisa.

[u] *Conservæ*] Uxoris. Supra : 'Habens ex eodem famulitio conservam conjugem.'

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER IX.

Sic ille nequissimus carnifex contra me manus impias obarmabat.[1] At ego, præcipitante consilium [2] periculi tanti præsentia, nec expectata diutina cogitatione, lanienam [3] imminentem fuga vitare statui; protinusque vinculo, quo fueram deligatus, abrupto,[4] cursu me proripio totis pedibus, ad tutelam salubrem [5] crebris calcibus velitatus: illicoque me, raptim transcursa proxima [6] porticu, triclinio, in quo dominus ædium [7] sacrificales epulas cum sacerdotibus Deæ cœnitabat, incunctanter [8] immitto. Nec pauca

Sic ille scelestissimus tortor instruebat nefarias manus adversus me. Verum ego decrevi absque mora longæ deliberationis declinare fugiendo carnificinam mihi impendentem, quia instantia tanti discriminis cogebat me e vestigio sumere consilium. Et rupto statim loro, quo alligatus fueram, aufugio toto pedum conatu, calces frequenter jactans ad defensionem meæ salutis: decursaque celerrime proxima porticu, statim irrumpo absque cunctatione in cœnaculum, in quo dominus domus cum Deæ sacerdotibus epulabatur carnibus victimarum, quas immolaverat; et irruendo frango

1 D'Orv. *obarmat.* Oud.—2 Lib. Vet. *consilio.* Colv. Item Oxon. et Guelf. ambo, *consilio.* D'Orv. *tanti per.* Oud.—3 Pith. *lanienem.* Id.—4 Nihil ambigo, quin in Ms. fuerit *arupto.* Ibidem illi scribebant *afuisse:* quod membranei codices passim retinent: etsi frequenter ea interpolent librarii, et pro iis nobis supponant *abrupto, abfuisse:* qua de re nos alias. *Stewech.* Ful. *obrupto,* ut apud Horat. in antiquis libb. 'Obrumpens caro vincula Pirithoo.' *Wower.* *Arrupto.* Ms. *obrupto.* Quod probat Fulvius, et testatur apud Horatium similiter legi in Ms. 'Obrumpens caro vincula Pirithoo.' *Sciopp. in Symb.* *Abrupto.* Fulvii liber, *obrupto.* Vulgo, *arrupto.* Elmenh.—5 Fux. *t. salutis.* Roaldus. B. M. *ad t. salutis.* Puteanus. *Salutis.* Vulgo, *salubrem.* Elmenh.—6 Ita Mss. et Edd. constanter; nisi quod Floridus vulgaverit *prima:* quod unde hauserit nescio. *Oud.*—7 Pith. *æditum,* Guelf. pr. *ædius,* Guelf. sec. *ædius sacrificales.* Id.—8 *Incontanter.* Pal. D'Orv. Guelf. *incun-*

rerum apparatus [177] cibarii, mensas etiam, et id genus, impetu[9] meo collido atque disturbo. Qua rerum deformi strage, paterfamilias commotus, ut importunum atque lascivum,[1] me cuidam famulo curiose traditum, certo aliquo loco[2] clausum jussit cohiberi; ne rursum convivium placidum[3] simili petulantia[4] dissiparem. Hoc astutulo[5] commento scitule munitus, et mediis lanii[6] manibus ereptus, custodela salutaris[7] mihi gaudebam carceris. Sed nimirum nihil fortuna renuente licet homini[8] nato[a] dexterum[9] provenire: nec consilio prudenti, vel remedio sagaci,[1] divinæ Providentiæ fatalis dispositio subverti vel reformari potest. Mihi denique id ipsum[2] commentum, quod momen-

atque subverto multa ex ferculis, ipsasque adeo mensas et alia hujusmodi. Qua fœda rerum subversione percitus paterfamilias tradidit me servo cuidam, et præcepit, ut me diligenter includeret in certo quodam loco, veluti molestum et petulantem, atque ibi me coërceret, ne iterum disturbarem tranquillas epulas tali procacitate. Ibi, callide defensus meo solerti consilio, et extractus ex mediis manibus carnificis, lætabar quod custodirer illo salutari carcere. Verum, certe nihil fausti mortalibus potest contingere contra Fortunæ voluntatem: neque ordo immutabilis Providentiæ Divinæ potest mutari aut inflecti consilio solerti, vel medela callida. Denique illud

---

tanter. Id.—9 *Mensas etiam impetu.* Vulgo, *mensas et id genus, &c.* Colvius. Bert. Flor. et Rom. *m. e. et id genus.* Elmenh.—1 Pith. *lascivium.* Oud.—2 Pith. Edd. ante Colvium, *loco c. aliquo.* A Regio, Fux. abest τὸ *loco*, a Florent. et Pith. τὸ *jussit.* Id.—3 Lips. Oxon. Palat. Guelf. sec. *c. placitum*, frequentissima variatione. *Id.*—4 D'Orv. *petulentia.* Id.—5 *Hic astuto.* Fux. *Hoc austulo.* Ald. vero *astulo*, ex quo ego facio *astutulo*, quomodo infra p. 757. *Roald. Hic astulo.* Ms. *Hoc astulo.* Legam, *Hoc astutulo commento*, vel *astuto.* Colvius. *Hoc astulo c.* Flor. et Bert. *Hoc astulo c.* Colvius, *Hoc astutulo c.* Elmenh. Corrigebam, *Hoc catulo.* 'Cata dicta' acuta dicta apud Varron. VI. de Ling. Lat. Sed placet Colvii conjectura. Mox hoc lib. 'Mulier callida et ad hujusmodi flagitia perastutula.' *Brant.*—6 Scriptus, *laniis manibus.* Colv. Abest *et* a Fux. et Ed. Bas. *Oud.*—7 Aldus, *salutari.* Elmenh. Item Junt. pr. et Colin. *Oud.*—8 Prave D'Orvill. *hominum.* Adi ad l. I. p. 11. 'Resistere vir natus mulieri non potueris.' *Id.*—9 D'Orv. *dextrum.* Id.—1 *Cons. prudentis, vel rem. sagacis.* Vulg. *consilio prudenti vel rem. sagaci.* Colvius. *C. prudenti v. r. sagaci.* Sic Mss. omnes. Vulgo, *c. prudentis v. r. sagacis.* Utraque lectio tolerari potest. Vide me ad Minutium fol. 19. *Elmenh.* Multo elegantius est *prudenti* et *sagaci;* quod male immutavit Colvius, invitis etiam Mss. meis, Pith. Guelf. pr. D'Orv. Oxon. Par. sequentibus tamen eum Vulc. Merc. Wow. et Pricæo. *Oud.*—2 Edd.

NOTÆ

[a] *Homini nato*] Sic in Apologia Noster: 'An tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato, quam formam suam?' Eodem sensu Catullus dixit: 'Unicuique dedit vitium natura creato.'

tariam[3] salutem reperisse videbatur, periculum grande, immo exitium præsens[4] conflavit aliud. Nam quidam subito puer, mobili[5] ac trepida facie, percitus, ut[6] familiares inter[7] se susurrabant, irrumpit[8] triclinium, suoque annuntiat domino, de proximo angiportu canem rabidam[9] paulo ante per posticam[1] impetu[2] miro sese direxisse: ardentique prorsus furore venaticos canes invasisse, ac dehinc proximum petisse[3] stabulum, atque ibi pleraque jumenta incurrisse pari sævitia; nec postremum saltem ipsis[4] hominibus pepercisse. Nam Myrtilum[5] mulionem,[b] et Hephæstionem coquum,[c] et Hypatavium[6][d] cubicularium, et

ipsum consilium, quo videbar incolumitatem invenisse repentinam, creavit mihi aliud ingens periculum, vel potius mortem ipsam. Quidam enim servulus (ut postea audivi domesticos inter se demissa voce narrantes) immittit se in cœnaculum, perturbatus, vultu instabili ac trepidanti, refertque suo hero canem furiosam ex proximo vico paulo ante accurrisse mira celeritate per posteriorem januam, atque irruisse in canes venaticos fervida prorsus rabie: deinde vero ivisse in proximum stabulum, ibique invasisse maximam jumentorum partem simili furore; nec denique abstinuisse saltem ab ipsis hominibus. Myrtilum enim mulionem, et Hephæstionem coquum,

ante Beroald. *ad i.* In Palat. Guelf. sec. haud invenias τὸ *id.* Idem.—3 Mss. *momentaneam.* Colvius. Bert. *momentaneam.* Elmenh. Adde D'Orvill. et Inc. Sed alterum amat Auctor. Vide l. II. p. 40. V. p. 96. X. p. 229. Sic supra *extrarius* abiit in *extraneus* l. VIII. p. 168. Dein *peperisse* malebat vir doctus. *Oud.*—4 Edd. ante Colv. *præs. exit.* cum Pith. Fux. Guelf. pr. *Id.*—5 Idem, *nobili.* Colvius. Ms. *nobili.* Forte *nubila.* Brant.—6 Ms. Incert. *ubi.* Oud.—7 Reg. Flor. D'Orv. *intra.* Pith. *susurrabunt.* Id.—8 Oxon. Guelf. pr. D'Orv. Edd. Vic. Juntinæ, Ald. *irrupit;* nec male, licet sequatur præsens. De quo alibi sæpius. *Id.*—9 Fux. *can. rabidum.* Sed vide quæ scripsi infra. *Roald.* In Reg. et Oxon. est *rabidum.* Vide ad l. VIII. p. 154. 164. *Oud.*—1 Oxon. Fux. Guelf. pr. *posticum.* Id.—2 Bert. *impetuoso miro,* mire. *Elmenh.* Immo in Bert. est *impetu suo m.* D'Orv. *sese imp. miro.* Oud. —3 *Petiisse.* D'Orv. Fux. Guelf. pr. Edd. Vic. Ber. Juntinæ, Aldi *petisse.* Bene. *Id.*—4 Abest τὸ *ipsis* a Palat. *Id.*—5 *Mitillum.* Hæc scriptura in membranis; cusa ubique, *Myrilium.* Quid si *Myrtilum?* Notum de Myrtilo, Œnomai auriga. Etiam hoc nomine scriptor vetus apud Arnob. lib. III. *Colv. Myccilum.* Aldus *Mitylium.* Rom. *Mytilum.* Palat. *Myrtillum.* Colvius et Flor. *Myrtilum.* Bene. Vide Lactantium ad Statii Thebaid. p. 130. 134. 209. *Elmenh.* B. M. *Mirtellum.* Sic pro *Hypatavum* B. M. *Hispasium.* Vide Colvium, cujus conjectura confirmatur utroque textu manuscripti. *Putean.*—6 Ms. *Hyspasium.* Colvius. *Hypatium.* Flor. *Hypatarium.* Alii,

NOTÆ

[b] *Myrtilum mulionem*] Myrtilus nomen est aurigæ Œnomai; cujus fraude Œnomaus, dissoluto curru, excussus in curuli certamine, cervicem sibi fregit, fuitque a Pelope victus: qui mercedis loco perfidum Myrtilum in mare projecit, Myrtoum postea dictum, ab illius nomine. Huic cognominem facit mulionem hunc Apuleius.

Apollonium medicum, immo vero et plures alios ex[7] familia, abigere tentantes, variis morsibus quemque lacerasse: certe venenatis morsibus contacta[8] nonnulla jumenta efferari jam simili rabie.[9] Quæ res omnium statim percussit[1] animos: ratique, me etiam[2] eadem peste infectum[3] ferocire, arreptis cujuscemodi[4] telis, mutuoque ut exitium [178] commune protelarent[5] [e] cohortati, ipsi potius eodem vesaniæ[6] morbo laborantes, persequuntur. Nec dubio me lanceis illis vel[7] venabulis, immo vero et bipennibus, quæ

et Hypatium cubicularium, et Apollonium medicum, atque etiam plures alios familiares, dum conantur eam fugare, fuisse demorsos ab ipsa singulos variis morsibus: aliqua sane jumenta, quæ lacerata fuerant morsibus virosis, jam corripi simili furore. Quæ res perculit cunctorum mentes, et ipsi, putantes me correptum eodem morbo, sumtis armis omnis generis insequuntur me, hortantes se invicem ad propulsandam communem pestem; at ipsi, potius quam ego, correpti erant eodem morbo furoris. Atque haud dubie me discerpsissent in frusta illis hastis et spiculis, atque etiam securibus, quæ arma servi

Hypatavium. Colvii liber, *Hispasium.* Elmenh.—7 Oxon. Guelf. pr. *de.* Vide ad l. VIII. p. 152. *Oud.*—8 Idem, *contrectata.* Colvins. Pal. et Flor. *contracta n. j. effera simile rabie.* Colvii liber, *contrectuta n. j. e.* Bert. *contacta n. j. efferata simili r.* Elmenh.—9 Vulgo est, *efferata sim. r.* Colvius. *Efferari jam,* ut bene rescripsit cum seqq. Colvius, habent quoque Flor. Fux. et D'Orvill. et alii; unde per contractionem vulgaris ante lectio *efferatas* fuit nata. *Oud.*—1 Cod. Inc. *perculit.* Id.—2 *Etiam.* Pith. *in.* Id.—3 Par. Guelf. pr. *infestum.* Oxon. *inf. ferociter.* Id.—4 *Hujuscemodi.* Fux. bene, *cujusquemodi.* Nam nulla antea telorum mentio fit. Sic pag. 214. 'Omnes nefarium execrati sumtis cujusquemodi telis.' Eo modo bis peccatum infra, p. 879. in illis verbis 'Ut pecua hujusmodi:' et pag. 1081. 'Partim figuris hujuscemodi animalium.' Legendum enim ex fide Mss. *cujusquemodi.* Roaldus. *Cujuscemodi.* Iidem, *hujuscemodi.* Sic supra l. II. 'Raptim cujuscemodi telis insequuntur:' et lib. VIII. etiam repositum nobis: 'Et cujuscemodi vocibus inhortantur.' Bis item infra lib. XI. ubi vulgo passim *hujusmodi.* Lucret. lib. III. 'Et cujuscemodi formarum vertere in ora.' Cujuscemodi, seu cujusquemodi, id est, cujuscumque generis, modi, qualiacumque. *Colv.* —5 Mss. *pdelarent.* Colv.—6 *Potius ves.* Fux. *p. eodem v.* Roaldus. *P. eodem ves.* Pronomen *eodem* nusquam vulgo. In scripto libro etiam *beranie* pro *vesaniæ.* Colv.—7 *Et.* Malim cum Pricæo et Appuleiano more *vel,* auctoritate Mss. Pal. Oxon. Fux. Pith. Par. D'Orvill. *Venaculis* in Ed. Vi-

NOTÆ

[c] *Hephæstionem coquum*] Nomen coquo accommodatum. Ἥφαιστος enim Græcis Vulcanus est, ignis, fabrorum, et culinæ Deus.

[d] *Hyp.* [*Hypatium*] Sic Pricæus habet, et Elmenhorstius. Alii *Hypatavium.* Ms. Oxon. et Colvius *Hyspasium.*

[e] *Exitium commune protelarent*] Nempe occidendo me, a quo timebant ne morderentur, similique corriperentur rabie.

facile famuli subministrabant,[8] membratim compilassent; ni, respecto subiti periculi turbine,[9] cubiculum in quo mei domini devertebant protinus irrupissem. Tunc clausis obseratisque super me[1] foribus obsidebant locum; quoad, sine ullo concessionis[2] [f] suæ periculo, pestilentiæ letalis pervicaci rabie[3] possessus ac peresus, absumerer.[4] Quo facto, tandem libertatem nactus, solitariæ fortunæ munus amplexus, super constratum[5] lectum abjectus, post multum equidem[6] temporis somnum humanum quievi. Jamque clara die, mollitie cubiculi refota[7] lassitudine, vegetus exsurgo: atque illos, qui meæ tutelæ pervigiles excubias agitaverant,[8] ausculto de meis sic altercare[9] fortunis: Ad-

facile suppeditabant; nisi ego, considerans repentini discriminis procellam, statim irruissem in cubiculum, in quod mei domini se recipiebant. Tunc, janua super me clausa atque obserata, cingebant cubiculum; donec ego consumerer, occupatus atque corrosus contumaci furore illius mortiferæ pestis, sine ullo congressus sui periculo. Quo facto, reperta tandem libertate, utens beneficio solitudinis, quod mihi sors offerebat, meque reclinans in torum, qui ibi stratus erat, dormivi humano somno, quod quidem jamdudum mihi non evenerat. Discussaque fatigatione molli lecto, surgo alacris die jam provecto: et audio eos, qui invigilaverant tota nocte meæ custodiæ, sic inter se disputantes de mea sorte: Sed putamusne hunc miserum asinum

cent. et Ms. Pith. *Oud.*—8 Fux. *subministraverant.* Roald. In eodem *subministraverant.* Colvius. Flor. *subministraverant.* Elmenh. Adde D'Orvill. atque ita expressit Scriverius. Pal. et Oxon. *subministraverunt.* Dele τὸ *ve.* Oud.—9 Vitiose Ed. Ber. *turbidine.* Id.—1 *Super me.* I. e. post me. Desunt Ms. D'Orv. Sed consule Priceum, et Boxhorn. ad Suet. Aug. c. 43. 'Super se subsellio secundo collocavit.' *Foribus super me* Fux. *Id.*—2 Lipsius malit, *congressionis.* Colv. Elmenh. An *contagionis? correptionis?* Wass.—3 Rom. *rabia.* Elmenh.—4 Codex vet. *assumerer.* Colv. Sic Fux. et Guelf. *Adsum* Pith. sed D'Orvill. *obsumerer.* Oud.—5 *Constratum.* Idem, *constructum.* Colv. Ut semper hæc variant. Vide ad Sueton. Ner. c. 48. 'Super lectum pallio strato instructum.' *Oudendorp.*—6 Bert. *eodem.* Elmenhorstius. Citra necessitatem Pricæus ad Apol. p. 160. invitis omnibus Mstis, legit, *post aliquam multum eq. t.* licet sæpius ita loquatur Auctor, ut vidimus quoque lib. I. p. 17. 'Post aliquam multum temporis.' *Oud.*—7 Guelf. sec. *referota.* Id.—8 Guelf. ambo, *agitaverunt.* Id.—9 *Altercari.* Fux. *altricare.* Roaldus. *Altercare.* Vulg. *altercari.* Colvius. Rom. et Bert. *altercari.* Elmenh. *Altercari* quod. O. habent ante Colvium, excepta Junt. post. Mstis consentiente. Adi ad lib. II. p. 21. et lib. VI. p. 126.

NOTÆ

[f] *Concessionis*] Beroaldus exponit, ingressionis et introitus. Lipsius, congressionis, quod magis placet; ut enim 'incedere pedibus' et 'ingredi pedibus' unum idemque significant, quidni etiam 'concedere' aliquando idem sonet ac, congredi?

huccine[1] miserum istum asinum jugi furore jactari credimus? immo vero jam virus, increscente[2] [g] sævitia, prorsus extinctum. Sic opinionis variæ terminum[3] ad explorationem conferunt:[4] ac de rima quadam[5] prospiciunt, sanum me atque sobrium otiose consistere. Jamque ultro[6] foribus patefactis, plenius, an sim jam mansuetus,[7] periclitantur. Sed unus ex his, de cœlo scilicet missus[8] mihi sospitator, argumentum explorandæ sanitatis meæ tale[9] commonstrat[1] ceteris: ut aquæ recentis completam pelvem[2] offerrent

agitari perpetua rabie? Immo sane venenum penitus extinctum est furore requiescente. Sic sententiarum diversitas eo conspiravit, ut dicerent faciendum esse periculum: et aspicientes per fissuram quandam vident me tranquille stare sanum atque sobrium. Jamque aperta ultro janua explorant amplius utrum jam essem mitigatus. At unus inter illos, missus nempe de cœlo, qui me servaret, indicat reliquis hujusmodi rationem observandi an sanus essem: ut nimirum offerrent mihi ad bibendum vas

---

'Altercant de mea nece.' In Pith. *altercaretur.* Oud.—1 *At hunccine.* Fux. *Adhuccine.* Roaldus. Ms. *Adhunccine.* Forte *Adhuccine.* Adhuccine, id est, Adhucne? ut, Siccine? *Colv.* Mss. omnes, *Adhuccine.* Elmenhorstius. Ms. *Adhunccine:* unde Colvius *Adhuccine,* bene. *Brant.*—2 *Inquiescente.* Contra vulgarii, *increscente,* præter Auctoris mentem. *Colv. Increscente.* Expressi Mss. lectionem. Alii *inquiescente* habent. Ambros. Serm. XXVII. 'Increscente morbo non medicus, sed prævaricator in culpa est.' *Elmenh.*—3 Guelf. sec. Pal. *terim.* Oud.—4 Palat. a m. pr. *conferte,* a m. sec. *confert:* uti in Guelf. sec. *Id.*—5 *Quidam.* Fux. *quadam.* Roaldus. Plerique, *quadam.* Colvius. *Quadam.* Vulgo, *quidam.* Elmenh. Istud *quidam* male irrepserat primum in Ed. Bas. sec. et hinc porro. Sed recte Wower. Pric. et Flor. *quadam* edidere. *Oud.*—6 Par. *intro,* Guelf. pr. *in ultro,* et pro *jamque* in Ms. Lips. *atque.* Id.—7 *Plenius an jam mansuefactus.* Forte melius sit scribi *planius:* quod per rimas primum conspicati, id postea aperta janua de plano cognoscunt. *Stewech.* Ald. *mansuetus.* Fux. *percunctantur.* Quemadmodum et infra ἀντὶ τοῦ *percunctaberis* habuit Ms. *periclitaberis.* Eadem pervicacia dicam, an pertinacia mutatum supra pag. 41. 'Quibus aliud periclitantium,' præfert Ms. *Q. a. percunctantium.* Roaldus. Scriptus, *percontantur.* Quod si verum, retinendum etiam supra lib. VIII. 'Facile percontaberis, videns quam grandem tibi demonstret patientiam:' ubi tamen ex eodem libro emendavimus, *Facile periclitaberis.* Colvius. Mss. *mansuetus.* Elmenh.—8 *De c. m.* Fux. *de c. sc. m.* Roaldus. Ms. *de c. scilicet m.* Sciopp. in Symbola. *De c. scilicet m.* A vulgatis abest τὸ *scilicet.* Vide Notas ad Minut. fol. 36. *Elmenh.* Nempe τὸ *scilicet* vel *s.* ut passim in Mss. et Edd. Vett. apud Nostrum est, addunt quoque Florent. Reg. D'Orv. Pith. Guelf. uterque, Oxon. Ed. Junt. post. ac recte Scriverius Floridusque secuti sunt Elmenhorstium, qui male id deleri volebat. Lib. III. p. 61. 'Pessima scilicet sorte:' ubi vide. *Oud.*—9 Pith. *talem.* Id.—1 Pal. Guelf. sec. Codd. *monstrat.* Id.—2 Oxon. *pelvim.* Edd.

NOTÆ

[g] *Incresc.* [*inquiescente*] Pro, quiescente, ut 'incognoscere,' 'inconcupiscere,' et talia apud hunc scriptorem.

potui meo. Ac, si intrepidus, et more solito sumens, aquis allubescerem,[3] sanum me, atque omni morbo[4] scirent expeditum: contra vero, si visum contactumque[5] laticis vitarem[h] ac[6] perhorrescerem, pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare. [179] Hoc[7] enim, libris etiam pristinis[8] proditum, observari solere. Isto placito, vas immane confestim aquæ pellucidæ de proximo petitæ fonte,[9] cunctantes[1] adhuc, offerunt mihi. At ego sine ulla mora progressus, etiam obvio gradu satis sitienter, pronus, et totum caput invergens,[2] salutares vere equidem illas aquas[3] hauriebam. Jamque et plausus manuum,[4] et aurium flexus, et ductum capistri, et quidvis aliud periclitantium,[5] placide

plenum aquæ recenter haustæ: et, si libens accederem ad aquas absque timore, biberemque secundum meam consuetudinem, agnoscerent me esse sanum, atque liberatum ab omni ægritudine. Contra vero, si fugerem, ac reformidarem aspectum, et tactum liquoris illius, manifestum esse nocuum furorem adhuc constanter durare. Id quippe scriptum esse in antiquis libris, et experientia comprobari. Probato hoc consilio, objiciunt mihi statim, adhuc dubitantes, vas ingens plenum aqua limpidissima hausta ex proximo fonte. Ego vero, cum protinus processissem ipsis obviam cum sat magna siti, bibebam illas aquas, mihi quidem revera salutares, inclinans me, et intingens totum caput. Jamque tranquille ferebam et palpari me eorum manibus, et remulceri mihi aures, et me duci capistro, et quicquid aliud faciebant experiendi gratia; donec

Juntinæ, Ald. *offerret*. In Pith. non est *meo*. Id.—3 Membranæ, *allibescerem*. Colvius. Alii, *allibescerem*. Flor. *allibascerem*. Elmenh. *Adlibescerem* vel *allib.* est in Mss. plerisque et Edd. Vett. *allitescerem* Oxon. *allabescere* Pal. Guelf. sec. *Oud.*—4 Fux. *ab omni m.* Id.—5 Oxon. Fux. Guelf. pr. *contractum*, D'Orv. *c. eticis*. Id.—6 Oxon. Guelf. pr. *atque*. Id.—7 Passim, *Hæc*. Colv. Contra Mss. O. in Edd. Colvio prioribus est *Hoc*. Oud.—8 In Edd. iisdem, *prist. etiam*, D'Orvill. Guelf. pr. *prestinis*. Gulielmius emendat *priscis*. Oxon. Guelf. pr. *observare*. Id.—9 D'Orv. Pith. Guelf. sec. *petito*. Pal. Guelf. pr. *fontis*. Id.—1 Pal. D'Orv. Guelf. pr. Oxon. Par. Inc. ut passim, *cantantes*. D'Orv. Edd. Ber. *adhæc*, Pith. *adhoc*, Ed. Vic. *adhac*. D'Orv. *conferunt*, et *sienter* Ed. Vic. *Id.*—2 Fux. *caput vergens*. Forte *immergens*. Roaldus. Ms. *vergens*. Malim *mergens*. Ber. *immergens*. Colv. Ms. *caput vergens*. Fulvius conjicit legendum, *totus in caput vergens*, id est, cernuus. *Sciopp. in Symbola*. *Caput vergens*. Ita Mss. omnes. Vulgo, *t. c. mergens*. Fulvius, *totus in c. vergens*. Elmenh.—3 Idem liber τὸ *aquas* non habet. *Colv.* Neque Ed. Merceri. *Illam* Pith. *Oud.*—4 Alii, *manus*. Elmenhorstius. *Manuum* cum Edd. Junt. post. Elmenh. Scriv. Flor. recepi fide Codd. Florent. Inc. D'Orvill. ac Fux. In ceteris *manus*. Oud.—5 Iterum hic scriptum, *percontantium*. Colvius. Oxon. Guelf. pr. *quidquidvis*. In D'Orv. et Fux. *percunctantium*. Vide supra. *Aliud*

NOTÆ

[h] *Si visum contactumque laticis vitarem, &c.*] 'In morsis,' inquit Plinius, 'letalis aquæ metus est.' Unde etiam hic morbus Græcis ὑδροφοβία dicitur.

patiebar; quoad, contra vesanam[6] eorum præsumtionem, modestiam meam liquido cunctis approbarem. Ad istum modum vitato duplici periculo,[i] die sequenti rursum divinis exuviis[7] onustus cum crotalis et cymbalis circumforaneum mendicabulum producor[8] ad viam. Nec[9] paucis casulis atque castellis oberratis, devertimus[1] ad quempiam pagum urbis opulentæ[2] quondam, ut memorabant incolæ, inter semiruta[3] vestigia conditum: et, hospitio proximi stabuli recepti,[4] cognoscimus lepidam de adulterio cujusdam pauperis[k] fabulam: quam vos etiam cognoscatis volo. Hic[5] gracili pauperie laborans, fabriles operas præbendo,[6] parvis illis mercedibus vitam tenebat. Erat ei[7] tamen uxorcula, etiam satis quidem tenuis et ipsa, verumtamen[8] postrema[9] lascivia famigerabilis. Sed die quadam, dum ma-

manifeste probarem omnibus meam mansuetudinem, contra insanam opinionem, quam de me præconceperant. Sic elapsus e gemino discrimine, postero die iterum educor ad iter, oneratus spoliis Deæ, cum crotalis et cymbalis mendicaturus per vicos. Multisque pererratis domunculis rusticorum et castellis, venimus in vicum quendam exstructum inter ruinas urbis, quæ dives olim fuerat, ut incolæ referebant. Cumque nos recepissemus in proximum diversorium, audivimus facetam narrationem de adulterio cujusdam pauperis: quam volo vos etiam scire. Ille angusta admodum egestate pressus, locando operas suas ad fabricandum, sustentabat vitam suam mercedulis, quas inde percipiebat. Habebat tamen ille uxorem, et ipsam quidem etiam pauperculam, sed tamen famosam ob summam impudicitiam. At, quodam die, dum ille ibat mane

non visitur in Fux. *Oud.*—6 Oxon. *vexanum.* Id.—7 D'Orv. *excubiis*, Guelf. pr. *exubiis.* Id.—8 Vetus, *ducor;* id est, conducor. *Colv.* In Coll. Voss. est *conducor.* Sed pessime. *Oud.*—9 Oxon. Guelf. pr. *Nam.* Guelf. sec. *causulis.* Id.—1 Sic rursus Flor. Pith. Lips. D'Orv. Oxon. non *div.* ut in Edd. vulgo. *Id.*—2 Bert. *opulentum.* Elmenh. Item Pith. *Memorabatur* Fux. *Oud.*—3 Idem, *semirupta.* Colv.—4 Oxon. *receptu.* Oud.—5 Ubique ante, *Is.* Colvius. Flor. *Is.* Elmenh. Præter illum et Pith. Mss. reliqui habent *Hic*, Colviumque secuti sunt Vulc. Merc. Wow. Pric. *Gratiæ* Guelf. pr. *Oud.*—6 Ms. *phedens.* Elmenhorstius. *Præhendens* Ms. Lego *præhibens.* Plaut. Mercat. in fine: 'Si quis prohibuerit, plus perdet clam, quam si præhibuerit palam.' *Brant.*—7 *Ei.* Fux. *etiam.* Oud.—8 *Etiam s. q. t. et ipsa, v.* Hæc omnia absunt a libro scripto. *Colv.*—9 *Extrema.* Sic Bert. quomodo infra hoc lib. pag. 157. 'Nefarium et extremum facinus.' Sed nihil interest, *extrema*, an *postrema* legas.

NOTÆ

i *Duplici periculo*] Illo namque, quod a coquo ipsi impenderat, secandæ coxæ; et hoc, quod propter vesanam opinionem furoris subiverat.

k *De adulterio cujusdam pauperis*] Observa hic 'adulterium' pro contumelia illata viro per uxoris adulterium.

tutino ille ad opus susceptum [1] proficiscitur, statim latenter irrepit ejus hospitium temerarius adulter. Ac, dum Veneris colluctationibus securius operantur, maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tunc [2] tale suspicans, improvisus hospitium repetit. Jamque clausis et obseratis [3] foribus, uxoris laudata continentia, januam pulsat, sibilo etiam præsentiam suam denuntiante.[4] Tunc mulier [180] callida, et ad hujusmodi flagitia perastutula, tenacissimis amplexibus expeditum hominem, dolio, quod erat in angulo semiobrutum,[1] sed alias vacuum, dissimulanter abscondit: et, patefactis ædibus, adhuc [5] introëuntem maritum aspero [6] ser-

ad opus, quod susceperat, adulter valde audax protinus se penetrat clanculum in ejus domum. Dumque Veneri dant operam absque metu, maritus de improviso revertitur domum, nesciens quid gereretur, nihilque suspicans simile. Laudansque continentiam suæ uxoris, eo quod videret fores jam clausas atque obseratas, pulsat ostium, sibilo etiam significans se adesse. Tunc mulier astuta, et solertissima ad talia crimina, explicat hominem ex suis arctissimis complexibus, et eum clam occultat sub dolio, quod erat media sui parte defossum in angulo, sed tamen inane: et, aperta domo, objurgat etiam intrantem virum verbis gravioribus. Itane, inquit, incedes mihi

Cic. in Pison. 'Nihil est isto posterius, nihil æquius.' Et pro Sex. Rosc. 'Ut postremi homines alienis pecuniis locupletarentur.' Pacatus Panegyr. 'Omnium scelerum, postremorumque vitiorum.' Ex quo intelligas, falli eos, qui mutare volunt hæc lib. III. pag. 43. 'Tune, ultima, non cessas?' ut legatur scilicet, *Tune, milvina.* Nam est pag. 153. 'Ultima pistoris illa uxor.' *Sciopp. in Symb. Postrema.* Bert. et Aldus, *extrema*, quod perinde est, ut alii jam observarunt. *Elmenh.* Non Aldi Ed. sed Ms. Palat. habet *extrema*, quod nempe olim magis placuerat Scioppio Susp. lib. v. 23. Sed bene mutavit sententiam. Vide Elmenh. Indicem. Infra p. 201. 'Magnas et postremas domino clades annuntians.' *Oud.*—1 *Ad opus susc.* Sive, quod in se receperat, eo conductus. Nec contra Mss. participium hinc eliminandum est, cum Pricæo. *Id.*—2 *Etiam nunc.* Vulg. *etiam tum.* Colv. Colvium secuti sunt Wower. et Pric. Nec male, si Mss. addicerent. Vide ad Suetonium Oth. c. 9. et alibi. P. 184. 'Securus etiam nunc.' Sed Mss. et Edd. Vulc. &c. dant *etiam tunc.* In Pith. *etiam cum.* In Fux. et Edd. Vett. est *etiam tum.* Gulielmius pro *tale* volebat *mali* e Terentio. *Oud.*—3 Ed. Ber. male *observatis.* Id.—4 Guelf. pr. *denuntiando*, Ald. *denuntiant*, Junt. post. *denuntiat*, quod et vir doctus (Toll.) margini allevit. Sed vide ad lib. VIII. p. 180. Ed. Pric. *Id.*—5 D'Orvill. *ad hoc.* Id.—6 Bert. *asserto*: non bene. *Elmenh.* Edd. Vicent.

NOTÆ

[1] *In angulo semiobrutum*] Plin. lib. XIV. cap. 21. 'Mitiores plagæ doliis condunt [vinum] infodiuntque terræ tota, aut ad portionem situs.' Et paulo infra: 'Imbecilla vina demissis in terram doliis servanda, valida expositis.' Paulus Lege LXXVI. ff. de contrahenda emtione et venditione: 'Dolia in horreis defossa, si non sunt nominatim in venditione excepta, horreorum venditioni cessisse videri.'

mone accipit: Siccine, vacuus et otiosus, insinuatis manibus ambulabis mihi, nec, obito consueto labore, vitæ nostræ prospicies,[7] et aliquid [8] cibatui parabis? At ego misera et pernox et perdia [9] [m] lanificio nervos [1] meos contorqueo, ut[2] intra cellulam [n] nostram saltem [3] lucerna [4] luceat. Quanto me felicior Daphne [5] [o] vicina, quæ mero et prandio matutino saucia [6] [p] cum suis adulteris volutatur! [7] [q] Sic confu-

inanis, et otiosus, manibus in sinum conditis, neque incumbes solito operi, ut provideas nostro victui, et aliquid nobis emas quod edamus? At ego infelix digitos meos nocte dieque exerceo nendæ lanæ, ut saltem lampas luceat in nostra domuncula. Quanto fortunatior me est Daphne nostra vicina, quæ a primo mane ingurgitata vino atque cibis se pervolvit cum suis mœchis! Maritus sic objurgatus, Quidnam tibi

Junt. pr. Ald. *aspera*, et D'Orv. Ms. *servitione*. Forsan latet quid. Mox *accepit* Oxon. Pricæus e conjectura præfert *excipit*. Verum æque bonum est *accipere*, et a Cicerone sæpius hoc sensu usurpatum. Vide Nizolium in Thes. *Oud.*—7 Coll. Voss. Fux. Guelf. sec. Palat. *prospiciens*. Id.—8 *Et al.* Fux. *ad al.* Id.—9 *Et per diem*. Vulgatum ubique, *per noctem*. Colvius. Palat. Cod. *et per noctem et per diem*. Haud male alii, *et pernox et perdia*. Wower. *Pernox et perdia* Rom. et Aldus, *per noctem et diem*, male. Vide Indicem. *Elmenh.* Male Woverius, *per noctem et diem*. Idem in Add.—1 *Nerulos* pro *nervulos* est in Fux. *Oud.*—2 Ms. *et*. Colv. *Nostram* abest Oxon. *Oud.*—3 Ed. Beroald. *salutem*. Id.—4 Pith. *lanterna*. Id.—5 Coll. Voss. *daschene*, Palat. Guelf. sec. *dashene*, Oxon. Par. *dasyrie*, Guelf. pr. *dasrie*, D'Orv. *clasne*. Forsan nomen nondum erutum delitescere scribit Pricæus. Sed *Daphne* satis conveniens videtur. *Vic. mea* in Palat. Guelf. sec. *Id.*—6 Mutarunt in Paris. exemplari haud dubio ex sententia Beroaldi in *satia*; tamen etsi reclamant hæc ipsius Apuleii ex libro septimo: 'Et instantia validiore vinum immixtum, sed jam modico tepefactum vapore, sauciis illis et crapula vinolentiaque madidis ipse abstemius non cessat impingere.' Itidem alterum testimonium Ennii Alcestide: 'Hæc anus admodum friguttit, nimirum se sauciavit flore Liberi.' Qui versus apud Fulgent. in 'friguttit:' ubi scripserim, *rore Liberi*. Pari phrasi efferebat Apul. libro superiore: 'Cruorem præterfluentis aquæ rore diluere.' Apuleius lib. II. 'Mihi vero fatigationis hesternæ nunc saucio.' *Stewech.* Aldina editio, *satia*. Emenda ex lib. Ful. *satiata*. Wower. Si ita in Manuscripto reperit Colvius, equidem probo lectionem. Nam ita et Ennius: 'Flore se sauciavit Liberi.' Sed tamen Aldi editio habet *satia*, Fulvii liber *satiata*. Sciopp. in Symbola. Flor. unus, *satia*, Fulv. *satiata*. Elmenh.—7 *Voluptatur*. Ita rectius in scripto nostro aliisque

NOTÆ

[m] *Et pernox et perdia*] Sic lib. v. 'Et perdia, et pernox, nec inter amplexus conjugales desinis cruciatus.' Ad quem locum vide quæ notavimus.

[n] *Ut intra cellulam, &c.*] Id est: Ut habeamus unde emamus oleum alendæ lucernæ.

[o] *Daphne*] Nomen proprium vicinæ. Δάφνη Græcis laurus est, sed nihil ad mores hujus mulieris hoc etymon. Oxon. Ms. habet *Dasyrie*: sub quo (inquit Pricæus) fortasse nomen nondum erutum delitescit.

[p] *Mero et prandio saucia*] Vera est hæc lectio. Neque reponas *satiata*

tatus maritus,[r] Ecquid istuc[8] est? ait. Nam, licet forensi negotio officinator[9] noster attentus ferias nobis fecerit, tamen hodiernæ cœnulæ nostræ prospexi.[1] Vides istud[2] dolium, quod, semper vacuum,[3] frustra locum detinet tantum, et revera præter[4] impedimentum conversationis nostræ nihil præstat amplius? istud ego quinque denariis cuidam[5] venditavi: et adest, ut, dato pretio,[6] secum rem suam ferat. Quin itaque præcingeris,[7] mihique manum tantisper

vis? inquit. Quamvis enim magister nostræ officinæ, occupatus negotio forensi, coëgerit nos otiari, nihilominus providi nostræ cœnulæ hodiernæ. Videsne dolium hoc, quod, perpetuo inane, frustra occupat tantum loci? nihilque certe amplius præbet, nisi impedimentum nostræ habitationis? Vendidi illud quinque denariis cuidam: atque hic mecum venit, ut persoluto pretio auferat secum rem suam. Præpara ergo

editionibus veteribus. Reperi idem hoc *voluptandi* verbum apud Quintilianum Declamat. III. cui index 'Miles Marianus.' Ubi sic ex fide scripti Codicis Clarissimi Lipsii legendum est: 'Cum alii excubent armati, alii claustra portarum tueantur, alii vallum fossasque scutis innixi cingant, cibum ipsum stantes capiant, tribunus inter scorta voluptabitur?' Nam pariter etiam passim hic male vulgatum est, *inter sc. volutabitur*. Colv. Sic Rom. Codex Flor. *Volutatur*, *κυλίνδεται*. Tertull. 'Una orant, una volutantur.' *Elmenh.*—8 *Et quid istuc*. Flor. *Ecquid istic est*. Id.—9 Glossæ Veteres: 'Officinatores, *ἐργαστηριάρχαι*.' *Colv.* Guelf. pr. *efficinator*, Coll. Voss. *officinator*, D'Orv. *offiriator*, Fux. *officinatus*. Oud.—1 *Prospexit*. Vulg. *prospexi*. Colvius. Flor. *prospexi*. Elmenh.—2 Flor. *Videsis ut*. Idem. Item Bertin. *Vide scis ut d.* Pith. *Vides illud d.* D'Orv. Edidit Scriverius, *Videsis d.* Vulcan. Ed. sec. *Vide ist. d.* Conjecit Pricæus, *Videsne*, *i. d.* ut aliquoties in Nostro. Latet certe aliud quid. An *Videsis id dolium?* Oud.—3 Corrige ex Palat. *quod supervacuum*. Wowerius. Pal. *supervacuum*. Probe. *Elmenh.* Sequentes quoque Editores Scriv. Pric. Florid. ex unico illo Cod. reposuere *supervacuum*. Dubito an vere. Quia enim *semper erat vacuum*, ideo frustra detinebat *locum*, pro quo inepte in Edd. Junt. pr. Ald. *lucum*. Oud.—4 Pro *præter* in Palat. est male *propter*. Id.—5 Ms. *credo*. Colv. Τὸ *cuidam* delet Palatinus. *Elmenh.* Non inepte ex *credo* fingere posses *cerdo*, ut se ipse laudet et uxori jactet, quam studiosus sit lucri. Vide ad lib. II. p. 28. 'Negotiator quidam Cerdo nomine.' Ne tamen deleas τὸ *cuidam* cave. *Oud.*—6 Vitiose in D'Orvill. *adem. ut d. prono*. Id.—7 *Percingeris*. Fux. *præcing.* Roald. Lege, *præcing*. Wowerius. *Præcing*. Bert. *procing*. Aldus, *percing.* Elmenh. Ante Wowerium et seqq. sic jam bene ediderant Junt. Ed. post.

NOTÆ

pro *saucia*. Ennius in Alcestide laudatus a Fulgentio in verbo 'Frigut-tit:' 'Hæc anus admodum friguttit, nimirum se sanciavit flore Liberi.' Et Noster, lib. VII. 'sancium vinolentia' dixit, pro, ebrium. Prandium matutinum videtur esse, quod infra, hoc lib. 'jentaculum' vocat.

q *Volutatur*] Hæc lectio est Florent. Cod. quam Pricæus pluribus tuetur.

r *Confutatus maritus*] Simili sensu Terent. Phorm. Act. III. Scen. I. 'Confutavit verbis admodum iratum senem:' id est, convicit, exagitavit, objurgavit.

accommodas, ut exobrutum protinus tradatur emtori. E re nata fallacia, mulier [a] temerarium tollens cachinnum, Magnum, inquit, istum [8] virum ac strenuum negotiatorem nacta sum, qui rem, quam ego mulier, et intra hospitium contenta,[9] jamdudum septem denariis vendidi, minoris distraxit. Additamento pretii [1] lætus maritus, Et quis est ille, ait,[2] qui tanto [3] præstinavit? At illa, Olim, inepte,[4] inquit, descendit in dolium, sedulo soliditatem ejus probaturus. Nec ille sermoni mulieris defuit: [5] sed [181] exsurgens alacriter, Vis, inquit, verum scire, materfamilias? hoc tibi dolium nimis vetustum est, et multifariam rimis [6] hiantibus

te, et me tantillum adjuva, ut eruamus ipsum, et demus emtori. Dolosa mulier erumpens illico in audacem risum, Hic certe maritus, inquit, cui nupsi, præclarus vir est, et solers mercator, qui, quam ego rem jam pridem vendidi septem denariis, tametsi sim tantum mulier, et conclusa intra domum, eam vendidit viliori pretio. Maritus hilaris propter auctarium pretii, Quisnam ille est, inquit, qui tanti emit? Illa autem, Jamdudum, ait, o stulte, descendit in dolium, ut diligenter exploraret ejus soliditatem. Nec ille male respondit verbis mulieris, sed surgens inde promte, Vin' tibi verum dicam, ait, o materfamilias? tuum hoc dolium est nimis vetustum, et fractum

et Vulcan. Ed. sec. ut exhibent etiam Florent. Guelf. uterque, Oxon. D'Orv. Inc. et Lips. pro quo frequentius *accingeris* dicitur. *Ita* in Pith. *Oud.*—8 *Istud* Pith. Perperam Ed. Floridi caret τοῖς *istum virum*. In Edd. etiam aliquot prave *at*. Oxon. *nata*. Id.—9 *Contecta*. Fux. *contenta*. Roaldus. *Contenta*. Vulgo, *contecta*. Sic supra lib. IV. 'Parva, sed satis munita domuncula contentus.' Hoc ipso libro infra etiam restitui: 'Intra terminos pistrini contentus.' Item, 'Sed frondoso casulæ contentus umbraculo degeret.' Arnob. lib. I. 'Qua universi tegimur et continemur inclusi.' *Colv.* Pal. Bert. et Rom. Cod. *contecta*. Haud æque bene. Libro IV. 'Parva domuncula contentus:' et hic mox post: 'Intra terminos pistrini contentus.' *Elmenh.* Male τὸ *et* exulat ab D'Orv. Pal. Oxon. Guelf. et Edd. Wower. ac Pric. *Et* rursus valet, et quidem, ut sæpius. Vide Ind. Notarum. Mox *contexta* est in Exc. meis Pal. Cod. *contemta* in Guelf. sec. *contecta* in Pith. et Edd. ante Colv. obvio errore. *Oud.*—1 *M. distraxit. A. p.* Ibidem, *m. distraxit abditamento p.* Ms. *m. d. aditam p.* unde locum recte nobis correctum putamus. *Colv.*—2 *Ait* abest ab Ed. Bas. pr. *Oud.*—3 *Tanto pretio. Pretio* non erat in vulgatis. *Colv.*—4 Male Edd. pleræque jungunt *Olim inepte:* cum sit constructio: Olim descendit. Hoc enim adverbium omne genus temporis designat apud Comicos aliosque. *Oud.*—5 Fux. *s. m. contentus d.* sed superesse videtur. *Roald.*—6 *Rim.* Ms. Al. *nimis*. Colvius. Pal. *nimiis*

NOTÆ

[a] *E re nata fall.* [*fallaciosa*] *mulier, &c.*] Sic legit Pricæus, quanquam alii habeant, *E re nata fallacia, &c.* Commodus ex utraque lectione sensus potest elici: sed commodior tamen ex illa priore, quam servavi. *E re nata* sonat hic, subito. Donatus ad Adelph. Actu V. Scen. 3. 'Natum de rebus repentinis dicimus: ut supra: 'E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est, hera.''

quassum. Ad maritumque ejus dissimulanter[7] conversus, Quin tu, quicumque es, homuncio, lucernam, ait, actutum mihi expedis?[8] ut, erasis diligenter sordibus intrinsecus, aptum usui possim dinoscere. Nisi nos putas[9] æs de malo habere.[t] Nec quicquam moratus ac suspicatus acer et egregius ille maritus, accensa lucerna, Discede, inquit, frater,[u] et otiosus assiste, donec probe procuratum istud tibi repræsentem. Et cum dicto nudatus ipse,[1] delato lumine, scabiem[2] vetustam cariosæ testæ[w][3] occipit exscalpere.[4] At vero adulter, bellissimus[5] ille pusio, inclinatam

fissuris patentibus multis in locis. Convertensque se ficto vultu ad maritum ejus, Quin tu, inquit, o homuncio, quisquis es, protinus mihi affers lampadem, ut interius abradam fæces, et possim sedulo explorare an queat esse utile? Nisi forte credis nos habere pecuniam malis artibus partam. Atque sagax ille et præclarus vir nullatenus cunctatus, neque quicquam suspicans, accensa lampade, Abi istinc, inquit, o frater, et asta otiosus, quousque exhibeam tibi hoc dolium bene purgatum. Cumque hoc dixisset, exuit se, et, delata secum lampade, cœpit deradere antiquam fæcem

hiatibus. Wower. Ista potius est conjectura Wowerii, exsculpta e vitiosa Palat. Cod. scriptura, *nimis hiatubus.* Guelf. sec. *viniis.* Oxon. Guelf. pr. *quassatum est.* Oizel. citat *cassum* ad Gellii lib. xv. c. 16. 'Quercum rimis hiantem.' Sed vulgata recte se habent. Vide Pric. Oud.—7 Guelf. pr. *dissimulatione.* Id.—8 Vulgarii, *expedias.* Colv. Immo sic in solis est Edd. Basil. prave. Vide ad lib. VIII. p. 155. 'Quin equos inscendimus,' &c. D'Orv. Guelf. pr. *expedit.* *Tu* abest a Fux. In Oxon. *ad tutum.* Oud.—9 *Putetis.* Fux. *putas*, et Ald. *Roaldus.*—1 Palat. *esse*, D'Orv. Fux. *ipso.* Oud.—2 Rom. *scabiam.* Elmenhorstius.—3 Legendum, *cariosa testa.* Idem.—4 *Exsculp.* Vulg. *exscalp.* Colvius. *Exscalp.* Ita Pal. et Ald. Vulgo, *exsculp.* Elmenh.—5 Membran. *vilissimus.* Num *vinnulissimus?* Plautus: 'Oratione vinnula, venustula:' de quo cum cura elegantissimus Dousa noster Explanat. Plautin. lib. I. *Colv.* Flor. *vilissimus i. p.* male. *Elmenh.* Vulgata recta est. Plautus ead. fab. (Mercat.) '*Illam esse amicam tuam viri bellissimi.*' Brant.

NOTÆ

[t] *Nisi nos putas æs de malo habere*] Ideoque illud prodige effusuros, et emturos dolium fissum et nullius pretii. 'De malo habere,' pro, habere ex illicito lucro, Græcum est, ἐκ κακοῦ πορίζειν. Sapient. cap. 15. vs. 12. Ἐξ ἀδικίας κερδαίνειν. Isocrates ad Dæmonicum.

[u] *Frater*] Ignoti hominis compellatio.

[w] *Scabiem vetustam cariosæ testæ*] Fæcem induratam, quæ doliis adhærescit, quemadmodum scabies cuti. Dolia porro antiquitus erant plerumque fictilia, ideoque dicit 'testæ.' 'Cariosam' vero dixit testam, improprie. Nam caries est ligni et ossium putredo, quæ testæ non convenit. Cum ergo 'cariosam' legis, intellige, fæcibus induratis asperam, et scabram; quæ scabrities ligni cariem non male refert.

dolio pronam[6] uxorem fabri superincurvatus secure dedolabat.[7] [x] At illa,[8] capite in dolium demisso, maritum suum astu[9] meretricio tractabat ludicre. Hoc, et illud,[1] et aliud, et rursus aliud purgandum[2] digito demonstrat[3] suo: donec utroque opere perfecto,[y] acceptis septem denariis, calamitosus faber,[4] collo suo gerens dolium, coactus est ad hospitium adulteri perferre.[5] Pauculis ibi diebus[6] commorati, et[7] munificentia publica saginati, vaticinationisque crebris mercedibus suffarcinati[8] [z] purissimi[9] illi sacerdotes novum quæstus genus sibi comminiscuntur.[1] Sorte unica casibus pluribus enotata,[2] [a] consulentes de rebus variis plurimos

putrescentis dolii. * * * *Illa vero demittens caput in dolium deludebat maritum suum calliditate meretricia. Ostendit digito suo hoc, et illud, et aliud, atque iterum aliud defæcandum, quousque, absoluto* * * * *opere, miser ille faber coactus est, acceptis septem denariis, gestare dolium collo suo ad ædes mœchi. Cum devoti illi Sacerdotes ibi mansissent per aliquot dies, pinguefactique essent largitionibus populi, et onusti plurimis præmiis suarum divinationum, excogitant novum genus lucri. Commenti unum oraculum permultis casibus conveniens,*

—6 D'Orv. *pronem.* Oud.—7 D'Orv. Pith. *dedolebat*, Oxon. pr. Guelf. *dedolabrat.* Sed vide Beroald. *Id.*—8 Palat. Pith. Guelf. ambo, *Ast illa.* Ultima vox non est in D'Orvill. Dein *dimisso* Fux. *Id.*—9 Pal. *astui.* Id.—1 Oxon. Guelf. pr. *Hi et id*, Pal. *Hoc et istud.* Id.—2 Ms. *ad purg.* Colv.—3 *Dig. dem.* Palat. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. et Edd. ante Colv. *dem. digito.* Oud.—4 Oxon. *frater.* Id.—5 Sic malui, quam *proferre.* Colvius. Ms. *deferre.* Sciopp. in Symb. Sic et Pith. Sed *perferre* bene exhibent Mss. ceteri et Edd. Junt. post. ac Colvio posteriores. *Proferre*, quod in reliquis Vett. vulgatur, vix Latinum est. *Oud.*—6 *P. ibi d.* Ab his verbis in Ms. incipit liber Octavus. *Roald.* Fuxensi consentit Regius, et Incertus. *Oud.*—7 *Et* deest Fux. *Id.*—8 Palat. *suffarcti.* Male. Vide Beroald. Infra p. 197. 'Fœminam multis suffarcinat muneribus.' L. x. p. 222. 'Bellule suffarcinatus.' *Id.*—9 *Piissimi.* Vulgo, *purissimi.* Colv.—1 *Q. g. commin.* Coll. Voss. *quæstum s. e.* Oxon. Guelf. pr. *q. g. cibi reminisc.* Pith. etiam *cibi.* Deest vox in Fux. *Oud.*—2 *S. u. pro casulis pl. evocata.* In veteri editione Italica expressum vidi: *S. u. de*

NOTÆ

[x] *Dedolabat*] Donatus ad Eunuch. III. 3. 'Dolare lignum est, ascia cædere.' Ut faber lignum dedolabat, i. e. polibat, ita ille uxorem fabri, materiam multo molliorem, complanabat. *Pric.*

[y] *Utroque opere perfecto*] Perfecit opus suum maritus, cum dolii sordes erasit: et item adulter, dum inclinatam fabri uxorem dedolavit. *Beroald.* Disertam nequitiam! Bene, et 'perfecto.' Hesychius in Περίνα: Περίνεον· τὸ αἰδοῖον· ἀφ' οὗ καὶ τὸ, Περαίνεσθαι. Martialis: 'Sine effectu prurit uterque labor.' *Pric.*

[z] *Suffarcinati*] Pleni, repleti, instructi. Terent. in Andria: 'Verum vidi Cantharam suffarcinatam.' Et Plaut. Curcul. 'Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis.'

[a] *Sorte unica* [*pro*] *casibus pluribus enotata*] Huic lectioni, omissis aliis,

ad[3] hunc modum cavillantur. Sors hæc erat:[4]

Ideo conjuncti[5] terram proscindunt boves,
Ut in futurum læta[6] germinent sata.

Tum[7] si qui, matrimonium sorte captantes,[8] interrogarent,

sic deludunt plurimos, qui consulebant eos de variis negotiis. Oraculum autem erat ejusmodi:

Idcirco boves juncti sulcant humum,
Ut postea copiosæ segetes pullulent.

Tum, si aliqui, volentes matrimonium ex sortium monitu inire, eos consulerent, dice-

---

casulis. Nescio an voluerint *de capsulis.* Stewechius. Fux. *enotata.* Quod quadrare ait Beroaldus. *Rould.* *S. u. pro casulis pl. enotata.* Hæc scripti codicis nostri scriptura, quam etiam in quibusdam e suis esse notat Beroaldus; item aliam, *Sorte un. pro capsulis plur. evocata*, et aliam, *pro casibus pluribus evocata:* et quosdam pro *evocata* scribere *enotata* etiam testatur. Omnium optimam puto lectionem, *Sorte unica pro casibus pluribus enotata.* Mens hæc: Casus plures et rerum eventus varios una sorte notatos fuisse. *Colv.* *S. u. casulis p. enotata.* Miror equidem neminem monuisse, legendum, *casibus.* Wowerius. *Casibus enotata.* A Scaligero et Colvio hæc lectio est. Alii, *casulis*, male. Flor. *u. per casulis*, male. Bert. *annotata.* Alii, *prænotata.* Aldus, *evocata.* Elmenhorstius. Colvius, *S. u. pro casibus pluribus enotata.* Notat tamen Beroaldus in quibusdam esse *capsulis*, quod fortasse nec contemnendum. Cicero II. de Divinat. 'In eo loco, ubi nunc Fortunæ sita est ædes, mel ex olea fluxisse dicunt, aruspicesque dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras, eorumque jussu ex illa olea arcam esse factam, eaque conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur.' *Brant.* Flor. *casulis.* Glossæ, καλύβιον. Quo sensu Noster passim, qui diminutiva amat. *Wass.*—3 Fux. *in.* Oud.—4 Vulg. *sic erat.* Colv. In plerisque erat *hic.* Sed Mss. et Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. *hæc.* Oud.—5 *Ideo conjuncti.* Versus hi sunt, nec videbantur. Nos eos suis pedibus meare jussimus. *Colv.* Ms. *conjunctim.* Sciopp. in Symb. Bene Colvio obsecuti sunt reliqui Editores. Versus duos senarios esse, quivis videt; quales seu iambicos plures apud Nostrum occurrere vidimus ad l. III. p. 40. licet hic illic a librariis, ut prosa, sint continuati. *Oud.*—6 *Læta* exulat ab Oxon. In Mss. Ed. male *fata.* Hic autem typothetarum culpa Ed. Beroaldi 1501. deficit usque ad *manipulos*, et aversa pagina, quæ bis repetitur, incipit a 'cariosa vulnerum putredine.' *Id.*—7 Reg. Fux. *Tamen.* Edd. ante Colv. *Tunc.* Id.—8 Vulgatum passim,

NOTÆ

inhæreo. Hic locus patefacit artes ejusmodi vaticinatorum, quas perstringit Quintilianus, Declamatione IV. his verbis: 'Tota in eo fallendi ratio est, non dare consulentibus, quod deposcunt, sed caligine magnaque promissorum varietate suspensos sic dimittere, ut, quicquid casus attulerit, putent prædictum esse.' Tale est oraculum, quod refert Cicero, lib. II. de Divinatione ab Apolline editum Crœso, Lydorum Regi: 'Crœsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.' 'Hostium vim,' inquit Cicero, 'sese perversurum putavit; pervertit autem suam. Utrum igitur horum accidisset, verum oraculum fuisset.' Sors, quæ hic ab Apuleio refertur, non ad utrumlibet quidem eventum facta est, ut oraculum Crœsi, sed ad bonum exitum promittendum quibuslibet, de quacumque re interrogantibus.

rem ipsam [9] responderi aiebant: [182] jungendos connubio, et satis [b] liberum procreandis. Si [1] possessiones præstinaturus quæreret, merito boves, ut et [2] jugum et arva sementis florentia, pronuntiari.[3] Si quis de profectione [4] solicitus divinum caperet [5] auspicium, junctos jam [6] paratosque quadrupedum cunctorum mansuetissimos: et lucrum promitti de glebæ germine.[c] Si prælium capessiturus,[7] vel latronum factionem persecuturus, utiles necne processus sciscitaretur, addictam victoriam forti [8] præsagio [d] conten-

bant idipsum responderi, quod quærebatur: copulandos esse matrimonio, ut producerent segetes liberorum. Si aliquis emturus agros eos interrogaret, dicebant jure sortem loqui de bobus, sicut et de jugo, et de arvis segete virentibus. Si aliquis, anxius de itinere suscipiendo, consuleret divinam sortem, dicebant quadrupedum omnium mitissimos jam esse conjunctos, et paratos ad proficiscendum, et per germen terræ promitti quæstum. Si aliquis commissurus pugnam, aut insecuturus prædonum turmam, interrogaret an esset habiturus felicem eventum, vel non, affirmabant,

---

cooptantes. Colvius. Manusc. *coaptantes.* Sciopp. in Symbola. Bert. et Rom. *coaptantes,* Aldus, *cooperantes.* Elmenh.—9 *Rem. ip.* Ms. *neque ip.* Colvius. Terent. And. I. 2. 3. 'Ita aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es.' *Oud.*—1 Bert. *Scilicet.* Elmenh. In eodem, *possessionem.* Oud.—2 Edd. Juntinæ et Ald. carent τῷ *et.* Rectius abesset tunc *ut.* Id.—3 *Pernuntiari* Ald. *Roald.* In Edd. Vicent. Junt. pr. Ald. est *prænunt.* Sed male. Vide ad l. IV. p. 82. 'Eventus pronuntiari.' *Oud.*—4 Oxon. *Si quidem prof.* Lege, *Si qui de pr.* ut sexcenties 'si qui' cum sing. numero. *Id.*—5 Forte melius in Palat. *cuperet:* deinde *divinationis ejus:* dele τὸ *ejus* auctoritate libri. *Wower.* Pal. *caperet ausp.* Elmenh. Item Guelf. sec. Perperam. Proprium esse quis nescit *auspicium capere?* Oud.—6 A D'Orvill. exulat τὸ *jam.* In Palat. Guelf. sec. *paratoque.* Guelf. ambo, *quadrup.* vel *quadrupedum.* Oxon. *cunctarum.* Id.—7 Oxon. Guelf. pr. *capessurus.* Id.—8 Vulgares quidam, *forti.* Verius puto, *sortis.* Colvius. Bertin. *addictam.* Addicendi verbum vulgatum in hac re. *Wower.* Recte Bert. *addictam.* Est enim hoc augurale verbum. Liv. lib. I. 'Hoc neque mutari, neque novum institui, nisi aves addixissent, posse,' id est, permisissent, sive, ut ibidem Livius loquitur, admisissent. *Sciopp. in Symb. et Susp.* V. 23. Scribe ex Bertino, *addictam.* Colvius, *sortis.* Elmenh. *Addictam sortis præsagio* recte emendabat Stewechius,

NOTÆ

[b] *Et satis*] Non est hic adverbium 'satis,' sed dativus pluralis a recto plurali 'sata.' Congruunt porro hæc cum iis, quæ habet Artemidorus de Somniis, lib. I. cap. 53. Ἄρουρα οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ γυνὴ, σπέρματα δὲ καὶ φυτὰ οἱ παῖδες: Arvum nihil aliud est, quam uxor; semina vero et plantæ sunt liberi.

[c] *Et lucrum promitti de glebæ germine*] Id est, per germen glebæ, de quo oraculum loquitur, promitti lucrum ex itinere, quod suscipietur. Nec puto, quicquid dicat Pricæus, hæc verba suo loco movenda esse, at referenda ad emtionem possessionum, de qua præcessit sermo.

[d] *Addictam victoriam forti* [*sortis*] *præsagio*] Habebant pleræque Editiones *additam forti præsagio.* Recte

debant: quippe cervices hostium jugo subacturi,[e] et prædam de rapinis uberrimam fructuosamque capturi. Ad istum modum, divinationis ejus astu captioso contraxerant[9] non parvas pecunias. Sed assiduis interrogationibus, argumenti satietate jam defecti,[1] [f] rursum ad viam prodeunt, viam, tota quam nocte confeceramus longe pejorem. Quidni?[2] lacunosis incilibus[3] voraginosam,[g] partim stag-

promissam esse victoriam prædictione sortis, colla nempe hostium missum iri sub jugum, et optimam prædam reportatum iri ex latrociniis prædonum devictorum. Hoc modo corraserant pecuniæ non parum dolosa astutia illius vaticinationis. Sed exhausti perpetuis quæstionibus, et eodem semper responso dando, sese iterum committunt viæ multo deteriori tota illa via, quam emensi fueramus nocte. Erat enim fossis profundis et voraginibus interrupta, partim repleta aquis stagnantibus, et

ut et paulo post pro *noxios religionis antistites* legit idem, *innoxios*. Brantius. *Addictam forti pr.* Par. *additam*. An *fortis* cum Ms. pro *sortis?* Wass.—9 Vulgati, *corraserant*. Colvius. Rom. Ald. et Bert. *corraserant*, Elmenh.—1 *Argenti s. jam def.* Fux. *argumenti satiate*. Quæ lectio nimium quantum arridet. Argumentum erat sors illa toties vexata. Ideo satietate et fastidio vilis. 'Satias' autem pro, satietas, antiquitus obtinuit. *Roald. Argumenti satietate*. Sic noster vet. Ante editi, *argenti satietate*. Retulerim ad varia rerum argumenta, de quibus divinabant impurissimi illi sacerdotes. *Colv. Argumenti s. j. defecti*. Ita reposuit Colvius, cum ante legeretur *argenti*. *Defecti*, ἀπειρηκότες. Petronius, 'Lucerna humore defecta.' Quamvis alii libri habeant *refecti*. Ego suspicor legendum: *Sed assid. int. argenti etiam satietate defessi*. Cicero: 'Defatigatus auditor similitudinis satietate.' Idem (II. ad F. 3.): 'Nemo est, quin satietate jam defessus sit.' Monui jam in Phædrum, itemque libello de Arte Critica, *defectus* sæpe scriptum fuisse, pro *defessus*, et contra. Iis, quibus hoc nomine reprehendere me visum est, erit cum respondebo. *Sciopp. in Symb.* Bert. *argenti*. Elmenh.—2 Scipio

NOTÆ

a Stewechio et Colvio emendatum est, ut excudi curavimus. *Addico* est, attribuo.

[e] *Quippe cervices hostium jugo subacturi, &c.*] Ad quid referri possint hæc verba *subacturi* et *capturi?* Puto non esse sinceram lectionem, sed primo scriptum esse *subactū iri*, et *captū iri*, titulis supra *u* loco literæ *m* positis, ut sæpe fit compendii causa. Postea ignari exscriptores omissis titulis scripserunt *subactuiri* et *captuiri*, quæ verba scioli aliqui emendare cupientes, utpote non Latina, sublato *i*, reposuerunt *subacturi* et *capturi*. Hæc mea conjectura est, quam in interpretatione secutus sum, nec dubitavi inserere textui, quod sensum planissimum efficiat.

[f] *Argumenti satietate jam defecti*] Sensum hujus lectionis expressi in interpretatione. At in Bertin. Codice et vetere Vicentina editione legitur *argenti satietate*, non *argumenti*; quam lectionem si sequi velimus, pro *defecti* legendum *defessi*, ut sensus sit, eos argenti tantum corrasisse suis vaticinationibus, ut jam illud fastidirent. Sic lib. III. de latronibus dixit: 'Opulentiæ nimiæ nimio ad extremas metas redacti.'

[g] *Lacunosis incilibus voraginosam*]

nanti palude fluidam, et alibi subluvie cœnosa[4] lubricam. Crebris denique offensaculis[5] et assiduis lapsibus[6] jam contusis cruribus meis, vix tandem ad campestres semitas fessus evadere potui. Et ecce, nobis repente de tergo manipulus armati supercurrunt[7] equites: ægreque[8] cohibita[9] equorum curruli rabie, Philebum ceterosque comites ejus[1] involant avidi: colloque constricto, et sacrilegos impurosque compellantes, interdum pugnis obverberant: nec non manicis etiam cunctos[2] coarctant: et[3] identidem urgenti[4] sermone comprimunt, promerent ocyus[5] aureum

aliis in locis lubrica luti illuvie. Denique, ægre tandem potui pervenire ad planos calles fatigatus, tibiis meis attritis crebro impingendo ad salebrosa viæ, et assidue cadendo: cum subito turma equitum armatorum involat in nos a tergo; et, difficulter represso impetu currentium equorum, irruunt avide in Philebum reliquosque ejus socios; constringentesque ipsis collum, et appellantes eos sacrilegos atque impudicos, identidem percutiunt pugnis; et constringunt ligatos vinculis; et urgent eos verbis

Gentilis mavult, *Quippeni*, Orig. Lib. Sing. p. 401. Nil muto. V. D. ad oram Ed. Colv. *Oud.*—3 Idem, *jacilibus.* Vide Beroaldum. *Colv. Laciniosis* D'Orvill. et volebat Sopingius. Sed vide ad l. I. p. 6. 'Lacunosa convalli.' Par. *l. in cubilibus* ridicule. Adi et Græv. ad Cic. l. VIII. ad Fam. Ep. 5. 'Tanquam in q. incili adhæserunt.' *Oud.*—4 Bert. et Flor. *stagnati paludem f. c. a. s. cœnosam.* Elmenhorstius. *Stagnati* et *cenosam* quoque Pith. *Oud.*—5 D'Orv. *offensatalis.* Id.—6 Oxon. Guelf. pr. *lassibus.* Id.—7 *Supercurrit.* Idem liber vetus, *supercurrunt.* Colvius. Flor. et Pal. *manipuli a. supercurrunt.* Elmenh.—8 Guelf. sec. *a gregeque.* Oud.—9 *Cohibentes.* Fux. *cohibita.* Roaldus. '*Cohibita equorum.* Vulg. *cohibentes equum.* Pro *curruli* etiam in Ms. *curriculi* Colvius. Rom. et Bert. *cohibentes.* Elmenh.—1 *Ejus* haud agnoscit Ms. D'Orv. satis languidam, nec necessariam. Dein *sacrilogos* in Oxon. *Oud.*—2 *Vinctos.* Rom. et Flor. *cunctos.* Elmenh. *Cuneos* Pith. *cuncta* Fux. Alioquin *cunctos* est in Mss. et Edd. O. ante sec. Vulcanii, qui e conjectura *vinctos* reposuit, sequentibus Elmenh. Scriverio, Florido. *Vinctos* fuisse satis docent verba 'Collo constricto, manicis etiam coarctant. Rectius p. seq. 'Vinctos in T. compingunt.' *Oud.*—3 Sic recte cum Mss. Ed. Junt. post. Colv. &c. edidere. In Pith. *ad,* in reliquis Edd. erat *ac,* quod ante vocalem vitiosum est: ut sæpe monitum. *Id.*—4 *Urguenti* exulat a Palat. *Urgenti* Mss. et Edd. præter Elmenh. ac Scriv. sed minus orthographice. *Id.*—5 *P.*

NOTÆ

Incilia fossæ dicuntur, quæ fiunt ad aquam ex agris in vias deducendam. Cato, de Re Rustica, cap. 55. 'Incilia aperire, aquam deducere in vias, et segetem curare oportet, uti fluat.' Incillas habet Festus. 'Incillæ,' inquit, 'fossæ sunt, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factæ.' Apud eundem: 'Illices canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab illiciendo dicti.' Et: 'Elices, sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris.' Horum meminit Columella, lib. II. cap. 8. Est etiam adjectivum nomen 'incilis.' Cato, loco supra laudato: 'In monte fossas inciles plures habere oportet.'

cantharum, promerent auctoramentum illud [h] sui sceleris: quod, simulatione [6] solennium, quæ in operto [7] factitaverant,[i] ab ipsis pulvinaribus matris Deum [8] [183] clanculo furati,[9] prorsus quasi possent tanti facinoris evadere supplicium, tacita [1] profectione adhuc luce dubia pomœrium pervaserint. Nec defuit, qui manu super dorsum meum injecta,[2] in ipso Deæ, quam gerebam, gremio scrutatus, reperiret,[3] atque incoram omnium [4] aureum depromeret cantharum. Nec isto saltem tam nefario scelere impuratissima illa ca-

instantibus, ut quamprimum proferrent cantharum aureum, depromerent illud pignus sui criminis, quod furtim surripuerant ex lectis ipsis Matris Deorum, sub ostentu sacrorum, quæ secreto celebraverant, et clam proficiscentes egressi erant urbis finibus primo diluculo, perinde sane ac si possent effugere pœnam tanti sceleris. Fuit etiam aliquis ex illis, qui manum mittens super dorsum meum, et quærens in sinu ipso Deæ, quam portabam, invenit cantharum aureum, et protulit in conspectum omnium. Neque impurissimi illi homines potuerunt frangi aut terrefieri hoc saltem tam

o. a. c. Fux. *potius.* Roaldus. Ms. *Potius aureum canth. promerunt.* Colvius. Flor. et Rom. *potius.* Elmenh. Cum Lipsiano facit Fuxensis, ac *potius* obsidet Mss. O. et Edd. primas, pro quo optime jam vidit Beroaldus *ocyus* esse legendum; quæ vox ita sæpius apud Nostrum est corrupta. Vide ad l. VI. p. 119. Cum Lipsiano consentit D'Orv. et in corruptione et in ordine. In Palatino non comparet adverbium. Quid si repetivit Auctor, *promerent, promerent ocyus?* Ab Oxon. Par. et Guelf. utroque hæc cuncta exulant. *Oud.*—6 Oxon. *de sim.* probabiliter, ut bene censet Pricæus. Modo in pluribus esset Msstis. Vide ad l. IV. p. 67. 'De tam sera refectione solatium tribues.' *Id.*—7 Jam magis placet, *in aperto.* Palam enim solennia hic celebrata. *Colv.*—8 *Domini. Deum* Beroald. recte. *Roald.* In marg. Bas. pr. *Deorum.* Inepte rursus Mss. aliquot et Edd. pp. Junt. pr. Ald. Bas. istud *Domini,* et paulo post p. 183. *Domini* pro *Deum mater* inculcarunt. Vide ad l. VIII. p. 172. Nec convenit hue *dominæ,* quod putabat Gangræus ad Juv. S. VI. 530. De eo titulo vide ad l. XI. p. 254. *Oud.*—9 Palat. Guelf. sec. *furari.* Id.—1 Ms. *tàta.* Colvius. Palat. *professione.* Oud.—2 Oxon. Fux. Guelf. pr. *manum s. d. m. injectum.* Abest *meum* ab D'Orv. *Id.*—3 *Scr. rep.* Palat. *scruptatus,* sine verbo. *Id.*—4 Idem Ms. *omnibus.* Colv. Immo in Coll. Voss. *ibi coram omnibus. Etiam coram* Guelf. pr. *In* ab Oxon. abest, a Palat. *omnium.* Sed vide ad l. VII. p. 147. 'Ibidem incoram omnium.' Mox

NOTÆ

[h] *Auctoramentum illud*] Pignus, ac vinculum, quod illos furti alligabat. Vide quæ diximus lib. II. ad vocem 'Auctoratus.' Posset tamen etiam hic 'auctoramentum' intelligi, invitamentum sceleris.

[i] *Quæ in operto factitaverant*] Ejusmodi sacra 'opertanea' appellabantur, fiebantque secreto, et nemine, præter sacrificantes, præsente, ne profanorum oculis polluerentur, ut aiebant illi; revera ne execrandæ eorum abominationes oculis paterent, et omnium excitarent indignationem.

pita confutari terrerive potuere; sed mendoso [5] risu [k] cavillantes, En,[6] inquiunt, indignæ rei scævitatem![7] quam plerique [8] insontes periclitantur homines! Propter unicum caliculum,[9] quem [1] Deum mater sorori suæ Deæ Syriæ [2] hospitale munus obtulit, noxios religionis antistites ad discrimen vocari capitis.[3] His et aliis similibus affaniis frustra obblateratis,[l] eos [4] retrorsum abducunt [5] pagani, statim-

nefando crimine patefacto; sed ficto risu jocantes, Ecce, aiunt, infelicitatem et indignitatem magnam! Quam multi homines innocentes in discrimen vocantur! Sacerdotes insontes adduci in periculum capitis, ob unicum vas, quod Mater Deorum dedit germanæ suæ, Deæ Syriæ, xeniorum nomine. His atque aliis ejusmodi nugis incassum decantatis, rustici eos abducunt retro, protinusque eos vinciunt, et conji-

aurum pro *aureum* in Oxon. Guelf. pr. *Oud.*—5 Idem, *m̄doso.* Num *invidioso?* Certe aliud quid reponendum videtur. *Colv.* Ful. *mendaci.* Alii, *mendico.* Wower.—6 Pith. *Eu* pro *Heu.* Oud.—7 *Sæv.* Fux. *scev.* Vide quæ scripsi ad p. 252. *Roald.* *Scæv.* Hic etiam vulgo erat *sæv.* Colv. Vide ad l. III. p. 52. *Sævitatem* cum prioribus Edd. retinent D'Orv. et Bert. *securitatem* Palat. et Oxon. *scuritatem* Guelf. pr. *Oud.*—8 Manu exaratum, *plerumque.* Colvius. Bert. *plerumque.* Elmenh. In Regio, Fux. D'Orv. Oxon. Pal. Inc. est *qua pl.* De usu sexti casus cum verbo 'periclitari' vide ad Suet. Tiber. c. 21. Tum *plerumque* habent Fux. Reg. Pith. Guelf. D'Orv. Oxon. et Ed. Junt. post. unde suspicor sic etiam exarari in Florentinis. Sed parum refert. *Insontes* exulat a Palat. *Oud.*—9 Fux. *cantharum.* Roaldus. *Cantharum.* Malim vulgatum, *caliculum.* Colvius. Flor. Ald. Rom. et Bert. *caliculum.* Elmenh. —1 D'Orv. *quæ.* Oud.—2 *Sor. s. Syr.* Fux. *Deæ Syriæ.* Flor. Roaldus. *S. s. Deæ Syr.* Elmenh. Ante Elmenhorstium et seqq. Wowerius jam tacite inseruerat τὸ *Deæ*, e Palat. scilicet. Adduntque insuper Coll. Voss. D'Orv. Guelf. Oxon. Inc. Par. et Beroald. in Notis. De *Dea Syria* vide Salm. ad Solin. p. 405. et alibi. *Oud.*—3 In exempl. Italico et Parisiensi, *vocaritis capitis.* Quid si scripserimus: *innoxios, religionis antistites, ad discrimen vocari capitis?* Nihil enim minus quam sontes videri illi sacerdotes volebant. *Stewech. Vocaritis.* *Vocarit is* Ald. *Roald.* *Vocari.* Male impressi, *vocaritis.* Colvius. Bert. et Rom. *vocaritis.* Elmenh.—4 *Hæc et alias similes affanias frustra ablatrantes eos.* Non vereor, quin, quibus judicium inest, pro genuino Apuleii existimaturi sint, *frustra abblaterantes.* Quid enim sacrificuli illi de matre Deum, de manusculo sorori misso effinxerint, notum ex ipso Scriptore. His alia insuper nugamenta astruere conati, quo capitis discrimen a se defenderent, atque innoxios se probarent. 'Blaterare' stulte loqui est. Nam Græci βλάκας stultos appellabant, ut docet Festus. *Stewech.* *Alias affanias oblatrantis.* Fux. *aliis affanniis* (ἀφάνναις Græce) *ablatratis.* Ald. vero, *ablatrantis.* Roaldus. *His et aliis similibus affaniis frustra blateratis.* Ita hunc

NOTÆ

[k] *Mend.* [*mendaci*] *risu*] Editiones omnes habent *mendoso.* Sed legendum esse *mendaci* quis non videt? Accedit præterea auctoritas Codicis Fulvii a Pricæo laudati.

[l] *Affaniis frustra obblateratis*] 'Affaniæ' nugæ sunt, futilia verba, ac mera mendacia. Vox est a verbo 'fari' inclinata. 'Blaterare,' inquit Festus, est 'stulte et percupide loqui,' quod a Græco βλὰξ originem ducit.

que vinctos [6] in Tullianum [m] compingunt: [7] cantharoque, et ipso simulacro, quod gerebam, apud fani donarium [8] [n] redditis ac consecratis, altera [9] die productum me, rursum voce præconis vænui subjiciunt, [1] septemque nummis carius, [2] quam prius me [3] comparaverat Philebus, [4] quidam pistor [5] de proximo castello præstinavit. Protinusque fru-

ciunt in carcerem; cantharoque et ipsa imagine Deæ, quam portabam, depositis, ac consecratis in donario templi, die sequenti producunt me, atque iterum voce præconis venalem pronuntiant. Et quidam pistor ex proximo castello me emit septem nummis carius, quam Philebus antea me emerat. Statimque me probe oneratum frumento,

locum emendandum putavimus, priscæ scripturæ ductum secuti, quæ erat: *His et aliis similibus afaniis frustra ablateratis.* Al. *ablatratis.* Vulgo, *Hæc et alias similes affanias frustra ablatrantes.* 'Blaterandi' verbum frequens in hoc Nostro. Non bene aliter legit apud Varronem doctissimus Turnebus: 'Quid est? quid blateras? quid dabo? quid vis tibi?' Festus: 'Blaterare, est stulte et percupide loqui: quod a Græco βλὰξ originem ducit.' Vide Nonium Marcell. et Fulgentium Placiadem. *Colv.* *Has et alias similes affanias frustra altercantes.* Ita Bertin. Arnob. lib. v. 'Deum cum homunculo altercabilem conseruisse sermonem.' *Sciopp. in Symb. et Susp.* l. IV. 23. *Has et alias similes affanias f. ablaterantes.* Sic rescripsi ex Flor. in quo erat, *Has et similes affanias f. ablaterantis.* In Bert. est, *H. et a. s. afaneas f. altercantes.* In vulgatis, *His et aliis similibus affaniis f. blateratis.* Elmenhorstius. Al. *ablatratis*; unde conjectem legendum: *His et aliis similibus affaniis fr. ablateratis.* Aurel. Prudentius περὶ Στεφάνων: 'Cum verbis carens Nil in Deorum oblacteraret dedecus:' *c* literam adhibens, vel quia sic legi quidam volunt, vel fortasse metri causa. *Brant.*—5 Abest *eos* a Palat. *Retrorsus* D'Orvill. Fux. *adducunt* Guelf. pr. *Oud.*—6 Guelf. pr. Ed. Vulc. pr. *victos.* Id.—7 *Impingunt* Palat. *Id.*—8 Ms. *denarium.* Colv. Sic Pith. et D'Orv. a quo prave exulant τὰ *gerebam apud.* Fux. *et.* D'Orvill. Guelf. sec. *constratis.* Id.—9 Flor. *alta* Palat. *producunt.* Elmenh. Sæpius hæc accidit variatio. Vide ad l. III. p. 56. Ne igitur hic mutes. Τῇ ὑστεραίᾳ ait Lucianus. *Oud.*—1 Pal. *sociunt.* Id.—2 *Carius* abest D'Orvill. *Id.*—3 Non habet τὸ *me* D'Orv. *Id.*—4 Pal. *fibalus.* Id.—5 Ms. idem, *pas-*

NOTÆ

[m] *In Tullianum*] In carcere Romano pars subterranea dicta fuit Tullianum a Servio Tullio Rege, a quo ædificatum fuisse traditur. Sallustius, in Catilin. Tullianum sic describit: 'Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, ubi paulum ascenderis ad lævam, circiter quindecim pedes humi depressus. Eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus juncta, sed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies est.' Hujus carceris Romani nomine quemlibet alium carcerem vocat hic Apuleius. Fuit præterea in Romano carcere alia pars 'Robur' dicta, unde præcipitabatur maleficorum genus, quod ante arcis robusteis includebatur. Strangulatio fiebat in Tulliano, præcipitatio de Robore; fiebat quoque e rupe Tarpeia, hoc est, e Capitolio.

[n] *Donarium*] Hic non donum significat, sed locum in quo dona reponebantur.

mento[6] etiam coëmto[7] affatim onustum, per iter[8] arduum scrupis, et hujuscemodi stirpibus[9] infestum, ad pistrinum, quod exercebat, perducit. Ibi complurium[1] jumentorum multivii[2] circuitus intorquebant molas ambage varia. Nec die tantum, verum perpeti[3] etiam nocte, prorsus instabili machinarum vertigine lucubrabant pervigilem[4] farinam.[o] Sed mihi, ne rudimentum[5] servitii perhorrescerem scilicet, novus dominus[6] loca, lautia[p7] prolixe præbuit. Nam et

quod etiam comparaverat, deducit per viam salebrosam, et scabram omnis generis radicibus, ad molendinum, cui operam dabat. Illic plurima jumenta per multos gyros incedendo circumagebant molas diversis circuitibus. Neque solum de die, sed per totam etiam noctem vigilantes conficiebant farinam ad lucernam perpetua rotatione molarum. Sed novus ille dominus me lautissime excepit, ne reformidarem

---

tor. Colvius. Et Pith. *Oud.*—6 Ms. *stramento*. Sciopp. in Symbola. *Etiam frum*. Edd. ante Colv. A Pith. *τὸ etiam*, a Palat. abest *frumento*. Tum *onustam* Oxon. *Oud.*—7 Pith. *concepto*. Id.—8 Idem, *pariter*. Colv. Item Guelf. ambo, Oxon. a m. pr. et Ed. Rom. Correxit jam Beroald. cum Ed. Vicent. *Oud.*—9 Aliud est 'stirps,' aliud 'scrupus.' Legendum opinor *cujusquemodi*. L. II. (p. 38.) 'Raptis cujusquemodi telis insequuntur.' *Wass*. Ob eandem causam jam olim sic conjecit Piccartus Peric. Crit. c. 13. Immo tacite *cujuscemodi* edidit Floridus. Mss. tamen nihil variant, nisi quod in Oxon. sit *hujusmodi*. Adi ad p. 177. *Scrupris* Guelf. pr. *Oud.*—1 Idem, *complurimum*. Colvius. Et Guelf. sec. *Oud.*—2 Palat. Guelf. sec. et D'Orvill. *multum*. Pal. *intorquebat*. Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *etiam torq. moles*. In Pith. quoque *moles*. Id.—3 Al. *perpetim e. n.* V. D. ad marg. Ed. Vic. Et sic est in Fux. *Perp. in nocte* Pith. qui caret *τῷ prorsus*. Id.—4 *Pervigilam*. Ita Bertin. Vulgo, *pervigilem*. Plautus etiam 'Venerem noctu vigilam' dixit, Curcul. *Sciopp. in Symb. et Susp.* L. v. 23. Bert. *pervigilam*. Elmenh. Citant etiam ex Seneca Ep. LXXXIII. 'Brevissimo somno utor, et quasi intervigilo.' Sed, præterquam quod ibi potius sit verbi prima persona, quam adjectivum, Lipsius e Mss. legit *interjungo*. Noster de Mundo p. 739. 'Tutela pervigili.' Guelf. pr. *far. perv.* Oud.—5 Idem, *S. dum erudimentum*. Colv. Sic etiam Reg. Fux. Inc. D'Orv. Guelf. ambo, et Palat. *S. dum erud.* Oxon. a m. pr. *S. dum rud.* An fuit *Sed tum?* eo sc. die. Nam *die sequenti* matutinus molæ astitutus est. Lucianus καὶ τότε μέν. Vel, *Sed mi, ne r.* pro *mihi*. Vide ad l. II. p. 24. *Oud.*—6 *N. scilicet d.* Flor. et Bert. *Elmenh.* Immo in illis Mss. item Pithœano, vox *scilicet* illico subjungitur verbo 'perhorrescerem,' ut edidi cum Scriverio, astipulantibus Edd. Vicent. *sed*, et Junt. post. in qua *s.* id est, *scilicet*: ut vidimus sæpissime, et frequens esse additamentum Appuleio. Respice ad l. III. p. 61. *Oud.*—7 *Loca lautia*. Vulg. *loca lautia*. Notatum hoc supra. *Colv.* *Loca ac lautia*. Flor. *loca lautia*. Elmenh.

NOTÆ

[o] *Pervigilem farinam*] Metonymice dictum 'lucubrabant pervigilem farinam,' pro, pervigiles lucubrabant farinam. Est autem 'lucubrare' ad lucernam aliquid facere.

[p] *Loca, lautia* [*l. ac l.*] Sic legendum est, non *loca lautia*. Vide quæ diximus ad eadem verba, in Notis lib. III.

diem illum primum[8] feriatum dedit,[9] et cibariis abundanter [184] instruxit[1] præsepium. Nec tamen illa[2] otii saginæque beatitudo[3] duravit ulterius. Sed die sequenti, molæ, quæ maxima videbatur, matutinus astituor: et illico velata facie,[q] propellor ad incurva[4] spatia flexuosi canalis;[r] ut in orbe termini circumfluentis[s] reciproco gressu, mea[5] recalcans vestigia, vagarer[6] errore certo.[t] Nec tamen sagacitatis ac[7] prudentiæ meæ prorsus oblitus, facilem me tirocinio disciplinæ præbui. Sed, quanquam frequenter, cum inter homines agerem, machinas similes[8] circumrotari vidissem; tamen, ut expers et ignarus operis, stu-

tirocinium servitii illius. Permisit enim mihi vacare ab opere per primum illum diem, et implevit meum præsepe largo cibo. Verum illa felicitas otii et cibi largioris non duravit diutius. Sed postero mane alligor ad eam molam, quæ videbatur maxima omnium: et protinus velatis oculis impellor in spatium curvum orbitæ rotundæ, ut vagarer errore certo in gyro termini ambientis, relegens meos gressus. Ego tamen, astutiæ ac solertiæ meæ memor, non me exhibui facilem rudimento illius disciplinæ: sed, quamvis sæpe vidissem versari ejusmodi molas, dum viverem inter homines, nihilominus hærebam immotus, simulans me stupere, tanquam ignarus essem, et

L. lauticia habent Fux. D'Orv. et Edd. Colvio priores, excepta Junt. post. in qua *loca lauta:* quod fictum ex reliquorum Codd. scriptura *loca lautia.* Vulcan. Ed. sec. Elm. et Flor. inseruerunt *ac*, Wower. et Pric. *et.* Malim sine copula, *loca, lautia prol.* Vide ad l. III. p. 60. 'Hospitium ac loca, lautia.' *Oud.*—8 D'Orv. Fux. Guelf. pr. Edd. Vett. *d. prim. ill.* Id.—9 D'Orv. *dedebit.* Id.—1 Bert. *præastruxit:* male. *Elmenh.* Item Pith. *Oud.*—2 Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *illo.* Id.—3 Pith. *habitudo.* Id.—4 In Palat. Guelf. sec. *incuria.* Id.—5 Fux. *mei.* Id.—6 Oxon. a m. pr. *vacaret*, Guelf. pr. *vaccaret.* Id.—7 Oxon. *aut.* Ab Ed. Bas. pr. exulat *τὸ prorsus.* Dein *oblivius* Guelf. pr. pro *obliviosus.* Passive 'oblivia verba' de obsoletis usurpavit Varro. *Id.*—8 *Similiter.* Vulgo, *similes.* Elmenh. *Similes* editur a Juntis, Aldo, Colineo, Colv. Vulc. et Merc. A ceteris, ut habent O. Mss. *similiter*, pro quo alibi dixit, simile, ut latius vidimus ad l. v. p. 101. 'Simile mœrendo.' Atque ita Mss. Davis. et 2. Voss. vetustissimi in Cicerone l. II. Academ. c. 5. 'Simile vos cum perturbare philosophiam velitis:' ubi alii *Similiter*, alii *Si-*

NOTÆ

[q] *Velata facie*] Ne scilicet ex gyrationibus illis in vertiginem incideret.

[r] *Flexuosi canalis*] Semitæ circularis in modum canalis excavatæ, quo tutius et cum minore aberrandi periculo jumenta illa velatis oculis in orbem incederent.

[s] *Termini circumfluentis*] Per terminum circumfluentem intelligo exterius latus illius semitæ cavæ, quod altius assurgens cohibebat jumentorum pedes, ne extra ipsam vagarentur.

[t] *Errore certo*] Acute dictum. Errabant enim jumenta illa, quia jugiter incedebant in orbem: error vero ille certus erat, quia in eodem semper orbe fiebat.

pore mentito [9] [u] defixus hærebam. Quod enim rebar, ut minus aptum, et hujusmodi [1] ministerio satis inutilem, me ad quempiam alium [2] utique leviorem laborem legatum iri, vel otiosum certe cibatum iri. [3] Sed frustra solertiam damnosam [w] exercui. Complures enim protinus baculis armati me circumsteterunt: atque, ut eram luminibus obtectis securus etiam nunc, [4] repente signo dato, et clamore conferto, [5] plagas ingerentes acervatim, [6] adeo me strepitu turbulentant; ut [7] cunctis consiliis abjectis, [8] illico scitissime [9] tæniæ sparteæ [1] [x] totus innixus, discursus alacres obirem. Hac subita sectæ [2] commutatione [y] risum toto cœtui com-

prorsus rudis ejusmodi laboris: quia nimirum putabam me, quasi parum idoneum, ac minus utilem tali labori, applicatum iri ad aliquod aliud opus facilius, aut saltem fore ut alerer in otio. Verum, nequicquam usus sum astutia perniciosa. Multi enim me illico circumdederunt instructi fustibus: cumque nihil hactenus timerem, quippe qui habebam oculos velatos, signo subito dato, densisque clamoribus sublatis, incutientes creberrimos ictus, ita me perturbant suo strepitu, ut depositis omnibus meis fraudibus continuo alacriter discurrerem, incumbens totus fasciæ junceæ magna solertia. Risum excitaveram in toto cætu hac repentina mutatione consilii. Jam-

miles. Oud.—9 Fux. Guelf. pr. Oxon. a m. pr. male *mentitus.* Tum Guelf. sec. *defixit.* Id.—1 Sic Mss. et Edd. O. præter Elmenh. Scriv. et Florid. quæ *hujuscemodi* exhibent. Utrumque passim in Nostro occurrit. Vide et p. 179. *Id.*—2 *Et alium quemp.* D'Orv. In Palatino quoque et Fux. item Guelf. utroque, invertuntur hæ voces. *Id.*—3 Guelf. sec. *cibatuiri.* Oxon. *obtectus.* Ceterum junxi cum Florido *securis* [*securus?*] *etiam nunc.* In plerisque editionibus male distinguebatur, *securus, etiam nunc rep. &c.* Id.—4 Fux. *et nunc.* Id.—5 Mss. D'Orv. Palat. *conserto.* Quod præfero, sive mixto et inter se confuso junctimque prolato. Vide ad l. I. p. 1. l. V. p. 90. et l. VIII. p. 163. *Id.*—6 Oxon. Guelf. pr. *acervati.* Id.—7 Guelf. pr. *et.* Id.—8 *Cons. abj.* desunt Ed. Junt. pr. *obtectis* Pith. *Id.*—9 D'Orv. *citissime*, Palat. Guelf. sec. *scitissime*, Guelf. pr. Oxon. a m. pr. *sceptissime.* Id.—1 Ms. *ceniæ sparteæ.* Sic et infra p. 183. pro *tænia* in libro Lipsii *cenia* scriptum fuisse testatur Colvius. *Sciopp. in Symb.* Palat. Guelf. sec. *spartem.* Oud.—2 Ful. Cod. *facti.* Wower. Perperam et frigide. *Scepte* a m. pr. Oxon. in quo et Guelf.

NOTÆ

[u] *Stupore mentito*] Observa 'mentito' in passiva significatione, quod sæpius apud hunc Auctorem reperias: infra, hoc libro, 'Mentita sacrilega præsumtione,' &c. 'Stuporis' vocabulum proprie hic, et omnino Latine positum est. In Fragmentis veterum Poëtarum: 'Quid tenerum currere cogis equum, Dum stupet ea parvus est?'

[w] *Solertiam damnosam*] Quippe quæ fustium ictus ipsi accersivit.

[x] *Tæniæ sparteæ*] Vinculo, quod ipse pectore trudens molam discurrendo circumagebat. Hoc vinculum planum fuisse patet ex eo, quod ipsum vocet 'tæniam.' 'Spartum,' ut jam dictum lib. VIII. junci genus est.

[y] *Hac subita sectæ commutatione*]

moveram. Jamque[3] maxima diei parte transacta, defectum alioquin me, helcio[4] sparteo[5 z] dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præsepio. At ego, quanquam eximie fatigatus, et refectione virium vehementer indiguus,[6] et prorsus[7] fame perditus, tamen familiari curiositate attonitus, et satis anxius, postposito[8] cibo, qui copiosus aderat, inoptabilis officinæ[9] disciplinam cum delectatione[1] quadam arbitrabar.[a] Dii boni! Quales illic[2] homunculi vibicibus livedinis[3 b] totam cutem depicti,[c] dorsumque plagosum scissili centunculo[d] magis inumbrati quam obtecti;

que elapsa maxima parte diei, me ceteroqui valde fatigatum solvunt a machina, sublata tænia juncea, qua eram alligatus, et adducunt ad præsepe. Ego vero, quamvis defessus essem, et valde egerem recreatione virium, ac penitus fame perirem; tamen solita mea curiositate suspensus, et valde solicitus observabam cum quadam voluptate disciplinam officinæ illius inamabilis, neglecto cibo, qui mihi fuerat exhibitus magna copia. Proh Superi! quales ibi erant homunciones, signati totam cutem notis lividis, et habentes tergum suum cicatricosum obumbratum potius, quam

sec. *At*, D'Orv. *Ac*, Pith. *Ad.* Oud.—3 Pal. Guelf. sec. *Ipsaque*. Id.—4 Scribe et distingue: *transacta, defessum alioquin me, helcio*. Wowerius male immutat in *defessum*. Vide Indicem. *Elmenh.* Idem contra Wower. monuit N. Heinsius ad Ovid. l. III. Fast. 674. 'Quod sibi defectis illa tulisset opem.' Adde me ad l. VI. p. 110. 'Defectum laboribus:' supra p. 182. et sæpissime. *Oud.*—5 Ms. *spartee*. Colv. Item Oxon. D'Orv. Fux. Guelf. sec. e superiore loco repetitum prave. *Heltio* Palat. *Oud.*—6 *Refectione indigus*. Ms. cum aliquot vulgatis, *indignus*. Colv. Reformo leviter *indiguus*. Brant. *Indiguus*. Venet. et Rom. *indigus*, Aldus, *indignus*, male. *Elmenh.*—7 Fux. Guelf. ambo, *prorsum*. Oud.—8 D'Orv. *et postp.* Id.—9 Guelf. pr. *effic.* Guelf. sec. *discipl. offic.* Id.—1 Ald. *delectione*, perperam. *Roald.*—2 Bert. *illic*. Flor. et Pal. *Quale illic h. u. libidinis*. Elmenh. In Pal. est *Quales*, ut in ceteris; *illic* Mss. et Edd. O. præter Fux. Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. Deest in D'Orv. *Oud.*—3 Idem, *libidinis*. Colv.—4 Guelf. sec. *tantumnio*.

NOTÆ

Sententiæ. Translatio a Philosophis.

[z] *Helcio sparteo*] Helcium vinculum est tractorium, quod supra appellavit tæniam sparteam. Formata vox est a verbo Græco ἕλκειν, quod est, trahere. Inde helciarii dicti, qui funibus navigia trahunt adverso amne.

[a] *Arbitrabar*] 'Arbitrari' non tantum significat, existimare, et æstimare, sed etiam oculis contemplari, ut hoc loco, et auribus auscultare, ut apud Plautum et Terentium multis in locis.

[b] *Vibicibus livedinis, &c.*] Hypallage, pro livedine vibicum.

[c] *Depicti*] Venuste. Sic apud Plautum: 'Meum futurum corium pulchrum prædicas, Quem Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis.'

[d] *Scissili centunculo*] Lib. I. 'scissili palliastro,' et 'antili centunculo,' dixit.

nonnulli exiguo tegili[e] tantummodo[4] pubem injecti;[5] cuncti tamen sic tunicati,[6] ut essent per pannulos manifesti.[f] Frontem literati,[7][g] et capillum semirasi,[8] et pedes annulati;[h] cum lurore deformes;[9] et fumosis[1] tenebris vaporosæ caliginis[i] palpebras adesi,[2] atque adeo[3] male lumi-

contectum centone lacero; aliqui velati tantum pudenda parvo tegmine, omnes tamen sic vestiti, ut essent conspicui per centonum foramina; habebant frontes characteribus exaratas, et crines ex parte rasos, et compedes in pedibus; erant præterea deformes ob pallorem, et habebant palpebras corrosas nigro fumo ac vapore furni, ideo-

Oudendorp.—5 *Intecti.* Fux. *injecti,* ut p. 177. 'Beneficiis injecti:' et p. 253. 'Raptim tunica intectus' p. 775. 21. *Roald.* *Injecti.* Vulgo, *intecti.* Colvius. Gulielm. Verisim. lib. II. cap. 5. 'Exiguo tegillo.' *Elmenh.* Gloss. *Tegeticula,* φορμίδιον. Tegillum, καλυμμάτριον. Noster graphice homunculos illos suos, ut de Pallio Tertullianus, quasi tegendo nudavit. *Wass.* *Tegi* in D'Orvill. *Tegillum* est in Plauto et Varr. nec displicet, si Mss. addicerent. Recte vero Colvius post Ed. Junt. post. rescripsit *injecti,* cum Lips. l. x. Elect. 13. confirmantibus Mss. omnibus. Denotat habitum incuriosum et incomtum. Vide ad l. II. p. 33. 'Vestibus intecti.' *Oud.*—6 D'Orv. *truncati.* Id. —7 Ms. *liturati.* Quod non improbat Lipsius. Sidonius Apollin. lib. IX. Epistolar. 'Tunc enim certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero.' Nihil ego mutavi tamen. *Colv.* D'Orv. *fronte.* Lego, *frontem.* Cuique enim una tantum frons. Confer ad l. II. p. 46. 'Columbarum colli flosculos.' De literatis adi Beroald. et Pric. item notata ad l. VI. p. 112. Laminas vel 'lacinias auro literatas,' sive aureis literis notatas.' *Oud.*—8 Ed. Vicent. *semirasci.* Id.—9 Ipsa sermonis ἀκολουθία postulat, ut legatur: *cutim lurore def.* Ful. Cod. *tum lur. def.* Wower. Recte Manusc. *tum lurore def.* Sciopp. in Symb. *Lucore* Flor. male. Wowerius, *cutim lur. d.* Elmenh. Jam præcessit 'cutim depicti.' Flor. tamen, Pith. et D'Orv. cum aliis habent *cum.* Sed bene *tum* edidit Wow. cum seqq. idque confirmant Palat. Guelf. et Oxon. in quibus *tu.* ac Pith. *lucore.* De *lurore* vide ad lib. VIII. p. 169. 'Colore deformem.' *Oud.*—1 D'Orv. *famosis,* Pith. *fumosi.* Id.—2 Bert. *obesi.* Elmenh. Vide ad

NOTÆ

[e] *Tegili*] Vox ab Apuleio nove ficta, pro tegmine, id est, subligaculo.

[f] *Ut essent per pannulos manifesti*] Id est, ut videretur eorum cutis per foramina centonis laceri, et intervalla pannorum.

[g] *Frontem literati*] Malis ac sceleratis servis literæ ab heris, immo et aliquando plura verba, fronti ac vultui inuri solebant, quæ crimen continerent, causamque notæ; puta, 'Cave a fure,' aut, 'a fugitivo.' Sæpe etiam plurium versuum fuit illa inscriptio. Ratio autem inscribendi ita habuit, denti[1] ferro; deinde atramentum infunderetur, quo apparerent magis literæ, et præberent se lectui. Macrob. Saturnal. I. 'Servus compeditus, inscripta fronte.' Ejusmodi literæ inustæ stigmata dicta sunt, et servi, quibus erant inustæ, stigmatiæ, et stigmatici.

[h] *Pedes annulati*] Annulis ferreis, hoc est, compedibus revincti. Martialis: 'Has cum gemina compede dedicat catenas, Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.'

[i] *Fumosis tenebris vaporosæ caliginis,*

nati; et[4] in modum pugilum, qui pulvisculo perspersi dimicant, farinulenta[5] cinere sordide candidati.[k] Jam de meo jumentario[6] contubernio quid, vel ad quem modum memorem?[7] Quales illi muli senes, vel cantherii[8] debiles? Circa præsepium capita demersi,[l] contruncabant moles palearum: cervice cariosa[9] vulnerum putredine, follicantes[m] nares[1] languidas assiduo pulsu tussedinis[n] hiulci,[2] pectora[3]

que minus valebant oculis: erant quoque toti albi immundo farinæ polline, instar athletarum, qui pugnant conspersi minuto pulvere. Quid autem et quomodo jam referam de jumentis, meis contubernalibus? quales erant illi veteres muli et infirmi equi! demissis capitibus circa præsepe avide comminuebant acervos palearum: collum habebant putridum plagis, nares anhelantes et languidas patentes continuo

lib. VIII. p. 168. 'Visceribus adesis.' Pith. *palpebris adhesi.* Oud.—3 Quam prave Pricæus existimet, fortasse melius reponi *ideo*, discas ex notatis ad lib. VIII. p. 169. 'Atque adeo vel donemus eum.' *Id.*—4 *Ut.* Lego: *et.* Sciopp. in Symb. *Et* est in Mss. et Edd. O. præter Colv. Vulc. Merc. Elmenh. ex typothetarum errore. Voces *qui pulvisculo perspersi dimicant*, quasi glossam, uncinulis inclusit Scriverius. *Oud.*—5 *Farinulento.* Ms. *farinulenta.* Colvius. Flor. *farinulenta.* Bert. *f. cruore*, male. *Elmenh. Farinulenta* cum Flor. Catull. Carm. 98. 'Virtutum omnium acerba cinis.' Carm. VI. 66. 'Et mutam nequicquam alloquerer cinerem.' Lucret. IV. 924. 'Cinere ut multa latet obrutus ignis.' Sic et Cod. Bodl. et Serenus Sammonicus, Plinius, Valerianus, Scribon. Largus, 230. At Virgilius et Statius semper masculine. *Wass.*—6 Vulgo, *jumentorio.* Jumentum, jumentarius: Momentum, momentarius: Argentum, argentarius. *Colv.* Ed. Junt. post. cum Mss. O. *jumentario* jam dederat, ut debet. Vide ad Sueton. Claud. c. 2. et Gloss. *Oud.*—7 D'Orv. *memorie.* Id.—8 Oxon. a m. pr. *cantari*, Guelf. *cantheri.* Id.—9 Guelf. sec. *curiosa.* Id.—1 Ms. *nates.* Tertullianus lib. de Pallio, loquens de chamæleonte: 'Oscitans vescitur, follicans ruminat.' *Colv.* Vide Salm. ibi p. 151. In Palat. *folicantes.* Pith. *nare.* Oud.—2 Flor. *a. p. t. inulci.* Tales 'tussiacos' vocat Firmicus. *Elmenh.*—3 Oxon. a m. pr. *pectore.* Oud.

NOTÆ

frumentum, sed panem etiam coquebant. Et Apuleius hic de fumo ac vapore, qui ex furno exit, dum lignis injectis calefit, loqui videtur; qui fumus valde nocet oculis, ciliaque nonnunquam adurit, si præsertim ad præfurnium propius et incautius quis accedat. Nam, si de caligine illa eum loqui velis, quæ fiebat in pistrino ex fumo et fuligine lucernarum, ad quas farinam lucubrabant, non videtur verisimile palpebras caligine ejusmodi adedi potuisse.

[k] *Sordide candidati*] Sic lib. VIII. 'deformiter formati.' Est figura Rhetoribus Oxymoron dicta. Alludit autem hic jóculariter ad morem Veterum, qui toga candida induti magistratus petebant.

[l] *Capita demersi*] Hac voce 'demersi' summa ingluvies denotatur. In veteri Epigrammate: 'Cerne ut demerso torridus ore bibat.'

[m] *Follicantes*] Crebris anhelitibus auras accipientes reddentesque instar follium.

[n] *Tussedinis*] Vocabulum ab Apuleio fictum, pro, tussi.

copulæ sparteæ[o] tritura[4] continua exulcerati, costas perpetua castigatione ossium tenus[5] renudati, ungulas multivia circumcursione[6] [p] in enorme vestigium porrecti, totumque corium veterno[7] atque scabiosa macie exasperati.[8] Talis familiæ funestum mihi etiam metuens exemplum, veterisque[9] Lucii fortunam recordatus, et ad ultimam salutis metam detrusus,[1] [q] summisso capite mœrebam. Nec

tussis impetu, pectora exulcerata assiduo frictu vinculi juncei, costas nudatas usque ad ossa continuis verberibus, ungulas extensas in vestigia prægrandia ex multiplici circumcursatione, cutemque omnem scabram macrore et scabie inveterata. Ego eundem miseriam mihi timens, qua videbam illam familiam affectam, memorque meæ pristinæ fortunæ dum eram Lucius, vidensque me redactum ad extremum terminum meæ vitæ, lugebam demisso capite: neque ullum prorsus habebam solamen

—4 Idem, *tectura.* Colv. Unde forte *tertura*, ut 'termentum,' apud Plaut. Bacchid. pro eo, quod nunc dicitur 'detrimentum,' teste Festo. *Brant.* Male. Vide Pricæum et me ad lib. VII. p. 144. 'Conterebam ungulas.' In Florent. *sparta.* Oud.—5 Idem, *ossium tenuis.* Colvius. Cum Guelf. utroque Ed. Ald. *ossum.* Oud.—6 De asinis dicta, qui multiplici circuitu molas intorquebant, ut solent, in pistrino. Quare scribebam, *circumitione.* Stewechius. Idem, *in ultima.* Pro *circumcisione* malim *circumcursione*, si quid mutandum, id quod quidam putant. Sic 'multivii circuitus,' supra hoc ipso libro. *Colv.* Lege *circumitione*, vel *circuitione.* Si enim circumcisæ ungulæ, non porrecti muli in enorme vestigium, sed in exile, imminutæ utique ungulæ. Quare, cum in enorme vestigium porrectos scribat, vera erit lectio *multivia circuitione.* Intelligit ungulas crebro et frequenti circuitu dilatatas. Supra hoc libro: (p. 188. Ed. Pric.) 'multivios circuitus' dixerat. *Wower.* *Circumcursione.* Ita lego cum Flor. In vulgatis est, *circumcisione*; in aliis, *circuitione.* Elmenhorstius. Palat. quoque *in ultima*, iisdem scilicet literarum ductibus. *Oud.*—7 *Veterna.* Vulgo, *veterno.* *Veterna*, id est, veternosa, eleganter. *Colv.* *Veterno.* Pal. *veterrima.* Colvius, *veterna.* Elmenh.—8 Fux. *exasperatum.* Id.—9 Abest copula a D'Orv. *Oud.*—1 *Ad ultima salutis me tandem trusum.* Id a Parisien. et ipso adeo vigilantissimo interprete ita relictum merito mireris. Vide num recte emacularim: *et ad ultimam salutis metam detrusus.* Alibi certe hic auctor periphrasi usurpabat 'ultimam divi metam,' lib. videlicet decimo extremo. Itidem 'vitæ metas' dixit, lib. IV. *Stewech.* Fux. *et ad ultimam s. meæ trusum submisso c. m.* Forte, *et ad ultimum s. meæ trusus submisso capite m.* Alias pro *trusum submisso* legebatur *transsubmisso.*

NOTÆ

[o] *Copulæ sparteæ*] Supra, helcium et tæniam sparteam dixit, quam nunc copulam.

[p] *Circumcursione*] Sic emendo cum Pricæo, et Colvio. Pleræque edd. habent *circumcisione.* Stewechius reponit *circumitione*, quod congruit etiam. Vult autem hic ungulas jumentorum illorum multiviis circumcursionibus humum pulsando exporrectas fuisse, et dilatatas, neque enim ferreis soleis in pistrino munitæ erant.

[q] *Ad ultimam salutis metam detrusus*] Sic lego, Stewechii emendationem secutus. In Beroaldi Editione, *ad ultima salutis me tandem trusum.* Lipsius, Cœlius Rhodiginus, et alii malunt pro *detrusus*, *detrux*, absque

ullum [2] uspiam cruciabilis vitæ solatium aderat, nisi quod [3] ingenita mihi curiositate recreabar, dum præsentiam meam parvi facientes, libere quæ volunt, omnes et agunt et loquuntur.[4] Nec immerito priscæ poëticæ [5] divinus auctor [r] apud Graios,[6] summæ prudentiæ virum monstrare cupiens, multarum civitatum obitu et variorum populorum cognitu, summas adeptum [7] virtutes cecinit. Nam et ipse gratas gratias [8] [186] asino meo memini, quod me suo celatum [9] teg-

vitæ illius ærumnosæ, nisi quod exhilarabar curiositate mihi innata, cum scilicet omnes facerent, et dicerent libere coram me quicquid volebant, contemta mea præsentia. Et jure quidem meritoque divinus auctor antiquæ poëseos inter Græcos, volens ostendere hominum prudentissimum, dixit eum acquisivisse maximas virtutes circuitione multarum urbium, et cognitione diversarum nationum. Fateor enim me multum debere meæ formæ asininæ, quia velans me suo tegumento, exercensque

Roaldus. *Ad ultima salutis jam detrux.* Novam dictionem e scripto, hoc loco reponere visum, *detrux.* Sed totum in eo ita perscriptum: *ad ultima salutis meæ jam detrux.* Vulg. *ad ultima salutis me tandem trusum.* Notemus igitur, et exemplum quæramus aliud. *Colv.* *Ad ultima salutis jam detrux, summ. c. m.* Acumen aliorum hanc lectionem peperit: quam tamen cur recipiam non video. Cod. Palat. *salutis tandem trussumisso.* Facile apparet Apuleium scripsisse: *jam detrusus, summisso c. m.* Wowerius. *Ad ultima salutis jam detrusus.* Flor. et Bert. *ad ultimum s. trusum tandem submisso capite m.* Colvius, Lipsius Elect. 2. c. 21. et Cœlius Rhodig. *ad ultima s. meæ jam detrux.* Elmenhorstius. *Detrux.* Hanc dictionem Colvius putat novam esse et hic reponendam. Ego autem scio manu scriptum ejus loco *s*, habere frequenter *x*, ut supra, 'laxivientes,' et lib. I. pro 'esurientem mei,' *exurientem me.* Iterum lib. VIII. pro 'esurientem,' *exurientem*, et lib. X. pro 'esurienter,' *exurienter.* Hoc et hic accidisse puto, ut *detruxus* scriptum fuerit. *Brant.*—2 Pith. *illum.* Oud.—3 Ed. Bas. pr. *nisi quid.* Id.—4 D'Orv. *quod v.* Oxon. addit *esse.* Ed. Vic. *et ag. loquuntur.* Id.—5 Guelf. pr. *poët. priscæ.* Palat. Guelf. sec. *actor.* Id.—6 D'Orv. e glossa, *Grecos Graios.* Vide ad lib. I. p. 2. *Id.*—7 In vetustis *aptum* a verbo 'apiscor:' quod in lib. I. ff. de Acquir. Possessionib. Sic in marg. Vir Doct. f. Toll. ut Terent. Heaut. V. 3. 15. 'Deorum vitam apti sumus:' et aliis. At ego in nullo Cod. vidi. Et noster 'aptus' passim usurpat passive pro vincto et colligato. *Id.*—8 Plaut. Pœn. I. 1. 6. 'Quibus pro bene factis fateor debere tibi et libertatem et multas grates gratias.' Sic fere Mss. et Edd. Vett. Vulgo, ut hic, *gratas*: utroque loco forte *grates* leg. Congeminare solet ἰσοδυναμοῦντα, ut Trinum. IV. 1. 2. 'Grates gratiasque.' *Wass.* Sed vide ad l. I. p. 15. 'Hinc et credo hercules, et gratas gratias memini.' *Oud.*—9 Pal. *celatu.* Id.—1 In re simili solent

NOTÆ

ullo tamen exemplo hujus vocabuli.

[r] *Priscæ poëticæ divinus auctor, &c.*] Homerum intelligit, qui Ulyssem prudentissimum ostendere cupiens, Odysseam sic auspicatur: Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, &c. Horatius vertit in Arte Poëtica: 'Dic mihi, Musa, virum, captæ post tempora Trojæ, Qui mores hominum multorum vidit et urbes.'

mine, variisque fortunis exercitatum,[1] etsi minus prudentem, multiscium reddidit.[2] Fabulam denique bonam, præ ceteris suave comtam,[3][s] ad aures vestras afferre[4] decrevi. Et en, occipio. Pistor ille,[5] qui me pretio suum fecerat, bonus alioquin[6] vir et apprime modestus, pessimam et ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus conjugam,[7] pœnas extremas tori Larisque sustinebat:[t] ut, hercules ejus vicem ego quoque tacitus frequenter ingemiscerem.[8] Nec enim

variis casibus, effecit, ut si non adeo saperem, essem tamen peritus multarum rerum. Denique, statui vobis narrare optimam historiam, quæ mihi visa est in primis jucunda: atque ecce, incipio. Ille pistor, qui me emerat, vir alioqui bonus, et valde moderatus, patiebatur summum supplicium thalami jugalis et familiæ, quippe qui nactus erat uxorem nequissimam, et multo scelestissimam omnium fœminarum: adeo ut certe ego etiam sæpe dolerem apud me ejus sortem. Nam ne ullum quidem

fere antiqui efferre, *variisque fortunis exercitum:* quomodo idem hic lib. x. ‘Ne ille vir, alioquin exercitus, tam multiforme facinus execrata veneficæ dilatione languida passus marcessere.’ Virgil. III. Æneid. ‘Nate, Iliacis exercite fatis.’ Itidem apud Plautum obvia hæc, ‘Habere aliquem exercitum, familiam habere exercitam.’ Simili phrasi apud Lucretium est libro II. ‘Consiliis et dissidiis exercita crebris.’ Sallust. Catil. ‘Magis ambitio, quam avaritia animos hominum exercebat.’ *Stewech.*—2 *Multiscium certe reddidit.* Τὸ *certe* abest a Mss. *Elmenh.* Abest scilicet a Florent. Lips. Pal. Bert. Pith. Guelf. utroque, Oxon. Reg. Fux. D'Orvill. Quare *εἰς κόρακας* ablegavi vocem *certe*, licet per se non malam. Passim Apuleius cum aliis post ‘etsi’ ‘quanquam,’ ‘quamvis,’ ‘licet,’ eleganter omittit ‘tamen,’ vel simile; ut pluribus docui ad lib. III. p. 60. ‘Ego quanquam perfectus asinus, sensum retinebam humanum:’ e quibus simul patebit, male hic a Pricæo *etsi* mutari in *si*. Pith. *multiscitum.* Oud.—3 Repone ex codice scripto Beroaldi, *suave compertam.* Sed num potius, *suavem compert.* vel, *suave conditam?* M. Cicero Bruto: ‘Nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior:’ et alibi: ‘Orationem lepore et festivitate conditam.’ *Colv.* In quibusdam lib. *suave compertam.* Fortasse, *gnave compertam.* Wowerius. Bert. *suavem compertam.* Elmenhorstius.—4 Guelf. pr. *off.* Oud.—5 Deest pronomen in Palat. *Pretio me* Fux. *Id.*—6 Edd. Beroald. Bas. pr. *et alioq.* Exulat τὸ *alioquin* a Bert. In Edd. Bas. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. contra Mss. plerosque, *alioqui.* Id.—7 *Sortitus conjugem.* Ms. *conjugam.* Ita corrige. Supra lib. VI. ad Junonem: ‘Magni Jovis germana et conjuga.’ *Colv.* *Conjugam.* Alii, *conjugem.* Elmenhorstius. *Conjugam* præbent Flor. Pith. Urs. Guelf. bini, Bert. Pal. Reg. Fux. Oxon. D'Orv. et Edd. Vulc. sec. Elm. ac Scriv. quod secutus sum. Adi ad l. VIII. p. 168. ‘Conservam conjugam.’ In Oxon. *sortitus est conj.* Dein *toris* Guelf. sec. *Oud.*—8 Inverso ordine in Pa-

NOTÆ

[s] *Suave comtam* [*Suavem compertam*] Sic emendat Pricæus ex *suave comtam.* Sic lib. I. ‘Me vera comperta memorare.’ Astipulatur Codex Ms. a Beroaldo laudatus.

[t] *Pœnas extremas tori, Larisque sustinebat*] *Tori,* quia conjugem habebat adulteram: *Laris,* quia ipsa eum oderat, adeoque domi omnia obnixe faciebat, ut ipsi adversaretur.

vel unum[9] vitium nequissimæ illi fœminæ deerat, sed omnia prorsus, ut[1] in quandam cœnosam latrinam, in ejus animum[2] flagitia confluxerant: scæva,[v] sæva,[3] virosa, ebriosa,[4] pervicax, pertinax:[5] in rapinis[6] turpibus avara, in sumtibus fœdis profusa: inimica fidei, hostis pudicitiæ. Tunc spretis[7] atque calcatis divinis numinibus,[8] in vicem certæ religionis, mentita sacrilega præsumtione Dei, quem prædicaret unicum,[w] confictis observationibus vacuis,[9] fal-

vitium deerat illi pessimæ mulieri; sed omnia omnino scelera concurrerant in ejus mentem, veluti in aliquam cloacam lutosam. Erat ominosa, crudelis, virorum et vini appetens, obstinata, contumax, avara in fæda rapacitate, prodiga in turpibus impensis, adversaria fidelitatis, inimica castitatis. Tum contemtis, atque subterhabitis Diis immortalibus, loco veræ religionis, confingens nefariam opinionem de Deo, quem dicebat unicum esse, mentita inanes cærimonias, et decipiens omnes ho-

lat. Guelf. sec. *Id.*—9 Negligenter contra Mss. et Edd. O. edi curavit Floridus, *ullum*, sine τῷ *vel*. Id.—1 Oxon. a m. pr. *et*. Id.—2 D'Orv. *animam*, Edd. Junt. Ald. *animæ*. Id.—3 Pith. Edd. ante Colv. *confl. flagitia*, præterquam Junt. post. in qua *scæva flagitia confl. sæva*. In D'Orv. et Oxon. Pith. Fux. *sæva, scæva*. Pal. Guelf. sec. *scæva scena*. Guelf. pr. *sæva scena*. Id. —4 *Viriosa, ebriosa*. Fux. *viriosa, vinosa, p. p.* Quod probo: nam putandum τὸ *ebriosa* glossam esse verbi *vinosa*; cum profecto amet Lucius noster vocum similitudinibus et paribus exitibus ludere; ut, quemadmodum *sæva scæva, pervicax pertinax*, dixerat, sic etiam *viriosa, vinosa*. Roaldus. Idem liber, *injuriosa*. Scribo, *virosa*. Afranius divortio: 'Vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria: Virosa non sum: et si sim, non desunt mihi, Qui ultro dent: ætas integra est, formæ satis.' *Colv.* Ms. *jurgiosa*. Scioppius in Symbola. Alii *virosa* et *jurgiosa*. Elmenhorstius. Forte, *invirosa*. Brantius. *Viriosa* agnoscunt Glossæ. Tertullian. *viriosior*. Novatian. p. 24. *viritior*. Wass.—5 *Pervicax, pertinax*. Perperam ultima vox exulat ab Edd. Wowerii et Pricæi. *Oudendorp.*—6 *In rapinis*. Præpositio deest Ed. Bas. pr. *Idem.* —7 Guelf. sec. *sumptis*. Idem.—8 Malim, ut est in Bertin. *mentibus*. Scioppius in Symbola et Susp. lib. v. 23. *Elmenhorstius.* Perperam. *Oudendorp.*— 9 *Conjunctis observationibus vacuis*. Fux. *confictis obs.* Recte. In Aldi libro

NOTÆ

[v] *Scæva*] Ominosa, sinistra, sinisteritatis plena. Plin. in Epist. 'Plerique dum verentur, ne gratiæ potentium impartiri videantur, sinisteritatis, atque etiam malignitatis famam consequuntur.' Observa paronomasiam in vocibus 'scæva, sæva, viriosa, ebriosa, pervicax, pertinax.'

[w] *Mentita sacrilega præsumtione Dei, quem prædicaret unicum, &c.*] His verbis indicat mulierem illam Christianam fuisse, idque præsertim apparet ex hac voce, 'præsumtione,' ita enim sanam ac veram Christianorum fidem Pagani illudentes appellabant. Tertull. in Apologetico: 'hæc sunt, quæ in nobis solis præsumtiones vocantur.' Idem in Montani et sociorum passione: 'Condiscipuli ejus suadebant, ut, præsumtione deposita, sacrificaret.'

lens omnes homines, et miserum[1] maritum decipiens, matutino mero et continuo stupro corpus manciparat.[2] [x] Talis illa mulier miro me persequebatur odio. Nam et antelucio[3] recubans adhuc,[4] subjungi machinæ novitium clamabat asinum:[5] et statim ut cubiculo primum processerat, insistens[6] incoram sui[7] plagas mihi quamplurimas irrogari:[8] et cum tempestivo prandio laxarentur jumenta cetera, longe tardius me applicari præsepio jubebat.[1] Quæ[2] sævitia multo mihi magis genuinam curiositatem[3] in suos

mines, atque infelicem suum virum, devoverat suum corpus ebrietati, ab ipso mane incipienti, et assiduo adulterio. Illa mulier sic morata oderat me mirum in modum: nam ante lucem adhuc in lecto jacens, magno clamore præcipiebat, ut asinus recens emtus molæ alligaretur: et cum primum egressa erat ex cubiculo, statim imperabat, ut quamplurima verbera mihi coram se congererentur, ipsa instans cædentibus. Cumque reliqua jumenta solvebantur tempore prandii, jubebat me multo tardius duci ad præsepe. Qua crudelitate multo magis auxerat ingenitam mihi

apparet vestigium hujus lectionis. Habet enim *convictis*. Roaldus. Malim, *observat. vanis.* Colvius. *Vanis.* Aldus et Flor. *o. vacuis.* Elmenhorstius.—1 Fux. *miserrimum;* ut p. 241. 'In exilium miserrimi mariti.' *Roald.*—2 Ms. *proh corpus m.* Sciopp. in Symbola. Palat. *mancipabat.* Oxon. Guelf. pr. *mancipavit.* Oud.—3 Pith. *ante lucem.* Id.—4 Ms. *recubans et adhuc.* Colv. Sic quoque Guelf. sec. Mihi probatur *exadhuc.* Brant. Inepte. *Oud.*—5 Fux. *subjugi m. n. ductabat a.* quod non est usque quaque aspernandum. *Roald.* M. *dictabat.* B. *subjugum machinæ novitium ductabat asinum.* Putean.—6 *Insistens jubebat.* B. *institores jubebat.* Idem.—7 Guelf. a m. rec. *in memoriam s.* Inepte. *Oud.*—8 Pith. *inurgeri.* Id.—9 Idem, *lassarentur.* Colv. Cum Guelf. sec. *Oud.*—1 Fux. *præsepio me jubebat.* Roaldus. *Jubebar.* Idem vetus cum vulgatis aliquot, *jubebat.* Colvius. Bert. et Palat. *a. me p. jubebat.* Bene. Elmenhorstius. B. M. *me jubebat.* Puteanus. *Jubebar,* ut edidit Colv. cum Vulc. Merc. Wow. Elm. Pric. Flor. videtur esse in Flor. Priores cum aliis Mss. *jubebat.* Quando deerat *me,* exaratum etiam in D'Orv. Guelferb. utroque, Oxon. Inc. uti exhibuit Scriverius. Et malim, ejecto priore, *jubebat.* Oud.—2 Dicendum fuerat 'illius.' Non enim 'mores sævitiæ,' sed 'mulieris' intelligendi. Quare, si vel unus Cod. addiceret, malim *qua,* ut sub 'ampliaverat' intelligatur nominativus personæ ipsius mulieris. Et sic video, editum esse a Florido. *Id.*—3 Idem scriptus, *geminam curios.* Colvius.

NOTÆ

[x] *Confictis observationibus vacuis, &c. matutino mero, et continuo stupro corpus manciparat*] *Vacuis,* pro *vanis,* Græcum est. Κενὸν enim et μάταιον sæpe sunt synonyma. Videtur autem per 'vanas observationes' hic intelligere Hymnos, preces, et pia convivia seu ἀγάπας, quas matutinis horis celebrabant veteres Christiani, quæ convivia diffamabant Idololatræ illi, dicebantque, non tam religiosos ritus esse, quam crapulæ, libidinisque auctoramenta. Tertull. ad uxorem: 'Quis conjugem suam ad convivium Dominicum illud, quod infamant, sine scæva suspicione dimittet?'

mores ampliaverat. Nam et assiduo plane commeantem in ejus cubiculum quendam sentiebam juvenem, cujus [187] et faciem videre cupiebam ex summo studio; si tamen velamentum capitis libertatem tribuisset meis alioquin luminibus.[4] Nec enim mihi solertia defuisset ad detegenda[5] quoquo modo pessimæ fœminæ flagitia. Sed anus[6] quædam, stupri sequestra,[7] [y] et adulteriorum internuntia,[8] de die quotidie inseparabilis[9] aderat. Cum qua protinus jentaculo,[1] ac dehinc[2] vino mero mutuis vicibus velitata, scenas fraudulentas[3] [z] in exitium miserrimi mariti

curiositatem ad ipsius mores observandos. Sentiebam enim quendam juvenem quotidie prorsus transeuntem in ejus cubiculum, cujus etiam vultum cupidissime optabam inspicere; si tamen fascia, qua velatum erat meum caput, præbuisset alioqui meis oculis libertatem ipsius videndi. Nam satis habuissem sagacitatis ad crimina nequissimæ mulieris quomodocumque detegenda. At vetula quædam conciliatrix adulterii, et internuncia mæchorum, singulis diebus ipsi astabat comes individua per diem: cum qua primum jentans, ac deinde alternis vicibus vinum merum certatim potans, fraudulentis ambagibus concinnabat dolosos apparatus in perniciem in-

Ut supra sæpius. *Grumnam* D'Orv. *Oud.*—4 Vulgo, *aliquando.* Colvius. Rom. *m. aliquando.* Elmenh. Non solum Ed. Rom. sed omnes ante Colvium habent *aliquando* cum Mss. Oxon. Fux. Pith. Guelf. pr. Verum in ceteris Mss. est *alioquin.* Quod tamen mihi hic suspectum est; vel certe adjectivum quoddam, ut *curiosis*, vel simile deest. Sic enim solet alibi. Vide ad l. II. p. 20. et sexcenties. *Oud.*—5 Vet. *in digerenda.* Colvius. D'Orv. *s. d. detegendo,* Fux. Guelf. ambo, Oxon. a m. pr. Palat. *s. d. in detegenda.* Nec male. Usum enim et finem hæc præpositio millies significat. Quod passim viri docti et Lexica docent. *Oud.*—6 *Anus* deest Pith. *Id.*—7 Fux. *conscia.* Sed a glossa est. *Roald.* Fulv. *stupri conscia.* Sciopp. in Symbola. *Conscia* legas etiam in Reg. Oxon. Par. Pal. D'Orv. Inc. Guelf. utroque, Coll. Voss. sive Lips. sine dubio e glossa. Vide ad l. VI. p. 130. 'Virginalis fugæ sequestro ministroque:' et ad Frontin. l. I. 4. 14. 'Naves pacis sequestræ.' *Oud.*—8 *Adulterorum internuntia.* Malim, *adulteriorum.* Sciopp. in Symbola. Forte, *adulteriorum.* Brant. Bene, si modo addicerent Mssti. Immo sic in Cod. Inc. *Oud.*—9 D'Orv. *insuperabilis.* Id.—1 *Jant.* Pith. *Id.*—2 Palat. caret copula. *Id.*—3 *Vino mero m. v. velitas cœnas fraud, &c. construebat.* Fux. *velitatas,* et Ald. recte. *Roald. Velitatas cœnas.* Legendum videtur Beroaldo, *velitata scenas fraud.* Emendem ego, *delicatas cœnas fraudulenta in exitium miserrimi mariti, &c.* Colvius. *Velitatas scænas fraudulentas.* Ita plerique libri. Non male emendabis: *mutuis vicibus velitatas cœnas, fraudulenta in exitium.* Sed præferenda Bert. Cod. scriptura, *velitata, scenas fraudulentas in exitium m. m. s. ambagibus construebat.* Wowerius. Dixi in Suspectis (l. v. Ep. 23.) legen-

NOTÆ

[y] *Stupri sequestra*] Intermedia. Sic supra, lib. VI. 'de Asino virginalis

dolosos, insidiosasque machinationes. Ita prorsus legendum est, posthabitis

subdolis ambagibus [4] construebat. At ego [5] quanquam graviter succensens [6] errori Fotidis, quæ me, dum avem fabricat,[a] perficit [7] asinum, isto tamen vel unico solatio ærumnabilis deformitatis meæ recreabar,[8] quod auribus grandissimis præditus, cuncta longule etiam dissita [9] facillime sentiebam. Denique die quadam tinnulæ illius aniculæ sermo talis [1] meas affertur aures: [2] De isto quidem,

infortunatissimi mariti. At ego, quamvis valde iratus essem adversus Fotidem, quod errore suo me fecisset asinum, dum vellet in avem mutare; percipiebam tamen vel hoc unum solamen meæ cruciabilis deformitatis, quod facillime audiebam omnia etiam longiuscule remota, utpote instructus longissimis auribus. Denique, quadam die ejusmodi oratio meticulosæ illius anus pervenit ad meas aures:

dum: *velitata scenas.* Sic enim est in Bert. *Scenas* Apuleius non semel pro fraudibus et technis ponit, ut lib. VIII. pag. 130. 'Placuit Thrasyllo scena feralium nuptiarum.' Et pag. 142. 'Turpissimam scenam patefaciunt.' Et pag. 159. 'scenam propudiosæ mulieris patefecit.' Placidus in Glossis: 'Scena vocatur compositio alicujus criminis, quæ digna sunt gagunteatro exclamationibus tragicis.' Lego *agi in theatro.* Quintil. lib. VI. cap. 1. 'Discutiendæ tamen oratione hujusmodi scenæ.' Loquitur de technis et artificio oratorum lacrymis judices moventium. *Sciopp. in Symb. Velitata scenas.* Sic ex Mss tis hic locus interpungendus. Vulgo, *velitatas cænas.* Elmenh.—4 D'Orv. *subdoli amb.* Oud.—5 Bertin. *Ut ego.* Id.—6 *Graviter succensens.* Prima vox abest D'Orv. Fux. *succensus* in eodem Palat. ac Guelf. sec. *suscensens* Oxon. quod Glossarum auctoritate rectius putat Pricæus. Nonnulli scilicet scripserunt *suscensere* pro *succensere*, ut 'succipere' et 'suscipere.' Vide ad Liv. l. XXV. c. 6. sed 'succedere,' 'succurrere,' 'succollare.' Mox *fabricat avem* Fux. *Id.*—7 Palat. D'Orv. Fux. *perfecit.* Id.—8 Guelf. pr. *recreabar.* Id.—9 Reg. Fux. *et dissita.* Id.—1 *Timidæ illius aniculæ sermo talis.* Nullibi apparet timor aniculæ: quare scribendum arbitror, *temulentæ illius anic.* Wowerius. Ms. *talis quidem m.* Forte, *quidam.* Porro vox *timidæ*, timeo, menda ut careat. Neque enim sequens aniculæ sermo quicquam habet timori affine. Et quid si legendum, *uvidæ*, id est, ebriosæ, sicut Horatius voce ista utitur? *Sciopp. in Symb.* Wowerius, *temulentæ.* Scioppius, *uvidæ.* Elmenhorstius.—2 Ms. *defert aures.* Forte, *ferit aures.* Colvius. In Cod. Pal. non *affertur*, sed *defertur.* Wower. Qui sic cum Elm. Scriv. Pric. Flor. edidit. Consentiunt etiam Bert. Guelf. ambo, et Oxon. male insuper dans, *defertur ad aures.* Ego tamen nollem ceterarum Codd. et Edd. lectionem *affertur* ita temere mutatam. Nam et l. V. p. 90. habuimus, 'multitudinis conserta vox aures ejus affertur:' ubi male in quibusdam *auribus.* Omnia fere verba, quæ motum ad locum significant, Apuleius construere solet cum quarto casu, subintellecta præpositione. L. I. p. 4. 'pervenire civitatem.' L. VI. p. 130. 'perv.* loricam domus.' Alibi 'advenire,' 'devenire,' 'revenire civitatem.' Vide ad l. VII. p. 141. Infra p. 207. 'venire viam.' p. 205. 'remeare castra.' L. VII. init. 'redire hortum.' L. IX. p. 199. 'pervolare scopulum.' L. V. p. 99. 'contendere cubiculum.' L. II. p. 30. 'accurrere me.' L. III. p. 56. 'epulas.' L. IV. p. 73. Sic et alibi 'delabi Oceanum,' 'deduxere civitatem,' 'incidere aliquem.' Mox 'adsidere

NOTÆ

[a] *Fabricat*] Id est, fabricare vult, molitur.

mi herilis,[3] [b] tecum ipsa videris, quæ sine meo consilio[4] pigrum et formidolosum familiarem istum sortita es: qui insuavis et odiosi mariti tui caperatum[5] supercilium[c] ignaviter perhorrescit; ac per hoc[6] amoris languidi desidia tuos volentis amplexus[7] discruciat. Quanto melior Philesietærus,[8] adolescens et formosus et liberalis et strenuus, et contra maritorum[9] inefficaces diligentias constantissimus! dignus hercules solus[1] omnium matronarum perfrui deliciis;[2] dignus solus coronam auream capite gestare,[3]

Hera mea, delibera quidem apud te quid statuas de illo pigro amico, quem tibi cepisti me inconsulta, qui trepide reformidat severum supercilium tui injucundi atque invisi conjugis, ideoque excruciat te segnitie sui languentis amoris, cum avidissime cupis eum amplecti. Quantum ipsi præstat Philesietærus juvenis et pulcher, et liberalis, et fortis, et summæ audaciæ adversus inutilem vigilantiam maritorum! Certe solus meretur potiri amplexibus omnium matrumfamilias: solus meretur

districtam' p. 188. ubi plura. In Pith. est *afferret*, Guelf. *defert*. Oud.—3 Lego, *mea herilis*, ut infra p. 1009. *Roald.* Male. Vide ad l. iv. p. 82. 'Bono animo es, mi herilis.' Guelf. pr. *mi hercules.* Oud.—4 *Quem sine meo consilio.* Lege ex Ful. *quæ sine m.* Wowerius. Recte Ms. *quæ sine meo cons.* Sciopp. in Symbola. Ms. Lips. *q̄m.* Sed Ms. D'Orv. Fux. *quæ;* ut bene Wower. Elmenh. et seqq. edidere. Dein Ill. N. Heinsius ad Ovid. L. i. Am. 13. 42. 'Num me nupsisti conciliante seni?' hic etiam malebat *concilio* pro conciliatione, de quo vocis sensu adi Salmas. ad Tertull. Pall. p. m. 41. 238. et Confut. Cercoët. p. 24. Sed, ut opinor, argute magis, quam vere. Quod intrudere conatus est alibi quoque, ut Velleio l. ii. c. 76. 'consiliis suis illectum.' Fux. *istum fam.* Oud.—5 Oxon. *capreatum.* Id.—6 Guelf. pr. Oxon. *per hæc.* Id.—7 *Tuos volentes amplexus. Volentis* lib. Beroaldi. *Brant.* Merito eam lectionem probarunt Pricæus, et Heinsius ad Ovidium Ep. v. 45. Nec dubitavi illam recipere. Sueton. Vesp. c. 5. 'Ipsos accumbentis pedes.' Vide etiam ad l. v. inf. 'Meo violentiam perpetraturæ pectori.' Tum 'amplexus discruciat' Heraldus explicat ad Arnob. l. iii. p. 130. 'Aditum prius cruciant.' *Oud.*—8 Flor. *Philesithærus.* Elmenh. Immo in Flor. *Philesitærus* cum Edd. Colv. Vulc. Merc. præter quas Mss. plerique et Edd. Vett. usque ad Vulc. sec. *Philesiterus* dant. Oxon. qui alibi etiam *Philese.* vel *Philiset.* habet, hic præbet cum Guelf. pr. *Philositærus*, melius, judice Pricæo. Malim *Philohetærus* vel *Philosetærus*, i. e. amans meretricis, ἑταίρης φίλος, ut 'Philostorgus, φιλόστοργος,' &c. *Oud.*—9 Coll. Voss. *meritorum.* Id.—1 Τὸ *solus* delet Bertinus. *Elmenh.* Uncinulis inclusit Scriverius, male, ut patet e seqq. 'Omnium,' &c. *solus* exulant a Guelf. pr. *Id.*—2 Palat. Reg. Fux. Guelf.

NOTÆ

[b] *Mi herilis*] Vide Not. [o], pag. 300. supra.

[c] *Caperatum supercilium*] Festus: 'Caperatum, rugosum, a cornium caprinorum similitudine dicitur.' Varro de Lingua Latina lib. vi. non a caprarum cornibus deducit, sed ab earum fronte rugosa: 'Caperata fronte a capræ fronte.' Et Nonius, cap. 1. 'Caperare est rugis frontem contrahere, et asperare: tractum a caprorum frontibus crispis.'

vel ob unicum[4] istud, quod nunc nuper[5] in quendam zelotypum maritum eximio studio commentus est. Audi denique, et amatorum[d] diversum ingenium[6] compara. Nosti quendam Barbarum, nostræ civitatis decurionem,[e] quem Scorpionem,[f] præ morum [188] acritudine,[7] vulgus appellat.[8] Hic uxorem generosam, et eximia formositate[9] præditam, mira custodela munitam, domi[1] suæ quam cautissime cohibebat. Ad hæc, ultima[2] pistoris illa uxor, subjiciens, Quidni?[3] inquit, novi diligenter. Areten[4] meam condiscipulam[5] memoras.[6] Ergo, inquit anus, nosti totam

ferre in capite coronam auream, vel propter hoc unum, quod nuperrime excogitavit mira calliditate contra quendam maritum zelotypum. Ausculta demum, et confer inter se diversam indolem horum amborum amatorum. Nosti quendam nomine Barbarum, Senatorem nostræ urbis, quem populus vocat scorpionem, propter asperitatem morum. Hic vigilantissime coërcebat domi uxorem nobilem, et præstanti pulchritudine dotatam, muniens eam egregia custodia. Ad ea respondens illa deterrima conjux pistoris: Cur non? ait, apprime novi. Nempe Areten meam condiscipulam dicis. Scis ergo (inquit vetula) totam historiam Philesietæri? Nequa-

sec. Pith. *delic. perfr.* Id.—3 Par. Guelf. pr. *portare.* Fux. *gest. cap.* Id.—4 Oxon. *unicam.* Id.—5 D'Orv. *nunc quidem.* Id.—6 Bert. *diversorum ing.* Elmenh. Quod arripuit Scriverius. *Oud.*—7 *Primorum rude* Bertin. *Sciopp. in Symb.* Male. *Elmenh.* D'Orv. Pal. Oxon. Fux. Guelf. *pro morum a.* Quod Pricæus præfert. Non ego. *Præ* est propter, ob. Sæpe cum altero confusa. Vide ad l. v. p. 80. In D'Orv. *aptitudine.* Oud.—8 Ed. Ber. *appellas.* Id.—9 *Formositate.* Ita correxit vere Beroaldus. Edd. primæ *famositate.* Dein Fux. *prædita.* Id.—1 Idem, *munita domui.* Num, *munita domu?* Colvius. *Munita domu sua* conjecit etiam Pricæus: et *domu* in Ablat. dixit Plaut. Mil. Act. II. Sc. I. Immo *domui* dant etiam Reg. Fux. Pith. Oxon. D'Orv. et rectius domus dicitur munita, quam mulier, quæ custoditur invita. Vide ad Phædr. l. II. f. 6. 'Contra potentes nemo est munitus satis.' Est itidem *munita* in Guelf. pr. *Oud.*—2 Tò *ultima* delet Bert. haud bene. *Elmenh.*—3 Guelf. pr. *quinni.* Oud.—4 *Aretem.* Vet. editiones, *Artem.* Ms. *arceri.* Colvius. *Artem* est in solis Edd. Ber. et Bas. sed Edd. pp. aliæque recte præbent *Areten*, cum Guelf. utroque, nisi malis Latina terminatione, *Aretam*, quod extat in D'Orv. ut 'Circa,' et similia, de quibus vide ad l. II. p. 23. 'Pamphilæ.' *Oud.*—5 Ms. *condisciplinam.* Colv. Sic et Fux. *cum discipula* Pith. *Oud.*—6 *Quam memoras.* Fux. *c. memoras* ἄνευ τοῦ *quam.* Roald. Ut debet.

NOTÆ

[d] *Amatorum*] Tui nimirum illius segnis ac meticulosi, et hujus strenui et constantissimi Philesietæri.

[e] *Decurionem*] In municipiis et coloniis Decuriones dicuntur, qui Romæ Senatores. Decreta Decurionum sæpe citantur a scriptoribus. In re autem militari 'Decuriones,' inquit Festus, 'appellantur, qui præsunt denis equitibus.' Erant terni in singulis turmis, quæ duobus et triginta hominibus constabant auctore Vegetio.

[f] *Quem Scorpionem, &c.*] D. Hieronymus in Apocalypsin: 'scorpiones vocantur, qui sunt corde indomabili.'

Philesietæri etiam ipsius[7] fabulam? Minime gentium,[8] inquit: sed nosse valde cupio,[9] et oro, mater, ordine[1] mihi singula retexe. Nec commorata illa sermocinatrix immodica, sic anus incipit:[2] Barbarus iste,[3] cum necessariam profectionem pararet,[4] pudicitiamque[5] caræ conjugis[6] conservare summa diligentia cuperet; servulum[7] suum Myrmecem,[8] [g] fidelitate præcipua cognitum, secretum[9] commonet, suæque dominæ custodelam[1] omnem permittit: carcerem et perpetua vincula, mortem denique violentam de

quam, ait: sed vehementer opto scire, et precor te, o parens, ut mihi omnia narres ordine. Et absque mora illa vetula loquacissima narratrix sic exorditur. Barbarus ille, cum jamjam suscepturus esset iter necessaria de causa, et vellet diligentissime conservare castitatem suæ dilectæ uxoris; commonefacit secreto servulum suum Myrmecem, quem noverat sibi esse in primis fidelem, creditque ejus fidei totam custodiam heræ ipsius, interminatus ei carcerem, atque æternas compedes, deni-

Estque istud *quam* in solis Edd. Basil. *Oud.*—7 Reg. Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Palat. Coll. Voss. *et ipsius*. Guelf. ambo, *Philetæri*. Id.—8 Idem, *minime sentio*. Colv. D'Orv. *minimeque gent*. Oud.—9 Ed. Beroald. *cupido*, scil. est mihi. Eadem varietas l. VIII. p. 168. 'Narrare cupio.' *Id.*—1 Tò *ordine* non comparet in Bert. *Elmenh.* Male l. VIII. p. 162. 'Enarratis ordine singulis:' ac sæpius. *Sing. mihi* Fux. *Oud.*—2 *Nec, &c. incipit*. Desunt Pith. *Id.*—3 D'Orv. *B. ille*. Id.—4 D'Orv. *innecessariam*. Edd. Ber. Bas. *paret*. Id.—5 Abest copula a Pith. *Id.*—6 *Caro conjugio*. Vulg. *caræ conjugis*. Ut ex scripti libri auctoritate correctum est, sic Propertius, 'Et totum fœmina conjugium.' *Colv.* *Caræ conjugis*. Vulgo, *caro conjugio*. Elmenhorstius. Nempe *caro conjugio* cum Colvio receperant Vulc. Merc. Wower. Pric. nec ulla varietas ad Ed. Vulc. notata mihi est e Florentinis, ac 'conjugium,' ut 'matrimonium,' dici posse pro 'conjuge,' certum est. Quia tamen in Mss. ceteris et Edd. est *caræ conjugis*, id retinui. *Conjugi* vel *conjugæ* potius videtur verior lectio, ut supra. *Oud.*—7 Fux. *servum*. Id.—8 Flor. *Myrmicem*. Elmenh. Item D'Orv. Fux. Guelf. *Myrmitem* Oxon. a pr. m. *Oud.*—9 Ms. *secreto*. Sciopp. in Symbola. *Secreto c.* Vulgo, *secretum*. Elmenhorstius. B. M. *secreto comm.* Puteanus. Mirum est, unde vulgares editores illud *secretum* hauserint: cum Mss. quod sciam, omnes bene habeant *secreto*: nisi quod in Oxon. et Guelf. pr. sit *secrete*. Sed et *secreto* jam est in Ed. Junt. post. ut rescripsere Elm. Scriv. et Flor. ac passim cum aliis utitur Apuleius. Vide Indicem. Frustra Lud. D'Orleans ad Taciti lib. II. Ann. conjecit *secretorum*, ut cum *fidelitate* jungatur. *Oud.*—1 *Dominæ custodiam*. Vulgo, *custodelam*. Colvius. Palat. *custodelam*, Apuleiano more. Wowerius. *Custodelam*. Vulgo, *custodiam*. Elmenhorstius. B. M. *custodelam*. Puteanus. E Lipsiano Cod. Colvius cum Vulc. et Merc. malo judicio *custodiam* reposuit contra Apuleii genium, et reliquos Mss. editosque. Vide Indicem. Paulo ante 'mira custodela.' Guelf. pr.

NOTÆ

[g] *Myrmecem*] Μύρμηξ formica Græcis est: hinc apposite Myrmecis nomen laborioso, fideli, et frugi servo inditum.

fame [2] [h] comminatus, si quispiam hominum,[3] vel in transitu, digito tenus [4] eam contigisset.[5] Idque dejerans [6] etiam confirmat per omnia divina numina.[7] Ergo igitur [8] summo pavore percussum [9] Myrmecem [1] acerrimum relinquens

que necem crudelem, et esuritionem, si ullus vir eam tetigisset vel extremo digito, etiam transeundo: atque hoc affirmat jurans per omnes Deos. Relinquens igitur vigilantissimum comitem suæ conjugi Myrmecem perculsum maximo terrore, iter

suamque. Oud.—2 *Et famem.* Scriptum, *de famem.* Colvius. Malim, *infamem,* et furcam intelligo, sive crucem. Lactant. lib. IV. cap. 26. 'cur potissimum cruce? cur infami genere supplicii?' Incertus auctor in Catalect. Virgil. 'Noxius infami districtus stipite membra.' *Sciopp. in Symb. et Susp.* lib. v. 23. *M. viol. et defamem.* Sic Flor. Vulgati, *m. v. et famem i.* male. Loquitur enim de supplicio crucis. Colvius hunc locum non intellexit. *Elmenh.* Ms. *de famem.* Forte *defamem,* id est, infamem, aut verius, *de fame,* mortem omnium miserrimam. *Brant.*—3 *Quisquam hominum.* Malim, *quisquam omnium.* Sic apud Sallust. in V. C. 'Amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit.' Cicero sæpe utitur. Et Apul. de Deo Socrat. 'necesse quicquam omnium quod habeat et laudem diligentiæ et gratiam celeritatis.' *Sciopp. ibid.* At vide tu Pricæum. Malim vero cum Cod. D'Orvill. Fux. et Inc. *quispiam hominum.* Oud.—4 Guelf. ambo, *digno tenus.*—5 Oxon. *cognorisset,* Par. *cognoviscit.*—6 Oxon. Guelf. pr. *ideoque.* Pal. Guelf. uterque, *dejeratis.* Id.—7 *Tò divina* recte Aldus induxit. *Elmenh.* Postrema vox mihi quidem purum putum glossema. *Brant.* Errant uterque; licet *divina* absit etiam ab Ed. Junt. pr. Adi rursus Pricæum, et quæ notavi ad p. 186. 'calcatis divinis numinibus.' *Oud.*—8 *Ergo igitur.* Abest ultima vox a Fux. *Id.*—9 *Pavore perculsum.* Ms. *percusum.* Forte, *percussum.* Colvius. Corrigo, *perfusum,* ut lib. I. 'Insperato gaudio perfusus;' et, 'non sanguine, sed lotio perfusus,' et lib. II. 'rubore suffusus,' ut Petron. 'perfusus rubore.' *Brant.* *Perfusi* vox hinc aliena est. *Percussum* dat D'Orvill. ut solent hæ voces variari semper, ita ut sæpe nescias, quid præferas. Malo tamen hic *percussum.* Adi ad Lucan. lib. I. 486. 'vulgus inani Percussum terrore pavet:' et Heins. ad Virg. Æn. I. 511. 'Percussus Achates Lætitiaque metuque.' Sueton. Tib. C. 11. 'Percussus igitur inopinata re.' Infra, recte; 'tanto calore, tantaque rabie perculsus:' et lib. x. 'filiorum morte perculsus.' *Oud.*—1 Flor. D'Orv. Fux. *Myrmicem* vel *Mirmicem* rursus, ut et dein Guelf. et Oxon. in quo hic

NOTÆ

[h] *M. denique v. de fame* [*M. v. et famem*] Elmenhorstius tuetur scriptam in Mss. quibusdam lectionem *mortem violentam et defamem,* frustra. Nihil hic solicitandum. Notum est herilis in servos sævitiæ fuisse, eos macerare fame. In Epistola Divi Antonini Pii ad Ælium Marcianum Proconsulem Bœticæ relata leg. 2. ff. 'De his, qui sui vel alieni juris sunt. Sed dominorum interest ... 'ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur his, qui juste deprecantur,' &c. Apud Plautum, in Menæchmis Act. v. Scen. 6. Messenio servus. 'Verbera, compedes, molæ, magna Lassitudo, fames, frigus durum, Hæc pretia sunt ignaviæ. Id ego malum metuo,' &c. Si quid ergo mutandum hic esset, legerem: *mortem lentam de*

uxori secutorem,[i] securam dirigit profectionem.[2] Tunc obstinato animo vehementer anxius Myrmex,[3] nec usquam dominam suam progredi sinebat, et lanificio domestico districtam inseperabilis assistebat,[4] ac tantum necessario vespertini lavacri[k] progressu,[5] affixus[6] atque conglutinatus, extremas manu[7] prehendens[8] lacinias, mira sagacitate commissæ provinciæ fidem tuebatur.[9] Sed ardentem Philesietæri vigilantiam[1] matronæ nobilis pulchritudo latere non[2] potuit. Atque[3] hac ipsa potissimum famosa castitate et insignis tutelæ nimietate instinctus[4] [l] atque inflammatus, [189] quidvis facere, quidvis pati paratus, ad expugnandam tenacem domus disciplinam totis accingitur viribus. Certusque fragilitatis humanæ fidei, et quod pe-

ingreditur deposita solicitudine. Tunc Myrmex obfirmata mente valde solicitus, nusquam permittebat ire suam heram, et detinens eam domi occupatam lanæ nendæ, assidebat ipsi comes individuus: et dum necesse erat eam exire, quod vespere tantum contingebat balnei petendi causa, adhærens ipsi, et agglutinatus tenensque manu oram vestis ejus, officio sibi injuncto fungebatur egregia solertia ac fidelitate. Sed forma nobilis illius matronæ non potuit occultari ardenti vigilantiæ Philesietæri. Et irretitus atque accensus hac ipsa præsertim pudicitia tam celebri, et nimia vigilantia eximiæ illius custodiæ, comparat se toto nisu ad corrumpendam severam disciplinam illius domus, certus omnia et exequi et tolerare. Et cum

Myrmethem. Id.—2 Idem addidit, *securam miles dirigit.* Colvius. Hinc ejus cod. possessor, Lipsius non male conjiciebat, *s. ille dirigit.* Nequaquam tamen opus est. *Oud.*—3 Fux. D'Orv. *Myrmes*, et infra. *Id.*—4 *Destrictam inseperabilis assidebat.* Fux. *destr. inseparabilis.* Et Ald. recte. *Roald.* Idem, *districtam.* Repone. *Colv.* Manuscr. *adsistebat.* Sciopp. in Symbola.—5 Oxon. *progresso.* Non capio Pricæum, quando ait, fortasse *tam necess.* intelligenda. Apuleii sensus flagitat *solummodo.* In Fux. *tamen.* Oud.—6 Fux. *afflixus.* Id.—7 Oxon. a m. pr. *manū.* Id.—8 Flor. *prendens.* Elmenh. Sic et Pith. ac Fux. *Oud.*—9 In D'Orv. *providentiæ f. tenebat.* In Oxon. etiam *providentiæ.* Palat. *punice fide.* Id.—1 Bert. *ardentis Ph. vigilantiam.* Elmenh. Sed vide ad p. 182. 'curruli equorum rabie.' *Oud.*—2 Palat. Guelf. Oxon. a m. pr. carent *τῷ non.* Id.—3 Bertin. *At.* Id.—4 *Instrictus.* Vulgo, *instinctus.* Dixi ad lib. VIII. supra. *Colv.* Sine dubio legendum, *instinctus.* Sciopp. in Symbola. *Instinctus.* Alii, *instrictus.* Elmenhorstius. E Pricæo, Reg. Fux. D'Orv. Oxon. a m. pr. *instrictus* cum Colvio et seqq. Edd. Sed bene, quod antiquam lectionem instaurandam esse alii monuerint. Vide Meursium Exerc.

NOTÆ

[i] *Secutorem*] Comitem individuum. De secutoribus in re gladiatoria dixi lib. IV.

[k] *Vespertini lavacri*] Quod mulieri prohiberi inhumanum fuisset, ex moribus non erant lintea in usu familiari.

[l] *Instinctus* [*Instrictus*] Melius ex Vicentina editione et Ms. Oxon. reponas *instinctus.*

cuniæ cunctæ[5] sint difficultates perviæ, auroque soleant[6] adamantinæ etiam perfringi fores; opportune nactus Myrmecis solitatem,[7] ei amorem suum aperit:[8] et supplex eum[9] medelam cruciatui deprecatur. Nam sibi statutam decretamque mortem proximare, ni maturius cupito potiatur.[1] Nec eum tamen quicquam in re facili formidare debere. Quippe cum vespera solus,[2] fide tenebrarum contectus[3] atque absconditus, introrepere, et intra momentum temporis[4] remeare posset. His et hujuscemodi suadelis[5] validum addens cuneum,[m] qui rigentem prorsus servi tenacitatem violenter diffinderet.[6] Porrecta[7] enim manu sua, de-

certo sciret humanam fidem esse fragilem, et omnes difficultates planas esse pecuniæ, januasque etiam durissimas solere diffringi auro; invento opportune Myrmece solitario, declarat ei suum amorem, et petit ab eo suppliciter remedium suo angori se enim statuisse, et decrevisse brevi mori, nisi quamprimum fieret voti sui compos. Ei tamen nihil in re facili esse timendum, cum nempe posset ipse vespere penetrare intra ædes solus, velatus atque occultatus beneficio obscuritatis, et momento post exire. Adjungens his et similibus persuasionibus validum cuneum, qui violenter diffinderet obstinationem plane rigidam servi. Aperta enim sua manu, ostendit ei

Crit. p. 226. et notas ad p. 168. 'dolore pellicatus instincta.' *Oud.*—5 *Pec. cautæ* Guelf. pr. *Id.*—6 Ms. *solebant.* Colvius. Oxon. a m. pr. *aureeque*, et in Pal. *etiam adam.* Guelf. pr. *aureque solearum.* Oud.—7 Bert. *solitudinem*, male. Vide Indicem. *Elmenh.* In Apol. p. 440. Ed. Flor. 'Servis a sese remotis solitatem delegit.' Et ita alii. *Solitudinem* tamen etiam dat Pith. *Oud.*—8 D'Orv. *aperuit.* Id.—9 Flor. *s. ei.* Elmenhorstius. Ut passim Plauto, Terentio, Ciceroni, &c. 'supplex alicui esse' dicitur. Sed præcessit *ei;* dubiumque foret, an *ei* Myrmeci, an *ei* 'cruciatui' jungenda. Quare malo Accusativum *eum* retinere. *Medela* Guelf. pr. in quo et *deprec. cruc.* Oud.—1 Abest *ni* ab Oxon. a m. pr. *nisi* Coll. Voss. D'Orv. Pal. Guelf. *nullus* Fux. Pricæo autem e conjectura placebat *cupita*, ut alibi. Eum vide. Substantive cum adhibet Auctor, in plurali dixit *cupita*, ut lib. v. 'Cupitis annuat.' et 'Cum te scilicet amator aliquis, ut diutius cupitis etiam nocte potiretur.' ex quo loco et hic *cupitis* posset refingi. Quare nihil moveo. *Id.*—2 *Solus.* Ab Oxon. exulat. *Id.*—3 Guelf. pr. *contentus.* Id.—4 D'Orvill. *in mom. t.* Id.—5 Bertin. *aculeis.* Sciopp. in Symb. Elmenh. Pal. *hic.* Oxon. *hujusmodi.* Oud.—6 *Suadelis validum addens aculeum, q. r. p. s. t. v. diffunderet.* Duum verborum 'diffundo' et 'diffindo' alterum in alterius locum non raro immigrasse, alibi monui. Nescio an et hoc loco Apuleius ipse scripserit, *validum addens cuneum*, ac mox *diffinderet.* Stabunt, spero, a me, quicumque energiam vocis *violenter* expendent. Iterum Apuleius in eadem voce corruptus, quarto de asino, 'perfracta, diffisaque crate costarum rivos sanguinis

NOTÆ

[m] *Validum addens cuneum*] Legebat Beroaldus *aculeum.* Sed optime Stewechius *cuneum* reposuit. Metaphorice scilicet indicat Apuleius, quemadmodum adacto ferreo cuneo diffinduntur ligna, sic oblata pecunia diffissam fuisse fidem ac tenacitatem Myrmecis.

monstrat ei[8] novitate nimia candentes solidos aureos:[n] quorum viginti quidem[9] puellæ destinasset, ipsi vero decem libenter offerret. Exhorruit Myrmex inauditum facinus, et occlusis auribus effugit protinus.[1] Nec auri tamen splendor flammeus oculos[2] ipsius exire potuit. Sed quanquam[3] procul semotus, et domum celeri gradu pervectus,[4] videbat tamen decora illa monetæ[5] lumina, et opulentam prædam jam tenebat animo:[6] miroque mentis salo[o] et cogitationum[7] dissensione, misellus in diversas sententias

solidos aureos splendentes (quod ipsi valde novum visu erat); ex quibus aiebat se destinasse viginti quidem mulieri, decem vero ei libenter offerre. Myrmex audivit cum horrore scelus sibi antea inauditum, et obturatis auribus confestim aufugit. Neque tamen igneus fulgor auri potuit excedere ex ejus oculis, sed quamvis procul recessisset, et citato gressu domum pervenisset sibi tamen videbatur intueri pulchros illos pecuniæ fulgores, et jam mente possidebat opulentum lucrum, atque infelix scindebatur, et divellebatur in studia contraria mirabili animi æstu, ac discordia

vomens.' Scribendum, *diffisaque.* Stewechius. *Cuneum, &c. diffinderet.* Vulgo ante ubique, *val. add. aculeum, qui rig. serv. t. v. diffunderet.* Scriptus, *val. addens adcuneum.* Tò *ad* his repetitum fuerat ex illo *addens:* itaque inducendum censui, et locum hunc scribendum, quemadmodum jam cusus est. Sed et ea quæ sequuntur melius cohæsura puto, si legamus; *his et hujusmodi suadelis val. add. cun. qui rig. pr. ser. ten. viol. diffinderet, porrecta jam manu sua, &c.* Colvius. Rom. et Ald. *aculeum.* Pal. et Flor. *diffunderet.* Elmenh.—7 Fux. *prorecta.* Oud.—8 *Ei* non est in Bertino. *Elmenh.*—9 Fux. *viginti quinque,* fortasse rectum. *Roald.* B. *XXV.* M. *viginti quinque.* Puteanus. In Coll. item Voss. Oxon. Guelf. sec. est *viginti quinque,* in D'Orv. Guelf. pr. *XXV.* Immo in Palat. *viginti quinque quidem:* unde apparet, alterum e varia lectione natum. Ego *quidem* retineo. *Oud.*—1 Ed. Scriv. *aufugit.* Quod et mallem, si per Mss. liceret. Vide ad lib. VIII. Nisi ad præcedens 'facinus' velis referre. Sic 'effugere fortunam,' ibidem, et 'oculos' sæpe Nostro. *Id.*—2 Oxon. *oculis,* male. Vide ad lib. III. 'Exibis asinum.' *Id.*—3 Pith. Fux. Guelf. Coll. Voss. Oxon. a m. pr. *quam . . .* Id.—4 *Domum provectus.* Palat. D'Orv. Guelf. ambo, Oxon. *pervectus,* verissime. Adi ad lib. I. 'me usque ad portam pervecto.' *Id.*—5 Oxon. Guelf. pr. *illa decoram.* In D'Orv. non est *decora.* Idem habet *nitente* pro *monetæ.* Pith. *monere.* Id.—6 *Et op. pr. j. ten. animo.* Copula exulat ab Ed. Bas. pr. *animo* a Mss. Fux. D'Orv. perperam. Vide Comm. ad Sil. VII. 586. Cort. ad Cic. III. ad Fam. II. me ad Lucan. l. VIII. vs. 161. Val. Flacc. I. 272. V. 611. Xenoph. p. 159. ἔχειν ἐν ψυχαῖς νίκην. *Id.*—7 *Cogitationis.* Ms. *cogitationum.* Colvius. Pluralem habent etiam Palat. Fux. Guelf. D'Orv. Par. Bert. et Edd. Junt. post. Wower. et seqq. Quare id retinui, ut l. XI. 'Apud cogitationes meas revolvebam.' de

NOTÆ

[n] *Candentes solidos aureos*] 'Candentes' hic ne intelligas albicantes, sed fulgentes, et quasi ignitos. Sic paulo infra: 'nec auri tamen splendor flammeus oculos ipsius exire potuit.'

[o] *Mentis salo*] Fluctuatione animi, qui instar sali, id est, maris agitabatur et fluctuabat.

carpebatur, ac distrahebatur. Illic fides, hic lucrum; illic cruciatus,[p] hic [8] voluptas.[q] Ad postremum tamen, formidinem mortis vicit [9] aurum. Nec saltem spatio [1] cupido [2] formosæ pecuniæ leniebatur, sed nocturnas etiam curas [3] invaserat pestilens avaritia; ut, quamvis herilis eum [4] comminatio domi cohiberet, aurum [190] tamen foras evocaret.[5] Tunc devorato pudore, et dimota cunctatione,[6] sic ad aures dominæ mandatum [r] perfert.[7] Nec a genuina levitate descivit [8] mulier, sed execrando metallo pudicitiam suam protinus auctorata est.[s] Ita gaudio perfusus,[9] ad suæ fi-

cogitationum. Illinc fidelitas urget, hinc instat quæstus; illinc tormenta impendent, hinc affulget gaudium. Novissime tamen aurum superavit necis metum. Neque aviditas pulchræ monetæ tempore saltem mitigabatur; sed pestilens avaritia noctu quoque ejus animum solicitudinibus agitabat; ita ut, quamvis minæ heri retinerent eum domi, aurum tamen evocaret foras. Tunc omni prorsus verecundia calcata, et sublata mora, illico narrat suæ heræ quod sibi erat præceptum. Ipsa vero non degeneravit ab innata sibi levitate, sed confestim mancipavit suam pudicitiam execrabili metallo. Sic Myrmex lætitia delibutus in naufragio suæ fidelitatis,

Phil. Mor. 'Cogitationum ratione hæc consideret:' et passim. Vide Indicem. In Flor. tamen et Pith. videtur esse *cogitationis*, ut l. IV. 'Cogitationis salo fluctuaret.' In Oxon. *cogitatione dissentione*. Pith. *cogit. discursione*. Oud.—8 Mallet Pricæus *illinc, hinc*. Nullam video necessitatem. Quare Mss. sequor. In Pith. *hoc*. Id.—9 Reg. *vincit*. Id.—1 *Diei spatio* conjicit Pricæus. At vide p. 194. 'Quoad spatio fervens mariti sedaretur animus.' *Wass.* Vide ad l. VI. p. 111. *Oud.*—2 Oxon. a m. pr. *cupito*. Id.—3 D'Orv. *auras*. Id.—4 *Eum* abest a Pal. *Id.*—5 Fux. *eructaret*. Roaldus. In Bert. *auri*. Pal. *evocare*, D'Orv. *enarraret*, Reg. etiam *eructaret*. Latet forsan aliud verbum. *Oud.*—6 *Dev. pudore et d. contatione*. Ed. Junt. post. *timore*. Lib. II. etiam 'devorare pudorem' dixit. *Cunctatione* D'Orv. *cunt*. Pal. Guelf. sec. *Id.*—7 *Sic ad a. d. inauditum perfert*. Forte reponendum, *hic ad aures dominæ mandatum perfert*, ut mandatum intelligamus ipsius Philesitæri amatoris adulteri, quocum hic servus de pudicitia heræ transigit, tentata nihilominus et explorata prius dominæ voluntate. *Stewechius*. Fux. *mandatum*. Verissime. *Roald.* *Mandatum p.* Colvius. Rom. *in auditum p.* Bertin. *m. præfert*, male. Vide Indicem. *Elmenh.* *Sic* non mutandum videtur, sed potius quædam excidisse post *perfert*. Nisi *ocius* malis. Tum Mss. O. habent *mandatum*, quod tamen ante Colvium sola dedit Ed. Junt. post. *Profert* Bertin. *præfert* Fux. et Guelf. pr. a m. pr. Sed minus bene. *Oud.*—8 Ed. Colv. *discivit*. Id.—9 Pal. Guelf. sec. *a gaudio perf.* Id.—1 *Ad suæ fidei*

NOTÆ

[p] *Illic cruciatus*] Si herus rescisceret sibi non servatam fidem.

[q] *Hic voluptas*] Si oblatis aureis frui posset.

[r] *Mandatum*] Philesietæri.

[s] *Auctorata est*] Vide lib. II. Not. p. 161. ad vocem 'auctoratus.' Observa tamen illic passive sumi, hic active.

dei præcipitium,[1] Myrmex non modo[2] capere; verum saltem contingere,[3] quam[4] exitio suo viderat, pecuniam cupiens, et magnis[5] suis laboribus perfectum desiderium Philesietæro, lætitia percitus,[6] nuntiat: statimque destinatum pretium reposcit:[7] et tenet nummos aureos manus Myrmecis, quæ nec æreos norat.[8] Jamque nocte promota solum perducit ad domum, probeque capite contectum,[t] amatorem[9] strenuum infert adusque dominæ cubiculum. Commodum[1] novis amplexibus Amori[2] rudi litabant,[3][u]

optansque non capere solum, sed vel manibus tractare aurum, quod in suam perniciem aspexerat, gaudio gestiens refert Philesietæro, se tandem magnis laboribus effecisse quod cupiebat: continuoque petit mercedem sibi promissum: et manus Myrmecis jam tenet nummos aureos, quæ antea ne æreos quidem unquam contigerat. Jamque nocte provecta deducit ad domum fortem illum amatorem solum, et introducit eum capite probe velato usque ad thalamum suæ heræ. * * *

pretium. Fux. *ad suæ fidei præcipitium.* Elegans, Jupiter, lectio. Fides Myrmecis antea male ambulaverat, ut ait Arbiter, nunc vero sui omnino impos, præcipiti ruina collabitur. *Roald. Præcipitium.* Iidem, *pretium.* Ad suæ fidei præcipitium, ut fidem suam præcipitaret, pessumdaret, falleret. *Colv.* Egregie Roald. et Colvius cum ceteris restituerunt *præcipitium,* quod præter Mstos. servavit etiam Ed. Junt. post. In reliquis Edd. et Cod. Pith. inepte *pretium.* Vide ad l. VIII. p. 154. 'In profundam ruinam cupidinis se præcipitavit.' *Oud.*—2 Membranæ, *nec modo.* Colv. Item Palat. Dein *verum etiam s.* Guelf. sec. a m. pr. *Oud.*—3 Edd. ante Colv. *cont. salt.* Id. —4 Coll. Voss. *quod.* Id.—5 Lego, *ex magnis.* Brant. Non displicet hæc Brant. conjectura. Nam abundat copula, ac nulla huic polysyndeto inest elegantia. 'Ex laboribus' dictum, ut 'ex studio,' 'viribus.' Adi ad l. VII. In Pithœano est *magnas:* unde conjecit vir doctus *imaginans.* Male et haud Latine. *Oud.*—6 Eædem, *lætitiam paratus.* Al. *paracitus.* Colvius. Legebam, *lætitia mancipatus.* Sed amplius deliberandum censeo. *Brant.* Abest *lætitia* a Palat. Guelf. sec. *lætitiam* Bertin. An *lætitia animi,* vel *l. nimia?* Vide ad l. v. et l. x. 'personata nimia temeritate.' et passim. Nequaquam vero tentandum est *percitus.* Eo participio in quavis vehementi animi affectione utitur auctor. Consule Indicem. *Oud.*—7 Cusum ubique, *præmium.* Nec minus bene. *Colv. Præmium deposcit.* Bert. *Elmenh.*—8 Ms. *aureos.* Colv. Item D'Orv. Fux. in quo etiam *qui.* Oud.—9 Guelf. pr. *amatorium.* Pro *dominæ* sec. *domini.* Id.—1 Abest *commodum* a Palat. *Id.*—2 *Amoris* Guelf. pr. *Id.*—3 *Litabat* Pith. *Id.*—4 Edd. Junt. pr. Ald. *comm. primum prima*

NOTÆ

[t] *Probeque capite contectum*] Juvenal. Satyra VIII. 'Nocturnus adulter Tempora Santonico velans adoperta cucullo.' Apud Horatium, Satyr. 7. lib. II. Serm. Davus ad herum: 'Tu cum projectis insignibus, annulo equestri, Romanoque habitu prodis ex judice Dama Turpis; odoratum caput obscurante lacerna, Non es quod simulas?'

[u] *Amori rudi litabant*] Litare Amori nihil aliud est quam concubitu et lecti palæstra Cupidinem propitiare. *Beroald.*

commodum prima stipendia[4] Veneri militabant[w] nudi[5] milites: et contra omnium opinionem,[6] captata noctis opportunitate, improvisus maritus assistit. Suæ domus januam jam pulsat, jam clamat,[7] jam saxo[8] fores verberat: et ipsa tarditate magis magisque suspectus,[x] dira[9] comminatur[1] Myrmeci supplicia. At ille, repentino malo perturbatus,[2] et misera trepidatione ad inopiam consilii deductus, quod solum[3] poterat, nocturnas tenebras causabatur[4] sibi obsistere, quin clavem curiose absconditam reperiret. Interdum Philesietærus, cognito strepitu, raptim tunicas injectus,[5] sed plane præ trepidatione[6] pedibus intectis, procurrit cubiculo. Tunc Myrmex, tandem clave

* * *Maritus, aucupatus commodum tempus noctis, de improviso adest præter omnium expectationem: jam percutit ostium suarum ædium, jam clamat, jam tundit fores lapide: et, ipsa mora magis magisque augente ejus suspicionem, crudeles pœnas minatur Myrmeci. Ille vero attonitus subito malo, et præ metu nesciens quid sibi esset agendum, quod poterat unum, dicebat obscuritatem noctis impedire quominus inveniret clavem, quam sedulo occultaverat. Interim Philesietærus, audito clamore, induta celeriter veste, sed certe pedibus nudis præ trepidatione, erumpit ex cubiculo. Tunc Myrmex, clave tandem subdita pessulis, aperit januam: et*

stip. Id.—5 *Novi et nudi milites.* Desunt *novi et* ab eodem libro. *Colv.* *Novi et.* Flor. hæc delet. *Elmenh.* Absunt etiam a Regio, Fux. Pith. Guelf. ambobus, Oxon. Par. D'Orv. et Edd. Junt. post. ac Floridi. Quare et ego exulare jussi. Hic adulteri cum Arete concubitus quidem erant *novi* amplexus et *prima* Veneris stipendia. Sed ipsi non erant *novi* Veneris milites. Illa dudum uxor, et ille notus adulter, licet adhuc adolescens. *Oud.*—6 In Palat. est *oppositionem.* Id.—7 Vulgo, *clamitat.* Colvius. Bert. *clamitat.* Elmenh. Non damnassem *clamitat*, quod habet etiam Pithœanus, et est indignantis præ mora; nisi in Flor. Guelf. Reg. Pal. Oxon. D'Orv. Lips. et Ed. Junt. post. reperissem *clamat*, ut Colv. Vulc. Merc. Wow. et Pric. ediderunt. *Oud.*—8 Oxon. *faxo.* Id.—9 Guelf. pr. *dura.* Id.—1 Ibidem, *minatur.* Colvius. Alii, *minatur.* Elmenh. Bene *comminatur* reposuit Colv. et seqq. consensu Mstorum, excepto Pith. et Ed. Junt. post. *Myrmici* rursus in D'Orv. Fux. aliisque. *Oud.*—2 Fux. Edd. Ber. Bas. *perturbatur.* Dein *et* exulat a Palat. Guelf. sec. *Id.*—3 Fux. *solus.* Id.—4 Scriptus codex, *clausabatur.* Colvius. D'Orv. Fux. Coll. Voss. *sibi caus.* Oud.—5 *Tunicam injectus.* Flor. *tunicas injectas.* Elmenh.—6 *Præ turbatione.* Bert. et Aldus, *perturbatione*, male. *Elmenh.* Item Edd. Junt. *Per turbationem* Guelf. sec. *Præ*

NOTÆ

[w] *Prima stipendia Veneri militabant*] Translatio a castris ad rem Veneream. Notum illud: 'Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido.' *Idem.*

[x] *Suspectus*] Suspicans, suspiciosus, activa significatione. Sic Ammianus Marcellinus, lib. XVI. 'Suspectior de obscuris, nec referre gradum, nec ulterius ire tentavit.'

pessulis subjecta,[7] repandit fores: et recipit tunc etiam[8] fidem Deum[9] boantem dominum. Eoque propere[1] cubiculum petente, clandestino transcursu dimittit Philesietærum. Quo jam pro limine[2] liberato, [191] securus sui, clausa domo, rursum se reddidit quieti. Sed, dum prima luce Barbarus procedit cubiculo, videt sub lectulo[3] soleas incognitas, quibus inductus[4] Philesietærus irrepserat: suspectisque[5] e re nata, quæ gesta sunt: non uxori, non[6] ulli familiarium cordolio[y] patefacto, sublatis his, et in sinum furtim absconditis,[7] jusso tantum[8] Myrmece per conservos vincto forum versus detrahi,[9] tacitos secum mugitus ite-

excipit herum, adhuc clamore testantem Deos: dumque is festinanter it in cubiculum, ille emittit Philesietærum occulta fuga se proripientem. Quem cum jam emisisset extra fores, deposita formidine, domum claudit, seque iterum componit ad somnum. At Barbarus, e thalamo exiens diluculo, animadvertit sub lecto soleas sibi incognitas, quibus calceatus erat Philesietærus, cum introiverat: suspicatusque ex ipsa re quod contigerat, neque conjugi suæ neque ulli ex domesticis declarato animi sui dolore, tollit eas, atque clam occultat in sinu, imperansque duntaxat Myrmecem vinctum trahi per alios servos forum versus, citato gradu illuc tendit

trepidatione Cod. Inc. Optime: sive nimia festinatione. *Oud.*—7 Guelf. ambo, *subtecta*. Id.—8 Fux. et Guelf. et Edd. quædam, *etiam tunc*. Id.—9 *Domini*. Fux. *Deum*, bene. Attamen Beroaldus mavult vulgatam lectionem, quam recte ipse viderit, mihi certe nunquam probabitur. *Roald. Deum*. Impressum ante, *domini*. Colv. Præterquam in Ed. Junt. post. quæ cum Mss. O. etiam Beroaldi expressit *Deum*. Vide ad l. VIII. p. 165. *Domini* in Guelf. sec. *Oud.*—1 Guelf. sec. *prope*. Id.—2 Ms. *Qui jam pro limine*. Colv. —3 Palat. Fux. *lecto*. Oud.—4 *Indutus*. Oxon. *inductus*, vere. Adi ad l. II. p. 39. *Phil. ind.* Fux. *Id.*—5 *Suspectusque*. Non spernendum, quod in quodam est impresso, *suspectisque*. Colvius. Rom. Flor. Pal. et Bert. *suspectisque*. Elmenh. Sic etiam Reg. Inc. Guelf. sec. et Ed. Junt. post. *Susceptisque* Oxon. Guelf. pr. Quare etiam Pricæus cum Elmenh. et Scriv. *suspectisque* recte probavit. Supra *suspectus* Active tolerari potuit, hic non, ob seqq. 'quæ gesta sunt.' Ed. Vicent. *suspectuque*. Oud.—6 *Nec ulli*. Fux. *non ulli*, ut Ald. Geminationibus his sæpe utitur Lucius. *Roald.* Pricæus quoque ait id melius esse. Sicut etiam scribitur in D'Orv. Pith. Pal. Bert. aliisque, omnibusque Edd. ante Basil. sec. ac tacite revocarunt Elm. Scriv. Floridus. *Nec* igitur non est, nisi in Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. et forsan Mss. Flor. Reg. Oxon. Guelferb. *Oud.*—7 *His et in sinum furtim absconditis*. Ignorat hæc omnia scriptus liber. *Colv.* B. M. *sublatis eis*. Putean. *Eis* etiam D'Orv. Fux. *Oud.* Ms. *fartim*. Placet. *Sciopp. in Symb. Fartim*. Flor. *furtim*. Elmenh.—8 Bert. *jusso tamen*. Idem. B. *jussit Myrmecem per conservos vinctum*. Puteanus. D'Orv. *j. t. Myremice p. c. vinctum*. Oud.—9 Scriptura

NOTÆ

[y] *Cordolio*] A dolore et corde Cordolium factum. Plaut. Pœnulo: 'Sed, ubi exempla conferentur meretricum aliarum, ibi tibi Erit cordolium; si quam ornatam melius forte conspexeris.'

rans,[1] rapidum dirigit gressum, certus solearum indicio vestigium adulteri posse se[2] perfacile indipisci. Sed ecce, per plateam dum Barbarus vultu turgidus,[3] subductisque superciliis incedit iratus;[4] ac pone eum Myrmex vinculis obrutus,[5] non quidem coram[6] noxæ deprehensus,[7] conscientia tamen pessima permixtus[z 8] lacrymis uberibus, ac[9] postremis lamentationibus, inefficacem commovet miserationem: opportune Philesietærus occurrens, quanquam di-

ingeminans apud se tacitos gemitus, sperans se certo comperturum indicio solearum quis esset mœchus. Sed, dum Barbarus progreditur per viam iratus tumenti facie, contractis superciliis, et post ipsum Myrmex gravis catenis, non quidem oppressus in manifesto crimine, sed tamen convictus sua mala conscientia, abundantibus lacrymis et miserrimis lamentis excitat misericordiam sibi inutilem: Philesietærus

vetus, *uso.* Colvius. Manuscriptus, *attrahi.* Sciopp. in Symbola. Bert. *at-*
trahi. Elmenh. Scriptura vetus *uso.* Tentabam, *forinsecus:* ut infra, 'forin-
secus abjicit.' *Brant.*—1 *Interans.* Fux. *iterans.* Sed est error operarum.
Roald.—2 Guelf. sec. *p. per se.* Tum *indepisci* Guelf. pr. *Oud.*—3 Ex eodem
Palat. *vultu turgido.* Wower. Malim cum Bertino, *vultu turbido*, id est, pleno
terroris et perturbationis, ait Servius in XII. Æneid. *Sciopp. in Symb. et Susp.*
l. II. 14. Elmenhorstius.—4 Abest *τὸ iratus* ab Edd. Juntinis, Aldi-
que, de industria, ut opinor; nec male; quod e glossa natam vocem puta-
rint. *Oud.*—5 Suspicatur N. Heinsius ad Ovid. l. II. Fast. 578. 'Obsutum
mænæ torret in igne caput:' legendum *obsutus.* At mihi nequaquam per-
suadet. Quacumque re quis gravissime premitur, læditurque, ea *obrui* dici-
tur. *Id.*—6 Legendum monui, *incoram*, de quo supra p. 350. *Stewech.* Quod
arripuit Scriverius, et alibi occurrit. Sed non minus sæpe, *coram* adverbiali-
ter sumit Auctor. Adi ad l. III. p. 56. Nihil ergo contra Mstos innovan-
dum. Palat. Guelf. sec. *coram quidem.* Oud.—7 Ante vulgo, *prehensus.* Colv.
Utrumque bene dixeris. Ac *prehensus* servant Mss. Fux. Pal. Oxon. D'Orv.
Guelf. cum Edd. Vett. et *prehensum* Pith. ut Plautus et Gellius locuti, 'pre-
hensus mendacii,' 'furti.' Adi Voss. de Constr. c. 26. 'In noxa com[illegible]endi'
Cæs. l. VI. B. G. c. 15. *Novæ* Edd. Juntinæ, Aldi.—8 Non minus commode
pro sententia Auctoris, distinxeris, reposueris *c. t. p. pervictus, l. u.* Stewech.
Permixtus lacrymis est *μιχθεὶς δακρύοις.* Phrasis hæc Pindaro tritissima.
Soping. Optime etiam Mss. constantem lectionem vindicavit similibus nostri
locis Pricæus. Immo l. XI. p. 243. 'Pavore et gaudio ac dein sudore nimio
permixtus.' Male vero etiam in Pric. Ed. post *permixtus* distinctio ponitur.
Lacrymabat præ stimulo conscientiæ. F. *permixtis:* Burm. *Oud.*—9 *Ac.*
Ibidem vulgo, *jum.* Colv. In Edd. constanter erat *jam.* Quando mallem,
lachrymis ub. jam, postremo lament. Sed Mss. Flor. Reg. Pal. D'Orv. Guelf.
Oxon. &c. habent *ac*, et Pricæus malebat *commovens.* Quod non opus, si *jam*

NOTÆ

[z] *Permixtus* [*Pervictus*] Editiones omnes habebant *permixtus.* Emendavit Stewechius *pervictus*, bene, mea sententia, reclamet licet Pricæus. Potest quidem sensus elici non absurdus ex priori lectione, sed longe planior ex hac elicietur, si modo virgulam, quæ in vulgatis editionibus vocem *permixtus* præcedit, hic post *pervictus* reponas.

verso quodam negotio destinatus, repentina tamen facie permotus, non enim [1] deterritus,[2] recolens festinationis suæ delictum, ut cetera [3] consequenter suspicatus,[4] sagaciter extemplo [5] sumta familiari constantia, dimotis [6] servulis,[a] invadit cum summo clamore Myrmecem,[7] pugnisque malas ejus clementer [8] [b] obtundens, At [9] te, inquit, nequissimum et periturum caput, dominus iste tuus, et cuncta cœli numina, quæ dejerando temere devotasti,[1] [c] pessimum pessime perduint:[2] qui de balneis soleas hesterna die [3] mihi [4] furatus es: dignus, hercules dignus, qui et ista vincula conteras,[5] et insuper etiam carceris tenebras perferas.[6] Hac opportuna fallacia [7] vigorati juvenis inductus, immo vero subla-

commode occurrens, quamvis districtus esset alio quodam negotio, tamen commotus subito spectaculo, sed non perturbatus, recogitans quid peccaverat sua properatione, ubi ex consequenti reliqua conjecit, capta protinus astute sua solita audacia, dispulsis hinc inde servulis, irruit in Myrmecem cum maxima exclamatione, feriensque leniter ejus genas pugnis, At hic tuus herus, inquit, atque omnes Dii, quos temere jurando invocasti, te nequissimum perdant, ut meritus es, scelestissime ac perjure vir! qui mihi surripuisti heri soleas ex thermis. Mereris profecto, mereris usu conterere istas compedes, et præterea sustinere etiam obscuritatem carceris. Barbarus deceptus, vel potius ludificatus hoc tempestivo dolo confidentis juvenis, et

revocemus. *Commonet* in Ed. Beroaldi. *Oud.*—1 Burm. f. *non etiam.* Id.—2 Guelf. pr. *detintus.* Id.—3 Malim cum Salm. *et* vel *ac c.* D'Orv. *obsequenter.* Id.—4 Guelf. sec. *suspiratus.* Id.—5 D'Orvill. *extimplo,* Palat. Guelf. sec. *exemplo.* Id.—6 D'Orvill. *demotis.* Id.—7 D'Orv. *Myrmicem.* Id.—8 *Malas ei clementer obtundens.* Ms. *inclementer.* Colv. Istud *inclementer* omnino probat Pricæus; sed meo quidem judicio, male. Melius enim iste servus de ipso meruerat. Simulanter ei colaphos infringit, cum magno quidem clamore et conviciis, non vero serio, nec vi, ut bene ceperunt Beroaldus et Floridus. In Pal. Guelf. sec. et Ed. Vulc. sec. *molas.* Oud.—9 Oxon. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. *ad te inq.* Pith. *perjurium.* Id.—1 Idem, *devorasti.* Colv.—2 *P. perdant.* Ed. Junt. post. *perduint.* Bene, ut apud comicos, ἀρχαϊκῶς. Vide ad l. VIII. p. 170. 'Dii te cæcum reddduint.'—3 In Guelf. pr. *solas externa d.*—4 Τὸ *mihi* non est in Bertino. *Elmenh.* Uncis male inclusum. *Oud.*—5 Ms. *conferas.* Colv. Sicut Plautus 'compedium tritorem' dicit: Ms. tamen habet *conferas.* Forte, *circumferas.* Sciopp. in Symb.—6 *Et insuper e. carc. ten. perferas.* Hæc non sunt in eodem Manuscripto. *Colv.* Neque in Palat. Guelf. sec. aut D'Orv. *Carc. etiam* Fux. *Oud.*—7 Oxon. Guelf. pr. *opportunitate.* In ultimo etiam *fallaciam.* Id.—8 *Im. subl.* Idem vet. *Immo vero.* Pro crude-

NOTÆ

[a] *Dimotis servulis*] Qui Myrmecem vinctum trahebant.

[b] *Clementer*] Neque enim serio, sed simulanter ei erat iratus.

[c] *Devotasti*] Votis vocasti. Reponit Pricæus ex Lipsii Ms. et Oxon. *devorasti,* ut idem sit *numina devorare* quod, numina spernere, et calcare. Sic paulo supra: 'Tunc devorato pudore,' &c.

tus[8] et ad credulitatem[d] delapsus Barbarus, [192] postliminio domum regressus,[9] vocato Myrmece,[1] soleas illas offerens, et ignovit ex animo,[2] et uti domino redderet, cui subripuerat, suasit. Hactenus adhuc anicula garriente, suscipit mulier: Beatam illam, quæ tam constantis sodalis libertate[3] fruitur! At ego misella, molæ etiam sonum, et ecce, illius[4] scabiosi asini faciem timentem[5] familiarem incidi. Ad hæc anus: Jam ego tibi[6] probe suasum et confirmatum animi[e] amatorem illum[7] alacrem,[8] vadimonio sistam.[f] Et insuper condicta[9] vespertina regressione, cubi-

fidem credule ejus verbis habens, domum rursum rediit, vocatoque Myrmece, et exhibitis soleis, ultro ei pepercit, et hortatus est, ut redderet domino, cui furatus erat. Vix ea narraverat illa anus, cum mulier orationem resumit hoc modo: O quam felix est illa, quæ fruitur libera consuetudine amici tam fortis! Ego vero infelix nacta sum amatorem, qui reformidat etiam strepitum molæ, et velatum caput illius scabiosi asini. Vetula ad ea respondet: Jamjam faxo ut ille promtus amator tibi adsit ad condictum tempus, bene persuasus, et obfirmatus animo. Pollicitaque

litatem potest ferri scripta lectio *credulitatem*. Colv. *Crudelitatem* mendose. Recte vero idem ille Cod. Palat. *credulitatem*. Wower. Puto non minus veram, quam ingeniosam esse Stewechii conjecturam: *immo os sublitus*. Sciopp. in Symbola. Stewech. *i. os sublitus*, bene. *Elmenh.*—9 Vet. *reversus*. Colv.—1 D'Orv. et alii rursus *Myrmice*. Oud.—2 Modius unica voce legit *exanimo*, id est, qui metu fuerat exanimatus. *Sciopp. in Symb.* Modius, *i. exanimo*, male. *Elmenh.* Vide etiam Pricæum. *Oud.*—3 Fux. *libertatem*. Promiscue usi veteres. *Roald.* *Libertatem*. Ita Aldus. Alii, *libertate*. Elmenh. Accusativum expresserunt quoque Ed. utraque Juntina. Vide ad l. VIII. p. 161. 'Nuptias non frueris.' *Oud.*—4 *Et cæcam illius*. Idem, *ecce*. Num *eccam?* Colvius. Bert. et Flor. *et ecce i.* Elmenh. In Pith. est *egt i. scabiosa as facie*. Oud.—5 Alii, *tumentem*. Elmenhorstius. Pal. Oxon. *tum*. In Par. *incido*, Guelf. pr. *incidit*. Tunc *ad hoc* Pith. *Oud.*—6 Abest *ego* a Palat. *Jam tibi ego* D'Orv. Fux. *Id.*—7 Oxon. pr. *c. cum*. In Edd. Junt. Ald. *am. alium*. Id.—8 Guelf. pr. *altiorem*. Id.—9 Idem Ms. *jam dicta*. Colvius. Par. Guelf. pr. *condita*.

NOTÆ

[d] *Immo, &c.* [*Immo os sublitus, et ad credulitatem, &c*] Sic optime Stewechius. Prius legebatur: *immo sublatus, et ad crudelitatem, &c.* Quid sit *os sublitus*, et *Sublinere os*, audi Nonium docentem, cap. 1. 'Sublevit, significat, illusit, et pro ridiculo habuit. Tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus Aulularia: 'Fidei censebam maximam multo fidem esse; ea sublevit

crudelitatem reponendum omnino esse *credulitatem* patet.

[e] *Confirmatum animi*] Pro, animo. Archaismus est. Sic 'pendens animi,' 'animi dubius,' et sexcenta ejusmodi.

[f] *Vadimonio sistam*] Consimili metaphora Plautus: 'Ubi tu es, qui me convadatu's Veneriis vadimoniis? Ubi tu es, qui me libello Venerio citasti? Ecce me sisto,' &c. Vide lib.

culo facessit. At[1] pudica uxor statim cœnas Saliares[g] comparat. Vina pretiosa defæcat,[2,h] pulmenta recentia tucetis[i] temperat, mensa largiter instructa. Denique, ut Dei cujusdam adventus, sic expectatur[3] adulteri. Nam et opportune[4] maritus foris apud Naccam[5] proximum cœnitabat. Ergo igitur meridie propinquante, helcio tandem absolutus,[6] refectuique secure redditus, non tam hercules laboris libertate[7] gratulabar, quam quod revelatis luminibus, libere jam,[8] cunctas facinorosæ mulieris artes pro-

præterea se redituram vespere, abit ex cubiculo. Uxor vero illa casta continuo apparat epulas lautissimas, purgat fæcibus generosa vina, intermiscet pulmenta recentia tucetis, mensam copiosissimis cibis onerans. Uno verbo, expectatur accessus mœchi, tanquam alicujus Dei. Commode enim maritus foris cœnabat apud vicinum fullonem. Appetente ergo jam meridie, ego tandem solutus vinculo tractorio, et tranquille admotus cibo, certe non tam gaudebam, quod essem solutus ab opere, quam quod oculis discoopertis possem jam libere aspicere omnes dolos scelestæ mu-

Oud.—1 Fux. *Ac.* Id.—2 D'Orv. vitiose *deferat*, Par. Guelf. pr. *desecat.* Mox Mss. multi *tuccetis:* ac *largitur* Guelf. pr. *Id.*—3 *Ut Dei cujusdam, sic adventus exp.* Rescripsi cum Edd. Elmenh. et Scriv. *Dei cuj. adventus, sic exp.* auctoribus Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. utroque, Palat. Sed abest *sic* a D'Orvill. et rectius, ut opinor. *Id.*—4 Non comparet τὸ *et* in D'Orvill. Vulcanius allevit margini *peropportune.* Id.—5 *Apud nactam.* Fux. *a. vaccam.* Ald. vero, *Naccam.* Roaldus. *Naccam.* Plerique e vulgatis, *Nacam*, tanquam nomen proprium. Venet. *nactam.* Ms. *vaccam.* Bas. 1. *nomina.* Festus: 'Naccæ appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius: quod nauci non sint, id est, nullius pretii.' Persius: 'Non pudet ad morem discincti vivere naccæ.' Sed eadem fere hic Beroaldus. Tum scriptum exemplar, *proximus.* Colvius. Bert. Venet. et Rom. *nactam p.* Aldus, *nacam p.* Sed nihil mutandum. Vide Indicem. *Elmenh.* B. *apud vicinum proximum cœnitabat.* Recte tamen Colvius *naccam* retinet; et explicat ex Festo, fullonem. Sic paulo post lego, *contubernalis mei fullonis uxor.* Putean.—6 Oxon. Guelf. sec. *obsolutus.* Oud.—7 Vulg. *libertatem.* Colv. Sive gaudebam præ libertate. Vide Pric. ad l. III. p. 49. 'Gaudii nimietate gratulari.' Et Mss. O. habent Ablativum, excepto Pithœano. Sed Editi ante Colvium expresserunt Accusativum, qui si in manu exaratis superesset, non spernerem. Potuit enim casus variare Auctor. Nam et cum Genitivo construxit l. VII. p. 150. 'Seræ vindictæ gratulabar.' *Oud.*—8 *Liber etiam.* Valde probo Fulvii conjecturam; *libere jam cunctas, &c.* Sciopp. in Symb. Fulvius; *libere jam c.* Elmenh. Ante

NOTÆ

g *Cœnas Saliares*] Vide Not. lib. IV. pag. 289.

h *Vina pretiosa defæcat*] Defæcabantur vina per saccum transmittendo. Unde 'saccare' pro, percolare, et defæcare. Martial. 'Cæcuba saccentur, quæque annus coxit Opimi.' Saccus ille in turbinis modum acuminatus erat. Colum. 'Saccus inversæ metæ similis, qualis est, quo vinum liquatur.'

i *Tucetis*] Tuceta hic videntur accipi pro condimentis. Vide lib. II. Not. pag. 125.

spectare poteram. Sol ipsum quidem[9] delapsus Oceanum subterrenas[1] orbis plagas illuminabat: et ecce, nequissimæ anus adhærens lateri temerarius adulter adventat: puer admodum, et adhuc[2] lubrico genarum splendore conspicuus, adhuc[3] adulteros[k] ipse delectans. Hunc, multis[4] admodum saviis exceptum, mulier cœnam jubet paratam[5] accumbere. Sed, ut primum occursoriam[6] potionem[l] et

*lieris. Jam Sol quidem depressus infra mare illustrabat inferiores terræ partes, cum audax ille mæchus advenit affixus lateri vetulæ pessimæ, ipse valde juvenis, et adhuc spectabilis lævi nitore genarum * * *. Mulier excipit eum plurimis basiis, et jubet accumbere epulis instructis. At, cum juvenis inci-*

****

Fulvium *libere jam* optime extat in Ed. Junt. post. quomodo ediderunt quoque Wower. Pric. Flor. In ceteris et Mss. *liber etiam.* Oud.—9 Edd. ante Colv. *quidem ipsum.* Id.—1 Guelf. pr. *superterrenas,* D'Orv. *subterraneas:* et statim *illuminat* cum Fux. in quo *orbis partes vel plagas.* Id. —2 Forte, ut supra, *exadhuc.* Brant. Quo nihil ineptius. Eleganter in Epigr. ἔτι χνοάοντος ἰούλου, Δευόμενος. De quo adi J. P. D'Orvillium meum ad Charit. l. I. c. 2. *Oud.*—3 *Adhuc.* Ms. *et adhuc.* Colv. Et hic ita forte bene. *Brant.* Pal. quoque et Guelf. sec. *et adhuc,* D'Orv. *adhec.* Reg. Fux. *delectat.* Oud. —4 Idem, *multum.* Colv. Item Fux. Gueif. sec. Pal. in quo et *sabii.* In Edd. ante Bas. sec. *admodum m.* D'Orv. *sabiis.* Edd. Colv. Scriv. *suaviis.* Alibi dixi de hisce. *Exceptis* Pith. *Oud.*—5 *Cœna parata.* Fux. *cœnam paratam,* et Ald. *Roald.* Necnon Mss. O. et Edd. præter Beroald. et Bas. nisi quod in Guelf. pr. sit *cœna.* Ablativus est contra genium Auctoris. Adi ad l. v. p. 91. 'Lectum accubans.'—6 *Accursoriam.* Fux. *occursoriam.* Aldus vero, *antecursoriam:* recte. Antecursoriam enim potionem dixit, quomodo supra Glossæ Philoxeni, Meraca, γευστρὶς: antecœnia, quod idem est cum gustatione antiquorum, de qua ad Arbitrum aliquando, fors fuat, plenius et planius. *Roald.* *Antecursoriam.* Emendatio hæc Beroaldi est. Vulgati teres, *accursorium.* Ms. *u. p. post occursoriam p.* Recte putem appellari *vecursoriam potionem,* quæ Gustatio aliis dicta. Hæc erat potio in principio *antemensæ.* Petronius: 'Jussi ergo discumbimus: et, gustatione mirifica initiati, vino etiam Falerno inundamur.' Item: 'Allata est gustatio valde lauta: nam jam omnes discubuerant, præter ipsum Trimalcionem.' Sed videndus Lipsius Antiquar. Lection. l. III. *Colv.* *Antecursoriam.* Hanc lectionem concinnavit nobis Beroaldus, quam postea alii receperunt. Cod. Pal. et alii libri antiqui, *occursoriam,* vere et ex more prisco. Diog. Laërt. in Menedemo. *Wower.* Vulgati Vett. *accursoriam.* Manuscr. *post occursoriam potionem,* forte ut *occursoria potio* sit, quæ ab occurrentibus et excipientibus præbebatur, ut 'adventoria cœna' apud Martialem. Colvius tamen vulgatam explicat. *Brant.* *Occursoriam.* Sic Flor. et Palat. Rom. et Venet. *accursoriam.* Aldus *antecursoriam.* Male. *Occursoriam potionem* dicit potionem primam; nam

NOTÆ

[k] *Adhuc adulteros, &c.*] Cui Terentianum proverbium congrueret, 'Tute lepus es, et pulpamentum quæris.' *Beroald.*

[l] *Occursoriam potionem*] Athenæo πρόπομα, Petronio gustationem, et promulsidem. Scilicet ante cibum omnem circumferebatur phiala, ex qua omnes hauriebant.

inchoatum gustum extremis labiis contingebat [7] adolescens; multo celerius opinione rediens, maritus adventat. Tunc uxor egregia, diras devotiones in eum deprecata, et crurum ei fragium obominata,[m] [8] [193] exsangui formidine trepidantem adulterum alveo ligneo, quo frumenta confusa purgari [9] consuerant, temere propter jacenti [1] suppositum, abscondit; ingenitaque astutia dissimulato tanto flagitio, intrepidum [2] mentita vultum, percontatur de marito, cur utique [3] contubernalis arctissimi deserta [4] cœnula præmaturus affo-

peret tangere extremitate labiorum poculum, quod in primo occursu propinatur, et cibum prægustatorium; maritus advenit, revertens longe citius, quam putabant. Tunc præclara illa conjux devovens eum omnibus diris, et imprecata ipsi fractionem crurum, abdit mœchum trementem pallido metu, ponens eum sub alveo ligneo, quo frumenta permixta aliis seminibus solebant expurgari, qui tum forte jacebat prope: tantoque scelere nativa sua calliditate dissimulato, facie sic conformata quasi nihil timeret, quærit a marito, quam tandem ob causam venisset præpropere

ante omnem cibum circumferebatur phiala, ex qua omnes hauriebant. Petronius gustationem et promulsidem vocat. Athenæus πρόπομα. Laërtius Menedemo pag. 102. Τὸ περιαγόμενον ποτήριον οὐ μεῖζον ἦν κοτυλιαίου. Vide Casauboni Animadvers. lib. II. c. 17. fol. 73. *Elmenh.* Non dubitandum amplius est de lectione *occursoriam*, quam præter laudatos ab interpretibus Codd. ostentant etiam Oxon. Pith. Guelf. ambo, Par. D'Orvill. et Junt. post. bene a Wower. aliisque in textum recepta, et defensa a Colvio in Notis ad Sidon. Apoll. Carm. v. 234. Vulcan. Ed. sec. male *post* etiam admisit. *Petitionem* Pith. *Oud.*—7 *Contigebat.* Sic Ms. Vulgo vulgari more, *contingebat.* Semper Veteres, tagere, contigere, attigere. Plautus Bacchidibus: 'Si attigas eum manu.' *Colv.* In Coll. Voss. est *gestum.* Pricæus mallet *gustulum*, ut certe alibi loquitur Auctor. Dein *contigebat* cum Colvio edidit Vulcan. Ed. sec. et sic videtur esse in Flor. Reg. Fux. Guelf. sec. Sed in ceteris Mss. et Edd. est *contingebat.* Quod præfero præ incerto illo archaismo; de quo vide ad Cæs. l. II. B. Civ. c. 1. *Oud.*—8 *Crurum ejus fragium abominata.* Mira locutio, *crurum fragium. Crurifragium* fortasse scripsit. Glossæ priscæ: Σκελοκοπία, Crurifragium. Alexander ad Aristotelem, interprete, ut quidam volunt, Corn. Nepote: 'Tunc ego locorum demonstratores, qui nos semper in insidias ducebant pessime, merito crurifragio puniri jussi.' *Colv.* F. *crurum ei fragium* per tmesim, de qua supra. *Brant. Crurum ei fragium.* Rom. et Ald. *c. ejus f.* Colvius *crurifragium.* Elmenh.—9 *Frumenta purgari.* Amplius vulg. *frumenta confusa purgari.* Colv. In vulgatis et Palat. *frumenta confusa purgari.* Bertin. *confrixa.* Wower. et Sciopp. in Symbola. *Fr. confusa p.* Bert. *f. confrixe p.* A vulgatis τὸ *confusa* abest. *Elmenh.*—1 Perperam D'Orvill. *superjac.* et Ed. Bas. pr. *superpositum.* Oud.—2 Pith. *intrepido*, et *vultu* Guelf. pr. *Id.*—3 Pith. *itaque:* unde placebat Salmasio *ita.* Id.—4 *Relicta.* Ms. *deserta.* Sciopp. in Symbola. *Deserta.* Vulgo, *relicta.* Elmenh. Bene *deserta* reposuit Elmenh. cum seqq. præter Pricæum. Sic enim dant

NOTÆ

[m] *Crurum ei fragium obominata*] Adverte 'crurum fragium' duabus vocibus licenter ab Apuleio dictum pro crurifragium, una voce, quod apud Plautum frequentissimum est.

ret. At ille dolenti prorsus animo suspirans[5] assidue, Nefarium, inquit, et extremum facinus perditæ fœminæ tolerare nequiens, fuga me[6] proripui. Hem qualis, Dii boni,[7] matrona, quam fida, quamque sobria,[8] turpissimo se dedecore fœdavit! Juro per istam ego sanctam[9] Cererem,[a] me nunc etiam meis oculis de tali muliere minus credere. His instincta[1] verbis mariti, audacissima uxor, noscendæ rei cupiens, non cessat obtundere, totam prorsus a principio fabulam promeret. Nec destitit; donec ejus voluntati succubuit maritus: et sic, ignarus suorum, domus alienæ percenset[2] infortunia:[3] Contubernalis mei fullonis[4] uxor, alioquin[5] servati pudoris, ut videbatur, fœmina, quæ semper[6] secundo rumore[7] gloriosa Larem mariti pudice guber-

relicta cœna conjunctissimi sodalis. Ille vero mærenti penitus animo perpetuo suspirans, Cum, inquit, non possem ferre flagitium nefandum et turpissimum corruptissimæ mulieris, aufugi. Proh Superi! qualis erat illa materfamilias! quam fidelis, et quam temperans, quæ tamen maculavit se flagitio fœdissimo! Juro ego per hanc sanctam Cererem, me etiam nunc vix fidem habere meis oculis de ejusmodi fœmina. Impudentissima uxor incitata verbis sui mariti, cupiensque rem scire, non desinit eum precibus obtundere, ut narraret totam omnino historiam ab initio. Nec cessavit quoad maritus cessit ejus voluntati. Narratque hoc modo calamitatem domus alienæ, ignorans suas ipsius: Uxor amici mei fullonis, mulier alioquin illibatæ, ut videbatur, pudicitiæ, quæ semper superbiens bona fama caste regebat do-

Flor. D'Orv. Fulv. Fux. Guelf. sec. Oxon. Par. Pal. et Coll. Voss. cum Ed. Junt. post. estque efficacius, quam *relicta*, quod in Mss. et Edd. aliis. *Oud.* —5 D'Orv. *suspirat.* Id.—6 Abest *me* ab Ed. Bas. pr. quod contingit aliquoties, etiam in Mss. Vide ad Suet. Calig. c. 35. 'Ita se proripuit e spectaculis.' *Id.*—7 *Dii boni.* Uncinulis has voces inclusit Scriverius. *Id.*—8 Bertin. cum Edd. Elmenh. Scriv. *quam sobria.* Nec male. *Id.*—9 D'Orvill. *sanct. ego.* Malim, *Juro per ego istam s.* Sic enim solet cum optimis Apuleius. Vide ad l. IV. p. 84. *Id.*—1 Colvianam conjecturam *instricta* firmat D'Orvillianus Cod. Nihilominus male: neque placet Sopingianum *instructa.* Adi ad lib. VIII. p. 186. 'Dolore pellicatus uxor instincta.' *Id.*—2 *Nec destitit; donec, &c. percenset.* Hæc omnia ignorat Ms. *Colv.* Hisce carent etiam Reg. Pal. Oxon. Par. D'Orvill. Fux. Guelf. ambo. *Oudendorpius.*—3 *Infortunium.* Idem, *fortunii.* Colvius. Coll. Voss. Reg. Fux. Pal. Par. D'Orv. Guelf. *infortunii.* Quasi *fabulam infortunii* forent jungenda. Sed male intermedia omiserunt librarii, et scribendum *infortunia.* Præcessit enim 'ignarus suorum.' *Oud.*—4 D'Orvill. hic et infra *fallonis.* Id.—5 Male Ed. Floridi, *aliqui.* Id.—6 Τὸ *semper* non est in Palat. *Elmenh.* Item abest

NOTÆ

[a] *Juro per istam ego sanctam Cererem*] Juramentum pistori congruum. Hoc autem dicit pistor ostendens simile est in pistrino fuisse, vel ostendit ipsum frumentum, aut etiam

nabat, occulta libidine prorupit [8] in adulterum quempiam. Cumque furtivos [9] amplexus obiret assidue, ipso illo denique momento, quo nos lauti [1] cœnam petebamus, cum eodem illo juvene miscebatur in Venerem. Ergo nostra repente turbata [2] præsentia, subitario ducta [3] consilio, eundem illum subjectum contegit viminea [4] cavea: quæ fustium [o] flexu in erectum aggerata [p] cumulum, lacinias circumdatas,[5] suffusa [6] candido fumo sulfuris,[q] inalbabat. Eoque jam, ut sibi videbatur, tutissime celato, mensam nobiscum secura [7] participat. [194] Interdum [8] acerrimo gra-

mum mariti sui, secreto amore exarsit in quendam mœchum. Cumque continue cum illo juvene clam rem haberet, illo ipso demum puncto temporis, quo nos a balneo ibamus cœnatum, cum eo rem habebat. Turbata igitur nostro subito adventu, capto repentino consilio, abscondit illum ipsum adulterum sub cavea viminea, quæ implexa ex baculis flexis in cumulum erectum, et suffita candido fumo sulfuris inserviebat de albandis pannis ipsi circumpositis. Eoque jam optime occultato, ut quidem putabat, accumbit nobiscum mensæ absque ulla solicitudine. Interim juvenis, haus-

Coll. Voss. Pal. Guelf. sec. Oxon. uncisque incluserunt Elmenh. et Scriv. *Oud.*—7 Idem, *visore*. Colv. Sed *rumore* germanissimum arbitror. Virgil. VIII. Æneid. 'Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.' Horat. lib. I. Sat. 10. 'Quæ vos ad cœlum effertis rumore secundo.' Suevius poëta vetus apud Macrobium lib. VI. 'Redeunt referuntque petita rumore secundo:' et alia exempla apud Nonium. E contra 'adverso rumore' dixit Sueton. in Tito Vespasiano cap. 6. *Brant.* Adde Pric. *Oud.*—8 Pal. Fux. Pith. *prorumpit*. Id.—9 Idem, *furtunatos*. Colv. Prisca scriptura *furtunatos*. Facio ego *furtivatos* vel *furatrivos*. Brant. Ridicule. *Oud.*—1 *Lavati*. Vulgo, *lauti*. Colvius. *Lauti*. Vulgo, *lavati*. Elmenh.—2 Pal. Guelf. uterque, *curvata*. Id. —3 Heinsius citat *adducta*. Sed lib. IV. p. 79. 'Verecundia ductus.' Et ita alii quoque. *Id.*—4 D'Orv. *vimina*. Id.—5 Hæc vulgo non æque bene: *quæ fustium flexu erat in rect. aggreg. cum. laciniasque circumdat. &c.* Colvius. Fux. *in erectum aggerata cum.* non omnino male. *Roald.* Bert. *intectum*. Flor. *interetum*. Elmenh. Edd. ante Colv. *laciniasque*. Oud.—6 Ms. *suffissa*. Quid si, *suffita?* Colvius. Palat. *suffixa*, Fulv. *suffisa*. Emendabis, *lacinias circumdatas suffitas cand. f. s.* Proprium hac in re verbum. *Wower.* Ms. *suffisa*. Sciopp. in Symbola. Alii, *suffusas*. Wower. et Colvius, *suffita*, non male. *Elmenh.*—7 Fux. *secure p.* Roaldus. *Secura participabat*. Vulg. *sec. participat*. Ms. *secure participabat*. Colvius. *Participat*. Al. *participabat*. Elmenh. *Secure* etiam D'Orv. sed contra Auctoris genium. D'Orv. item et Reg. cum Edd. Colv. Merc. Vulc. Wow. Pric. habent *participabat*. Alterum historico stylo eleganti convenientius. *Oud.*—8 Hic etiam reposuerat Beroaldus, *Interim*.

NOTÆ

[o] *Fustium*] Virgarum salignarum, aut id genus vitilium.

[p] *Aggerata* [*Aggregata*] Oxon. Ms. referente Pricæo, habet *aggerata*,

[q] *Suffusa candido fumo sulfuris, &c.*] Notum est ope fumi sulfurei permulta inalbari lanea et serica. Putant Pric. et Wower. loco *suffusa* reponendum esse *suffita*, ex eo quod Pli-

vique[9] odore sulfuris juvenis inescatus,[1] atque obnubilatus,[2] intercluso spiritu, diffluebat: utque est ingenium vivacis metalli,[r] crebras ei sternutationes commovebat. Atque ut primum, e[3] regione mulieris, pone tergum ejus maritus[4] acceperat sonum sternutationis, quod enim[5] putaret ab ea[6] profectum;[7] solito sermone salutem ei fuerat[8 s] imprecatus, et iterato rursum, et frequentato sæpius; donec, rei nimietate commotus, quod[9] res erat tandem suspica-

to gravi atque acerrimo odore sulfuris, eoque præfocatus, ac veluti nubilo obvolutus, intercepta anima deficiebat: et acre illud fossile excitabat ei frequentes sternutationes, ut est ejus natura. Et simul ac maritus, qui sedebat ex adversa uxoris, audierat sonum sternutamenti post tergum ipsius, quia scilicet credebat ab ipsa prodisse; optaverat ei salutem verbis consuetis, cumque iterasset, rursus salutem ei optaverat, crebroque sternutantem eadem salute fuerat sæpius prosecutus: quoad permotus nimia frequentia sternutationum, venit tandem in

Colv. Id quod Edd. ad Colvium usque retinuerunt contra Mss. et Edd. pp. Vide Pric. et Comm. ad lib. III. p. 43. *Interea dum* Heins. d. l. [Vid. Var. Lect. ad præcedentia.] quod vix capio. *Oud.*—9 Deest copula Ms. D'Orvill. *Id.*—1 Non audio N. Heinsium, ibidem ad Ovidium conjectantem *infestatus* vel *enecatus.* Intelligit saturatum odore, quem hausit, atque imbibit et quasi devoravit juvenis. Vide Indic. et lib. VII. p. 142. 'Rapinis canes inescatos atque distentos.' *Id.*—2 Palat. *obirabulatus.* Id.—3 D'Orvill. *a:* supra scripto *e.* Vide ad lib. III. p. 49. 'Tendentes manum e regione lateris.' *Id.*—4 *Maritum* Guelf. pr. *Id.*—5 *Quodam.* Fux. *quod enim:* et Ald. et vere. *Roald. Quod enim:* Palat. *quid enim.* Edd. Ber. Bas. 1. *Quod cum,* Bas. sec. *Quodam.* Cave ne legas *quod eum,* et vide ad p. 184. 'Quod enim rebar.' *Oud.*—6 *Pone tergum, &c. ab ea.* Hæc inducit Bertinus. *Elmenh.*—7 Guelf. sec. *perfectum.* Oud.—8 Palat. Guelf. sec. *fererat ei.* Vide Plin. lib. XXVIII. cap. 2. *Id.*—9 *Quæ.* Scribe ex Palat. *quod.* Wowerius. *Quod.* Vulgo, *quæ.* Elmenh. Verissime. Consentiunt Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. Lips. Oxon.

NOTÆ

nius dicat 'usum sulfuris ad suffiendas lanas esse efficacem.' Sed, utravis lectio retineatur, sensus planus est; tam enim dicitur 'fumo suffundere,' quam 'sulfure suffire.'

[r] *Vivacis metalli*] Vivax dicitur sulfur a vividis spiritibus, quibus scatet, et facilitate, qua ignem concipit. Metalli porro nomine non modo septem vulgo celebrata metalla intelliguntur, sed ea fere omnia, quæ effodiuntur e terræ venis, puta alumen, vitriolum, sulfur, ceteraque id genus, quæ 'mineralia' vulgo appellant. Quin et ipsæ venæ fossilium a Plinio, Vitruvio, aliisque 'metalla' vocitantur. Sic 'metalla auri,' 'argenti,' 'æris,' 'aluminis,' &c. passim in iis auctoribus reperias.

[s] *Solito sermone salutem ei fuerat imprecatus*] Sternuentes salutare antiquum esse morem cum hic locus probat, tum alia multa ex antiquioribus scriptoribus. Vetus Poëta Ammianus, Epigrammate relato, lib. II. Anthologiæ: Οὐδὲ λέγει Ζεῦ σῶσον, ἐὰν πταρῇ. οὐ γὰρ ἀκούει Τῆς ῥινὸς, πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει. Id est, 'Neque di-

tur. Et, impulsa mensa[t] protinus, remotaque cavea, producit hominem, crebros anhelitus ægre reflantem:[1] inflammatusque indignatione contumeliæ, gladium flagitans, jugulare moriturum[2] gestiebat; ni, respecto[3] communi periculo,[u] vix eum[4] ab impetu furioso cohibuissem: asseverans brevi, absque noxa[5] nostri, suapte inimicum ejus violentia sulfuris periturum. Nec suadela mea, sed ipsius rei necessitate lenitus,[6] quippe jam semivivum[7] illum in proximum deportat[8] angiportum. Tunc uxorem[9] ejus

suspicionem rei. Repulsaque continuo mensa, et remota cavea educit hominem frequenter anhelantem, et difficulter respirantem: et accensus ira ob tantum opprobrium, gladium poscens, cupiebat interficere ipsum, alias brevi expiraturum; nisi ego considerans commune nostrum periculum, ægre eum impedivissem quominus in eam furiose irrueret, affirmans ei inimicum ejus jamjam moriturum propria vi sulfuris sine nostra culpa. Et mitior factus, non mea suasione quidem, sed necessitate rei ipsius, defert eum in proximum vicum, erat enim jam.

Bert. D'Orv. Par. et Edd. Woweriana posteriores. *Oud.*—1 *Et impulsa, &c* Hæc usque ad *reflantem*, desunt Palat. *Protinus* abest a D'Orvill. *Oud.* *Anhelitus efflantem*] *Reflantem:* Ald. *Roald.* *Reflantem.* Sic Ven. Ald. Ms. Rom. et Beroald. Colon. *efflantem.* Colvius. *Reflantem.* Vulgo, *efflantem.* Elmenh. Non *refflantem*, ut edidit Colvius, quasi pro *re efflantem*, habent illæ Edd. sed *reflantem* cum Beroaldo in Notis, item Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. Pal. Oxon. Par. D'Orv. et Edd. ceteris, si excipias Rom. Colin. Vulc. Scriv. in quibus est *efflantem.* Auctor tamen *reflare* utitur de vento, qui aliud quid afflat, ut lib. x. p. 233. 'Laciniam ventus reflabat.' Adde Pricæum ad lib. II. p. 21. 'Signum veste reflatum.' Quare malim *proflantem*, sive, emittentem, ut ait Solin. p. 33. Confer notata ad lib. VIII. p. 162. 'Perefflavit animam virilem.' *Oud.*—2 Fulvius mavult: *jug. mæchum gest.* Sciopp. in Symbola. Male. Significat certo, vel sic moriturum, licet manu sua eum non interficeret. Adi omnino ad lib. IV. p. 84. 'Puella moritura.' *Oud.*—3 Vulg. *respectato.* Colvius. Bert. *respectato.* Elmenhorstius. Item Pith. Defendi potest vulgaris, quæ erat ante Colvium, lectio ex notatis ad lib. II. p. 36. 'Meque respectans.' Sed malim Mss. tantum non omnes, sequi, ut initio hujus libri, 'Respecto subiti periculi turbine.' Lib. x. p. 228. 'Respecto etiam signo, quod obferebatur.' *Oud.*—4 Guelf. ambo, *eam.* Id.—5 Ms. *atque noxæ.* Colvius. Bert. *n. nostra.* Elmenh. Sed vide ad lib. v. p. 90. 'Fatigationem sui diluit.' *Oud.*—6 Guelf. *lentus.* Id.—7 Naturalius dixisset *semimortuum.* Quare malim cum Pricæo, *quippeni*, ut sæpius Auctor. Vide eum, et Indicem Floridi. In Fux. *jam quippe s.* Id.—8 Idem Ms. *deportatum.* Colvius. D'Orv. *in proximo d.* Oud.—9 *Cum uxorem.* *Tum uxorem:* Ald. vere. *Roald.* *Tunc uxorem.* Vulgo, *Tum ux.* Colvius. Bert. *tamen ux.* Elmenh. *Tamen* edidit Scriverius. *Cum* est in Edd. Vicent. Ber. Bas. *Tum* in Pith. et Edd. ceteris ante Colvium. Sed *tunc* in Mss. reliquis, quantum

NOTÆ

cit Jupiter serva me, si sternuat, neque enim audit Nasum suum, multum enim ab auditu distat.'

[t] *Impulsa mensa*] Cui accumbebat

ipse.

[u] *Communi periculo*] Quod fulloni, ut homicidæ, pistori vero, ut homicidii conscio, et participi institissent.

tacite suasi, ac denique persuasi, secederet paululum,[w] ultra[1] limen tabernæ ad quampiam tantisper familiarem sibi mulierem, quoad spatio fervens mariti sedaretur animus: qui tanto calore, tantaque rabie perculsus,[2] non eram dubius, aliquid[x] etiam de se suaque conjuge tristius profecto cogitaret aliud.[3][y] Contubernalis epularum tædio fugatus,[4] Larem reveni meum. Hæc recensente pistore, jamdudum procax et temeraria mulier, verbis execrantibus fullonis illius[5] detestabatur uxorem: illam perfidam, illam impudicam, denique universi sexus grande dedecus; quæ suo pudore postposito,[6] torique genialis calcato fœdere, [195]

semimortuus. Tunc ego secreto monui ejus conjugem, ac tandem persuasi, ut tantulum discederet extra officinam, seque reciperet in aliquod tempus ad mulierem quandam sibi amicam, donec tempore placaretur ira mariti ejus, quem non dubitabam percitum tanto ardore, tantoque furore aliquid aliud certe meditaturum funestius de se deque sua uxore. Expulsus fastidio convivii amici mei, redii in meam domum. Dum pistor hæc narraret, mulier illa proterva et audax jam diu execrabatur maledictis uxorem illius fullonis: vocans illam infidelem, impuram, postremo magnum probrum totius sui sexus, quæ, neglecta sua pudicitia, et subterhabito nexu thalami jugalis, contaminasset domum mariti turpi-

scio. *Oud.*—1 In B. deest *atque.* Putean.—2 Alii, *t. c. percussus.* Ira enim fervor sanguinis est, ut ait Philosophus lib. I. De Anima cap. 1. *Elmenh.* D'Orv. et Bert. de more *percussus.* Sed adi ad p. 514. 'Pavore percussum.' *Oud.*—3 *Qui, non eram dubius, aliquid, &c.* (*tristius*) *pr. cogitaret* (*aliud*). Alterum eorum, quæ includenda curavi, rejiciendum autumo; quanquam postremum retineri malim: quod commeminerim, aliud, alter, alienus, aliter, poni pro malo, sequiore, infelici, infausto: qua formula Sallust. dicebat Jugurth. bello: 'Providere, ne quid aliter eveniat.' Itidem 'avem alteram' in auguriis appellatam, quæ utique prospera non esset, tradit Festus: idemque in literas retulit, Nonarum, Iduum, Kalendarum posteros dies nuptiis alienos, id est, minus faustos habitos, et Pontificum decreto atros judicatos. Consulendi eadem de re Gell. Macrobius, et Plutarch. in Quæst. Apuleius lib. I. 'Dejerantes, sese neque ei manus ammolituros: et, si qui cogitarent aliud, salutare laturos auxilium.' Item viri alii bonis opponuntur apud Arnobium lib. VII. *Stewech.* Ms. *erat.* Idem, *tristium.* Colvius. Flor. et Bertin. *erat dubius.* Elmenh.—4 Oxon. Lips. *fatigatus.* Oud.—5 Fux. *illius f.* Id.—6 Oxon.

NOTÆ

[w] *Secederet paululum, &c.*] Hiulca est hæc oratio. Reformat Pricæus, translato *atque* in alium locum, et addito in fine *diverteret,* et legit: *secederet paululum ultra limen tabernæ, atque ad quampiam tantisper familiarem sibi mulierem diverteret, quoad, &c.* ... tione expressi.

[x] *Non eram dubius, aliquid, &c.*] Inter has voces *dubius,* et *aliquid* omnino interserendum est *quin,* quod etiam Casaubonus censuit esse faciendum.

[y] *Aliud*] Hæc vox *aliud* videtur

Larem mariti lupanari[7] maculasset infamia; jamque perdita nuptæ dignitate, prostitutæ sibi nomen asciverit.[8] Addebat, et[9] tales oportere vivas exuri[1] fœminas. Et tamen,[2] taciti vulneris, et suæ sordidæ conscientiæ commonita, quo[3] maturius stupratorem suum tegminis cruciatu liberaret, identidem suadebat, maritum temporius quieti decedere.[4] At ille, utpote intercepta cœna, profugerat prorsus jejunus, mensam potius[5] comiter postulabat. Apponebat ei propere,[6] quamvis invita, mulier. Quippini?[7] destinatam[8] alii.[z] Sed mihi penitus carpebantur[9] præcordia, et præcedens facinus et[1] præsentem deterrimæ fœminæ constan-

tudine meretricia; jamque sibi comparasset nomen meretricis, amisso honore matrisfamilias. Dicebat insuper ejusmodi mulieres vivas esse cremandas. Et tamen sibi conscia secretæ plagæ, et contaminatæ conscientiæ, ut adulterum suum citius liberaret molestia operculi, subinde hortabatur maritum, ut iret cubitum maturius. Ille vero blande petebat, ut sibi mensa apponeretur, quippe qui aufugerat plane incœnatus, eo quod periisset sibi cœna apud fullonem. Uxor apponebat ei cito mensam, sed invita: quidni? cum eam præparasset alteri. At mihi intime lacerabantur viscera, dum recogitarem et præcedens flagitium, et

Palat. non agnoscunt hoc participium. Sed vide Pricæum. *Id.*—7 In iisdem et Guelf. utroque est *lupanaris.* Sed consule notas ad l. IV. p. 69. 'fortunas populares.' *Id.*—8 *Prostitutæ notam asciverit.* Vulgatum ante, *nomen.* Colvius, Bert. et Flor. *nomen a.* quod probo. *Elmenh.*—9 Abest *et* a Cod. D'Orv. *Oud.*—1 Oxon. Guelf. pr. D'Orv. *aduri.* Id.—2 Ms. *et tā.* Colv.—3 Pal. Guelf. pr. *quæ.* D'Orv. Fux. et Inc. *stipatorem.* Oud.—4 *Temporius quieti recedere.* Fux. *temperius.* Sed male. 'Αρχαϊσμός. 'Tempori,' 'temporius' utique apud Plautum. Ms. etiam *decedere.* Roaldus. Idem, *temprīs:* al. *temporius.* Editum ante, *temperius.* Sed Glossæ H. Stephani: Temporius, *ἐνωρότερον. Colv.* Manusc. *decedere.* Sciopp. in Symbola. *Temporius q. decedere.* Bert. *tempori q. decedere.* Aldus, *t. q. recedere.* Elmenh.—5 *Poni.* Fux. *mensam potius c. p.* Forte verum, ut supra: 'Promerent potius cantharum.' *Roald.* Ms. *mensam potius.* Bona hæc emendatio Philippi. *Colv.* Pal. Bert. Rom. et Flor. *m. potius comiter p.* Elmenh. Hinc Modius utrumque seu *potius poni* admittendum conjecerat. Sed, quamvis *poni mensam* optima et propria hac in re sit locutio, cui respondet seq. 'Apponebat ei propere,' et Auctor ita dixerit alibi, et l. X. p. 222. 'Mensa posita fercula jussit apponi,' præstat hic Mss. omnes et Edd. Beroaldo priores sequi, ut bene judicavit Pricæus: *potius mensam postulabat,* scil. sibi poni, quam quieti decedere. Sic, 'postulo' absque infinitivo l. II. p. 41. ut legendum: 'Bibones solita risui postulant.' Apud Sueton. passim, postulare missionem, veniam, abolitionem, gladiatores, &c. Mox: 'Id hora jam postulante.' Dein in Oxon. Guelf. pr. *communiter.* Oud.—6 D'Orv. *quippe,* Pith. *prope.* Id.—7 Ms. Incert. *quidni?* Id.—8 D'Orv. *destinata.* Id.—9 D'Orv. *capiebantur.* Id.—1 *Ac.* D'Orv. Fux. Guelf. Coll. Voss. Ed. Junt. post. *et.* Quod malo. *Ad pr.* Pith.

NOTÆ

[z] *Destinatam alii.*]

tiam cogitanti: mecumque sedulo deliberabam, si quo modo possem,[2] detectis ac[3] revelatis fraudibus, auxilium meo præbere[4] domino: illumque, qui ad instar[5] testudinis alveum succubabat, depulso tegmine, cunctis palam facere. Sic herili contumelia me[6] cruciatum, tandem cœlestis respexit[7] providentia. Nam senex claudus, cui nostra tutela permissa fuerat, universa nos jumenta,[8] id hora jam postulante, ad lacum[9] proximum bibendi causa gregatim prominabat.[1] [a] Quæ res optatissimam[2] mihi vindictæ subministravit occasionem. Namque prætergrediens,[3] obser-

præsentem audaciam nequissimæ mulieris: et serio consultabam apud me an possem aliquo pacto opem ferre meo hero discooperiendo, ac patefaciendo dolos, et disjecto operculo, omnibus manifestare illum, qui jacebat sub alveo in modum testudinis. Dum sic opprobrium domini mei me angeret, tandem Deorum providentia me respexit. Senex enim claudus, cujus curæ fuerat commissa nostra custodia, agebat nos omnia jumenta agminatim ad proximum stagnum, bibendi causa, cum jam tempus id posceret. Quod mihi præbuit commodissimam occasionem ultionis. Nam inter transeundum adverto extremos digitos mæchi, qui

Id.—2 Lego: *mecum quoque sed. delib. si quo modo poss.* Colv. Citra necessitatem et elegantiam. Sed forsan voluit Colvius scribi, *quoquo modo possem.* Vide Pric. *Oud.*—3 D'Orvill. *atque.* Id.—4 Vulg. *perhibere.* Colvius. Mss. omnes, *perhibere.* Elmenhorstius. *Præbere* cum Lipsiano et Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. dat D'Orvillianus. Sed consule notata ad l. vi. p. 129. 'Præsidium perhibebimus.' *Oud.*—5 *Instar.* Ms. *ad instar.* Colv. Neque aliter Flor. Bert. Oxon. Pal. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. et Edd. Elm. ac Scriv. Verissime. Adi ad l. i. p. 19. 'Ad instar solitudinis.' *Oud.*—6 Abest *me* a D'Orvill. haud ineleganter. *Id.*—7 Fux. *prosp.* Id.—8 Idem, *universarios:* al. *univesa nos.* Colvius. Pal. *universarios et hora.* Elmenh. *Universarios* Guelf. sec. *Oud.*—9 *Ad locum.* Fux. *adlatum p.* Ald. vero *ad lacum,* optime. *Roald.* Nemo est, quin corrigendum videat, *ad lacum.* Wowerius. B. M. *ad lacum.* Puteanus. *Ad lacum.* Vulgo, *ad locum.* Elmenh. Typothetarum frequentissimum errorem, in Edd. Beroaldi et Bas. commissum, prave secuti erant Colv. Vulc. Merc. quem et librarii passim commiserunt, uti hic Oxon. Gruterus jam etiam monuerat *ad lacum* esse rescribendum. In Regio, Palat. Guelf. *allatum.* Oud.—1 Idem Ms. *prominebat.* Vide supra. *Colv.* Palat. quoque, Fux. Guelf. D'Orv. prave *prominebat.* Vide ad l. vii. 'Pecua comminantes.' *Oud.*—2 *Opportunissimam.* Vulg. *optatissimam.* Colvius. Rom. et Bert. *aptatissimam.* Elmenhorstius. Colvium secuti sunt reliqui, præter Scriverium, et in notis Pricæum, vindicantes *optatissimam,* quod servant etiam Mss. Fux. Pith. D'Orv. aliique, et scopo Apuleii est convenientius. Vide Pricæum ad l. ii. p. 24. 'Habes exoptatam occasionem.' Guelf. pr. *opportunissima.* In Pith. *subministrabat.* Oud.—3 Guelf. pr. *prætergradiens.*

NOTÆ

[a] *Prominabat*] De hac voce jam egi, lib. vii. pag. 453.

vatos extremos adulteri digitos,4 qui per angustias cavi tegminis prominebant, obliquata atque infesta ungula compressos,5 usque ad summam minutiem6 contero;7 donec intolerabili dolore commotus, sublato flebili clamore, repulsoque et abjecto alveo,8 conspectui profano9 redditus,[b] scenam1 propudiosæ mulieris patefecit. Nec tamen pistor damno pudicitiæ magnopere2 commotus, exsangui pallore trepidantem puerum, [196] serena fronte et propitiata facie commulcens,3 incipit: Nihil triste de me tibi,4 fili, metuas. Non sum barbarus,5 nec agresti morum squalore præditus: nec ad exemplum naccinæ truculentiæ,[c] sulfuris

extabant per angustias cavi operculi, eosque premens inflexa, atque acuta ungula, comminuo ad maximam usque attenuationem; quoad percitus dolore intolerando, emisit querulum clamorem, remotoque, et disjecto alveo productus in conspectum omnium, revelavit fabulam probrosæ mulieris. Pistor tamen non valde turbatus jactura pudicitiæ suæ uxoris, sic incipit delinire serena fronte et pacato vultu juvenem trementem, et pallentem, veluti exsanguis esset: Nihil a me tibi timeas funestum, fili, non sum barbarus, neque rusticis, neque asperis moribus, neque te interficiam mortifero vapore sulfuris, exemplo crudelitatis fulloniæ; ac

* * * * * * * * * * * *

Id.—4 Ita concinnius Palat. Fux. Pith. et D'Orvill. præ vulgato, *dig. adult.* —5 Coll. Voss. *oppressos.* Supra pro *cavi* in Palat. et Guelf. sec. *tani* vel *tari*, Guelf. pr. *havi.* Intelligo autem *pedum* adulteri digitos; etiamsi non clare dicat; sed sensus eos flagitat. Sic Quintil. l. II. Inst. c. 3. 'Statura breves in digitos eriguntur.' Ovid. l. VIII. Met. 398. 'Institerat digitis, primos suspensus in artus.' *Oud.*—6 Τὸ *summam* delet Bert. *Elmenh.*—7 Pal. *conterto*, Oxon. a m. pr. *contorto*, Guelf. ambo, *contecto.* Oud.—8 *Et* non agnoscunt Guelferb. In Pal. Oxon. D'Orv. *repulsoque objecto alveo.* Nec male. Repulit alveum, qui sibi fuerat objectus. *Id.*—9 Forte, *proscenio*, aut *in proscenio.* Soping. D'Orv. *profario.* Oud.—1 *Cœnam.* Fux. *scenam* et Ald. et notavit Beroald. Melius. Nihil enim noster Lucius magis amat, quam id verbum, quod omnibus fere locis posuit. Quod exemplis non indiget. Passim occurrunt. *Roald.* Nulli Mss. habent *cœnam*, nec etiam Edd. præter primas, et ipsam Beroaldi ac Bas. pr. Idem error erat p. 187.—2 Guelf. pr. *magno opere.* Id.—3 Palat. Guelf. sec. *colmacens.* Id.—4 Florent. *nil.* A D'Orvill. abest *tibi.* Id.—5 Oxon. Guelf. pr. *nec s. b.* Dein *morum* abest a Pith. dante

NOTÆ

[b] *Conspectui profano redditus*] Lepide dictum, quasi adulter ille sacrum quid fuisset, quod oculis hominum, ac præsertim mariti, utpote profanis, nefas esset exhiberi. Alludit ad Orgia Bacchi, et mysteria Eleusinæ Cereris, quæ cistis condita subtrahebantur profanorum conspectui, ne eorum visu pollueerentur.

[c] *Naccinæ truculentiæ*] Hæc est lectio Ms. Florent. et Aldinæ editionis. 'Naccina truculentia' est truculentia naccæ, hoc est, fullonis, de quo supra. Alii reponunt *machinæ*

te letali fumo[6] necabo;[7] ac ne juris[8] quidem severitate lege de adulteriis[d] ad discrimen vocabo capitis tam venustum[9] tamque pulcellum puellum:[1] sed plane cum uxore mea partiario[2] tractabo. Nec erciscundæ[3] familiæ, sed communi dividundo[4] formula dimicabo:[5] ut, sine ulla controversia vel dissensione, tribus nobis[6] in uno[7] conveniat[8] lectulo. Nam et ipse semper cum mea conjuge tam concorditer vixi, ut, ex secta[9] prudentium,[e] eadem nobis ambobus placerent.[1] Sed nec æquitas ipsa patitur,[2] habere plus auctoritatis uxorem quam maritum. Talis sermonis blanditie[3] cavillatum, deducebat ad torum nolentem puerum, sequentem[4] tamen: et pudicissima illa uxore altrorsus disclusa,[5] solus ipse cum puero cubans, gratissima

*ne adducam quidem te tam lepidum, atque bellulum puerum in periculum capitis, ex rigore juris, secundum Legem de adulteriis. * * * * Ego enim semper vixi cum uxore mea adeo unanimiter, ut, secundum Philosophorum doctrinam, eadem nobis ambobus placerent. Verum justitia ipsa non sinit uxorem habere plus auctoritatis, quam maritum, * * * * Verum statim atque splendidus*

perditus. Id.—6 Palat. Guelf. sec. *letami.* A Fux. abest *te.* Id.—7 Guelf. pr. *vocabo.* Id.—8 Pro *juris* in Pith. Guelf. pr. est *viri.* Id.—9 Guelf. sec. *nam*, pr. *vetustum.* Id.—1 *Atque pulcellum puellum.* Repone ex Ms. *tamque pulc.* Colv. Τὸ *puellum* non est in Bertino. *Elmenh.* In Flor. Guelf. ni fallunt excerpta, et Edd. O. usque ad Wower. est frigide *atque*, pro *tamque.* Oud.—2 Reg. Fux. *partiaria.* Male. L. D'Orleans ad Tacit. l. XII. Ann. p. 652. legit *partiario jure.* Sed vide ad l. VIII. p. 463. *Id.*—3 Edd. aliquot cum plurimis Mss. *hercisc.* D'Orv. Guelf. *hircisc.* Vide ad l. VI. p. 129. *Id.*—4 D'Orv. Edd. Vic. Ber. Bas. *dividendo*, Guelf. pr. *dimittenda.* Oxon. *dividenda.* Prave. *Id.*—5 Ms. (Urs.) *dimidiabo.* Scioppius in Symbola.—6 Pith. *nobis tribus.* Oud.—7 Desunt Guelf. pr. *Id.*—8 Pal. Oxon. *conveniant.* Id.—9 Pal. *execta.* Id.—1 Guelf. pr. *vobis placeret.* Id.—2 Pith. *patietur.* Id.—3 Sic rescripsi ex codice scripto, et notavi etiam supra lib. v. p. 106. *Colv.* In solis Edd. Bas. est *blanditia.* Oud.—4 Perperam in iisdem Edd. est *sequente.* Id.—5 *Alterorsus disclusa.* Fux. *altrossus discussa.* Roald. Ms. *discola.* Al. *discussa.* Colv. Legendum ex Ms. *altrorsus.* Sciopp. in Symbola. Legerim *disclosa* a *clodo.* Brant. Recte Wower. et seqq. *altrorsus* receperunt, quod et Mss. mei dant pro *alterorsus.* Et ita *altrinsecus*, non *alterinsecus.* Tum Oxon. *disclusa*, Reg. Fux. D'Orv. *discussa.* Verum *discludere* sic dixit l. I. p. 12. et optimi quique. Adi Cer-

NOTÆ

trubulentæ, alii *mœchæ*, sed frustra. Planus est satis sensus membranarum Florentinarum.

[d] *Lege de adulteriis*] Julia Lege ab Augusto lata, de qua jam lib. VI. pag. 414.

[e] *Ex secta prudentium*] Sententia, placito.

corruptarum nuptiarum vindicta perfruebatur. Sed cum primum rota Solis lucida diem peperit, vocatis duobus e familia validissimis, quam altissime sublato puero, ferula[f] nates ejus obverberans: Tu autem, inquit, tam mollis ac tener,[6] et admodum puer, defraudatis[7] amatoribus ætatis tuæ flore, mulieres appetis: atque eas[8] liberas, et connubia lege sociata[9g] corrumpis, et intempestivum tibi nomen adulteri vindicas? His, et pluribus verbis compellatum, et insuper affatim plagis castigatum, forinsecus abjicit. At ille adulterorum omnium fortissimus,[1] insperata potitus

*currus Solis diem fecit, accersitis duobus robustissimis servis, elato altissime puero, percutiens ferula ejus clunes: Tu vero, ait, cum sis tam delicatus ac mollis, et valde juvenis, * * concupiscis mulieres in flore tuæ ætatis, easque ingenuas, et conjugali fœdere conjunctas constupraris, et tibi adsciscis præproperum nomen mœchi? Postquam eum objurgavit his verbis, multisque aliis, et præterea punivit permultis ictibus, ejicit eum foras. Ille vero constantissimus mœchorum omnium, præter spem suam incolumis. * * * * dolens prori-*

dam ad Virgil. Ecl. VI. 35. 'Discludere Nerea ponto.' *Oud.*—6 Palat. *et tener.* Id.—7 Ed. Ald. *defrauditis.* Id.—8 *Atque eas, &c.* Male hæc exulant ab Oxon. Guelf. utroque, Pal. Par. et temere Floridus contra Mss. et Edd. O. dedit *easque.* In Pith. est *eam.* Id.—9 *Liberas et connubia lege sociatas.* Fux. *et c. l. sociata.* Forte, *et connubii lege sociatas.* Roaldus. Idem Ms. *sociata* et *τὸ corrumpis* non agnoscit. *Colvius.* Sunt qui legant, *neque eas liberas, sed connubia lege soc.* Sed nihil immutandum. *Wowerius.* Ms. *atque eas libans.* Scioppius in Symbola. Non ceperunt hujus loci elegantiam interpretum plerique. Certe non intellexit Gruterus, qui lib. VII. Susp. c. 1. suspicabatur legendum esse, *neque eas liberas, sed c. l. sociatas.* Quasi per *liberas* designasset Auctor fœminas, conjugali vinculo non copulatas. Nihil minus. Ingenuas significat, in quibus peccare per adulterium plus esse criminis, quam in ancillis, libertinis et togatis, quis tandem nescit? Tales vero intelligi patet e seqq. *connubia lege sociata.* Sic enim legendum esse recte vidit Floridus: ac *sociata* firmant præter Lips. et Fux. etiam Regius, Pith. ac D'Orvill. et Edd. primæ, Beroald. ac Bas. pr. Adjectivum 'connubius,' non est Latinum. Matronas justis nuptiis et legitimo conjugio vinctas dicit. Exaratur in Regio *leges.* Deest etiam *corrumpis* in D'Orvill. Pith. Sed male. Distinguendus autem hoc modo est locus: *mulieres appetis, atque eas liberas; et connubia lege sociata corrumpis.* Oud.—1 Ms. et Bas. I. Emendat Beroaldus, *formosissimus.* Colvius. Alii, *formosissimus.* Elmenhorstius. Sic edidere ex

NOTÆ

[f] *Ferula*] Fruticis genus est, Græcis νάρθηξ.

[g] *Connubia lege sociata* [*sociatas*] Fortasse *connubii* scriptum fuit, nisi dicas adjectivum esse *connubia* pro *connubiali.* Malim ego interpungere post *liberas,* et legere *connubia lege sociata corrumpis.* Sic enim lib. IV. de Cupidine dicit, 'et omnium matrimonia corrumpens.'

salute, tamen nates candidas illas noctu diuque[2] diruptus,[3] mœrens[4] profugit. Nec secius[5] pistor [197] ille nuntium remisit[6] uxori, eamque protinus de sua proturbavit domo.[7] At illa, præter genuinam nequitiam, contumelia etiam, quamvis justa,[8] tamen altius commota atque exasperata, ad armillum revertit,[h] [9] et ad familiares fœminarum artes accenditur:[1] magnaque cura requisitam veratricem[2] quandam fœminam, quæ devotionibus ac maleficiis quidvis efficere posse credebatur,[3] multis exorat precibus, multis-

puit se. Nihilo tamen minus ille pistor repudiavit uxorem suam, eamque statim ejecit ex ædibus suis. Illa vero præter malitiam sibi innatam, instigata adhuc, atque exacerbata profundius contumelia hac sibi illata quamvis merito, redit ad ingenium, et inflammatur ad tentandos solitos mulierum dolos, et summo studio quærit quandam mulierem fraudulentam, quæ existimabatur posse omnia efficere incantationibus ac veneficiis, eamque obsecrat multis precibus, et

Beroaldi conjectura Juntæ, Ald. et Colin. *Fortis* vero et *strenuus* bonum Veneris militi officium. Vide Pric. ad l. II. p. 27. At hic loci elegantissime *εἰρωνικῶς* sumsit Auctor, ut paulo ante 'pudicissima mulier,' et millies. *Oud.* —2 D'Orv. Edd. Junt. Aldi, *n. dieque.* Contra in Mss. aliquot de Mundo p. 742. *nocte diuque.* Hinc enim *interdiu.* Vide omnino Falsteri Supplem. L. Lat. v. 'diu.' *Id.*—3 Idem, *diruptu.* Colvius. Groslotius conjecit, *diruptas mærens.* Frustra. *Oud.*—4 D'Orv. Guelf. sec. *in herens.* Id.—5 Pith. *sectius,* vel *sequius.* Id.—6 Pal. Guelf. sec. *vinctum.* Guelf. pr. *remixit,* D'Orv. *misit.* Male. *Id.*—7 *Proturbavit domo.* Hoc malui, quam *porturbavit.* Membranæ, *pturb.* Colv. Sic Stewech. et Colv. legi voluerunt: cum in omn. libris esset *perturbavit.* Vide Susp. Lect. II. Ep. 14. ubi *perturbavit* assero ex Cicerone, Cæsare, Valerio Max. *Scioppius in Symbola.*—8 Palat. *juxta.*—9 Pal. et Flor. *ad arm. revertitur.* Elmenhorstius. D'Orv. *armilum,* al. *armile.* Vide ad l. VI. p. 123. 'Ad armile redit.' In Regio, item Fux. Guelf. D'Orv. et Coll. Voss. est *revertitur:* quod idcirco reposui. Nulla causa est, cur hic præteritum prætulisset Auctor. Creberrima vero eorum est confusio. Vide Drak. ad Liv. l. VI. c. 29. Heusing. in Diss. ad Nepot. Them. c. 5. me ad Cæs. l. VII. B. G. c. 5. *Oud.*—1 Legerim potius: *ad fam. fem. artes accingitur.* Sic supra: 'Ad expugnandam domus tenacem disciplinam totis accingitur viribus.' Virgil. 'magicas invitum accingier artes.' *Colv.* Idem censent Priceus et Wasse. Vide ad l. VIII. p. 153. 'Sceleri accingitur:' et passim Noster aliique. Sed Mss. constanter servant vulgatum; nisi quod in Oxon. sit *attenditur.* Oud.—2 *Veteratricem.* Fux. *vereratricem.* Ald. vero *veratricem,* i. divinaculam, quæ vera se pangere ac profari profitetur: et aliquando id censuerat divinus Scaliger: sed vulgatam tamen lectionem retinuit. *Roald.* Scripta lectio, *veteratricem.* Quorundam e vulgatis, *veratricem;* non male, de maga et saga fœmina. Ennius: 'Satis vates verant ætate in agunda.' *Colv.* Ald. et Scaliger, *veratricem.* Elmenh.—3 Pal. et Bert. *videbatur.* Elmenhor-

NOTÆ

que suffarcinat muneribus,[4] alterum de duobus postulans: vel rursum mitigato conciliari marito;[5] vel, si id nequiverit, certe Larva,[6] [i] vel aliquo[7] diro numine immisso, violenter ejus expugnari spiritum. Tunc saga illa, et divinipotens[k] primis adhuc[8] armis[l] facinorosæ disciplinæ suæ velitatur: et vehementer offensum mariti[9] flectere atque in amorem impellere[1] conatur animum. Quæ res cum ei sequius[2] ac rata fuerat[3] proveniret, indignata numinibus,[m] et præter præmii destinatum compendium,[4] contemtione[5]

onerat multis donis, poscens alterutrum horum duorum, ut scilicet, vel reconcilietur viro suo jam lenito; vel, si id non potuerit, immissa certe Umbra, aut Furia aliqua, vita ipsi per vim eripiatur. Tunc Maga illa, et quæ potestatem habebat in ipsa numina, adhibet initio leniora tantum instrumenta suæ flagitiosæ artis, et animum mariti graviter offensum tentat lenire, atque impellere in amorem. Quod cum ei aliter succederet ac putaverat, irata adversus Deos, et præter constitu-

stius. Oxon. a m. pr. Guelf. pr. *credatur*. Oud.—4 Oxon. *multis suffarcinatur mun.* Id.—5 *Conciliari marito* desunt Palatino, Guelf. sec. *Reconciliari* D'Orvill. Sed simplex magis amare videtur Auctor. Vide Indicem. *Consiliari* Fux. *Id.*—6 Fux. *lania*. Forte, *Lamia*. Sed improprie. *Roald.*—7 Palat. *alique*, Guelf. sec. *aliquid*. Oud.—8 Ms. *plus adhuc*. Colvius. *Adhæc* Guelf. pr. *Oud.*—9 Fux. *maritum*. Roaldus. Sic etiam Reg. Pal. Guelf. Oxon. D'Orv. Coll. Voss. Forsan, quia non attenderunt librarii genitivum pendere a seq. 'animum.' An potius hinc refingendum, *mariti inflectere*. Sic certe in Septim. de B. Troj. l. I. c. 19. 'Ubi obstinate renuere vident, nec ulla vi queunt flectere.' Ms. Vossianus habet *inflectere*. Virg. Æn. IV. 22. 'Solus hic inflexit sensus, animumque labantem Impulit.' *Oud.*—1 Codd. Palat. D'Orv. Oxon. Guelf. *compellere*. Non male, præsertim si ante legamus *inflectere*. Vide me ad Frontin. l. I. c. 7. § 2. 'In fluminis transitum elephantos compellere.' Sed retrahit Virgilii locus, et respice quoque ad l. X. p. 213. 'ad odium impellebatur.' *Id.*—2 *Secius*. Fux. *sequens*. Forte, *sequius*. Roaldus. *Sequius*. Vulgo, *secius*. Elmenhorstius. *Sepius* Guelf. pr. *Sequius* diserte est in Florent. Pith. et D'Orv. quam orthographiam cum Elmenh. Scriv. et Flor. prætuli, frequentem in Mss. ut et Edd. nonnullis Appuleii et optimorum scriptorum. *Oud.*—3 D'Orvill. *ac r. ei fuerat*. Id.—4 Ms. *et post præmii prædestinatum compendium*. Colvius. In Pal. Fux. Oxon. D'Orvill. *etiam pr.* Lege, *et jam*. *Primum* pro *præmii* in Palat. *præmium* Guelf. sec.

NOTÆ

[i] *Larva*] Glossæ: *Larva, δαιμόνιον, εἴδωλον*. Ex Manibus, Umbrisque mortuorum quasdam crediderunt Antiqui propter adversa vitæ merita huc illuc errare, terroremque afferre mortalibus, easque 'Larvas' dixere, quas etiam a veneficis incantatricibus immitti posse in quorundam hominum exitium crediderunt.

[k] *Et divinipotens*] 'Quæ poterat divina opera facere,' vel, ut verti, 'quæ in ipsos Deos potestatem habebat.'

[l] *Primis adhuc armis, &c.*] Servius ad Æneid. lib. II. 'Arma sunt instrumenta cujuslibet rei.'

[m] *Indignata numinibus*] Quod scilicet ejus incantationibus non pare-

etiam [n] stimulata,[6] ipsi [7] jam miserrimi mariti incipit imminere capiti, umbramque violenter peremtæ mulieris [o] ad exitium ejus instigare. Sed forsitan lector scrupulosus,[8] reprehendens narratum meum, sic argumentaberis:[9] Unde autem tu astutule asine,[1] intra terminos pistrini contentus,[2] quid secreto, ut affirmas, mulieres gesserint,[3] scire potuisti? Accipe igitur, quemadmodum homo curiosus, jumenti faciem sustinens, cuncta, quæ in perniciem pistoris mei gesta sunt, cognovi. Diem ferme circa mediam, repente intra pistrinum mulier, reatu miraque tristitie deformis,[4]

tæ mercedis lucrum, quod erat amissura, instigata etiam contemtu sui, cœpit jam oppugnare vitam ipsius infelicissimi mariti, et exstimulare ad ejus perniciem Umbram mulieris alicujus per vim interfectæ. Sed fortasse, lector tu nimis accuratus reprehendens meam narrationem, sic argues: Quomodo autem tu, o stolide asine, potuisti scire quid mulieres fecerint secreto, ut tu quidem ais, cum coërcereris intra fines pistrini? Audi ergo, quo pacto ego curiosus homo, latens sub forma asini, rescivi omnia, quæ facta sunt in exitium molitoris mei heri. Circiter meridiem visa est subito in pistrino fœmina deformis gravi mærore, quasi rea

Oud.—5 Guelf. *contentione.* Id.—6 Oxon. *simulata.* Id.—7 Bertin. Edd. Elmenh. Scriv. Flor. *ipsius.* Minus bene. Nam et ante de 'ipso marito' agebat. In Guelf. sec. *i. tam misterium m.* Id.—8 Palat. Guelf. sec. *scopulosus.* Id.—9 *Argumentaveris.* Fux. *argumentaberis.* Lege sic. Itaque interpres frustra se torsit in hoc verbo. *Roald.* *Argumentaberis.* Vulgo, *argumentaveris.* Colvius. Active explicare conabatur Beroaldus. Sed Mss. excepto Pith. recte habent *b* cum Edd. Colvio serioribus. *Oud.*—1 *Tu stultule asine.* Vulgo, *astutule asine.* Colvius. *Astutule.* Vulgo, *stultule.* Elmenhorstius. Temere Colvius e Ms. Lipsii rescripsit *stultule,* omnibus tamen eum sequentibus, præter solum Elmenhorstium, qui *astutule* recte revocavit fide Ms. Florent. et Bertin. quibus astipulantur alii. Fux. *astutile,* Pith. *astutute.* Favere τῷ *stultule* quidem videtur Regius, e quo nihil notatum est, et Palat. ac Guelf. sec. in quibus *astultule.* Sed corrupte, ut in Oxon. Guelf. pr. *astulle.* In D'Orv. *astutelle,* deminutivum deminutivi. Vide ad l. VI. p. 127. 'astutulæ anus.' *Oud.*—2 Ibidem, *contectus.* Notavi supra. *Colv.* Bert. *contectus.* Elmenhorstius. *Tectus* D'Orv. *contectus* Lips. Fux. Pith. Guelf. Oxon. Palat. et Edd. ante Colv. male. Vide illum p. 180. 'Intra hospitium contenta.' *Oud.*—3 Bertin. *egerint.* Elmenhorstius. Præferrem id, si alii Codd. addicerent. Quia sequitur 'gesta sunt.' De Indicativo modo 'cognovi' vide ad l. I. p. 19. *Oud.*—4 Vel leg. *stetu,* et mox pro *flebili* leg. *sutili, servili,* vel *reatu* accipe pro habitu et squalore reæ. *Wass.* Posterius est unice verum, junctum malæ conscientiæ. Adi Thesaurum Fabri. In Ed. Vicent. *tristitiæ,* D'Orv. et Ed. Junt. post. *tristitia.* Sed vide ad l. IV. p. 82. *Oud.*

NOTÆ

rent, neque offensum mariti animum redderent uxori placabilem.

[n] *Contemtione etiam, &c.*] Quod se videret contemni a numinibus.

[o] *Violenter peremtæ mulieris*] Non uxoris quidem pistoris, cujus rogatu hæc faciebat, sed alterius cujuspiam mulieris violenta morte paulo ante sublatæ.

apparuit, flebili centunculo semiamicta, nudis et intectis pedibus, lurore buxeo macieque [198] fœdata, et discerptæ comæ semicanæ, sordentes inspersu cineris, pleramque ejus anteventulæ [5] [p] contegebant faciem. Hæc [6] talis, manu pistori clementer injecta,[7] quasi quippiam secreto collocutura,[8] in suum cubiculum seducit eum:[9] et adducta fore, quam diutissime demoratur. Sed cum esset jam confectum omne frumentum, quod inter manus opifices tractaverant,[1] necessarioque peti deberet aliud,[2] servuli cubiculum propter astantes [3] dominum vocabant, operique supplementum postulabant. Atque ut illis sæpicule et intervocaliter clamantibus† nullus respondit dominus;[4] jam forem[5] pulsare

esset alicujus criminis, semioperta lugubri palliastro, pedibus nudis, et discalceatis, deturpata pallore exsangui et macritudine. Et capilli semicani, laceri, sordidique cinere insperso, propendentes in ejus vultum, contegebant maximam ejus partem. Hæc mulier sic ornata manu prehendit comiter molitorem, et eum segregat in cubiculum ejus, veluti aliquid ipsi dictura secreto: clausaque interius janua, moratur diutissime. Sed cum totum frumentum, quod ministri pistorii præ manibus habuerant, jam esset molitum, et aliud necessario esset poscendum; famuli stantes prope cubiculum nomine ciebant herum suum, et petebant frumentum, quod sumministrarent molis. Cumque herus nullatenus responderet ipsis sæpius et alta voce cientibus; jam tundunt ostium validius: et suspicantes ali-

—5 Reg. Fux. Pal. Guelf. ambo, *anxeventulæ*, Oxon. *axeventulæ*. Vide ad Flor. N. 3. 'Crines ejus remulsis antiis et promulsis caproneis' anteventuli 'et propenduli.' *Id.*—6 Fux. *Hic*, Pith. *Hoc*. Id.—7 Ms. *pistoris*. Colvius. Item Oxon. Fux. Guelf. et Edd. ante Beroaldum. Inepte. *Quispiam* Guelf. pr. *Oud.*—8 Idem, *collucutnia*. Colvius. Palat. *collocutum*, Fux. *collocutiva*. Oud. —9 Alii, *deducit*. Elmenhorstius. Ms. D'Orv. Fux. *illum*. Oud.—1 Idem, *opificis*. Colvius. Flor. *opificis*. Elmenhorstius. Item D'Orv. Oxon. Fux. *Tractaverat* D'Orv. Guelf. pr. *Oud.*—2 Pro *aliud* in Pith. *adiit*. Id.—3 Abest *propter* a Palat. et Coll. Voss. Fux. Tum *astantem* Pith. *Id.*—† *Postulantibus*. Fux. *clamantibus*. Roaldus. *Clamantibus*. Vulgo, *postulantibus*. Colvius. Bert. *postulantibus*. Elmenhorstius. Optime Colvius, et jam ante illum Ed. Junt. post. reposuit *clamantibus*, quod reliqui Codd. servarunt. Præcessit 'postulabant.' *Oud.*—4 Ibidem, *nullus respondit, domini*. Comicum, 'nullus dominus:' ut, 'nullus dixero.' *Colv.* Solus rursus Bertin. et Pith. ostentant illud, quod est in vulgatis ante Colvium, *respondit, domini jam for.* Sed vocaverant dominum: Ideo ille debebat respondere. Et 'nullus respondit' pro 'non,' Nostro est frequens. L. VII. p. 144. 'Nullus tamen desinebat puer.' L. VIII. p. 166. 'An nulli scitis?' L. X. p. 224. in nonnullis: 'nec ulla vesanæ libidini medelam capiens.' *Oud.*—5 Prave Pal. Oxon. Pith. Guelf. sec. *fores*. Id.

NOTÆ

[p] *Anteventulæ*] Hæc vox habetur etiam in Floridis. 'Anteventulæ comæ' sunt, quæ et 'antiæ' et 'capronæ' nominantur, quasi a capite pronæ, anteventulæ dictæ, quod ante frontem veniant et propendeant.

validius: et quod diligentissime fuerat[6] oppessulata, majus pejusque[7] aliquid opinantes, nisu[8] valido reducto[9] vel diffracto cardine, tandem patefaciunt[1] aditum. Nec uspiam reperta[2] illa muliere,[3] vident e quodam tigillo constrictum,[4] jamque exanimem[5] pendere dominum. Eumque nodo cervicis absolutum,[6] detractumque, summis plangoribus, summisque lamentationibus,[7] atque ultimo lavacro[q] procurant: peractisque[8] feralibus officiis, frequentique[9] prosequente comitatu, tradunt sepulturæ. Die sequenti filia ejus[r] occurrit[1] e proximo castello,[2] in quod

quid gravius et deterius, quia fuerat occlusum diligentissime, forti conatu tandem revellunt, aut diffringunt cardinem, et ingressum sibi aperiunt. Et nusquam inventa illa muliere, conspiciunt herum alligatum ad quoddam tignum, pendentem, et jam exanimatum. Eumque exsolvunt nexu, quo collum ejus erat constrictum, et inde extrahunt, prosequunturque maximis planctibus, summisque ejulatibus, atque suprema ablutione: functique lugubribus officiis, mandant eum humo, magno comitante cœtu. Postero die, filia ejus ex proximo castello, in

—6 Exulat a D'Orvill. *Id.*—7 Vulgarii libri, *malum pejusque.* Colvius. Bert. et Rom. *malum p.* Elmenhorstius. Inepte *malum p.* dant Pith. et omnes ante Colv. Adi Pricæum ad p. 200. 'Majus ostentum et quod omnes merito perhorrescerent.' In D'Orvill. est *majus pejus*, unde conjicias, ultimum e glossa natum; sed et ibidem deest *aliquid.* Oud.—8 Oxon. Edd. Junt. pr. Ald. Colin. *nixu*, de more. *Ni* Guelf. sec. *Id.*—9 *Redacto.* Bert. *distracto.* Elmenhorstius. *Reducto vel diffracto.* Ex vitiosa Elmenhorstii notula deceptus Scriverius Ed. Lugd. *distructo card.* et in Amstel. est *distracto vel diffracto cardine.* Non enim pro *reducto* in Bertin. cod. est *distracto;* sed exhibet ille *reducto vel distracto.* Male. *Oud.*—1 Vitiosissime Edd. Merc. Wow. et Pricæi præbent *patefecit.* Oud.—2 Guelf. pr. *reparata.* Id.—3 Oxon. *mulier.* Id. —4 Palat. Guelf. sec. *agilo.* D'Orvill. *constrictam.* Id.—5 Vulgarii libri, *atque exan.* Colvius. Cum editionibus Colviana prioribus *atque* male exhibent Fux. D'Orv. Bert. et Ed. Scriv. Amstel. Idem error et alibi occurrit. *Oud.*—6 Oxon. Guelf. pr. *obsolutum.* Id.—7 Abest copula a D'Orvill. *Id.*—8 Neque hic copulam agnoscunt D'Orvill. Edd. Junt. Ald. In Pal. *paratisque.* Id.—9 Flor. *frequenti.* Elmenhorstius. Hinc certe istud *que* cum Elmenh. Scriv. Flor. ejeci, auctoritate Codd. Medic. Reg. D'Orv. Pal. Oxon. Fux. *Oud.*—1 Scribend. *accurrit*, et mox, *pridem denupserat.* Stewechius. Rescribe ex Msto, *accurrit.* Colvius. Ex Pal. *accurrit.* Wowerius. *Accurr.* Alii, *occurrit.* Elmenhorstius. *Accurrit* a Vulcanio Ed. sec. et seqq. est receptum, ut conjecerat etiam Sopingius, ac firmatur Ms. Fux. Florentino, et Inc. Nihilo minus male. 'Occurrit' est subito advenit, ut statim in Ms. 'occursu familiarium.' Sic l. II. p. 38. Occurrit ad latus quidam.' Vide omnino ad Sueton. Calig. c. 26. 'Occurrere togatos.' Eadem confusio Virg. Æn. v. 451. *Oud.*—2 Abest præpositio a Palat. et Guelf. utroque. *Id.*—3 *In quo pridem.*

NOTÆ

[q] *Ultimo lavacro*] Ferali lotione et unctione, quæ exequias solebat præcedere.

[r] *Filia ejus*] Quam ex priore uxore susceperat scilicet.

pridem [3] denupserat, mœstaque,[4] atque crines pendulos quatiens, et interdum pugnis obtundens ubera. Quæ,[5] nullo quidem domus infortunium [6] nuntiante, cuncta cognoverat; [7] sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies, adhuc [8] nodo revincta [9] cervice: eique [1] totum novercæ scelus aperuit, de adulterio, de maleficio, et quemadmodum larvatus ad Inferos demeasset.[s] Et cum se [2] diutino plangore cruciasset,[3] concursu familiarium [4] cohibita, tandem pausam luctui fecit.[5] [199] Jamque nono die rite completis [t] apud tumulum solemnibus, familiam, supellectilemque, et omnia jumenta ad hereditariam deducit auctio-

quo jamdudum nupta erat, accurrit tristis, et quassans capillos effusos, pugnisque nonnunquam percutiens mammas: quæ quidem resciverat omnia, tametsi nemo ipsi narravisset calamitatem domus; verum ei mœsta sui patris imago obtulerat sese in somnis collo adhuc laqueo ligato, declaraveratque ei universum novercæ ejus crimen, adulterium, incantamentum, et quomodo descendisset ad Inferos a Larva strangulatus. Cumque ipsa se diu vexasset plangendo, tandem coërcita ab amicis undique confluentibus, finem lugendi fecit. Jamque parentalibus nono die de more peractis ad ejus sepulcrum, producit servos, vasa, vestes, et omnia jumenta ad venditionem

Vulg. *in quod pridie.* Colvius. Flor. *in quod p. d.* Bert. et Rom. *in pridie den.* Elmenhorstius.—4 *Mœsta, atque.* Iidem, *mœstaque.* Colvius. Colvianam emendationem confirmant Mss. O. exceptis Bertin. Pith. et sic jam dedere Juntæ Ed. post. *Oud.*—5 Edd. ante Beroald. *qua.* Id.—6 Abest D'Orvill *Id.*—7 Pith. Guelf. sec. *cognorat,* bene. Oxon. *cognovit.* Id.—8 D'Orv. *ad hec.* Id.—9 *Revincta.* Pith. *devincta.* Guelf. pr. *revicta.*—1 Oxon. *atque.* Id.—2 Alii, *Ea cum se.* Colvius. Bert. *ea cum se.* Elmenhorstius. *Ea* in Ms. Pith. Edd. Vicent. Junt. utrisque, et Aldi. Nec male. *Oud.*—3 D'Orvill. *conciasset.*—4 Bert. *occursu.* Elmenhorstius. Vide paulo ante 'filia occurrit mœsta.' Scriverius hinc edidit *accursu.* Sic et Pric. in Notis, ut p. 203. 'Accurrunt mœsti suppetias.' p. 204. 'Accurrentium familiarium manu.' Præplacet hic vulgatum. *Oud.*—5 Vulgo, *facere.* Colvius. De hoc Infinitivo vide ad l. VII. p. 138. Sed Mss. et Ed. Junt. post. habent, *fecit,* ut

NOTÆ

[s] *Quemadmodum larvatus ad Inferos demeasset*] Quomodo spiritus sibi a Larva expugnatus fuisset. Pricæus huc affert veterem Inscriptionem, quæ sic habet: NEC. LUCTU. NEC. LACRYMIS. MISERA. AC. LARVATA. NOSTRA. DEFLEATIS. FUNERA.

[t] *Nono die rite completis, &c.*] Servius in lib. V. Æneid. exponit morem fuisse apud Veteres, ubi quis ubique fuisset extinctus, ut ad domum suam referretur, ceteroque die incenderetur, nono sepeliretur: quo die fiebat sacrificium Novendiale dictum. Celebrabantur quoque nonnunquam eo die ludi in honorem mortuorum Novendiales et ipsi dicti, atque is dies mortis solennia complebat. Donatus, ad Phorm. Terent. Act. I. Scen. 1. 'In nuptiis etiam septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus dies, quo Parentalia concluduntur.'

nem.[6] [u] Tunc unum Larem [7] varie dispergit venditionis incertæ licentiosa [8] Fortuna. Me denique ipsum [9] pauperculus quidam hortulanus [1] comparat quinquaginta nummis, magno, ut aiebat: sed ut communi labore [2] victum sibi quæreret. Res ipsa mihi poscere videtur, ut hujus quoque servitii mei disciplinam exponam. Matutino me multis oleribus [3] onustum, proximam civitatem deducere consueverat [4] dominus: atque ibi venditoribus [w] tradita mercede,[5] dorsum insidens [6] meum, sic hortum redire.[7] At dum [8] fodiens, dum irrigans, ceteroque incurvus labore deservit; [9] ego tantisper otiosus, placita quiete [1] [x] recreabar. Sed ecce,

hæreditariam. Tunc temeraria sors fortuitæ auctionis variis modis dissipat bona unius domus. Denique pauper quidam olitor emit me ipsum quinquaginta nummis, charo, ut dicebat: sed ut pararet sibi victum nostro utriusque labore. Ipsa res mihi videtur postulare, ut explicem quoque rationem hujus meæ servitutis. Mane herus meus solebat me ducere in proximam urbem oneratum multis oleribus, ibique tradita sua merce institoribus, redire demum ad suum hortum, insidens meo tergo. Dum autem ipse fodiebat, irrigabat, reliquaque opera rustica curvatus exequebatur; ego aliquantisper indulgens otio, reficiebar placida quiete. Sed ecce annus recur-

Colv. et seqq. restituerunt. *Oud.*—6 *Auctionem.* D'Orvill. Pith. Edd. Rom. Vicent. *actionem.* Propria quidem est in jure 'actio hereditaria.' Sed de ea non agit Auctor. Patet e seqq. clare, illum intelligere venditionem propalam factam hereditariæ supellectilis, et bonorum mobilium. Guelf. pr. e glossa addit *vel emptionem.* Id.—7 D'Orv. *virum L.* Id.—8 Fux. *licentia.* Id. —9 Exulat ab Oxon. *Id.*—1 Edd. Junt. Ald. *quidem.* Vicent. *hortolanus.* Ms. D'Orv. *ortolanus*, Pal. *ortulanus.* cum Pith. Fux. *Id.*—2 Ms. *ut cum comm. lab.* Colvius.—3 Barth. l. XXXIII. Advers. c. 5. *non multis ol.* Oud. —4 Ed. Junt. post. *consuerat.* Id.—5 Alii *merce.* Vid. Not. Var.—6 D'Orv. male *incidens.* Oud.—7 Pal. D'Orv. Pith. Fux. ut semper, *ortum.* Ms. Barthii, ipso probante Advers. lib. XXXIII. cap. 5. *horsum,* ut alludat ad sonum τοῦ *dorsum:* quod non raro facit Apuleius. Sed hic non placet frigidissima illa paronomasia. Oxon. *ad hortum.* Perperam. Centies omittit præpositionem Auctor. Paulo ante, 'civitatem me deducere.' Mox, 'venire viam;' ac l. II. p. 42. 'hospitium rediremus:' et alibi. *Rediere* Guelf. sec. *Id.*—8 Palat. Pith. Fux. Edd. ante Colv. præter Junt. post. *Ac.* Id.—9 Ms. *incuuus.* Colvius. Oxon. *labor*, sed in marg. *labori.* Optime. Quid Piccartus Peric. Crit. c. 13. voluerit per *desiit*, ut corrigit, non capio. *Oud.*—1 *Tacita quiete.* Fux. *placita q.* ex quo Faber faciebat *placida.* Roaldus. Idem, *placita q.* Colvius *Placita q.* Alii, *tacita.* Elmenhorstius. Vulgatum *tacita* servant Reg. Bert. Sed præter aliorum Codd. *placita* legas quoque in Flor. Oxon. D'Orvill.

NOTÆ

[u] *Auctionem*] Fulgentius, de prisco sermone: 'auctio dicitur venditio, quasi quod et ementem augeat, et vendentem.' Auctionem dictam malim ab augendo pretio, quod fit in subhastationibus et licitationibus.

[w] *Venditoribus*] Propolis, παλιγκαπήλοις, qui ab ipso emta olera aliis vendebant.

[x] *Placita* [*Tacita*] *quiete*] In Mss.

siderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium [2] remeans annus, post mustulentas autumni delicias,[3] ad hybernas Capricorni[4] pruinas[y] deflexerat: et assiduis pluviis, nocturnisque rorationibus,[5] sub divo,[6] et intecto conclusus stabulo, continuo discruciabar frigore:[7] quippe cum meus dominus, præ nimia paupertate ne sibi quidem, nedum mihi, posset stramen aliquod, vel exiguum tegimen parare; sed frondoso casulæ contectus[8] umbraculo degeret. Ad hoc,[9] matutino lutum[1] nimis frigidum, geluque præacuta frusta[2] nudis invadens pedibus, enitebar.[3] ac ne

rens per numeros dierum ac mensium, certis statisque stellarum circuitibus, descenderat ad gelicidia hyemalia Capricorni, post voluptates vindemiarum Autumni: at ego vexabar assiduo frigore, ob continuos imbres, roresque nocturnos, sub dio positus, et inclusus stabulo discooperto. Meus enim herus, ob summam suam egestatem, ne sibi quidem poterat, nedum mihi, emere aliquod stramentum, aut parvum tegmen; sed transigebat hyemem contentus tegmine tugurioli ex foliis confecto. Præterea mane multum laborabam incedens pedibus non soleatis super cœnum gelidum,

Guelf. sec. ut recte ediderunt Elmenh. ac Scriv. quod frustra mutare in *placida* tentant P. Faber, Pricæus, Florid. Wasse; quia sæpissime occurrit 'placida quies.' Immo et firmat Guelf. pr. Hic *placita* melius convenit. Lucio optime placebat quies; quia tunc se non fatigabat, sed recreabatur. Adi N. Heins. ad Ovid. Met. I. 702. Drakenb. ad Sil. l. I. vs. 11. Eadem confusio supra. l. v. p. 88. et l. VI. p. 127. 'placitis gannitibus:' ubi vide. Idem reponendum in Ausonio Epist. XXIV. 9. ex vetustissimo Codice: 'Tam placitum, tam mite jugum.' *Oud.*—2 Guelf. pr. *atque m.* Id.—3 Pith. *matul.* D'Orv. *auptumni,* Al. *auctumni.* Oxon. *delicies.* Id.—4 *Capricornii* Guelf. ambo. *Id.*—5 D'Orv. *rarationibus.* Id.—6 *Sub dio.* Ber. Ald. *sub divo.* Ms. *sub duio.* Colvius. Pal. Guelf. sec. *sub divio,* Oxon. Pith. Fux. D'Orv. Edd. Vicent. Junt. pr. *s. divo,* ut amant viri docti passim rescribere. Vide ad Suet. Cæs. c. 72. 'Humi ac sub divo cubuerit.' Hor. Od. l. I. 18. 'Sub divum rapiam.' Virg. G. III. 435. 'sub divo carpere somnos. Solin. p. 30. 'si sub divo habeas:' ubi sola Ed. Ald. *dio.* In Ms. tamen Sangerm. Colum. l. VI. c. 3. *sub dio.* et c. 4. in Mss. plerisque. *Oud.*—7 Vet. *et continuo dis.* addita copula. *Colv.* Vet. Edit. addita copula, *et cont.* Non male scripserit, *ex continuo.* Brantius. *Et* male inserit Ed. Junt. pr. *Oud.*—8 Alii *contentus.*—9 D'Orv. Guelf. sec. Oxon. *ad hec,* Pith. *adhuc.* Oud.—1 Palat. (a m. pr.) *luto.* Elmenhorstius. Guelf. pr. *lunium.* Oud.—2 *Gelique præacuta saxa.* Pal. *geluque.* Elmenhorstius. Immo *geluque* est vulgaris lectio, *gelumque* in Pal. *gelusque* in Pith. *gelique* Ed. Vulc. sec. Quia nempe Veteribus 'gelus' vel 'gelum' fuit in usu. Ac videtur esse in membranis Florentinis. Sed perperam hic omnino. Non enim 'frusta geli' sunt conjungenda, quasi essent 'glaciei crustæ;' sicut interpretatur Floridus; sed 'frusta præacuta gelu,' i. e. gle-

NOTÆ

Codd. Lipsii, et Fuxensi legitur *placita,* unde P. Faber restituit *placida,* recte.

[y] *Ad hybernas Capricorni pruinas*] Sole enim Capricorni sidus ingrediente, hyems incipit.

suetis saltem cibariis ventrem meum replere[4] poteram. Namque et mihi[5] et ipsi domino cœna par ac similis, oppido tamen tenuis, aderat:[6] lactucæ veteres et insuaves illæ,[7] quæ seminis enormi[8] senecta, ad instar scoparum[9] in amaram cœnosi succi[z] cariem[1] exolescunt. [200] Nocte quadam paterfamilias, de pago[2] proximo, tenebris illunæ caliginis[3] impeditus, et imbre nimio madefactus,[4] atque ob id ab itinere directo cohibitus,[5] ad hortum[6] nostrum, jam

et crustas glaciei præacutas; ac ne solitis quidem cibis poteram implere meam alvum. Mihi enim, ipsique meo hero erat cœna eadem et similis, sed valde exilis: nempe lactucæ veteres illæ atque amaræ, quæ vetustate sementescentes in enormem proceritatem, instar scoparum, degenerant in amaram putredinem succi lutulenti. Quadam nocte paterfamilias quidam ex proximo pago in errorem actus obscuritate noctis illunis, madensque multa pluvia, et ideo aberrans a recta via, deflexit ad nostrum

bas asperas frigore glaciali, et luti frusta dura. Quod patet e Luciano t. II. p. 611. *'Ανυπόδητος πηλὸν ὑγρὸν, καὶ πάλιν σκληρὸν καὶ ὀξὺν ἐκάτουν. Oud.*—3 Pal. Oxon. Guelf. ambo, *enitabar*. Id.—4 Pith. *repellere*. Id.—5 Abest *et* a D'Orv. *Id.*—6 *Par ac similis oppido, sed tenuis aderat.* Fux. *et tamen ad.* Roaldus. Scribe, *similis, sed oppido tenuis*. Wowerius. Recte Ms. *ac similis, oppido tamen tenuis*. Sciopp. in Symb. Ex Wowerii placito ipse et seqq. ediderunt. Quod notæ præfixi, erat in Vett. Edd. item Reg. ac Flor. Codd. Sed D'Orv. cum Fux. dat, *similis oppido et tamen tenuis*. Sed verissime Ursini Codici accedunt Palat. Pith. Guelf. uterque, et Oxon. *similis, oppido tamen tenuis*. Oud. —7 Oxon. caret τῷ *et*, et a m. pr. habet *illoque*. Id.—8 Oxon. *enormis*. Id.—9 D'Orv. *separum*. Id.—1 Alii *cænosi sucus*. Pal. Oxon. et Guelf. uterque *scariem*. —2 *Qui pago*. Fux. *quidam de pago*. Bene. *Rould*. *De pago*. Vulg. *qui pago*. Colvius. Flor. *qui me p. pr*. Elmenhorstius. *Qui me p.* exaratur etiam in Bertin. *quidam de p.* Reg. Pal. Oxon. Bene, nisi præcederet modo, *nocte quadam*. Edd. O. ante Colv. cum Pith. *qui pago*. Aliud quid latere videtur. An *equitans e pago?* Mox sequitur, 'jam fesso equo.' *Oud.*—3 Oxon. *in lumine*. Bertin. Guelf. uterque, *illunie*. Vide ad l. IV. p. 75. 'Noctis illuni tempore.' —4 *Imbre n. madescens*. Iidem, *madefactus*. Colvius. Flor. et Bert. *madefactus*. Elmenhorstius. Lectioni *madescens*, quæ comparet in Mss. Lips. Pal. Guelf. sec. et exhibita est a Colv. Vulc. Merc. Wower. et Pric. favet admodum locus Ovidii l. I. Met. vs. 65. pluvio*que* madescit *ab Austro*. Verum, cum in ceteris Mss. et Edd. sit *madefactus*, id prætuli; quia Auctor nusquam 'madescere,' sed aliquoties 'madefactus' et 'madefacere' adhibet, ut l. X. p. 225. in f. de Habit. Doctr. Plat. p. 587. De mundo p. 735. 'Imbribus etiam madefacta.' Et alii. *Oud.*—5 Flor. *abstinere*, male. *Elmenh.* Bert. *ab hyeme*. Oud.—6 Flor. *ad hortulum*. Elmenhorstius. Adde D'Orv. Fux. Palat. Oxon. Quare recte Elmenh. Scriv. Florid. ita rescripserunt. In ceteris *hortum*. In

NOTÆ

[z] *Cœnosi succi* [*succus*] *Succus* hic genitivus est quarti inclinatus, licentia Veteribus satis familiari. Sic 'Senati' pro 'Senatus:' 'tumulti' pro 'succi,' ut hic, 'lectus' pro 'lecti,' ut apud Plaut. Amphitr. Act. I. Scen. 3. 'Prius abis, quam lectus ubi cubuisti, concaluit locus.'

fesso equo, devertit,[7] receptusque comiter[8] pro tempore, licet non delicato, necessario tamen quietis subsidio,[9] remunerari benignum hospitem cupiens, promittit[1] ei, de prædiis suis sese daturum et frumenti et olivi aliquid,[2] et amplius duos vini cados. Nec moratus meus dominus,[3] sacculo et utribus[4] vacuis secum apportatis, nudæ spinæ[5] meæ residens, ad sexagesimum stadium[6] [a] profectionem comparat. Eo[7] jam confecto[8] viæ spatio, pervenimus ad prædictos agros.[9] Ibique[1] statim meum dominum comis hospes opipari prandio participat. Jamque his in poculis

hortum, equo jam lasso. Exceptusque benigne quiete, quamvis non in molli lecto, tamen necessaria, prout tempus patiebatur, volensque remunerare hospitem ob ejus comitatem, pollicetur ei sese daturum ex suo rure aliquantum frumenti et olei, atque insuper duos cados vini. Meus vero herus non diutius cunctatus proficiscitur ad sexagesimum stadium, insidens meo dorso nudo, afferens secum sacculum et utres inanes. Eo jam itinere peracto, pervenimus ad supra memorata prædia, atque ibi benignus ille hospes excipit protinus meum herum lauto prandio. His jam vicissim

Ms. Pith. *horreum.* Oud.—7 *Diverterat.* Fux. *divertit.* Roaldus. *Diverterat.* Vulgo, *divertit.* Elmenhorstius. Scil. Edd. Vulc. Merc. Wower. &c. exhibuerant *divertit ;* vel *devertit,* ut habent quoque D'Orv. Guelf. Pal. Oxon. Reg. &c. Sed e Florent. Elmenhorstius et Scriverius soli revocarunt priorum Edd. lectionem *diverterat.* In Pith. *revertatur.* Scribendum vero esse *devertit,* alibi sæpe monitum. *Oud.*—8 Palat. *comite,* Par. *communiter,* vitiose. Sed certo argumento, *communis* quotiescumque pro *comis* in Mss. reperitur, reperitur autem sæpissime, non tamen ubivis veram esse scripturam. *Id.*—9 Oxon. Guelf. pr. *qui vitis s.* Id.—1 Pith. *promittens.* Id.—2 B. *olei aliquid.* Puteanus. Item D'Orvill. *Oud.*—3 Exulat possessivum a Palat. Oxon. Guelf. utroque. *Id.*—4 Nescio quid sit, quod in Bertin. scriptum est, *et verubus meis vacuis.* Scioppius in Symbola. Copula non est in Oxon. et Guelf. sec. *intribus* Pal. Guelf. sec. *vitreis* Fux. *Oud.*—5 *Unde spinæ.* Fux. *nude* (et D'Orv.) *sp.* sed lege *nudæ sp.* et habet Ald. *Roald.* *Unde* nihil, nisi typothetarum Basil. error est. *Oud.*—6 Fux. *gradum.* N. L. *Roald.* Codex scriptus, *gradum.* Colvius. *S. gradum.* Ita Scaliger, ut Græci *βῆμα.* Flor. *s. stadium* legit. *Elmenh.* In Regio etiam exaratur *gradum :* quod expressit Vulc. Ed. sec. Id non capio : *βῆμα* non est Græcis 'stadium,' sed passus, quinta et vicesima stadii pars. Sed turbarunt hic librarii, ut patet e seqq. *Oud.*—7 Guelf. pr. *et.* Id.—8 Pith. *consecto.* Id.—9 Fux. *gradus.* Roaldus. Hic enim et D'Orv. ac Reg. dant itidem *gradus :* quia supra non *prædia,* sed *præsidia* scripserant. Pro *eo* in D'Orv. est *et.* Oud.—1 D'Orv. *ibi.* Id.—2 *Jam his i.*

NOTÆ

[a] *Ad sexagesimum stadium*] Ad villam illius patrisfamilias, quæ ab horto olitoris distabat sexaginta stadiis, hoc est, septem milliaribus cum dimidio. Stadium enim viginti quinque passus, seu mavis centum viginti quinque pedes complectitur, estque octava pars milliarii.

mutuis[2] altercantibus,[3] mirabile prorsus evenit[4] ostentum. Una de cetera cohorte[b] gallina, per mediam cursitans aream, clangore[5] genuino, velut ovum parere gestiens, personabat.[6] Eam suus dominus intuens, O bona, inquit, ancilla,[7][c] et satis fœcunda, quam multo[8] jam tempore quotidianis nos partubus[9] saginasti! nunc etiam cogitas, ut video, gustulum[1] nobis præparare. Et, Heus, inquit, puer, calathum[2] fœtui gallinaceo destinatum, angulo solito collocato.[3] Ita, uti[4] fuerat jussum,[5] procurante puero, gallina consuetæ lecticulæ[6] spreto cubili,[7] ante ipsos pedes do-

se provocantibus ad bibendum, accidit prodigium omnino stupendum. Gallina una ex reliqua cohorte, discursans per mediam aream, edebat nativum clamorem quasi cuperet parere ovum. Dominus ejus eam inspiciens, O bona ancilla, inquit, et inprimis fœcunda, quæ jam diu nos aluisti ovis, quæ quotidie peperisti! nunc etiam, ut video, cogitas de præparando nobis jentaculo. Et, Eho famule, inquit, pone in angulo consueto canistrum destinatum partui gallinarum excipiendo. Dum puer faceret quod sibi erat imperatum, gallina aspernata cubile calathi soliti, ante pedes

p. m. Vulgo non legitur præpositura *in*, quæ tamen non omittenda. Simile genus loquendi jam sæpius hic nobis restitutum. *Colv.* Bene Colvius restituit præpositionem. Accedunt Mss. Flor. Guelf. Pal. Bert. Vide ad l. XI. p. 239. 'In udis ignibus nutriens semina.' Sed præterea pro *jam* rescribendum erat *jamque*, auctoribus Mss. Bert. Oxon. Pal. Fux. Pith. Guelf. D'Orv. et Ed. Junt. post. ac Coll. Voss. *His* deest Bert. Oxon. Guelf. Pal. *iis* Junt. *Oud.*—3 Male Stewech. ad l. II. p. 21. Modius et Groslotius conjecere *alternantibus*. Hoc enim Nostro valet τὸ altercari. Vide ibi ad verba, 'sermonem altercantur.' Fux. *altricantibus*. Id.—4 D'Orv. *venit*. Dein *per mediam* exulant a Pith. *Id.*—5 Al. *clamore*.—6 Ms. *ipabat*. Colvius. Lego, *pipilabat*, aut *pipabat*. Brantius. Id enim gallinis proprium, teste Varrone, hic per Beroaldum citato. Sopingius e corrupta Lips. Cod. lectione conjecit *glocitabat*. Sed in Fux. est *parabat*, et ceteri Mss. recte retinent *personabat*: quod compositum de eo, qui magnum edit sonitum, sæpius usurpavit Auctor. Vide Indicem. *Oud.*—7 Alii *ancilla*.—8 *Quæ multo*. Fux. *quam multo*. Roaldus. Bene, per exclamationem. *Oud.*—9 Edd. ante Colvium. *nos quot*. Guelferb. *partibus*. Id.—1 Guelferb. pr. *videas*, *gust*. Id. —2 Flor. *galathum*, male. *Elmenh.*—3 Pith. *collòcatum*. Oud.—4 Fux. *jam uti*. Roaldus.—5 Idem Ms. *visum*. Colvius.—6 Bert. *assuetæ l.* Elmenhorstius. Ac sic edidit Scriver. In D'Orv. *lecticæ*, male. *Laticulæ* Pith. *Oud.* —7 Idem, *cubiculi*. Colvius. Palat. *sumpto c.* Elmenhorstius.—8 Guelf. pr.

NOTÆ

[b] *De cetera cohorte*] Cohors, et cors septum est, intra quod gallinæ, ceteræque cohortales aves, ut pavones, anseres, atque anates conclusæ pascuntur. Vulgo appellamus *Court.*

[c] *Aucilla* [*ancilla*] Bonam ancillam vocat gallinam, quia quotidianis partubus, ut ait, dominum saginare genus est famulationis. Elmenhorst. legit *aucillam* ex Florentinis membranis, et exponit 'avem minorem.'

mini præmaturum, sed magno prorsus [8] futurum scrupulo,[d] prodidit partum. Non enim ovum, quod scimus, illud; [9] sed pinnis et unguibus et oculis et voce [1] etiam perfectum edidit pullum; qui matrem suam continuo cœpit comitari.[2] Nec eo secius [3] longe majus ostentum,[4] et quod omnes merito perhorrescerent,[5] [201] exoritur.[6] Sub ipsa enim mensa, quæ reliquias prandii gerebat, terra dehiscente imitus,[7] largissimus emicuit fons sanguinis.[8] Hinc resultantes uberrimæ guttæ, mensam cruore perspergunt.[9] Ipsoque illo momento,[1] quo stupore defixi mirantur ac trepidant divina præsagia,[e] concurrit unus e cella vinaria, nun-

ipsos domini effudit fœtum præmaturum, sed futurum magnæ religioni. Nam non peperit ovum cujusmodi novimus, sed pullum instructum plumis, et unguibus, et oculis, atque etiam voce. Qui statim incepit sequi suam matrem. Simili quoque modo oritur prodigium multo majus, et jure reformidandum. Nam terra ab imo se aperiente, sub mensa ipsa, quæ sustinebat residua prandii, uberrimus fons sanguinis erupit. Permultæ guttæ inde resilientes, cruentant mensam. Atque eo ipso instanti temporis, quo omnes attoniti admiratione stupent, et tremunt illa divina por-

magnæ pr. Oud.—9 *Quod scimus illud.* Idem liber hæc non agnoscit. *Colv.* Hæc verba non agnoscit Palat. *Elmenh.* Neque habent Fux. Guelf. Reg. Oxon. Pal. Par. et glossam sapiunt; uncinulis inclusa ab Elmenh. et Scriverio. Neque huc pertinent, quæ notavit Pricæus ad l. II. p. 33. Quod sciam, sive certo, vel ni fallor. Sed notissimæ formæ, ovum solitum. *Quo* Pith. *Oud.*—1 Palat. *voce et oculis.* Id.—2 Al. *comitare.* In Palat. Fux. Guelf. *cæpit cont.*—3 Pith. *sectius.* Oud.—4 Idem, *ostensum.* Colvius.—5 *Et quod merito perhorresc.* Fux. *et quod omnes m. p.* Roaldus. In iisdem libris: *Et quod omnes merito perhorresc.* Wowerius. Ms. *merito omnes perhorr.* Scioppius in Symbola. *Merito omnes.* Τὸ *omnes* additum ex Florent. *Elmenh. Et* abest Oxon. *Quod omnes merito* exhibent Mss. tantum non omnes cum Edd. Junt. post. Wow. Pric. Nam *merito omnes* minus exacte dederunt Elm. Scriv. Flor. In Par. et Guelf. pr. *omnes maxime.* Oud.—6 Pith. *exhorrui.* Id.—7 Fux. *dehiscente.* Roaldus Vulgo, *terra dehiscens imitus.* Ms. *terra dehiscente unicus.* Imitus, ut radicitus, largitus: quod restituit etiam recte Lipsius in Gellio lib. XVII. Noct. Attic. (cap. 10.) ubi de Ætna: 'atque ille Græcos quidem fontes imitus ignes eructare.' *Colv.* Bertin. *terra dehiscens i. l. emicuit sanguis factus.* Elmenhorstius. In Florent. quoque, et Pith. ut in Edd. ante Colvium, *dehiscens.* Oud.—8 Ms. *largissimi.* Colvius. *Largissime* Fux. In eodem ac Pith. Guelf. et Pal. *sanguinis fons.* Bene. *Emanavit* in Oxon. et Guelf. pr. e glossa. Vide Lucan. I. v. 71. in curis sec. *Oud.*—9 Reg. Fux. *cr. aspergunt.* Id.—1 Male *illo* deest Bert. *ipsaque* Guelf.

NOTÆ

[d] *Magno prorsus futurum scrupulo*] Ut cetera omnia, quæ præter naturæ ordinem eveniebant.

[e] *Divina præsagia.* Fontem nempe illum sanguinis, et pullum repente natum.

tians omne vinum,[2] quod olim diffusum fuerat,[f] in omnibus doliis[3] ferventi calore, et prorsus ut igni copioso subdito,[4] rebullire.[5] Visæ etiam interea mustelæ,[6] mortuum serpentem forinsecus mordicus attrahentes. Et de ore pastoritii canis virens exiluit[7] ranula; ipsumque canem,[8] qui proximus consistebat, aries appetitum unico morsu strangulavit.[9] Hæc tot ac talia,[1] ingenti pavore domini illius, et familiæ totius ad extremum stuporem[2] dejecerunt animos:[3] quid prius, quidve posterius, quid magis, quid minus numinum cœlestium leniendis minis,[4] quot et qualibus procuraretur hostiis.[5] Adhuc omnibus expectatione teterrimæ formidi-

tenta; accurrit unus ex cella vinaria, nuntians omne vinum, quod pridem fuerat conditum, fervere in omnibus cadis ardenti calore, et perinde ac si largus ignis fuisset suppositus. Interim visæ quoque fuerunt mustelæ dentibus trahentes foras anguem mortuum: et parva rana viridis exiliit ex ore canis pastoralis: et aries irruens in ipsum canem, qui stabat ei proximus, strangulavit eum uno tantum morsu. Tot ac tanta illa prodigia magna formidine consternaverunt animos domini illius, et omnium servorum: ita ut prorsus stuperent, et nescirent quid prius faciendum esset, quid posterius, quid magis valeret, quid minus, ad mitigandam iram Deorum; quot et cujusmodi victimis essent singula expianda. Dum

pr. *Id.*—2 Idem, ē ē *vinum.* Colv.—3 Exulat a Palat. *Oud.*—4 Idem, *subito.* Colvius. Non male Ms. *subito* a subeundo. *Brant.*—Immo vero male, licet *subito* exaretur quoque in Palat. Pith. Fux. Guelf. Frequenter occurrit 'subdere ignem.' In D'Orv. Fux. Pith. Edd. Vic. Junt. Ald. *igne,* male. Item in D'Orv. *copiose,* ut notæ præposuit Brantius. *Oud.*—5 Paræan. et Guelf. pr. *ebullire.* Id.—6 Vulg. *Visa est interea mustela, &c. attrahens.* Colvius. Τὸ *visæ etiam* delent Pal. et Flor. In Bertino est, *visa etiam i. mustela attrahens.* Elmenhorstius. Vulgatis in sing. conspirat Pithœan. In Florent. est, *visæ interea mustelæ etiam.* Palat. accedit Lipsiano, si Grutero fides, et reliquis Mss. Mutarunt hoc recentiores librarii, et inde Edd. Vett. quod putarunt, unam mustelam sufficere uni serpenti trahendo. Sed prodigium hoc videtur significasse exequias ejus viri morituri, et per plures efferendi. *Oud.*—7 Manuscriptus liber, *exiliit.* Colvius. Oxon. *exiliret,* Pith. Guelf. *exsiliit.* Oud.—8 Non habent copulam Edd. Junt. et Ald. *Id.*—9 Palat. Fux. Guelf. *transgulavit.* Id.—1 Pal. Guelf. sec. *toti,* Oxon. Pith. Fux. Guelf. pr. et Edd. ante Colv. excepta Junt. post. *tot et talia.* Mox pro *totius* in Pith. *illius.* Id.—2 Reg. *pavorem.* Id.—3 Sic idem liber vetus, et in margine. Al. *dejectant.* Vulg. *dejecerant.* Colvius. In Pal. Oxon. D'Orv. Pith. Guelf. est quoque *dejecerant,* in Regio, Fux. et Inc. *dejectant.* Quid si *dejectarant?* Quo frequentativo etiam Tertullianus usus est. *Oud.*—4 Oxon. Guelf. pr. *mitiis.* Vide, num *idoneum,* vel *aptum, natum,* aut simile exciderit. Dein *qualibet* Guelf. pr. *Id.*—5 Bert. *procurentur.* Elmenhorstius. Sic edidit Scriver. Sed Modius ex eo Cod. excerpsit *procurarentur.* Pith. *procurarent.* Oud.

NOTÆ

[f] *Diffusum fuerat*] Diffundi proprie vina dicuntur quando defœcata in doliis conduntur. Horat. 'Vina bibes iterum Tauro diffusa,' &c.

nis torpidis,[6] accurrit quidam servulus,[7] magnas et postremas domino illi fundorum[8] clades annuntians. Namque is[9] [g] adultis jam tribus[1] liberis, doctrina instructis, et verecundia præditis vivebat gloriosus. His adolescentibus[2] erat cum quodam paupere, modicæ casulæ domino, vetus familiaritas.[3] At enim casulæ parvulæ conterminos magnos et beatos agros possidebat vicinus potens, et dives, et juvenis,[4] et prosapiæ majorum gloria male utens,[5] pollensque factionibus,[h] et cuncta facile faciens in civitate, hostili modo vicini tenuis incursabat pauperiem,[6] pecua trucidando,[7] boves abigendo,[8] fruges adhuc immaturas obterendo. Jamque [202] tota frugalitate spoliatum,[9] [i] ipsis

omnes stuperent suspensi diro pavore, servulus quidam accurrit, nuntians illi domino ingentes atque extremas fundorum calamitates. Is enim vivebat decoratus tribus filiis, jam magnis, instructis scientia, et modestia ornatis. Aliqua necessitudo intercedebat illis juvenibus cum quodam paupere possessore tenuis domunculæ. Vicinus autem potens, et dives, et juvenis, quique male utebatur claritate generis majorum suorum, habebat amplos et uberes agros contiguos tenui illi domunculæ: cumque valeret factionibus, et facile faceret in civitate omnia, quæ vellet, insectabatur egestatem pauperis vicini hostilem in morem, occidendo ejus pecora, abducendo boves, proculcando segetes antequam maturæ essent, cumque eum

—6 Quidam e Vulgat. *deterrimæ form.* Colvius. Innuit Basil. Edd. In Oxon. *terrimæ.* Vide ad l. v. p. 96. In Oxon. Par. male *trepidis.* Quæ varietas etiam in Liv. l. XXII. 53. 'stupore et miraculo torpidos.' *Oud.*—7 *Quidam servulus.* Prima voce caret Oxon. *Quidem* Ed. Ber. *Id.*—8 Guelf. pr. Oxon. *fandorum*, supr. *filiorum.* Id.—9 D'Orv. *namque ibi.* Id.—1 Non comparet τὸ *jam* in D'Orv. Edd. Ber. Bas. *Id.*—2 Oxon. Guelf. pr. *adolescentulis.* Id.—3 Ms. *vera famil.* et al. *verus fam.* Colvius. Item Pal. *Oud.*—4 *Et juvenis factio.* Abest a Ms. *factio.* Videtur enim ex inferioribus desumtum: et abest ab Aldi libro. *Roald.* Typographico errore apparet in sola Ed. Bas. sec. *Oud.*—5 D'Orv. *glorie.* Id.—6 *Vicini tenuis inc.* Deest vox prima D'Orv. et Oxon. a m. pr. Pro *tenuis* in Guelf. pr. *thetriis.* *Pauperie* D'Orv. *Id.*—7 Tὸ *pecua* non est in Bertino. *Elmenh.* Uti nec statim *boves.* In Guelf. pr. Oxon. *pecuda.* Vide ad l. VIII. p. 163. 'Inertissimorum pecudum.' *Oud.* —8 Guelf pr. *abitiendo.* In eodem *adhæc.* Id.—9 *Totum frugalitate spol.* Bert. *tota fr.* Vide Quintil. *Elmenh.* Irrepsit nescio qui in Ed. Colvii, tacentis certe *totum* pro *tota* sive *omni*, quod habent et Pith. Guelf. pr. Pal. D'Orv. Oxon. et, ut reor, ceteri cum Edd. prioribus, nisi quod a Regio, Fux. absit; in Guelf. sec. *totum*, ni fallunt excerpta. Centies 'totus' pro omni Nostro, ut statim 'totam præsentiam.' Veget. l. v. c. 8. 'tota solertia.' Dein inepte *fra-*

NOTÆ

[g] *Is*] Paterfamilias.

[h] *Pollensque factionibus*] In superioribus libris annotavimus factiones proprie dici gladiatorum, atque etiam latronum manus, et turmas quadrigariorum cursu in circo contendentium. Hic 'factiones' magnum clientum numerum, atque etiam ipsas opes divitis illius significant.

[i] *Frugalitate spoliatum*] 'Frugali-

etiam glebulis[1] exterminare gestiebat: finiumque inani commota quæstione,[2] terram totam sibi vindicabat.[3] Tunc agrestis, verecundus alioquin, avaritia divitis jam spoliatus, ut suo saltem sepulcro paternum retineret[4] solum,[5] amicos plurimos ad demonstrationem finium, trepidans eximie, corrogarat.[6] Aderant inter alios[7] tres illi fratres, cladibus amici quantulum quantulum ferentes auxilium. Nec tamen ille vesanus[8] tantillum præsentia multorum civium territus, vel etiam confusus, licet non rapinis, saltem verbis temperare voluit:[9] sed illis clementer expostulantibus, fervidosque ejus mores blanditiis permulcentibus,[1] repente[2]

jam omnino privasset messe, cupiebat etiam ejicere ex possessione ipsius agelli: et excitata vana lite de terminis agrorum, totum agrum occupabat ut suum. Tunc ille rusticus, alioqui verecundus, videns se jam spoliatum esse avaritia divitis, ut retineret terram paternam, in qua saltem humaretur, congregaverat cum magna trepidatione permultos amicos, ad declarandos terminos sui agri. Inter ceteros tres illi fratres aderant, præbentes modicam opem calamitatibus amici. Ille tamen furiosus nequaquam territus, neque etiam confusus præsentia multorum civium, non modo abstinere noluit a rapinis, sed ne a verbis quidem: sed cum illi leniter conquererentur, et conarentur mitigare iracundam ejus indolem lenioribus verbis, ipse statim

gilitate D'Orvill. Frugalem agrorum reique rusticæ reditum intelligit Auctor. Pro *spoliatum*, Guelf. sec. *spatiatum*, Pal. *spatum*, Oxon. *spoliate*. Oud. —1 Oxon. *grebulis*. Id.—2 Idem, *finiumque niarum*. Colvius. Palat. *finiumque manu commota quæst*. Alius Codex, *finiumque viarum commota quæst*. Wowerius. B. *finiumque in eum*. Puteanus. Alii, *f. et viarum*: quod non displicet. *Elmenh.* Forte, *finaliumque causarum*. Sic enim p. 201. Ed. Colv. 'Et in causa finali de proprietate soli, immo viæ herciscundæ contendentes.' *Soping.* Atqui 'finium quæstio' est 'causa finalis,' non 'quæstio causarum finalium.' Oxon. etiam a pr. m. et Guelf. ambo habent *manu*. Sed nihil est mutandum. 'Inanis quæstio' est conficta et fabulosa, ac litis calumniosa fraus, destituta ac nuda vera actione, quæ in re inesse potuisset. Vide ad lib. I. p. 2. 'Inania mentiendo.' *Oud.*—3 Edd. Vicent. Beroald. *venditabat*. Al. Vett. de more *vendic.* Fux. *sibi testari*. Id.—4 D'Orv. *retinere*. Id.—5 Guelf. sec. *solium*. Id.—6 D'Orv. Pith. *corrogavit*. Id.—7 Pal. Guelf. sec. *intra aliquos*. Dein. *illi tres* Fux. *Id.*—8 Oxon. *vexanus*. Id.—9 *Nec tamen, &c. noluit.* Bertin. *voluit*. Scioppius Susp. lib. II. 14. et in Symb. Nisi duas negationes Græco et Antiquorum more, de quo vide ad l. v. p. 93. pro una statuamus, sensus omnino requirit *voluit*. Atque sic exaratur in optimis Florent. Pith. Fux. et D'Orv. item editur in Edd. Rom. Vicent. Ber. ac tacite revocatum est a Wower. et Pricæo, quos secutus sum. *Oud.*—1 Malim, *blanditie*, ut p. 196. 'Talis sermonis blanditie cavillatum.' In Oxon. *permulcescentibus*, Guelf. pr.

NOTÆ

tas' hic pro 'frugibus,' et 'frugum messe' sumitur, quemadmodum Catoni 'oleitas' pro 'olivarum perceptione,' cap. 68. 'ubi vindemia et oleitas facta erit.' Columella 'olivitatem' dixit. Alias 'frugalitatis' nomine intelligimus 'temperantiam' et 'parsimoniam.'

suam suorumque [3] carorum salutem [4] quam sanctissime [5] adjurans,[6] asseverat, parvi se pendere tot metatorum præsentiam:[7] denique vicinum illum auriculis per suos servulos sublatum, de casula [8] longissime, statimque projectum iri.[9] Quo dicto, insignis indignatio totos audientium [1] pertentavit animos. Tunc unus e tribus [2] fratribus, incontanter [3] et paulo liberius respondit: Frustra eum suis opibus [4] confisum, tyrannica superbia comminari; cum alioquin pauperes etiam liberali [5] legum [k] præsidio de insolentia locupletium consueverint vindicari.[6] Quod oleum flammæ, quod sulfur incendio, quod flagellum [7] Furiæ,[l] hoc et iste sermo truculentiæ hominis nutrimento fuit.[8] Jamque ad ex-

jurans perquam sancte per salutem suam, et suorum amicorum, affirmat se parum curare præsentiam tot arbitrorum; ac denique fore ut ille vicinus auribus elatus sursum per suos servos, ejiceretur longissime ex domuncula, atque hoc quidem e vestigio. Quod cum dixisset, maxima indignatio subiit mentes illorum omnium, qui audiverant. Tunc unus ex tribus fratribus respondit sine mora, et paulo liberius, eum frustra fretum suis divitiis, minari superbe instar tyranni; cum alias pauperes soleant etiam vindicari de insolentia divitum auxilio legum, quod patet liberis omnibus hominibus. Quod oleum est flammæ, quod sulfur incendio, quod flagrum in manu Furiæ, hoc illa verba fuerunt feritati hominis, scilicet fomentum. Jamque

permulscentibus. Id.—2 Deest Fux. *Id.*—3 Ed. Ber. vitiose *sororumque*. Id. —4 Guelf. pr. *salutem carorum*. Suspecta vox *car.* Id.—5 Pith. *sanctissimi*. Id.—6 Oxon. *adjunctis*. Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Edd. Ber. Bas. *causa*. Oud. —9 Scribo, *stratumque*. Brantius. Nemo præterea, cui sanum est sinciput. In D'Orv. est, *st. projecit inde*. Sed male, ut e seqq. apparet. *Oud.*—1 D'Orv. *aud. indignat. totos*. Id.—2 Exulat *unus* ab Edd. Juntinis, Ald. et Ms. Palat. *Id.*—3 Oxon. Guelf. pr. *percuntanter*, Pal. Guelf. sec. *incunctanter*. Id.—4 *Operibus* Pal. et D'Orv. *Id.*—5 *Liberari* Pith. *Id.*—6 Idem, *locuplectium*. Colvius. Flor. Guelf. pr. *locupletum*. D'Orv. *consueverunt*, Oxon. *consueverit*. Pal. Guelf. ambo, *judicari*, Pith. *ditari*. Oud.—7 Guelf. sec. *quodque fl.* Id.—8 Lips. *fuit*. Colvius. Sive *fuerit*, ut in Fux. Oxon. Guelf. pr. *hic*, et D'Orv. *truculenti*. Latet quid. Certe, ut nunc se habent verba, vox *nutrimento* abundat, pro glossemate adjecta. *Hoc fuit truculentiæ hominis sermo iste, quod oleum flammæ, &c.* scil. nutrimentum, eandem vim habuit. An ergo legendum, *truculenti hominis furori?* sive omisso verbo, sive addito. *Ouden-*

NOTÆ

[k] *Cum alioquin pauperes etiam liberali legum, &c.*] Apud Ciceronem, lib. III. de Oratore vetus Tragicus: 'Erras, erras, nam exultantem te, et præfidentem tibi Repriment validæ legum habenæ, atque Imperii insistent jugo.' Ovid. Fast. III. 'Inde datæ leges, ne fortior omnia posset.'

[l] *Quod flagellum Furiæ*] Furiæ apud Poëtas flagellis armantur. Unde illud Virgilii: 'ultrix accincta flagello Tisiphone.' Hocque illis flagellum, est sævitiæ et furoris irritamentum.

tremam insaniam vecors, suspendium sese et totis illis,[9] et ipsis legibus[m] mandare[1] proclamans, canes pastoritios,[2] villaticos, feros atque immanes, assuetos abjecta per agros esitare[3] cadavera, præterea[4] etiam transeuntium viatorum passivis morsibus alumnatos[n] [203] laxari,[5] atque in eorum exitium inhortatos,[6] immitti præcipit.[7] Qui simul[8] signo solito pastorum[o] incensi atque inflammati sunt, furi-

insaniens usque ad ultimum furorem, clamans se mittere eos omnes, ipsasque adeo leges ad suspendium, jubet solvi canes pastorales, villaticos, truces, et crudeles solitos vesci cadaveribus projectis per agros, prætereaque nutritos morsibus, quibus passim laniabant viatores transeuntes, imperatque eos instigari hortatibus in illorum perniciem. Qui statim atque accensi, et inflammati sunt consueto signo pastorum,

dorpius.—9 D'Orvill. Fux. *se et omnibus;* quod natum de interpretatione. *Idem.*—1 Oxon. *mandari*, Guelf. pr. *mandate, proclamans, canes.* Idem. —2 Vid. Not. Var.—3 Pith. *objecta.* D'Orv. *adusta.* Perperam omnino. Vide ad Sueton. Ner. c. 34. et 48. 'Equo odore abjecti in viam cadaveris consternato.' *Oud.* Vulg. *exiccare.* Exsicare, sive exsicere supra notatum nobis ad lib. VIII. *Colv.* Palat. *essicare.* Recte in Fulv. Cod. *esitare cadavera.* Wowerius. Non enim advertit Colvius flagitium librarii Itali, cui *X* et *S* idem sonant. Quod si scivisset, facile animadvertisset legendum, *esitare*, quomodo Fulvianus codex habet. *Sciopp. in Symb.* Ita ex Fulvii libro hunc locum lego. Flor. *exsiccare.* Pal. *essiccare.* Elmenhorstius. B. *exsiccare.* Puteanus. Sic et Pith. *Exsicare* D'Orv. *Esicare* Guelf. pr. *Essicare.* sec. Reg. Fux. *exiccare*, ut est in Edd. ante Colv. et quasi exsugere medullas. *Exicare* pro exscindere, lacerare, cum Colvio dat Oxon. *Essicare* edidit Vulc. Ed. sec. quod est nihili. Præfero cum Wowerio et seqq. *esitare.* Passim et inprimis in Codd. Apuleii *S* abiit in *X*. Vide ad l. x. p. 221. 'securus esitabam:' et Sciopp. in Epist. Corp. t. II. p. 52. *Oud.*—4 Edd. Junt. Aldi, *et præterea*, Id.—5 *Trans. viatorum passibus alumnatos l.* Beroaldus legit, *passim m.* Ego vero, *assiduis.* Roaldus.—6 Pal. *hortatos.* Oud.—7 Pal. Fux. Pith. Guelf. Oxon. D'Orv. Edd. Vic. Ber. Col. Bas. *præcepit.* Id.—8 Oxon. *quod*

NOTÆ

[m] *Suspendium sese, et totis illis, et ipsis legibus, &c.*] Sic Horat. de Arte Poët. vult ut Achilles 'jura neget sibi nata.' 'Suspendium legibus mandare' hic est 'leges nihili facere.' Et id, quod Juvenalis, Satyr. X. ait 'laqueum mandare.' 'Cum fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.'

[n] *Passivis morsibus alumnatos*] Nutritos promiscuis, vel passim impressis morsibus in viatores. Sic lib. VI. 'Discerne seminum istorum passivam congeriem,' hoc est, 'promiscuam.' Absurde hic Colvius legit an-*nulatos.* Omnino legendum est *alumnatos*, passiveque sumendum pro *nutritos.* Idem vocabulum habet lib. VI. sed activa significatione: 'adolescentem istum, quem manibus meis alumnatus sum.' Et lib. VIII. 'quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumnati.' Sic legimus apud hunc Auctorem plurimis in locis 'mentitus' modo activa, modo passiva significatione, ut mox 'inhortatos' passiva.

[o] *Signo solito pastorum*] Lib. VIII. dixit: 'jubilationibus solitis.'

osa rabie conciti,[9] et latratibus etiam absonis horribiles, eunt in homines: eosque, variis aggressi vulneribus, distrahunt ac lacerant.[1] Nec fugientibus saltem compescunt;[p] sed eo magis[2] irritatiores[3] sequuntur. Tunc inter confertam[4] trepidæ multitudinis stragem, e tribus junior,[5] offenso lapide, atque obtunsis[6] digitis, terræ prosternitur: sævisque illis ac ferocissimis[7] canibus instruit nefariam dapem. Protinus enim nacti prædam jacentem, miserum illum adolescentem frustatim[8] discerpunt. Atque, ut ejus letalem ululatum cognovere[9] ceteri fratres, accurrunt mœsti suppetias: obvolutisque lacinia[1] lævis manibus,[2] lapidum crebris jactibus[3] propugnare fratri, atque abigere canes aggrediuntur. Nec tamen eorum ferociam vel conterere,[4] vel

ruunt in homines perciti rabido furore, atque etiam formidabiles vastis atque inconditis latratibus: et adorti eos dispescunt, et laniant diversis morsibus; neque parcunt eis etiam dum fugiunt, sed eo magis irritati acrius eos insequuntur. Tunc inter densam cædem multitudinis trepide fugientis, minimus natu trium illorum fratrum impacto pede ad lapidem, et allisis digitis, sternitur humi, præbetque nefandas epulas illis crudelibus, ac ferissimis canibus: invenientes enim statim prædam jacentem, diripiunt in frusta infelicem juvenem hoc modo prostratum. Et simul ac reliqui fratres audiverunt clamorem, quem moriendo edebat, accurrunt mœsti ei auxiliatum: et sinistris manibus palliis obvolutis, tentant defendere suum fratrem, et arcere canes jaciendo multos lapides. Neque tamen potuerunt vel terrefacere, vel

sim. Id.—9 D'Orvill. Fux. *labe conc.* Id.—1 Pith. *distrahunt. sat ac l.* et caret mox τῷ *nec.* Tum Barth. ait ad Calpurn. Ecl. VI. 10. in Veteri sceda legi *lancinant.* Adi ad lib. VIII. p. 156. *Idem.*—2 Τὸ *eo* in membranis non est. *Colv.*—3 Oxon. *irritatores.* Oud.—4 Membranæ, *confectam.* Colvius. Vide ad lib. VIII. p. 164. Deest Pithœano. *Oud.*—5 Exulat præpositio a D'Orvill. *Id.*—6 Guelf. pr. Oxon. *obtusis.* D'Orv. *obtussis.* Id.—7 D'Orv. *et fer.* Fux. *atque f.* Id.—8 *Sic* non erat in vulgatis. *Colv.* Dele τὸ *sic* ex Flor. *Elmenh.* Parui Elmenhorstio, auctoribus Mss. Non enim istud *sic*, quod nulli est usui, temere a Colvio intrusum, agnoscunt Mss. Oxon. Fux. D'Orv. Pith. Guelf. pr. &c. nec Edd. Vett. *Frustratìm* Guelf. sec. Flor. D'Orv. Ed. Vulc. sec. *Oud.*—9 Fux. *adgnovere.* Roaldus *Agnovere* etiam Flor. Palat. Guelf. D'Orv. *Agnoverunt* Oxon. Guelf. pr. *Agnovere* jam receperunt Wower. et seqq. Minus bene hoc proscribit Pricæus, quasi semper Apuleius usus esset τῷ *cognoscere.* Haud enim verum id est. Vide indicem Floridi, et de hac confusione adi ad l. I. p. 4. 'summe cognitum.' *Oud.*—1 Fux. *lanitia*, Guelf. pr. *laciniam.* Id.—2 Sic recte scriptus Noster. Vulgo, *levi manib.* Adi Beroaldum. *Colv.* In Edd. Vic. Junt. Ald. Colin. modo est vitiosum *levi.* Oud.—3 Oxon. Pith. Guelf. pr. *ictibus*, creberrima variatione, ut p. seq. 'longo lapidis jactu.' In Pith. etiam *lapide.* Vide ad Hor. I. Od. 26. 2. *Id.*—4 *Ferociam conterrere.* Vulg. *conterere.* Utrumque ferri potest. *Colv.* Flor.

NOTÆ

[p] *Compescunt*] Repone cum Pricæo *compercunt*, sensu ita postulante. *Compercere* est compositum a *parcere.*

expugnare potuere. Quippe cum miserrimus adolescens, ultima voce prolata, vindicarent de pollutissimo divite mortem fratris junioris, illico laniatus interisset. Tunc[5] reliqui fratres, non tam hercules[6] desperata quam ultro neglecta sua salute, contendunt ad divitem:[7] atque, ardentibus animis impetuque vesano, lapidibus crebris in eum velitantur.[8] At ille cruentus, et multis ante flagitiis similibus exercitatus percussor, injecta lancea, duorum alterum per pectus medium transadegit.[9] Nec tamen peremtus ac prorsus exanimatus adolescens ille, terræ concidit.[1] Nam telum transvectum[2] atque ex maxima parte pone tergum elapsum, soloque nisus violentia[3] defixum,[4] rigore librato sus-

vincere eorum rabiem: infelicissimus enim juvenis laceratus protinus obiit, pronuntiatis his extremis verbis, ut ulciscerentur mortem fratris minimi adversus impurissimum illum divitem. Tum ceteri ambo fratres, non tam certe desperata, quam sponte contemta vita, adeunt divitem, multosque lapides in eum jaculantur magno animorum ardore, et furioso impetu. At ille cruentus homicida, qui se jam ante exercuerat multis ejusmodi facinoribus, missa hasta confodit alterum amborum per medium pectus. Neque tamen ille juvenis cecidit humi, quamvis interfectus esset, ac prorsus exanimis: lancea enim, quæ trajecta erat, et prominebat post ejus dorsum maxima sui parte, et infixa terræ fuerat impetu, quo fuerat vibrata, suspensum

conterere. Elmenhorstius. Is cum Scriverio idcirco revocavit editum prius *conterere*, quod servarunt Fux. et Guelf. et prætulit Pricæus; et ego de sua sede immerito dejectum opinor. Significat deminuere. In D'Orvill. est *contergere*. In Oxon. Guelf. pr. *ferocina*. Oud.—5 *Interiit. Tunc.* Iidem, *interiisset. Tunc.* Colvius. *Interiit.* Mss. *interisset.* Elmenhorstius. Bene Elmenh. Scriv. et Flor. restituerunt *interisset*. Quod dant Fux. Pith. Flor. Bert. D'Orv. cum Edd. ante Colv. Flagitat enim id particula *quum*. Quod miror Colvium non advertisse. *Oud.*—6 Scriptum exemplar, *t̄n hercul.* Colv. —7 Guelf. pr. *ad invicem.* Oud.—8 Bertin. *in eum vindicant.* Scioppius in Symb. *Elm.* Videtur id Sciopp. in Susp. Lect. II. Ep. 14. probare. Sed male. Vide ad l. VII. p. 107. 'Contra me velitaris jocis.' Passim autem occurrit 'velitari telis, eminus,' &c. *Oud.*—9 Quid si *transadiit* scribamus? quomodo in lib. quarto dicitur 'per medium pectus ictu fortissimo transadiit.' Item et lib. VIII. 'bestiam transadiit.' *Stewech.* Minime gentium hic legendum *transadiit.* Supra notavimus. *Colv.* Vide ad l. IV. p. 71. VIII. p. 156. Guelf. pr. *transegit*, D'Orv. *transedegit.* Oud.—1 Bert. *cecidit*, Reg. Fux. *concedit*. Id.—2 Fux. *transjectum.* Roaldus. *Transjectum.* Vulg. *transvectum.* Colvius. Florent. Pal. et Rom. *transvectum.* Elmenhorstius. Colvio et seqq. favent quidem Guelf. Oxon. et D'Orv. cum Inc. Non temere tamen *transvectum*, quod alii retinent Codd. cum Edd. Vett. in id mutatum mallem. Ac bene Scriverium fecisse puto, qui id restituerit. Probat itidem Pricæus. Crebra in his verbis est confusio. Vide ad Lucan. l. IV. 137. Duk. ad Flor. l. IV. 12. 22. Drakenb. ad Sil. Ital. l. IV. 489. et sæpius. *Transactum* Pith. *Oud.*—3 Palat. Edd. Junt. Ald. Colin. Bas. pr. *nixus*, de more. *Visus* Guelf.

penderat corpus.[5] [q] Sed et quidam de servulis [204] procerus et validus, sicario illi [r] ferens auxilium, lapide contorto, tertii illius [6] juvenis dexterum brachium longo jactu [7] petierat. Sed impetu casso per extremos digitos transcurrens lapis, contra omnium opinionem, deciderat innoxius. Nonnullam tamen sagacissimo juveni proventus humanior vindictæ speculam [s] subministravit.[8] Ficta namque manus suæ debilitate, sic [9] crudelissimum juvenem [1] [t] compellat: Fruere exitio totius nostræ [2] familiæ, et sanguine trium fratrum insatiabilem tuam crudelitatem [3] pasce, et de pro-

tenebat corpus sua rigiditate immota. Sed quidam etiam ex servis, altus et robustus, opem ferens illi homicidæ, miserat eminus lapidem magna vi in brachium dextrum illius tertii adolescentis: sed lapis transiens per extremos digitos irrito impetu, ceciderat illæso juvene, præter omnium opinionem. Eventus tamen ille lenior suppeditavit callidissimo juveni aliquam spem ultionis. Simulans enim manum suam esse debilitatam illo ictu, sic alloquitur sævissimum divitem: Potire clade totius nostræ familiæ, et pasce tuam inexplebilem crudelitatem cruore trium fratrum, et

corpus ignorat Bertin. *Elmenh.*—6 Abest Edd. Elm. Scriv. Tum in D'Orv. *dextrum.* Deest vox in Guelf. pr. *Oud.*—7 Sive *longinquo.* In Oxon. Guelf. pr. minus bene *ictu.* Vide pag. præc. nec melius margini Ed. Junt. post. vir eruditus adlevit *longe.* Guelf. pr. *petiverat.* Id.—8 Guelf. pr. *speculum.* Ed. Junt. pr. *speluncam.* Palat. Guelf. sec. *subministrat.* Id.—9 Pith. *sicut.* Id.—1 *Divitem* lego, non *juvenem*, ut habent pleræque editiones, et hoc discriminandi causa. Præcessit enim ante versiculum unum vox *juvenis* de fratre tertio. *Florid.* Pricæi conjecturam sibi de more vindicavit Floridus, et in contextum recepit. Malim ego totam vocem abesse. Sic 'juvenem' intrusam vidimus p. 186. Immo cum in Oxon. codice mox scribatur *fur fruere*, dederat forsan Auctor: *Crudelissimum compellat furem. Fr.* Statim, 'furiosus latro.' In D'Orvill. *crudelissimus*, Guelf. pr. *crudelissime.* Certe illa vox *fur* mihi bene advertenda videtur. Nam et ita illum juvenis adloqui potuit. *Oud.*—2 D'Orv. *meæ.* Id.—3 *Insatiabilis, tuam crudelitatem p.* In Pal. *insatiabilem tuam crud.* Wowerius. *Insatiabilem.* Vulgo, *insatiabilis.* Elmenhorstius. Recte *insatiabilem* rescripsere Wower. et seqq. Quod jam inveni in Ed. Junt. post. uti dant quoque Flor. D'Orv. Fux. Pith. Oxon. Guelf. pr.

NOTÆ

[q] *Rigore librato suspenderat corpus*] Id est: Sustentabat corpus firmitate, et rigiditate sua, qua fiebat ut in neutram partem propenderet magis.

[r] *Sicario illi*] 'Sicarius' proprie est, qui sica seu pugione ferit. Sed, ut inquit Quintilianus, lib. x. cap. 1. 'Per abusionem sicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocumque commiserint.'

[s] *Speculam*] Diminutivum a 'spe.' Alias 'specula' locus est editior, ex quo speculantur, quid procul geratur.

stratis[4] tuis civibus gloriose triumpha, dum scias,[5] licet privato[6] suis possessionibus paupere, fines usque et usque proterminaveris, habiturum te tamen[7] vicinum aliquem. Nam hæc etiam dextra,[8] quæ tuum prorsus amputasset caput, iniquitate fati[9] contusa, decidit. Quo sermone alioquin exasperatus furiosus latro, rapto gladio,[1] sua miserrimum juvenem manu peremturus, invadit avidus.[2] Nec tamen sui molliorem provocaverat.[3] Quippe insperato et longe contra ejus opinionem resistens juvenis,[4] complexu fortissimo arripit[5] ejus dexteram: magnoque nisu,[6] ferro librato,[7] multis et crebris ictibus impuram elidit divitis animam; et ut[8] accurrentium etiam familiarium manu se[9] liberaret,

superbe triumpha de tuis popularibus, quos prostravisti; dummodo scias te habiturum semper aliquem vicinum, quamvis protuleris ulterius atque ulterius terminos agrorum tuorum, spoliando pauperem suis agris. Hæc enim manus mea, quæ plane abscidisset tuum caput, corruit infracta malignitate sortis. Qua oratione furiosus ille sicarius irritatus, arrepto ense irruit in miserrimum juvenem, interfecturus eum manu propria. Sed non aggressus fuerat debiliorem se. Juvenis enim reluctans contra spem, atque opinionem ejus, apprehendit ejus dextram validissima constrictione, gladioque impacto magno conatu, multis, et frequentibus ictibus extrudit immundum spiritum divitis: utque expediret se etiam ex manibus domesticorum ejus accurrentium, pro-

---

aliique. *Oud.*—4 *Et de prostr.* Palat. *idem pr.* Id.—5 Hæc est Pricæi lectio planissima. Frustra aliud hic moliuntur Beroaldus et Colvius. *Florid.* Nihil hic molitus est Beroaldus, sed edidit, ut omnes ante Colvium; *triumphatum scias*, cum Ms. Bert. et Pith. Sed in reliquis Mss. et Edd. Colv. Vulc. Merc. Elm. Scriv. *triumphandum*, vel pro more *triumphādū*; unde verissime emendatum est a viro docto ad oram Ed. Vic. Salmasio, ac Lipsio quoque ad marginem sui exemplaris, *triumpha, dum*, id est, 'dummodo.' Quod jure merito admisere Wower. Pric. Florid. Nisi malis alia Imperativi forma, *triumphato, dum sc.* Mox *te* male exulat ab Ed. Bas. pr. *Oud.* —6 Guelf. pr. a m. pr. *primo.* Id.—7 Pro *tamen* in D'Orv. *non.* Pith. *iturum* pro *habit.* Id.—8 Guelf. sec. *in d.* Palat. caret τῷ *etiam.* D'Orv. Edd. Vett. ac Scriv. *dextera.* Id.—9 Oxon. Guelf. pr. *in iniquitate*, ut alibi. *Facti* Palat. *Id.*—1 B. *arrepto gl.* Puteanus. Item D'Orvill. *Oud.*—2 Coll. Voss. *avide.* Vulgatum stylo Auctoris est convenientius. *Id.*—3 *Nec tamen sui m. p.* Hæc desunt membranaceo libro. *Colv.* Desunt quoque Reg. Fux. D'Orv. Pal. Oxon. Par. Guelf. Perperam omnino. Sine his enim non constat sibi orationis nexus. *Oud.*—4 D'Orvill. *insistens*, haud male. Vide ad p. 186. 'Insistens jubebat.' *Id.*—5 *Complexu fortissimo arripuit.* Vulg. *amplexu fortissimo arripit.* Colvius. Rom. *amplexu.* Elmenhorstius. Omnes ante Colvium Edd. excepta Junt. post. exhibent *ampl.* Sed invitis Mstis, si excipias Pithœanum. *Arripit* vero, quod eædem, et Junt. quoque ostentant, servant Pith. D'Orvill. Guelf. pr. Oxon. Quare id revocavi. *Accipit* Fux. In eodem *dextram.* Oud.—6 Oxon. Guelf. pr. et Ed. Junt. pr. *nixu.* Guelf. sec. Pal. *risu.* Id.—7 Vid. Not. Var.—8 Abest *et* a Guelf. et Oxon. *Oud.*—9

confestim adhuc [1] inimici sanguine delibuto mucrone, gulam sibi prorsus exsecuit.[2] Hæc erant, quæ prodigiosa præsagiverant ostenta;[3] [w] hæc, quæ miserrimo domino fuerant nuntiata. Nec ullum verbum, ac ne tacitum quidem fletum, tot malis circumventus senex quivit emittere: sed arrepto ferro,[4] quo commodum [5] inter suos epulones caseum atque alias prandii partes diviserat, ipse quoque [205] ad instar infelicissimi sui filii,[6] jugulum sibi multis ictibus contrucidat; quoad super mensam cernulus corruens,[x] portentosi cruoris [y] maculas [7] novi sanguinis [z] fluvio proluit.[8] Ad istum modum, puncto brevissimo, dilapsæ [9] domus fortu-

tinus secuit sibi omnino guttur gladio adhuc resperso cruore inimici. Ea erant, quæ portentosa prodigia prænuntiaverant; ea erant, quæ fuerant relata ad infelicissimum dominum. Nec senex, oppressus tot calamitatibus, potuit proferre ullum verbum, ac ne tacite quidem flere; sed capto cultro, quo tunc forte distribuerat inter suos convivas caseum ceterasque dapes prandii, ipse quoque perfodit sibi guttur multis ictibus ad exemplum sui miserrimi filii; donec cadens pronus in mensam, lavit rivo novi cruoris maculas sanguinis illius prodigiosi. Hortulanus ille miseratus sortem illius domus hoc modo destructæ momento temporis, et graviter dolens

Pal. *se manu.* Id.—1 D'Orv. Guelf. pr. *adhæc.* Id.—2 Ed. Junt. pr. *exercuit.* Pricæus suspectum habet τὸ *prorsus*, conjiciens *præ* vel *prosecuit.* Non audio. *Prorsus* valet omnino, neque leviter modo præstrinxit. In verbo 'exsecare' frequens est Auctor. L. IV. p. 74. 'Gulæ, qua cervix bestiæ fuerat exsecta.' L. VII. p. 148. 'Exsectis genitalibus.' *Id.*—3 Ms. *prodigia.* Colvius. D'Orv. *præsagieverant.* Fux. Pith. Guelf. ambo, Pal. Oxon. *præsagaverant.* Pro *ostenta* in Guelf. pr. *obstecta.* Oud.—4 Fux. *erecto f.* Id.—5 *Ferro, quod commodum.* Guelf. pr. *ferrum, quo commode.* D'Orv. Fux. *modicum.* Male. Vide supra. *Id.*—6 Pal. D'Orv. *filii sui.* Mallem τὸ *sui* abesse. Pro *jugulum* in Pith. *juguluri*, Guelf. pr. *jugulam.* Pro *multis* Fux. *multibus.* Id.—7 Fux. *portentuosi*, Ald. *Roald. Portentuosi.* Alii, *portentosi.* Elmenh. D'Orv. Palat. Flor. Pith. Guelf. Edd. Junt. post. Elm. ac Scriv. præbent *portentuosi.* Vitiose, si quid video. Adi ad Sueton. Domit. c. 4. et supra ad l. v. p. 98. 'monstroso mendacio.' In Oxon. *maculis.* Oud.—8 Al. *protulit.*—9 Pricæus

NOTÆ

[w] *Ostenta*] Quæ paulo supra enarravit, pullus, fons sanguinis, &c.

[x] *Cernulus* [*Cernuus*] *corruens*] Sic lego cum Scaligero, non autem *cæruleus*, ut male Colvius. Nonius, cap. 1. 'Cernuus dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat. Lucil. Satyr. lib. III. 'Cernuus extemplo plantas convestit honestas.' Virgil. lib. X. 'ejectoque incumbit cernuus armo.'

[y] *Portentosi cruoris*] Qui e terra subito scaturiverat.

[z] *Novi sanguinis*] E suo jugulo erumpentis.

nam hortulanus [1] ille miseratus, suosque casus graviter ingemiscens,[a] depensis pro prandio lacrymis,[2] vacuasque manus complodens [3] sæpicule, protinus inscenso me,[4] retro, quam veneramus, viam capessit.[5] Nec innoxius ei saltem regressus evenit. Nam quidam procerus, et, ut indicabat [6] habitus atque habitudo, miles e legione,[b] factus nobis obvius, superbo atque arroganti [7] sermone percontatur,[8] quorsum vacuum [9] duceret asinum? At meus dominus adhuc [1]

suum infortunium, persolutis fletibus pro prandio, plaudensque sæpius manibus, quas referebat vacuas, conscendit me statim, et revertitur retrorsum, qua veneramus. Neque saltem rediit absque infortunio. Quidam enim altus homo, quique miles erat legionarius, ut habitus ejus et facies ostendebant, cum nobis occurrisset, interrogabat eum verbis superbis atque arrogantibus, quo duceret asinum inanem?

conjecit *collapsæ*, ut alibi solet Auctor. *Oud.*—1 Pal. *ortul.* D'Orv. *ortol.* Id. —2 Vid. Not. Var.—3 Guelf. pr. *complaudens.* Oud.—4 *Infesso me.* Fux. *inscenso me.* Roaldus. *Inscenso me.* Ita et unus ex Fulvii codicibus. Vulgo legebatur *infesso.* Rectius Ms. *insesso.* ἐπικαθίσας. *Sciopp. in Symb.* Pal. et Rom. *insesso me.* Sed nihil mutandum. Sequenti pagina, 'hortulanus inscenso me recta festinat ad civitatem.' *Elmenh.* *Insesso* correxit Beroaldus pro inepto *infesso.* Nec male. Vide ad l. VIII. p. 165. Sed *inscenso me* præter alios Codd. hic dant Flor. Oxon. Reg. Lips. Inc. et Edd. Colv. Vulc. &c. *insenso* D'Orv. l. VI. p. 127. 'Me gnaviter inscendit.' et sæpe. Vide ad Sueton. Ner. c. 48. 'equum inscendit.' *Oud.*—5 Idem, *venimus.* Colvius. Recte: *qua vener.* ex Pal. Wowerius. Hinc ille et seqq. edidere *qua.* Verum ceteri Codd. servant *quam,* et nequaquam mutari oportuit. *Venire* et similia cum accusativo centies construxit Apuleius. Vide ad p. 187. Alii passim, ire viam, iter, &c. *Oud.*—6 Oxon. *indicat.* Id.—7 Guelf. sec. *arrogante.* Id. —8 *Percunctatus est.* Fux. *percunctatur.* Roaldus. Sic, vel *percontatur* Mss. omnes, ut tacite edidit Colv. et seqq. In prioribus *percunctatus* vel *percontatus est,* cum Ms. Pith. *Oud.*—9 Abest a Palat. *Id.*—1 Fux. *at ille adhuc.* Roaldus. Ita quoque Guelf. uterque, Reg. Oxon. Pal. Par. *at ille a.* Puto scribendum: *at meus ille:* et e glossa additum esse *dominus.* In D'Orv. pro

NOTÆ

[a] *Suosque casus graviter ingemiscens*] Quod amico suo orbatus erat, simulque vino, oleo, quod secum reportaturum se speraverat. Vel (quod Priceus monuit) depravatus est locus, proque *suos casus* legendum est *scævos,* aut *sævos casus,* nimirum collapsæ puncto temporis domus. Quod si sic legas, repone in interpretatione *sinistros,* aut *crudeles casus,* pro his vocibus: *suum infortunium.*

[b] *Miles e legione*] Milites, teste Vegetio, bifariam dividebantur, in legionarios et auxiliares. Legionarii Romani erant: auxiliares externi, qui a sociis vel fœderatis gentibus mittebantur. Miles e legione honoratior longe erat quam auxiliaris. Legionibus enim semper auxilia, tanquam levis armatura, in acie jungebantur: ut in his præliandi magis adminiculum esset, quam principale subsidium.

mœrore permixtus, et alias Latini sermonis [2] ignarus, tacitus præteribat. Nec miles ille familiarem [3] cohibere quivit insolentiam: sed indignatus silentio ejus, ut convicio, [4] vite, quam tenebat, [5] [c] obtundens eum, dorso meo proturbat. [6] Tunc hortulanus supplicue respondit, sermonis ignorantia se, quid ille diceret, scire non posse. Ergo igitur Græce subjiciens miles, [7] Ubi, inquit, ducis [d] asinum istum? [8] Respondit hortulanus, petere se civitatem proximam. [9] Sed mihi, inquit, operæ ejus opus est. [1] Nam de proximo castello sarcinas præsidis nostri cum ceteris jumentis debet advehere. Et, injecta [2] statim manu, loro me, quo duce-

Sed herus meus, qui adhuc erat perfusus luctu, et aliunde ignorabat linguam Latinam, transibat silens. Neque ille miles potuit continere insolentiam sibi familiarem; sed iratus ejus silentio, tanquam contumelia aliqua, dejecit eum ex meo dorso, percutiens sarmento vitis, quod habebat in manu. Tunc hortulanus respondit suppliciter, se non posse scire quid ille diceret, ob ignorationem linguæ. Miles igitur resumens orationem Græce: Quonam (ait) ducis hunc asinum? Respondit olitor, se ire ad proximam civitatem. At ego (ait miles) indigeo ejus opera: oportet enim ut advehat ex vicino castello cum reliquis jumentis sarcinas nostri præfecti. Et,

----

more *adhec.* Oud.—2 Oxon. Guelf. pr. *Latino sermone:* quasi 'ignarus' cum sexto etiam casu copuletur, ut 'peritus' nonnunquam. *Id.*—3 *Familiare* Guelf. pr. *Id.*—4 Sic Mss. ὡς ὑπερορώμενος Lucianus. Bene igitur ita correxit Beroaldus, qui tamen melius fore conjiciebat, *ut conjicio;* cum in prioribus Edd. esset *conficio* vel *conficior.* Sed vide ipsum, et Pric. *Id.*—5 Vid. Not. Var.—6 Al. *perturbat.*—7 *Ægre subjiciens miles.* Fux. *Græce s. m.* elegantissime. Nam qui Latinis non responderat, Græcis postea interrogatus est. *Roald. Græce.* Bene correctum e libro veteri. Vulg. *ægre s.* Res enim ipsa hoc nostrum flagitat. *Colv.* *Græce* legas, ut debet, in Mss. O. si Pithœanum excipias, uti et jam in Ed. Junt. post. *Oud.*—8 Deest pronomen Ms. D'Orv. *Id.*—9 Inverso ordine in Pith. et Edd. ante Colv. *Id.*—1 Exulat τὸ *opus* a Palatino, *est* a Regio. In Mss. aliquot et Beroald. Ed. *opere,* D'Orvill. *opera:* ut legi omnino voluit Sanctius in Minerva. Sed adversatur Celeb. Perizonius, contendens, genitivum recte jungi τῷ *opus.* Eum consule ad lib. IV. c. 15. § 8. Mihi nondum liquet, proniori tamen in *opera.* Nil not. e Guelf. *Id.*—2 Abest τὸ *et* a Pal. Oxon. *Id.*—3 Bert. *q. dicebat,*

NOTÆ

[c] *Vite, quam tenebat*] Innuere his verbis videtur eum Centurionem fuisse: Centurionum enim proprium gestamen erat vitis, qua peccantes milites castigabant. Hinc 'Latia vitis' metonymice apud Poëtas pro Centurionatu. Lucan. Pharsal. lib. VI. 'Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.' Juvenalis, Satyr. XIV. 'aut vitem posce libello.' Quamvis quæ sequuntur satis ostendunt militem hunc fuisse gregarium; sed is fortasse, quod huic hominum generi satis familiare est, muneris, quod non gerebat, insigne usurpaverat, quo majori esset rusticis formidini.

[d] *Ubi, inquit, ducis, &c.*] Adverte 'ubi' licenter dictum pro 'quo,' ad denotandam fortasse militarem imperitiam.

bar,[3] arreptum, incipit trahere. Sed hortulanus prioris plagæ vulnere prolapsum capite sanguinem detergens,[4] rursus deprecatur civilius atque mansuetius[5] versari commilitonem, idque per spes prosperas[6] ejus orabat adjurans. Nam et hic ipse,[7] aiebat, iners asellus, et nihilominus morbo detestabili caducus,[e] [206] vix etiam[8] paucos olerum manipulos[9] de proximo hortulo solet,[1] anhelitu languido fatigatus, subvehere,[2] nedum ut rebus amplioribus idoneus videatur[3] gerulus. Sed ubi nullis precibus mitigari militem, magisque in suam perniciem advertit efferari,[4] jamque inversa vite[5] de vastiore nodulo[6][f] cerebrum suum diffin-

immissa manu, apprehendens me loro, quo ducebar, cœpit trahere. Verum olitor abstergens sanguinem, qui stillaverat ex capite, propter vulnus prioris ictus, rogat iterum commilitonem, ut agat secum humanius et mitius; atque ipsum ea rogabat, obtestans per quicquid sperabat faustum. Hic enim etiam asinus ipse, aiebat, segnis est, et præterea frequenter cadit ex morbo abominando, et vix solet exportare aliquot fasciculos herbarum ex proximo hortulo, quod cum fecit, fessus est, et anhelat, ac languet; tantum abest ut videatur aptus ferendis oneribus. Sed postquam vidit militem nullis precibus placari, sed magis incendi in suum exitium, et jam vite inversa

male. *Elmenh.* Immo *dicebar.* Guelf. sec. Pal. Oxon. D'Orv. (qui caret τῷ *loro*) *quo me ducebat.* Edd. Wow. Elm. Pric. *l. me quo ducebat.* Oud. —4 Pal. *prolatum.* Recte. *Elmenh.* Cum Guelf. sec. Atque hinc sic edidit Scriverius. Non assentior. E superiore capitis vulnerata parte prolabebatur seu defluebat sanguis. Sed meliore ordine leges cum Cod. D'Orvill. *prolapsum sanguinem, capite deterg.* In Pal. *sanguine.* Oud.—5 Fux. *consultius.* Roald. Immo *consuetius.*—6 Fux. *per spes proximas.* Quod probo. Significat liberos, per quorum caput et salutem adjurabat. *Roald.* Gratis hæc supponuntur a Roaldo. Nullus alius addicit Codex. *Per spes et prosp.* Guelf. pr. Oxon. *Prosperias* Pith. *Oud.*—7 Ibidem, *hæc ipse.* Colvius. *Hic* Mss. plerique et Ed. Junt. post. cum posterioribus Colvio. *Hoc* D'Orv. Citra necessitatem Pricæus malebat *iste.* Dein *morboque* Pith. *Oud.*—8 Palat. *vixque.* Id.—9 Flor. *maniculos*, male. *Elmenh.* Item Palat. et Guelf. ambo. *Oud.*—1 Vid. Not. Var.—2 Pal. Guelf. sec. *subruere.* Oud. —3 In Bertin. non est particula *ut*, elegantius. *Sciopp. in Symb. et Susp.* I. II. 14. Optimis quibusque solet abesse τὸ *ut.* At sic l. v. p. 95. 'Nedum ut genitoribus beatum ejus differamus præconium.' In Flor. N. 16. 'Nedum ut Carthagini desint.' Sed variant ibi libri. *Ut a rebus* Pith. In Palat. est *videat.* Oud.—4 D'Orv. *efferatum.* Id.—5 Palat. Guelf. sec. *in diversa v.* Oxon. Guelf. pr. et Edd. pp. *vice.* Id.—6 *De vastiore nodulo.* Ms. *devastiore*

NOTÆ

[e] *Morbo detestabili caducus*] Morbo comitiali, quem Græci ἐπιληψίαν vocant, quo morbo Plin. lib. x. cap. 23. ait, præter homines coturnices solas inter cetera animalia, laborare: sed falso: cum constet capras quoque, atque oves, quin et equos, et multa alia animalia illo nonnunquam corripi.

[f] *De vastiore nodulo*] Quem manu

dere,[7] [g] currit ad extrema subsidia: simulansque, ad commovendam miserationem, genua ejus velle contingere,[h] submissus atque incurvatus,[8] arreptis ejus pedibus utrisque [9] sublime elatum, terræ [1] graviter applodit: et statim, qua pugnis, qua cubitis, qua morsibus, etiam de via [2] lapide correpto, totam faciem,[3] manusque ejus et latera converberat.[4] Nec ille, ut primum [5] humi supinatus est, vel repugnare, vel omnino munire se potuit. Sed plane identidem comminabatur, si surrexisset,[6] sese concisurum eum machæra sua [7] frustatim.[8] Quo sermone ejus commonefactus hortulanus, eripit [9] ei spatham:[1] [i] eaque longissime abjecta,[2]

sibi fractum ire caput nodo paulo crassiore; confugit ad ultima subsidia, fingensque se velle complecti ejus genua, ad excitandam commiserationem, inclinat se, et incurvat, et apprehensis ambobus ejus pedibus, extollit eum sursum, et graviter allidit solo: et confestim percutit totum ejus vultum, et manus, et latera modo pugnis, modo cubitis, tum morsibus, et lapide etiam collecto ex via. Neque ille potuit aut resistere, aut etiam se ullo modo defendere, postquam prostratus fuit humi, sed tantum sæpius minabatur se eum dissecturum in frusta suo gladio, si surrexisset. Quibus verbis ejus admonitus hortulanus, eripit ei ensem: eoque abjecto longissime,

nodulo. Num 'devastus' noviter dictum, ut 'deparcus?' *Colv.* Immo potius quasi abundat *de*, ut bene monet Pricæus. Vide eum alibi sæpe, tum ad l. IV. p. 68. Abest *de* a Bertino. *Nudulo* Pal. Guelf. sec. Oxon. *Oud.* —7 Al. *diffundere* et *diffidere.*—8 *Submissus atque incurvatus.* Liber idem scriptus hæc non habet. *Colv.* Neque Oxon. nec Guelf. pr. *Oud.*—9 Pal. D'Orv. Fux. *utrisque ped.* Id.—1 Pith. *certe.* Id.—2 Flor. *e. d. vico.* Elmenhorstius. Lucian. Λίθῳ τῷ ἐκ τῆς ὁδοῦ. *Oud.*—3 Palat. *tm̄ f.* Guelf. pr. *tn̄ f.* Oxon. *tum f. ejus, manus ejus et l.* Id.—4 Edd. Junt. Ald. non habent copulam. Mss. Guelf. sec. et Palat. *laterat et conv.* Hinc non male Gruterus margini allevit, *lacerat et converb.* Nec tamen temere quid muto. Lucian. simpliciter, κείμενον ἔπαιεν οὕτω. *Id.*—5 Coll. Voss. *ut primo.* Id.—6 Al. *resurrexisset.*—7 Bert. et Rom. τὸ *sua* non habent. *Elmenh.* Neque Pith. nec ulla editio ante Colvium, qui tacite addidit e Lipsiano. Sicut et agnoscunt Flor. Pal. D'Orv. aliique. *Oud.*—8 Palat. Guelf. sec. *frustratim*, D'Orv. *frustratum.* Id.—9 Guelf. pr. a m. pr. *arripit.* Id.—1 D'Orv. *spatam.* Id.—2 Ed. Ber. *abicta.* Dein *rursum*

NOTÆ

tenebat, quique erat viti illi pro manubrio.

[g] *Cerebrum suum diffindere*] Supplendum 'parare' aut 'velle.'

[h] *Genua ejus velle contingere*] Ex more eorum, qui, in vitæ periculo positi, misericordiam conantur commovere. Antiquitas Misericordiæ genua consecravit, ut frontem Genio, et dextram Fidei.

[i] *Spatham*] Σπάθη Græcis gladius major. Milites Romani gravis armaturæ habebant, teste Vegetio, gladios majores, quos 'spathas' vocant, et alios minores, quos 'semispathas.'

rursus sævioribus eum plagis [3] aggreditur. Nec ille prostratus ac præventus vulneribus,[4] ullum reperire quiens saluti [5] subsidium, quod solum restabat, simulat [6] sese mortuum. Tunc spatham illam secum absportans [7] hortulanus, inscenso me,[8] concito gradu recta festinat [9] ad civitatem. Nec hortulum suum saltem curans invisere,[1] ad quempiam sibi devertit [2] familiarem. Cunctisque narratis,[3] deprecatur [4] periclitanti sibi ferret auxilium: [5] seque cum suo sibi asino tantisper occultaret; quoad celatus spatio bidui triduive,[6] capitalem causam [k] evaderet. Nec oblitus ille veteris amicitiæ, promte suscipit.[7] Meque per scalas, com-

adoritur eum iterum gravioribus ictibus. Ille vero supinus, et impeditus plagis, cum nullum posset invenire præsidium suæ vitæ, fingit se esse mortuum (quod solum ei supererat). Tunc hortulanus auferens secum illum ensem, conscendit me, et recta pergit ad urbem properanti gressu: neque cogitans saltem de visitando suo hortulo, recipit se ad quendam suum amicum: commemoratisque omnibus, quæ sibi evenerant, orat eum, ut sibi opituletur in illo periculo, et abscondat se et suum asinum in aliquod tempus, donec effugeret causam capitalem, latens per duos aut tres dies. Ille non immemor antiquæ necessitudinis, propere eum excipit, meque, cruribus

Fux. Guelf. pr. *Id.*—3 Scriptus item, *cum plagis.* Colv.—4 Bertinianus: *ac præmovens vulneribus.* Forte, *ac pæne moriens.* Scioppius in Symbola. Bert. *præmovens v.* unde alii, *ac pæne moriens*, haud male. *Elmenh.* Forte, *cruentus v.* Brantius.—5 Flor. *salutis.* Elmenhorstius. Item Oxon. sed male. p. 189. 'Medelam cruciatui deprecatur.' L. x. p. 224. 'Medelam libidini capiens.' Vide ad Suet. Vespas. c. 7. 'Orantes opem valetudini.' In D'Orv. Fux. *saluti quiens.* Oud.—6 Guelf. pr. *simulans.* Id.—7 *Adportans.* Fux. *asportans.* Roaldus. *Asportans.* Vulgatum, *adportans.* Colvius. In Mss. O. *asportans.* Ante Colv. Edd. *app.* vel *adport.* Scribe, *absportans*, ut supra. *Oud.*—8 Guelf. pr. *insceno me*, D'Orv. *insenso me.* Edd. Scriv. *incenso me*, sive incitato verberibus. Sed frustra. Vide ad p. 205. 'Inscenso me.' Abest pronomen ab Edd. Ald. et Junt. post. *Id.*—9 *Recte festinat.* Forte, *recta f.* Roaldus. Ms. *recta f.* et mox, *cunctisque enarratis.* Scioppius in Symbola. *Recta.* Vulgo, *recte.* Elmenhorstius. *Recta* olim jam exhibuit cum Mss. Pal. Pith. Guelf. utroque, Ed. Junt. post. et dein tacite Wower. ac seqq. Verissime. Adi ad l. VI. p. 120. 'Recta, atque pulcherrime.' Mox *saltem* exulat ab Oxon. *Oud.*—1 Guelf. sec. *etiam vis.* Id.—2 Prave Fux. et Edd. recentiores contra meliores Mss. *divertit*, Guelf. pr. *vertit.* Id.—3 Flor. *enarratis.* Pal. *c. etiam narratis.* Elmenhorstius. Hinc Scriverius edidit, *c. jam enarratis.* Sed sufficit *enarratis*, ut habet cum Ms. Scioppii Fulviano, D'Orvill. Fux. et Edd. Elmenh. Flor. Vide ad l. VIII. p. 162. 'Et enarratis ordine singulis.' Mox pag. seq. 'clades enarrat suas.' Lib. IV. tamen p. 72. 'Narratis, quæ gesta sunt.' *Oud.* —4 *Deprecatus.* Pith. *deprecatum.* Id.—5 D'Orv. *referret a.* Id.—6 Oxon. Guelf. pr. *triduique.* Id.—7 Edd. Scriv. *suscepit.* Id.—8 Scipio Gentilis doc-

NOTÆ

[k] *Capitalem causam*] Accusationem, reatumque homicidii, quo, ob interfectum (ut putabat) militem, in discrimen vocatus fuisset capitis.

plicitis pedibus, in superius cœnaculum[1] attracto, hortulanus deorsus[8] [207] in ipsa tabernula derepit[9] in quandam cistulam, et supergesto delitescit orificio.[1] At miles ille, ut postea didici,[2] tandem velut emersus gravi crapula,[3] nutabundus[4] tamen, et tot plagarum dolore saucius, baculoque[5] se vix sustinens,[6] civitatem adventat:[7] confususque de impotentia, deque inertia sua quicquam ad quenquam referre popularium, sed tacitus injuriam devorans,[8] quosdam commilitones nactus, istas tunc clades enarrat suas.[9]

complicatis, tracto per scalas in tabulatum superius, hortulanus in inferiori cellula, irrepit in quandam arculam, et se abscondit operculo superinjecto. Ille vero miles (ut postea cognovi) tandem quasi experrectus alto ebrietatis somno, titubans tamen, et fractus dolore tot vulnerum, et ægre se sustentans baculo, venit in urbem: et veritus ulli civium narrare quippiam de sua violentia, et simul ignavia, sed mussitans illam injuriam, cum occurrisset quibusdam commilitonibus, tunc eis commemorat illas suas

tissimo commentario suo in hujus auctoris Apologiam (p. 290.) hunc locum sic legebat: *H. detorsus in ipsam tabernam clam direpsit.* Brantius. Nimis quam putide et nugaciter. Vide Pricæum, et Indicem. *Oud.*—9 *In ipsa tabernacula direpit.* Bertin. *tabernula*, ut expressi. *Wower.* Fulv. et Bert. *tabernula.* Sed leg. *derepit.* Scioppius in Symbola. *Tabernula.* Aldus, *tabernacula*, male. *Elmenh.* *Tabernacula* legas in Flor. Reg. Fux. D'Orv. Pal. Edd. Beroaldi et seqq. usque ad Wower. *Tabernam clam* conjecit Scipio Gentilis. Sed certissimum est *tabernula.* Quod dat quoque Pith. Cod. et jam expressere Edd. Rom. et Vicentina. L. VII. p. 137. 'Tabernulam quandam incubabat.' Dein *direpsit* legebat Scipio Gentilis. *Diripit* Oxon. *direpit* Mss. et Edd. Vett. Sed recte *der.* correxere Sciopp. et Pricæus, quem vide, et ediderunt jam Elmenh. Scriv. Florid. Adi etiam ad l. IV. p. 67. 'Ibi cum derepsissent:' ubi idem vulgo error. *Oud.*—1 Flor. *torificio*, male. *Elmenh.* Abest *et* a Guelf. Pal. Oxon. *Superjecto* conjecit Pricæus, sed timide; nec etiam opus est. Nam composita a gerere, ut congerere, egerere, ingerere, &c. passim vim jaciendi et ponendi habent. Dein *torrif.* Coll. Voss. Mirifice in Guelf. sec. *delicti scenici torificio.* In Pal. *delicti seevo terrificio*, Oxon. Guelf. pr. *delitescenti torificio.* Oud.—2 D'Orv. *dedisti.* Id.—3 Ms. *emersus e gravi c.* Scioppius in Symbola. Ita tacite ediderunt Wower. et Pric. confirmatum a Ms. Pithœano. Sed lib. II. init. 'Et somno simul emersus et lectulo.' *Oud.*—4 Ms. *mirabundus.* Colvius. Facio *mærebundus.* Brantius. Prave. *vitabundus* Guelf. pr. *Oud.*—5 Abest copula a Pith. Bert. et Edd. ante Colvium. *Id.*—6 Pronomen suprascr. in Guelf. pr. *Id.*—7 *In civitatem adventat.* Τὸ *in* non est in Flor. *Elmenh.* Neque in Bert. Pith. Fux. Guelf. Oxon. D'Orv. Coll. Voss. neque aliis, ut opinor, nec Edd. ante Colvium, plane pro Apuleii genio. Quare ejeci rursus præpositionem, male a Colvio intrusam. Vide ad l. I. p. 4. 'Proximam civitatem perveneritis.' et ad l. h. p. 187. *Oud.*—8 Edd. Junt. Ald. *devotans.* Inepte. *Id.*—9 Vulg. *illam tunc cladem en. suam.* Colvius. Ms. *istam tamen cladem en. suam.* Scioppius in Symbola. Rom. *istam tamen cladem en. suam.* Elmenhorstius. Singularem

NOTÆ

[1] *In superius cœnaculum*] Summum domus tabulatum. Jupiter apud Plautum, Act. III. Scen. 1. ridicule. 'In superiore qui habito cœnaculo.'

Placuit, ut ipse quidem contubernio[m] se tantisper[1] absconderet. Nam præter propriam contumeliam, militaris etiam sacramenti genium[2] [n] ob amissam spatham[o] verebatur;[3] ipsi autem, signis nostris enotatis, investigationi vindictæque sedulam darent operam. Nec defuit[4] vicinus[5] perfidus, qui nos illico occultari[6] nuntiaret. Tum commilitones,[7] arcessitis magistratibus, mentiuntur sese multi

calamitates. Optimum factu visum est eis, ut ipse quidem per aliquantum temporis lateret in communi eorum domicilio (nam præter contumeliam, quam passus fuerat, timebat etiam Deum præsidem sacramenti militaris propter perditum ensem); ipsi vero, observatis nostris vestigiis, studiose incumberent inquisitioni nostræ, et ultioni suæ. Ac repertus est perfidus vicinus, qui referret nos ibi delitescere. Tunc commilitones, advocatis Magistratibus, fingunt se amisisse in itinere vas argenteum

numerum, qui ante Colvium circumferebatur, e similibus Nostri exemplis præfert Pricæus, existimans, et sic in Mss. legi. Verum soli Ursini et Pithœi Codd. sic habent. In ceteris est pluralis, qui et aliquoties in simili re Nostro adhibetur, ut l. VII. p. 144. 'post tantas meas clades.' L. hoc p. 201. 'magnas et postremas domino illi fundorum clades annuncians.' Et sæpius. Posset et conjici, *istis* scriptum fuisse ab Auctore. Quod cum abiisset in *istas*, librarios hinc *cladem suam* etiam in pluralem mutasse. Exulat *istas* a Pal. Guelf. et Oxon. Pro *tunc* in Fux. Reg. et D'Orv. Guelf. pr. quoque est *tamen;* in Pal. Guelf. sec. *cum*, in Ed. Scriv. *tum*. Oud.—1 Abest *se* a Palat. a quo exulat item *præter*. Id.—2 Ms. *sacra genium*. Colvius. Reg. Fux. *sacrari genium*. Vide Barth. l. XXXII. Advers. c. 6. *S. gementi* Guelf. pr. *Oud.*—3 Idem, *verberat*. Colvius. *Admissam* D'Orv. *missam* Pith. *Oud.*—4 Ed. Ber. *ne*. Bas. pr. *desinit*, Coll. Voss. *fuit*. Id.—5 In D'Orv. est *vicinus vincus*. Ed. Vulc. sec. *vicinis*. Id.—6 Scribo, *illic occultari*. Colvius. *Illic* edidere Wower. Pric. et Flor. Sed Mss. servant *illico*, quasi 'illoc loci,' 'illo in loco;' ut apud Cæcilium et Terentium. Vide Nonium p. 668. Ed. Merc. *Nunt. occult.* Fux. *Oud.*—7 Edd. Junt. Ald. *tunc*. Scriv. *commilitiones*.

NOTÆ

[m] *Contubernio*] Domicilio militari. Centuriæ, auctore Vegetio, in contubernia dividebantur, ita ut, decem militibus sub uno papilione degentibus, unus quasi præesset decanus, qui caput contubernii nominabatur. Contubernium illud decem militum 'manipulus' etiam dicebatur.

[n] *Militaris etiam sacramenti genium*] Id est, genium Imperatoris, per quem miles juraverat solenni formula, se nunquam deserturum militiam, nec mortem recusaturum pro Romana Republica, et omnia se strenue facturum, quæ præciperet Imperator.

[o] *Ob amissam spatham*] Paulus, Lege Qui commeatus, 14. ff. de Re Militari, § 1. 'Arma alienasse grave crimen est, et ea culpa desertioni exæquatur: utique si tota alienavit: sed et si partem eorum, nisi quod interest: nam si tibiale vel humerale alienavit, castigari verberibus debet: si vero loricam, scutum, galeam, gladium; desertori similis est.' Unde non male inferas armorum amissione, quæ desertioni est similis, violari militare sacramentum, quo jurant milites, se nunquam militiam deserturos,

pretii vasculum argenteum præsidis in via perdidisse :[8] idque[9] hortulanum[1] reperisse,[2] nec velle restituere, sed apud familiarem quendam sibi delitescere. Tunc magistratus, cum damno præsidis nomine cognito,[3] veniunt ad deversorii[4] nostri fores : claraque voce denuntiant hospiti nostro, nos,[5] quos occultaret[6] apud se, certo certius dedere,[q] potius quam discrimen proprii subiret capitis. Nec ille tantillum[7] conterritus, salutique studens ejus, quem in suam receperat[8] fidem, quicquam de nobis fatetur : ac diebus[9] plusculis non vidisse[1] quidem illum hortulanum contendit. Contra commilitones,[2] ibi,[3] nec uspiam,[4] illum de-

præfecti sui, quod erat magni pretii: et quendam olitorem invenisse illud, et nolle reddere, sed illum latere apud quendam suum amicum. Tum Magistratus, audito damno, et nomine præfecti, veniunt ad ostium nostri domicilii, et præcipiunt alta voce nostro hospiti, ut potius traderet nos, quos certissime celabat apud se, quam subiret periculum vitæ suæ. Ille vero ne minimum quidem exterritus, et consulens vitæ illius, quem receperat in suam tutelam, nihil prorsus fatetur de nobis: et affirmat se ne vidisse quidem illum hortulanum a diebus sat multis. Milites contra

Id.—8 *Sese* abest a D'Orv. qui dat *deperdidisse.* Vide me ad Cæs. l. III. B. G. c. 28. 'Paucos deperdiderunt.' In Pal. *argentum.* Pro *præsidis* in Guelf. pr. *pretū* et *in viam.* Id.—9 Oxon. Guelf. pr. *atque.* Id.—1 *Hortulanum quendam.* Abest τὸ *quendam* a Pal. Oxon. Guelf. utroque. Bene. Nam sequitur vers. prox. 'familiarem quendam.' *Id.*—2 D'Orv. *reddere.* Hoc verbum et seqq. usque ad *sibi* desunt in Pith. *Id.*—3 *Et damno præsidis nomine cognito.* Intersere *et*, et lege, *et damno et Præsidis nomine cognito.* Floridus. Pricæi scrinia de more compilavit Floridus, qui sic edidit. Ulceris aliquid hic certo latet. Nam *et* vel abundat, vel alterum deest. In Pal. Guelf. sec. Pith. Codd. exaratur, *et damno præsidis et nomine c.* D'Orv. Guelf. pr. *cum damno præsidis nomine cognito.* Quod sequor. Oxon. *nōn.* Oud.—4 *Diversorii.* Flor. *diversoris.* Elmenhorstius. *Devers.* recte in Palat. et Guelf. sec. *diversorum* Guelf. pr. *Oud.*—5 Guelf. pr. *vos.* Id.—6 Edd. Junt. post. Ald. *occultare.* *Voce* abest Pith. *Id.*—7 Inrepsit in Edd. Wowerianam et hinc Pricæanam *tantulum.* Sed respice ad l. III. p. 59. *Id.*—8 Reg. Fux. *receperit.* Id.—9 D'Orv. *at diebus.*—1 Vulg. *Nec vidisse.* Colvius. Flor. *nec vidisse*, et deinde pro *militones*, *commilitones.* Elmenhorstius. Male Colvium secuti sunt Vulc. Merc. Wow. Pric. *Nec* habent Mss. Pal. Bert. Pith. Fux. Guelf. ambo, Oxon. D'Orv. &c. Vide ad l. IV. p. 69. 'Nec perfringere quidem.' Abest *quidem* a Guelf. pr. *Oud.*—2 *Contra militones.* Fux. *commilitones.* Bene. *Roald.* Ex Ms. Fux. *commilitones.* Wower. Sciopp. in Symb. Neque aliter D'Orv. Coll. Voss. Pal. Oxon. Pith. Guelf. et Ed. Junt. post. ut bene conjecerat Sopingius, et restituere Wower. ac seqq. In Edd. Scriv. rursus *commilitiones.* Oud.—3 Guelf. sec. *ubi.* Id.—4 Bert. *us-*

NOTÆ

ut modo dictum est.

q *Dedere*] Ex usu Græco est : 'denuntiant dedere' pro, ut dederet. Fortasse sincera lectio sit *dederet* ; sequitur enim paulo post *subiret*, non autem *subire.*

litescere, adjurantes genium[5] principis,[r] contendebant. Postremum magistratibus placuit, obstinate denegantem[6] scrutinio detegere. Immissis itaque lictoribus [208] ceterisque publicis ministeriis,[7 s] angulatim cuncta sedulo perlustrari jubent. Nec quisquam mortalium ac ne ipse quidem asinus intra limen comparere[8] nuntiatur. Tunc gliscit violentior[9] utrimque secus[1] contentio militum, pro comperto de[2] nobis asseverantium, fidemque Cæsaris identidem implorantium, at illius[3] negantis, assidueque Deum numen obtestantis.[4] Qua contentione et clamoso strepitu cogni-

jurantes per Genium Imperatoris affirmabant, eum illic occultari, non ullo alio in loco. Novissime placuit Magistratibus convincere perscrutatione eum, qui negabat pertinaciter. Missis ergo intro satellitibus, et aliis ministris publicis, imperant omnia investigari studiose per singulos angulos. Illi referunt nullum hominem reperiri in ædibus, ac ne ipsum quidem asinum. Tunc vehementior crescit ab utraque parte altercatio, militum nempe affirmantium certo certius nos ibi esse et frequenter implorantium auxilium Cæsaris, illius vero id pernegantis et perpetuo obtestantis Deos. Quod jurgium murmurque clamosum cum ego asinus alias curio-

---

que jam. Elmenh.—5 Guelf. *gericum.* Oud.—6 Bertin. *denegantes*, Fux. *denegante.* Id.—7 Al. *publice ministris.*—8 Scriptus Codex, *apparere.* Colvius. *Compare* Pith. *Oud.*—9 Ald. *violenter.* Elmenhorstius. Cum Edd. Junt. et Mss. Pith. Guelf. pr. *Oud.*—1 Rom. *utriusque secus.* Elmenhorstius. Item Ed. Ven. cum Ms. D'Orv. *Utrumque* Pith. Guelf. pr. N. Heins. malit, *utrimsecus.* Sed recte emendavit Beroaldus, ut est in ceteris Mss. Confer notas ad l. II. p. 22. 'Canes utrimque secus.' *Oud.*—2 Præpositio exulat a Pith. *Id.*—3 *Ad illius n.* Vulg. *at illius.* Ms. *ad ullius.* Forte, *ac illius.* Colvius. Legendum, *ac illius.* Scioppius in Symb. Alii, *denegantis.* Elmenhorstius. Quo sensu, quave constructione Colv. Vulc. Ed. pr. Merc. Wow. et Pric. ediderint *ad*, non capio; licet ita sit quoque in Pith. Pal. Fux. et D'Orv. Quod fit de more librariorum, passim 'ad' pro 'at,' uti 'set' contra pro 'sed,' 'haut' pro 'haud' scribentium. Nec melius est *ac*; quomodo N. Heinsius voluit etiam ad Ovid. l. v. Met. 451. *Ac* satis Latine non dici ante vocalem, sæpissime post alios jam monui ad Cæs. Sueton. et supra. Clarissime opponuntur 'militum adseverantium, at illius negantis.' In Fux. *ullius.* Oud.—4 D'Orv. Oxon. carent τῷ *que:* et Edd. pp. inepte rursus ha-

NOTÆ

[r] *Adjurantes genium principis*] More militari, sanctius enim ejusmodi hominibus erat juramentum per genium Cæsaris, quam per Deos omnes. Tertull. in Apologetico: 'citius denique per omnes Deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur.'

Quales erant viatores, accensi, apparitores, &c. de quibus vide Rosinum, Antiquit. Rom. lib. VII. cap. 48. 'Ministeria' hic pro 'ministris,' ut 'servitia' pro 'servis.' Sic l. III. 'tunc me per proscenium medium, velut quandam victimam publica ministe-

to,[5] curiosus alioquin, et[6] inquieti procacitate præditus asinus, dum obliquata[7] cervice per quandam fenestrulam,[8 i] quidnam sibi vellet tumultus ille, prospicere gestio; unus e commilitonibus, casu fortuito collimatis oculis ad umbram[9] meam, cunctos testatur incoram. Magnus denique continuo clamor exortus est.[1] Et emensis protinus scalis,[2] injecta manu, quidam me velut[3] captivum detrahunt. Jamque[4] omni sublata contatione, scrupulosius contemplantes singula, cista etiam illa[5] revelata, repertum, productumque et oblatum[6] magistratibus miserum hortulanum, pœnas scilicet capite pensurum,[7] in publicum deducunt carcerem: summoque risu[8] meum prospectum[9] cavillari non desi-

sus, et præditus petulantia inquieta, audivissem, dum, detorto collo, cupio aspicere per quandam fenestellam, quid sibi vellet ille strepitus, unus ex commilitonibus deflexis forte fortuna oculis ad meum umbram, testes omnes vocat palam. Denique ingens clamor illico sublatus est: et quidam, conscensis confestim scalis, injiciunt mihi manum, et trahunt me inde quasi captivum. Et jam, sublata omni mora, scrutantes omnia majore studio, discooperta etiam illa arcula, inveniunt miserum olitorem, et extrahunt eum inde, atque exhibent Magistratibus, ducuntque in publicam custodiam, pœnas nempe persoluturum capite: nec cessant jocari maximo cum

bent *domini.* Id.—5 Non agnoscit Guelf. pr. *Id.*—6 In Oxon. deest copula. *Id.*—7 Guelf. pr. *as. prædictus obl.* Id.—8 D'Orv. *fenestratulam.* Alii dicunt *fenestellam* et *fenestrellam*, quod etiam in Glossis. *Id.*—9 Vid. Not. Var.—1 Ed. Vicent. *extortus.* Male. Clamor ille per se ortus est. Passimque occurrit 'exoritur clamor.' Vide ad Cæs. l. II. B. G. c. 24. 'Clamor fremitusque exoriebatur.' *Continuo* deest Fux. *Oud.*—2 Fux. *et emensis pr. sc.* Bene, et habet Ald. *Roald.* Bert. *et remensis*, Rom. *et emersis*, male. *Elmenh.* Ante Beroaldum habebant editi cum Guelf. pr. *emersis.* Quam probabilem etiam lectionem ait ille. Sed male. Vide ad Init. Apuleii. *Remensis* edidit Scriver. Perperam. Nam si antea milites scalas ascendissent, videntur jam in superiore cœnaculo inventuri fuisse asinum. *Oud.*—3 Pith. *quidem velut me.* Id. —4 Ms. *trahunt.* Scioppius in Symbola. Edd. Junt. Ald. *velut ac c.* D'Orv. *jam.* Oud.—5 D'Orvill. *fistula* pro *cistula*, ut in Fux. p. 207. Guelf. pr. *cuncta.* Edd. Junt. Ald. *et illa.* A Bertin. exulat τὸ *illa.* Id.—6 Guelf. pr. *revelatum oblatum.* Sed deleta priore voce. *Id.*—7 *Pœnas sc. pensurum.* Fux. *p. s. capite pens.* Roaldus. *Capite pens.* Vulgo solummodo, *pœnas pensurum.* Colvius. Τὸ *capite* in nullo vulgatorum est. *Elmenh.* Immo jam tum in Edd. Colv. Vulc. Merc. Wower. et consensu Mstorum, nisi quod in D'Orvill. sit *capitis*, non male. *Oud.*—8 Oxon. pro Var. Lect. *nixu*, uti et Par. *Id.*—9 *De meo prospectu.* Fux. *meum prospectum.* Roaldus. Melior forte scripta lectio, *meum prospectum cavillari non desinunt.* Colv. *Meum prospectum.* Ita Lipsii Mstus, Flor. et Bert. Vulgo, *s. r. de meo prospectu c.* Elmenhorstius. Bene ita restituit Elmenh. cum Scriv. et Florido, conspirantibus Mss. Reg.

NOTÆ

[i] *Fenestrulam*] Sæpius *fenestellam* reperias diminutivum a 'fenestra.'

nunt. Unde etiam de prospectu et umbra asini [u] natum est frequens proverbium.

risu de mea inspectione. Unde etiam ortum est adagium valde usitatum de inspectione, et umbra asini.

Palat. Oxon. D'Orv. Guelf. utroque. L. VIII. p. 171. 'Magistrum cavillantur.' Vide et ad l. III. p. 65. Atque ita Cicero, Quinctilianus, aliique. *Oud.*

NOTÆ

[u] *Unde etiam de prospectu et umbra asini, &c.*] Lucianus habet tantum ἐξ ὄνου παρακύψεως 'ex asini prospectu.' Hujus tamen proverbii duæ aliæ ab aliis narrantur origines. Quidam enim ferunt asinum per fenestram prospicientem vasa fictilia in figuli officina fregisse: unde asinarium in jus vocatum a figulo, interrogatum, cujus criminis accusaretur, dixisse ὄνου παρακύψεως 'de asini prospectu.' Alii tradunt, asino prospiciente, aves evolasse, telamque disrupisse: cujus dominus asinarium in jus vocavit, qui rogatus quam ob causam reus fieret, dixit, ἐξ ὄνου παρακύψεως 'ex asini prospectu.' Proverbium hoc, si ab his duabus causis ortum duxerit, de his dicetur, qui leviter et ridicule calumniantur. At si a prospectu nostri asini originem traxerit, de iis intelligetur, qui stolido indicio aliquo et ridiculo deprehensi fuerint. Est et aliud Græcum adagium ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, 'de umbra asini,' cujus meminerunt Menander, in Enchirid. Plato, et alii complures: diciturque in eos, qui nosse cupiunt futilia, et frivola, minimeque utilia. Ductum autem est ex fabula, qua tradunt juvenem quendam conduxisse mercede asinum, et cum sub umbra asini per meridianum æstum quiescere vellet, exturbatum inde fuisse ab asinario dicente, se illi asinum tantum locasse, non etiam umbram: ex hoc ventum in judicium ab utroque. Quod cum olim in capitali judicio coram judicibus fastidiosis recitasset Demosthenes, et illi, mox expergefacti fabellæ lepiditate, cuperent discere, quis fuisset rei exitus; subjunxit tempestive admodum egregius ille Orator: ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς ἀκούειν, ὦ ἄνδρες, ἐπιθυμεῖτε, ἀνθρώπου δὲ κινδυνεύοντος ὑπὲρ ψυχῆς, οὐδὲ τῆς φωνῆς ἀνέχεσθε. 'O viri, cupitis audire de umbra asini, hominis autem pro anima periclitantis defensionem audire non vultis.' Hæc duo proverbia asinus noster in unum conflat, dicitque a se ortum duxisse: nisi malis cum Stewechio hic legere: *de prospectu, ut de umbra asini*, ut sit sensus ex prospectu suo ortum fuisse proverbium 'de asini prospectu,' quemadmodum ex alia occasione natum fuerat illud: 'de umbra asini.' Scriverio assentirer hæc ultima verba: *unde etiam, &c.* e Glossa in textum irrepsisse, nisi me prohiberet Luciani auctoritas, qui similiter inducit asinum suum, dicentem occasione sui ortum esse illud; ἐξ ὄνου παρακύψεως.

APULEII MADAURENSIS

METAMORPHOSEON

LIBER X.

[209] DIE sequenti meus quidem dominus hortulanus [1] quid egerit, nescio. Me tamen miles ille, qui propter eximiam impotentiam [a] pulcherrime vapularat,[2] ab illo præsepio, nullo equidem contradicente, deductum abducit:[3] atque a suo contubernio, hoc enim mihi videbatur,[4] sarcinis propriis onustum, et prorsus exornatum [5] armatumque mi-

Ignoro equidem quid dominus meus hortulanus fecerit die postero. Sed ille miles, qui egregie fuerat verberatus ob insignem suam violentiam, solvit me, et abducit ab illo præsepi, nemine quidem prohibente : atque ex suo tentorio, ut mihi quidem videbatur, deducit ad iter, oneratum suis sarcinis, ornatumque, et instructum plane

1 Dictio *hortulanus*, abest a scripto libro, et recte : enim glossema videtur fuisse. *Colv.* *Hortulanus.* Hanc vocem alii delent. *Elmenh.* Uncis inclusit Scriverius. Ac repetita vox e præcedentis libri fine ad explicationem videri posset. Verum eodem modo Lucianus t. II. p. 613. *Τί μὲν ἔπαθεν ὁ κηπουρὸς ὁ ἐμὸς δεσπότης.* Ceterum sine libri novi distinctione pergit Fux. Cod. In Pith. est, *die quidem seq. dominus meus hort.* Oud.—2 Coll. Voss. *vapulavit.* Id.—3 Flor. *deductum a.* Elmenhorstius. Accedit D'Orvill. cum Edd. Elm. Scriv. Flor. quos secutus sum. Quia præsepe, a quo et e stabulo cum protractum quasi furto abegit, est elevatum; sicut et locus, quo ad præsepe stant jumenta. Die priore e cœnaculo jam erat deductus seu detractus asinus. *Ductum* Guelf. pr. Palat. *contradicentem.* Oud.—4 *Hoc enim mihi videbatur.* Desunt Coll. Voss. *hic* Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. pr. *Id.*—5 Florent.

NOTÆ

[a] *Propter eximiam impotentiam*] Vel intellige violentiam, qua miserum hortulanum verberaverat, atque asino exuere voluerat, vel ob imbecillitatem, ob quam non potuerat se adversus eum defendere.

litariter,[6] producit ad viam.[7] Nam et galeam nitore præmicantem, et scutum cetera his longius lucens; sic etiam lanceam [8] longissimo hastili conspicuam, quam scilicet non disciplinæ tunc quidem causa, sed propter terrendos miseros viatores in summo atque edito sarcinarum cumulo, ad instar exercitus, sedulo composuerat. Confecta campestri, nec adeo difficili via, ad quandam civitatulam pervenimus; nec in stabulo, sed in domo cujusdam decurionis [b] devertimus.[9] Statimque, me commendato cuidam servulo, ipse [1] ad præpositum suum, qui mille armatorum ducatum [2] [c] sustinebat, solicite proficiscitur. Post dies plusculos,[3] ibidem designatum [4] [d] scelestum ac nefarium [5] facinus memini.

militarem in modum. Nam imposuerat mihi cassidem fulgore prænitentem, et clypeum, qui longius emicabat reliquis illis: quin et lanceam quoque spectabilem suo longissimo hastili, quam studiose collocaverat in supremo, atque edito sarcinarum fastigio, ut in exercitu fieri solet, non tunc quidem disciplinæ observandæ causa, sed ad terrendos miseros viatores. Cum emensi essemus iter planum, ideoque non difficile, devenimus ad quoddam oppidulum; neque nos recepimus in diversorium, sed in domum cujusdam decurionis. Cumque me tradidisset custodiendum cuidam servulo, ipse statim proficiscitur propere ad suum præfectum, qui præerat mille militibus. Recordor enorme ac infandum scelus perpetratum fuisse ibidem post aliquot

* * * * * * * * * * * *

et Pith. *prorsum*, Guelf. pr. *proxime*. Id.—6 Oxon. *militaliter*. Id.—7 D'Orv. *advia*. Id.—8 Vid. Not. Var.—9 Male rursus in Fux. et Edd. quibusdam, præsertim novitiis, est *divert*. Oud.—1 Pith. *ipsa*. Id.—2 Oxon. Pith. Guelf. pr. *m. armorum ducens*. Id.—3 Fux. *Lucii Apuleii Madaurensis Metamorphoseos* (*on* Coll. mea) *lib.* VIII. *explicit, incipit liber nonus ejusdem*. Roaldus. Videtur hic aliquid deesse. *Elmenh.* Nescio, cur ita suspicatus fuerit vir doctus. 'Ibidem' intelligit de 'civitatula,' in qua asinus Lucius apud Decurionem erat, milite interim ad Tribunum profecto, quo redit demum p. 219. Regio seu Fuxensi in titulo, numeroque libri accedit Cod. Franc. Petrarchæ, in quo *Metamorphosis*. Oud.—4 D'Orv. *desinatum*. Cave legas inde *destinatum*, et confer Beroaldum, ac Lexica, nostrumque l. VIII. p. 173. 'Quasi contra fas sanctæ religionis designasset aliquid.' *Id.*—5 Ibid. *et nefar*. Colvius. *Ac*

NOTÆ

[b] *Decurionis*] Decurio hic est Δεκάρχης, decem militibus præpositus. Alio significatu infra reperias, pro Senatore municipali.

[c] *Mille armatorum ducatum, &c.*] Ejusmodi, Græco vocabulo, Chiliarchæ dicti sunt, iique imperium habuerunt in Centuriones, quemadmodum et hi in Decuriones.

[d] *Designatum*] 'Designare' est rem novam facere in utramque partem, et bonam et malam. Hic in malam sumitur, quemadmodum et apud Terent. Adelph. Actu 1. Scen. 2. 'nam illa, quæ antehac facta sunt Omitto: modo quid designavit? MITIO. Quidnam id est? DEMEA. Fores effregit: atque in ædes irruit Alienas,' &c.

Sed, ut vos [6] etiam [210] legatis, ad librum profero. Dominus ædium habebat juvenem filium, probe literatum, atque ob id consequenter pietate modestiaque præcipuum: [7] quem tibi quoque provenisse [e] cuperes [8] vel talem. Hujus matre multo ante defuncta, rursum matrimonium sibi reparaverat: [9] ductaque alia, [1] filium procreaverat alium, qui adæque jam duodecimum [2] ætatis annum supergresserat. [3] [f] Sed noverca, forma magis [4] quam moribus in domo mariti præpollens, seu naturaliter impudica, seu fato ad extremum impulsa flagitium, oculos ad privignum adjecit. Jam

dies: verum infero illud meo libro, ut vos quoque legatis. Dominus illius domus habebat filium juvenem, literis egregie imbutum, proindeque ea de causa insignem pietate et modestia, quem, aut similem, optares tibi etiam natum esse. Matre ejus multo ante mortua, pater contraxerat iterum matrimonium: ductaque alia uxore, genuerat alium filium, qui excesserat jam circiter duodecimum annum suæ ætatis. Verum noverca, quæ potens erat in domo mariti pulchritudine sua potius quam probis moribus, capta est amore privigni, sive quod a natura esset libidinosa, sive quod impelleretur fati necessitate ad gravissimum illud scelus. Igitur, optime lector,

dant Mss. O. cum Colv. et seqq. *Oud.*—6 D'Orv. *et vos.* Exulat *vos* a Palat. Dein *ad liberum* Fux. *Id.*—7 Fux. *modestia, pietate.* toleranda lectio. *Roald.* Ms. *sequenter pietate et modesta.* Colvius. Manuscrip. *sequenter pietate et modestia.* legendum contenderim, *pietate exmodesta.* Brantius. Apage fictum istud compositum. Plerique Mss. non agnoscunt τὸ *et.* In Pal. D'Orv. Oxon. Guelf. pr. Par. Coll. Voss. legas, *pietate modesta.* In Regio, Fux. *modesta pietate.* Scriverius exhibuit, *pietate et modestia.* Cum Florent. nil muto. *Oud.*—8 Perperam Palat. *pervenisse.* Ed. Bas. pr. *cupere.* Id.—9 Fux. *reciperaverat.* Roaldus.—1 Pith. *d. alium.* Oud.—2 Fux. *qui adæque jam d.* Roaldus. *Jam adæque.* Ex Ms. τὸ *adæque* additum: cujus vicem etiam alias legi notatur, *adeoque.* Colvius. Τὸ *adæque* abest a Bertino. *Elmenh. Jam adæque,* ante Colvium, quem ceteri bene secuti sunt, ex Mss. Florentinis dudum exhibuit Ed. Junt. post. et consentiunt Oxon. Guelf. pr. et alii, vel cum Fux. et D'Orv. dant, *qui adæque jam,* quod præfero. *Qui adeoque jam* in Palat. *Qui jam adeoque* Guelf. sec. Vide Pricæum. *Oud.*—3 Vid. Not. Var.

NOTÆ

[e] *Quem tibi quoque provenisse, &c.*] Plautus, in Mostellaria, de liberis et parentibus: 'Expoliunt, docent literas, jura, et leges: Sumtu suo, et labore nituntur, ut Alii sibi esse illorum similes expetant.' Apud Suetonium, Imperator Claudius, de L. Othone: 'Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem.' Observa 'provenisse' hic proprie usurpari. Sic Justinus, lib. II. 'Artemenem primum quidem Dario, sed privato provenisse.'

[f] *Supergresserat*] Supergressus erat. Priscianus lib. VIII. notat Veteres dixisse 'congredior' et 'congredio.' Qua forma Noster hic usurpavit *supergresserat* a 'supergredio.'

ergo, lector optime, scito, te tragœdiam, non fabulam [g] legere, et a socco ad cothurnum [h] ascendere. Sed mulier illa, quam diu primis elementis [5] Cupido parvulus nutriebatur, imbecillis adhuc ejus [6] viribus, facile ruborem tenuem deprimens, silentio resistebat.[7] At ubi completis igne vesano totis præcordiis, immodice bacchatus [8] Amor exæstuabat,[9] sævienti Deo jam succubuit:[1] ac languore simulato, vulnus animi mentitur [2] [i] in corporis valetudine. Jam

scias te jam legere tragœdiam, non comœdiam, et ascendere a socco ad cothurnum. Verum quamdiu parvus amor primis initiis alebatur, mulier illa reluctabatur facile ejus viribus adhuc infirmis, silentio tegens exiguum ruborem. Verum simul ac amor supra modum furens exarsit repleto toto ejus pectore insanis flammis, tum victa est a Deo illo violento: confictoque morbo, celavit ægritudinem animi languore corporis.

—4 D'Orv. *magis forma.* Oud.—5 Al. *alimentis.*—6 Pith. *ejus adhuc.* Oud.—7 Ms. *facili ruborem tenuem deprimens silentio r.* Colvius. Ego lego, *in facili.* Brantius. Melius leges distinguesque: *facile, ruborem t. deprimens silentio, resistebat.* Crebro dicitur 'premere quid silentio.' Pro simplici usus est composito Auctor, ut sæpius. Alibi 'dirumpere silentium, deminuta vox,' &c. Vide Indicem. *Facilem* Guelf. sec. *Oud.*—8 Al. *debac.*—9 Idem Ms. *æstuabat.* Colvius. Frequenti errore. Confer notata ad l. VIII. p. 154. 'fomento consuetudinis exæstuans Amor.' Oxon. Guelf. pr. *extuabat*, Fux. *exæstuabat.* Oud.—1 *Deo* abest a D'Orvill. Ei voci *τὸ jam* præponendum concinnius judicavit Pricæus, quem sequor. *Id.*—2 Idem vetus: *ex lang. simul vulnus cum.* Al. *jam, ment. in cor. val.* Forte, *vulnus jam.* Mentem vidit hujus loci Beroald. *Colv.* Mss. D'Orv. Guelf. et Ed. Junt. post. *et l.* In Fux. est *vulnus jam.* Quod nescio cur prætulerit Colvius. Ferrem, si addi vo-

NOTÆ

[g] *Tragœdiam, non fabulam*] Historiam funestam, non autem festivam, et jocosam narrationem. Tragœdiarum argumenta funesta, qualis est incestus, ac nefandus amor, quo novercam in privignum exarsisse narrat hic Apuleius. Vide Senecæ Hippolytum.

[h] *A socco ad cothurnum*] A Comœdia, seu lepidis fabulis, ad Tragœdiam, sive narrationem tristem et funestam. 'Soccum' fuisse calceamentum humile Comœdorum prope peculiare, 'Cothurnum' vero sublimius, et histrionibus usurpatum, cum Tragœdias agerent, notissimum est. Unde metonymice soccus pro Comœdia, et cothurnus pro Tragœdia sæpe usurpantur.

[i] *Mentitur*] Pricæus sic mutat hunc locum: *vulnus animi mentitur corporis invaletudinem,* hoc est, fingit morbum suum non esse morbum animi, sed corporis. Verum arbitror, nihil hic mutatione aut emendatione esse opus. Satis planus erit locus, si 'mentitur' non intelligas 'simulat,' sed 'celat' et 'tegit:' et 'valetudinem' hic pro languore et morbo sumas, ut sit sensus, quem in interpretatione expressi.

cetera salutis vultusque detrimenta, et ægris[3] et amantibus examussim convenire, nemo est, qui nesciat. Pallor deformis,[k] marcentes oculi, lassa genua,[l] quies turbida, et suspiritus[4] cruciatus tarditate vehementior.[5] Crederes et illam fluctuare tantum vaporibus[6] febrium: nisi quod et flebat. Heu Medicorum ignaræ[7] mentes![m] Quid venæ pulsus,[n] quid caloris[8] intemperantia, quid fatigatus anhelitus, et utrimque secus[9] jactatæ crebriter[1] laterum mutuæ vicissitudines? Dii boni! Quam facilis,[2] licet[3] non artifici Medico, cuivis tamen docto[4] Venereæ cupidinis,[5] com-

Nemo quidem ignorat omnia damna valetudinis et faciei accurate convenire et ægrotis et amantibus. Pallor illi erat turpis, oculi marcidi, genua fessa, somnus turbulentus, et suspiria impetuosiora ex lentore tormenti. Putares illam agitari caloribus duntaxat febrium, nisi quod lacrymabatur quoque. Heu imperita ingenia Medicorum! quid pulsatio arteriæ, quid calor immoderatus, quid fessa respiratio, et reciproca alternationes laterum sæpius jactatæ in utramque partem indicabant? Dii boni! quam facile est cuilibet docto dignoscere affectum amatorium, quamvis ille

luisset. *Oud.*—3 Fux. *ignis.* Id.—4 D'Orv. *suspirius.* Id.—5 Pith. *vehementius.* Id.—6 Al. *vapore.*—7 Oxon. Guelf. pr. inepte *ingratæ.* Oud.—8 Al. *coloris.* —9 Pith. *utramque secus.* Vir doct. ad oram Ed. Vicent. et N. Heinsius rursus volunt *utrimsecus.* Sed vide ad l. II. p. 22. 'Canes utrimque secus,' &c. *Oud.*—1 Flor. *crebiter.* Elmenhorstius. Vitiose sic in Elmenhorstii Notis editur. In Florent. ut plerisque Mss. et Edd. bene legitur *crebriter.* Male id Colv. et Vulc. mutarunt in *crebiter;* ut est in Lips. Fux. Oxon. Guelf. pr. Sed adi ad l. I. p. 16. In Fux. *jactare.* Pal. Guelf. sec. *ac crebr. tantæ.* Oud.—2 Pith. *facilis est,* Oxon. *facile,* Guelf. pr. *faciles.* Id.—3 Pal. *libet,* cum Guelf. sec. *Id.*—4 Idem, *ta docto.* Colvius. Τὸ *tamen* non est in Florent. *Elmenh.* De subintellectu vel ellipsi vocis *tamen,* post *licet,* vel similem particulam, egi ad l. III. p. 60. In Palat. quoque est *tam.* Oud.—5 Fux. D'Orv. Edd. Vett. *Veneriæ,* ut passim. *Cupidinis* non legas in D'Orvill.

NOTÆ

[k] *Pallor deformis, &c.*] Hæc omnia signa tum morbum, tum amorem comitantia Noster expressit lib. v. ubi Pana inducit Psychen alloquentem.

[l] *Lassa genua*] Colvius malebat *lapsa,* et Pricæus probat etiam hanc lectionem ex Oxoniensi Ms. *lapsa genua* sunt titubantia et lapsabunda. Scriptam tamen lectionem retinere nihil vetat.

[m] *Heu Medicorum ignaræ mentes*] Imitatio est Virgiliani hujus lib. IV. Æneid. 'Heu vatum ignaræ mentes! quid vota furentem, Quid delubra juvant? Est mollis flamma medullas,' &c.

[n] *Quid venæ pulsus*] Ex inæqualitate ac perturbatione pulsus Antiochi observata, dum ad eum ingrederetur noverca Stratonice, aliisque ejusmodi amatoriis signis, Erasistratus Medicus deprehendit eum ipsius amore laborare. Testis Plutarchus in Demetrio.

prehensio, cum videas aliquam[6] sine corporis [211] calore flagrantem.[o] Ergo igitur impatientia furoris altius agitata,[7] diutinum dirupit silentium; et ad se vocari[8] præcipit[9] filium. Quod nomen in eo ipso,[1] scilicet ne ruboris[p] admoneretur,[2] libenter eraderet.[3] Nec adolescens ægræ parentis[4][q] moratus imperium, senili tristitie[5][r] striatam[6] ge-

non profiteatur artem medicam; quando videas aliquam ardentem absque calore corporis. Igitur impotentia amoris vesani exagitata profundius, abrupit diuturnum silentium; et illa jubet vocari ad se filium, quod nomen libenter deleret in ipso, ne scilicet, ipsum proferens, admoneretur verecundiæ. Juvenis vero statim parens jussui ægrotantis matris, gerens frontem tristitia corrugatam instar senis, it in cubicu-

Oud.—6 Vulg. *aliquem.* Rectius ad fœminam, de qua hic sermo. *Colv.* Flor. *aliquem.* Elmenhorstius. Masculinum genus reperitur in Ms. Oxon. Edd. Vett. ut et Scriverii. Sed malim cum ceteris Mss. et Edd. recentioribus fœmininum sexum, de quo solo nunc agitur. *Oud.*—7 *Impat. fur. alterius agitata.* *Altius* Fux. Ald. Beroaldusque. *Roald.* *F. altius.* Rom. *f. alterius.* Recte. *Elmenh.* Miror, Elmenhorstium et Scriverium prætulisse lectionem Edd. Rom. et Vicent. scripturæ constanti omnium, quos vidi, Codd. *altius*, ut bene reposuit Beroaldus, conjiciens quoque *alternis.* Locum hic habere nequit *alterius*, scil. ut opponatur morbo naturali. Is enim dici nequit *furor.* Amor itaque non *alter furor*, sed *altus*, sive vehemens. Confer Pricæum, et notata ad l. IV. p. 66. 'In altioris vindictæ vicem,' ubi eadem est aberratio. Min. Fel. c. 14. 'Altius moveor.' *Oud.*—8 Vulg. *rupit silentium, et advocari.* Colvius. Simplex *rupit* exaratur in Florent. ac Bert. et Edd. Colvio prioribus, item Elmenh. Scriv. Flor. *rumpit* in Pith. eaque locutio 'rumpere silentium' frequentissima est, cujus plurima exempla Heinsius, aliique pridem congesserunt. Rarissima vero est 'dirumpere silentium,' quod ostentant ceteri Codd. Nihilominus haud ausim damnare, quia Auctor inpense amat composita a *de* et *di*: ut sæpius fuit monendum. Vide Indicem. Et sic pag. præc. 'ruborem deprimere:' ubi in aliis *premere.* Tum *ad se* ante Colvium jam expressit Ed. Junt. post. consentientibus Mss. O. *Oud.*—9 Al. *præcepit.* —1 Flor. *in eos ipsos*, male. *Elmenh.* Sic tamen dant quoque Lips. Oxon. Fux. Par. D'Orv. Guelf. Palat. Edidit Scriverius, *q. n. et ipsum;* nimis audacter. Nempe *s* tantummodo adhæsit voci *ipso*: postquam ea litera scribi cœperat pro 'scilicet;' ut patet e seq. Nota. [V. Not. Var.] De eo late egi ad l. III. p. 61. Nec puto cum Pricæo aliud quid latere. *Oud.*—2 Al. *sed . . . admoneret.* —3 Bert. *eraderet*, male. *Elmenh.* Item D'Orvill. *Oud.*—4 Plerique e vulgat. *ægre par.* Colvius.—5 Vulg. *tristitia.* Beroaldi editio nostræ assentitur. *Colv.* Flor. *senilis tristitiæ.* Elmenhorstius. *Tristitiæ* Ed. Vicent. operarum

NOTÆ

[o] *Sine corporis calore flagrantem*] Videtur sibi ipsi adversari, modo enim calorem annumeravit amoris indiciis, 'quid caloris intemperantia?' Nisi dicere velimus intelligendum esse 'violento calore,' et qualis in febre laborantibus deprehenditur.

[p] *Ruboris*] Pudoris et verecundiæ, qua ipsam affici par erat, quoties, prolato filii nomine, admoneretur se non posse, nisi incestis ignibus, in eum ardere.

[q] *Parentis*] Adverte 'parentem' blandius dici de noverca, quemadmodum et paulo ante 'filium' de privigno.

[r] *Senili tristitie, &c.*] Ex dolore nimirum, quem de ficto novercæ morbo

rens frontem, cubiculum petit uxoris patris matrisque fratris,[7] utcumque[8] debitum sistens obsequium. Sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata, et, ut in quodam vado[9] dubitationis[s] hærens, omne verbum, quod præsenti sermoni putabat aptissimum,[1] rursum improbans, nutante etiamnunc pudore, unde potissimum caperet[2] exordium, decontatur.[3] At juvenis nihil etiam tunc sequius suspicatus,[4] summisso vultu rogat ultro præsentis causas ægritudinis.[5] Tunc illa nacta solitudinis[6] damnosam occasionem, prorumpit[7] in audaciam: et ubertim allacrimans,[8] laciniaque contegens[9] faciem, voce trepida sic eum breviter affa-

lum uxoris patris sui, matrisque fratris, præstans obsequium ipsi quodammodo debitum. At illa cruciata diutissime molesto silentio, et hæsitans veluti in quodam fluctu dubitationis, respuens omne verbum, quod existimabat prius convenientissimum orationi præsenti, pudore adhuc vacillante, ambigit unde præsertim sumeret initium loquendi. Adolescens vero nihil mali suspicans eatenus, demissa facie, quærit ab ea causas morbi præsentis. Tunc illa, oblata perniciosa occasione solitudinis, fit audax, et flens abundanter, velansque vultum suum veste, sic alloquitur

errore, quem corrigere volens Colineus excudi curavit *tristitia*, seqq. Basil. et Scriverio. Sed sæpe *e* longum in Mss. vetustissimis per *æ* scribitur. Ac solus forsan Oxon. habet *tristitia*. In ceteris, quantum scio, est *tristitie*. Vide ad l. IV. p. 82. *Oud.*—6 Vid. Not. Var.—7 Ms. Pith. *q̄it*. Vehementer vero me hic offendunt quatuor illi genitivi. Quare legendum opinor cum Lipsio ad marg. *petit, uxori patris, matrique fratris, &c. sistens obseq.* Oud.—8 Sic cum Mss. bene Beroald. Colin. &c. *Utrumque* erat in Edd. pp. item Junt. pr. Aldi: *Ut cum* Junt. post. *Id.*—9 Τὸ *ut* in nullo vulgatorum est. *Colv.* Immo in Edd. Rom. Vicent. Junt. pr. jam inveni: habentque Mss. O. *Oud.*—1 Oxon. *sermone*. Pal. *apertissimum*. Id.—2 Ms. *capet*. Colvius. Edd. pp. *unum*. Oud.—3 Oxon. Guelf. pr. *percontatur*. Sed l. VII. p. 148. 'Dum in ista necis meæ decontor electione.' *Id.*—4 Elegantius in Bertin. *nihil etiam sequius*. Quomodo Plautus non semel. *Sciopp. in Symb. et Susp.* I. 8. Nihil dele, renuentibus Mss. ceteris. Centies Auctor jungit 'etiam tunc.' Reg. Fux. *secus*, Edd. ante Colv. *secius*. Vide ad l. IX. p. 197. Item *suspicatur* in Reg. D'Orvill. *ultra* in Oxon. Guelf. pr. *Oud.*—5 Ante, *causam*. Colvius. Pith. etiam *causam*. Oud.—6 Ms. lib. *solicitudinis*. Colvius. Sic et Palat. ac Guelf. sec. male. *Oud.*—7 Idem, *prorupit*. Colvius, cum Oxon.—8 *Ubertim ad lachrymas*. Fux. *ubert. allacrymans*. Roaldus. Prave *n* deest Oxon. Edd. Ber. Col. Bas. In D'Orv. est *delacrimans*. Præfero *adl.* exemplo Virgiliano l. X. Æn. 628. 'Et Juno adlacrimans:' ut correxit Heinsius, quem et ibidem vide de *delacrim.* Oud.—9 Idem, *lacrymaque*. Colvius. Sic et Palat. Guelf. Oxon. Par. Ineptissime. Adi Beroald. et Pric.

NOTÆ

pius privignus conceperat.

[s] *Ut in quodam vado dubitationis, &c.*] Metaphora ducta a navibus, quæ, cum in brevia ac loca vadosa impegerint, hærent, neque moveri quoquam possunt.

tur: Causa omnis et origo præsentis doloris, et etiam[1] medela ipsa, et salus unica mihi tute ipse es.[2] Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi[3] præcordia, meis medullis acerrimum commovent incendium. Ergo miserere tua causa pereuntis.[4 t] Nec te religio patris[5 u] omnino deterreat: cui[6] morituram prorsus servabis[7] uxorem. Illius enim recognoscens imaginem in tua facie[8] merito te diligo. Habes solitudinis[9] plenam fiduciam, habes capax necessarii[1] facinoris otium. Nam quod nemo novit, pæne

cum paucis verbis voce trepidante: Tu ipse mihi es omnis causa et origo hujus morbi, atque etiam remedium ipsum, et unica vitæ meæ salus. Nam isti tui oculi demissi per meos oculos in intimum meum pectus, excitant ignem vehementissimum in meis medullis. Miserere igitur mei, quæ morior propter te: neque reverentia patris te impediat ullo modo; cui conservabis conjugem alias proculdubio morituram. Jure enim amo te, cum agnoscam ejus imaginem in tuo vultu. Habes perfectam securitatem ob solitudinem, habes satis temporis ad committendum illud facinus meæ saluti necessarium. Illud enim quod nemo scit, fere non fit: Juvenis

Contingens quoque Oxon. Guelf. pr. *Oud.*—1 Idem copulam *et* omittit. *Colv.* cum Oxon. ac Guelf. utroque. At vide ad Suet. Cæs. 76. Ner. 45. Nisi malis hic *sed*, vel *at etiam*. Oud.—2 *Salus unica mihi vitæ ipse es.* Vulg. *salus unica mihi tute ipse es.* In Ms. erat, *nihil vite tute ipse es.* Unde verum putavi id quod jam expressum est. *Colv.* *Mihi vitæ tute.* Tò *vitæ* recte delet Flor. et Bert. Repetitum enim est ex τῷ *tute.* Elmenhorstius. *Vitæ*, quod soli intruserunt Colv. et Vulcan. non comparet item in Reg. Fux. D'Orv. Oxon. Pith. sed in Fux. et D'Orv. est *salutis.* Unde quis divinare posset scriptum fuisse, *salutis via.* Verum ut ipse juvenis dicitur ei 'medela,' sic quoque recte 'salus' vocatur; ut passim apud poëtas, et eorum imitatores. Nil not. e Guelf. *Oud.*—3 Fux. *dilapsi.* Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Fux. *parentis.* Roaldus. Vitiose Ed. Lugd. Roaldi Notam huc detrusit, pertinentem ad participium 'pereuntis.' *Oud.*—6 Pith. *animo.* Dein Oxon. Guelf. pr. *enim.* Id.—7 Pith. *servabunt.* Id.—8 *Mutua facie.* P. Faber addebat ante *mutua* particulam *in.* Verum ego corrigo, *in tua facie.* Roaldus. *In tua f.* Vulg. non æque bene, *mutua f.* Colvius. *In tua f.* dant Mss. O. cum Ed. Junt. post. jam ante Roald. Adi ad l. v. p. 97. 'In hoc saltem parvulo recognoscam faciem tuam.' *Oud.*—9 Bert. *hæres s.* male. *Elmenh.* Edd. ante Beroald. *habere.* Secundum *habes* non est in Guelf. sec. *Oud.*—1 Pith. *necessarium.*

NOTÆ

[t] *Tua causa pereuntis*] Sic plerique Mss. et veteres editiones: sic quoque Wowerius et Pricæus, sensu planissimo. Colvius ex Ms. Lipsiano ponebat *tuæ caræ parentis*, absurde: quomodo enim quæ nomen filii in privigno libenter eraderet, ne (illud pronuntians) pudoris admoneretur (ut supra habet Noster,) quomodo (inquam) illa eum ad incestam Venerem exhortans, matris nomen adhiberet, quod proculdubio tanti flagitii horrorem in eo deberet augere?

[u] *Religio patris*] Religio, seu reverentia, qua patrem colis. Similiter Terent. in Andria, dixit 'patris pudor,' pro pudore, quo prohibebatur filius, quominus adversaretur patri.

non fit.[2] [w] Repentino malo perturbatus adolescens, quanquam tale facinus protinus exhorruisset; non tamen negationis intempestiva severitate [3] putavit exasperandum,[4] [212] sed cautæ promissionis dilatione leniendum. Ergo prolixe pollicetur, et bonum caperet animum,[5] refectionique se ac saluti redderet,[6] impendio suadet; donec patris aliqua profectione liberum voluptati [7] concederetur spatium. Statimque se refert a noxio conspectu [8] novercæ. Et magnam [9] domus cladem ratus indigere consilio pleniore,[1] ad quendam compertæ gravitatis educatorem senem protinus refert. Nec quicquam diutina deliberatione [2] tam salu-

turbatus subito malo, quamvis statim exhorruisset ejusmodi flagitium, non tamen credidit eam esse irritandam non opportuna severitate recusationis, sed demulcendam procrastinatione callidæ promissionis. Promittit igitur abundanter, valdeque hortatur, ut bono esset animo, sumeretque cibum, et consuleret valetudini suæ: quoad liberum tempus ad voluptatem percipiendam sibi daretur per aliquam peregrinationem patris. Disceditque protinus a pernicioso conspectu suæ novercæ, et existimans ingentem illam calamitatem domus opus habere deliberatione ampliore, narrat eam statim cuidam seni pædagogo suo spectatæ prudentiæ viro. Et post longam consultationem, nihil visum est tam saluta-

Id.—2 Vid. Not. Var.—3 Ob seqq. 'cautæ promissionis dilatione' Pricæus existimavit, hic melius lectum iri *intempestivæ*. Sed æque dici potest, ibi *cauta* rescribendum. Talia si ad nostrum gustum in Poëtis et Apuleio essent semper constituenda, quis commutandi foret finis? *Oud.*—4 Al. *exasperandam* et paulo post *leniendam*. Oxon. Guelf. pr. *exaspectandum*. Vid. Not. Var.—5 *Pollicetur, ut bonum.* Vulgati item, *ut et b.* Colvius. Flor. *pr. pollicetur et b.* Elmenhorstius. Non construenda sunt 'pollicetur, ut caperet;' sed 'suadet, ut caperet.' Hinc patet, quam male Colvius et seqq. ejecerint copulam *et*, quam Bertin. et Edd. Vett. posuerunt post *ut*, præter Junt. post. in qua, uti in Mss. Pith. Guelf. pr. legas, *et ut bonum*. Sed optime in membranis Mediceis, Fux. Oxon. D'Orv. et Ed. Scriver. exhibetur, *pollicetur, et b. caperet an. &c. suadet*, elegantissima creberrimaque ellipsi; de qua alibi, tum l. IX. diximus p. 194. 'Uxorem ejus suasi, ac denique persuasi, secederet paululum.' In D'Orv. est *cuperet*. Oud.—6 Al. *reduceret*. Abest τὸ *suadet* a Pithœano. *Id.*—7 Ms. *prostitutione*, τῷ *liberum* omisso. *Colv.* *Voluptati* exulat a Reg. Fux. *Oud.*—8 Pith. *referunt*. D'Orv. non habet τὸ *conspectu*. Id.—9 Flor. *etiam magnam*. Elmenhorstius. Fux. *et magnas*. Pith. *etiam magnus*. Bene Pricæus conjecit, *et tam m.* Oud.—1 Vulgo, *magno et ampliore consilio*. Colvius. *Magno et altiore*. Sic Bert. Rom. *r. i. c. magno et ampliore*. Flor. *r. i. co s. pleniore*. Elmenhorstius.—2 Fux. *liberatione*. Oud.—3 Fux. D'Orv.

NOTÆ

[w] *Quod nemo novit, pæne non fit*] Fallax et perniciosa sententia. Similiter Ovid. III. Amor. 'Non peccat quæcumque potest peccasse negare, Solaque deformem culpa professa facit.' Et Seneca, de Ira, I. 'Innocentem quisque se dicit, respiciens testem, non conscientiam.'

bre visum, quam fuga celeri procellam fortunæ sævientis [3] evadere. Sed impatiens vel exiguæ dilationis [4] mulier, ficta qualibet [5] causa, confestim marito miris persuadet artibus ad longissime dissitas festinare villulas.[6] Quo facto, maturatæ spei [7] vesania præceps, promissæ libidinis flagitat vadimonium.[8] Sed juvenis modo istud, modo aliud [9] causæ faciens,[1] execrabilem frustratur ejus aspectum;[2] quoad illa nuntiorum varietate [3] pollicitationem sibi denegatam [4] manifesto perspiciens,[5] mobilitate lubrica nefarium amorem ad longe deterius transtulisset [6] odium. Et assumto statim nequissimo, et [7] ad omne facinus emancipato,[x]

re, quam veloci fuga evitare tempestatem fortunæ infensæ. At mulier, nequiens ferre vel minimam moram, excogitata qualicumque causa, persuadet statim marito mira astutia, ut cito iret ad prædiola quædam longissime remota. Quo facto, ipsa festinans ex furioso acceleratæ spei desiderio, postulat sibi præstari promissam voluptatem. At juvenis evitat execrandum ejus conspectum, afferens modo hanc causam, modo illam: donec illa evidenter agnoscens ex diversitate responsorum, quæ sibi ab ipso afferebantur, sibi denegari promissi exhibitionem, præcipiti inconstantia mutavit incestum amorem in odium multo pejus. Et protinus, accersito quodam servo suo dotali pessimo, et addicto sibi ad quodlibet scelus, communicat ei

sæv. fortunæ. Id.—4 Pith. *dilectionis.* Id.—5 Idem malit *quamlibet.*—6 Oxon. *desitas.* Ed. Bas. pr. *villas.* Id.—7 Ms. *maturitate spei.* Colvius. Item Fox. *Oud.*—8 Piccart. Peric. Crit. c. 13. malit *promissum.* Frustra. Verbum deest D'Orvilliano. *Id.*—9 Idem, *modo aliud.* Colvius. Bert. *m. aliud.* Elmenhorstius. Adde Flor. Reg. Fux. Pal. Pith. D'Orv. Guelf. utrumque, Oxon. (qui cum Guelf. pr. caret τοῖς *modo istud*) et Ed. Junt. post. Quare audenter recepi. Dixisse etiam potuit, *modo hoc, m. istud, m. aliud,* ut l. IX. p. 181. 'Hoc, et illud, et aliud, et rursus aliud purgandum.' Sic 'hic, illic, alibi,' l. III. p. 55. Atque ita e Mss. restituendum videbimus l. XI. p. 241. 'Bellonam alii, Hecatam isti, Rhamnusiam illi.' Sæpius commutatæ sunt voces illa, alia, illud, aliud, illi, alii. Vide Drakenb. ad Liv. l. XXIII. c. 7. *Oud.*—1 Forte *causificans;* ut infra; 'atque inconcinne causificantes.' *Brant.* Pravo judicio locutionem elegantissimam vitii suspectam habet Brant. *Oud.*—2 Idem, *frustratus ejus conspectum.* Colvius. *Conspectum.* Vulgo, *aspectum.* Elmenhorstius. Fux. quoque Guelf. pr. *frustratus.* E Flor. *conspectum* rescripsere Elmenh. et Scriv. Accedunt Pal. Oxon. Par. perpetua variatione. *Oud.*—3 Scribit Lipsius, *mendaciorum varietate;* e compendio *m̄duciorum,* natum ratus errorem. *Colv.* Frustra sane ita conjecit Lipsius. *Oud.*—4 Edd. Junt. pr. Ald. *pollicitationum.* Ed. Flor. *negatam,* vitiose. *Id.*—5 Bert. *prospiciens,* male. *Elmenh.*—6 Al. *transtulit.*—7 Copula abest Pithœano. Utraque vox D'Orvilliano. Certe ad omne facinus emancipatus est nequissimus.

NOTÆ

[x] *Emancipato*] Festus: 'Emancipati duobus modis intelliguntur: aut ii, qui ex patris jure exierunt, aut ii, qui aliorum fiunt dominii: quorum utrumque fit mancipatione,' hoc est, ut interpretor, traditione in manum. Posteriore sensu hic sumitur, quemadmodum et in hoc Horatii Epod.

quodam dotali [8] servulo,[y] perfidiæ suæ consilia communicat. Nec quicquam melius videtur, quam vita miserum privare juvenem. Ergo missus continuo furcifer, venenum præsentarium comparat: idque vino [9] diligenter dilutum, insontis privigni præparat exitio. Ac dum de oblationis opportunitate secum noxii deliberant [1] homines,[z] forte fortuna puer ille junior, proprius pessimæ fœminæ filius,[2] post matutinum laborem [3] studiorum domum se recipiens, prandio jam capto [4] sitiens, repertum vini [213] poculum, in quo venenum latebat [5] inclusum, nescius fraudis occultæ, conti-

consilia suæ perfidiæ, et nihil videtur ipsis consultius, quam interficere miserum adolescentem. Missus igitur statim scelestus ille servus emit venenum promtissimum, seduloque diluit illud vino, et præparat in perniciem privigni innocentis. Dumque scelerati homines deliberant inter se de tempore, quo posset commode ipsi propinari: forte ille puer junior, proprius filius nequissimæ mulieris, reversus domum post laborem studiorum matutinorum, cum sumto jam jentaculo sitiret, invenit vini calicem, in quo venenum inclusum latebat, et ebibit illum uno haustu, igno-

Apuleiani tamen styli copia vulgatum abunde vindicat. *Oud.*—8 Pal. *de tali.* Id.—9 Palat. Guelf. sec. *atque ulno.* Oud.—1 D'Orv. *at*, carens τῷ *de.* Pith. et Edd. Vett. *del. nox.* Id.—2 Ald. *prius.* An *privus?* Colvius. *Prius* est itidem in Mss. Pal. Oxon. Guelf. utroque, Par. et Edd. Vicent. Junt. pr. *Propius* in Ed. Ber. De voce *privus* egi ad l. III. p. 47. 'privas inimicitias.' Verum hoc loco valet nequaquam. Privignus potius erat privus mariti filius, sed alter puer ille junior, non erat privus fœminæ filius, sed cum marito communis. *Oud.*—3 Ms. Par. *labore.* Id.—4 Bene ita e Mss. restituit Beroaldus, cum ante ipsum edebatur, *pendio j. capto.* Id.—5 *Latitabat.* Flor. et Bert. *latebat.* Elmenhorstius. Neque aliter Pith. D'Orv. Fux. Oxon. cum Edd. Vett. Scilicet Colv. e Lipsiano, et Wower. ex Palatino tacite substituerunt frequentativum, sequentibus eos Vulc. et Pricæo. *Oud.*—6

NOTÆ

Ode IX. de Antonio: 'Romanus (eheu posteri negabitis) Emancipatus fœminæ Fert vallum et arma miles, et spadonibus Servire rugosis potest.' Et hæc significatio propria est hujus vocabuli. Nam et qui ex patria potestate exeunt, emancipari dicuntur ob tres fictas, seu (ut loquuntur Jurisconsulti) imaginarias venditiones, vel emancipationes, et totidem manumissiones, quas celebrari olim necesse erat, ut filius e potestate patris exiret. Mancipationis ritum vide apud Glossatores ad lib. I. Instit. Titulum 12. 'Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur.'

[y] *Dotali servulo*] Dotalis servus est, quem secum uxor, una cum dote, ad maritum adducit. Receptitius, auctore A. Gellio, Noct. Attic. lib. XVII. cap. 6. quem sibi reservavit, neque cum dote ad maritum transmisit. Ejusmodi servis, tum dotalibus, tum receptitiis majorem habebant fidem mulieres, quam aliis, quippe quos in sua potestate aut habebant, aut habuerant, et cum illis sæpe a pueritia in domo paterna versatæ fuerant.

[z] *Noxii deliberant homines*] Servus et noverca.

nuo perduxit haustu.[6] Qui, ubi fratri suo paratam mortem ebibit, exanimis terræ procumbit.[7] Illico repentina[8] pueri pernicie[9] pædagogus commotus, ululabili clamore matrem totamque ciet[1] familiam. Jamque[2] cognito casu noxiæ potionis, varie quisque[3] præsentium auctores insimulabant extremi facinoris. Sed dira illa fœmina et malitiæ novercalis exemplar unicum, non acerba filii morte, non parricidii[a] conscientia, non infortunio domus, non luctu mariti, vel ærumna funeris, commota, clade familiæ vindictæ compendium traxit,[4] misitque protinus cursorem,[b] qui vianti marito domus expugnationem[c] nuntiaret. Ac mox eodem ocyus[5] ab itinere regresso, personata nimia temeritate, in-

rans latentes insidias, qui simul ac sorpsit mortem præparatam suo fratri, corruit humi exanimatus. Continuo educator pueri turbatus subita illius morte, excitat matrem totamque familiam vociferatione flebili. Jamque cognito casu exitialis poculi, singuli eorum, qui aderant, diversos accusabant auctores nefandi illius sceleris. At execrabilis illa mulier, quæque erat singulare exemplar malitiæ novercalis, nullatenus permota immatura morte sui filii, neque conscientia parricidii, neque clade domus, neque mærore conjugis, aut luctu funeris illius, cepit breviorem viam ultionis ex strage familiæ: statimque misit cursorem ad nuntiandam marito iter facienti subversionem suæ domus. Cumque hic statim rediisset velocissime ab

Vulgo, *haustum*, et post: *atque ubi fratri, &c.* Colv. Ms. *perd. ad haustum.* Scioppius in Symbola. Rom. et Bert. *haustum, atque.* Elmenhorstius. *Haustu*, ut bene corrigunt viri docti, dant Flor. Bert. Oxon. Guelf. sed *haustum* Lips. Pal. Pith. cum Edd. Vett. Pro *Qui*, quod est in Urs. D'Orv. Lips. Pal. et Edd. nunc vulgaribus, in Oxon. Guelf. pr. *Quod*, in Flor. Bert. Pith. Edd. Vett. item Scriv. *Atque.* Sed in Reg. Fux. D'Orv. Urs. *adhaustum.* Cogitaram prius simpliciter *adhaustu* vel *exhaustu* corrigendum, ac retinendum τὸ *atque*, sed propter illud *m*, et varietatem voculæ *atque* et *qui*, placet nunc magis, *exhaustu, moxque.* Certe non valet *qui*, vox, quæ cum seqq. usque ad *illico* deest Fux. Pro *ubi* in Fulv. et D'Orv. *ut.* Quod eodem redit. De verbo 'ducere' adi Lamb. ad Hor. I. 17. N. Heins. ad Ovid. Met. XII. 316. *Oud.*—7 D'Orv. *procubit*, Pith. *procubuit.* Sed vide ad p. 211. 'dirupit et præcipit.' *Id.*—8 Vulgares item libri, *illius quoque rep.* Colvius. Immo corrigere debuerat Colvius, *illicoque*, ut est in Florent. Edd. Junt. post. Elmenh. ac Scriv. In ceteris Mss. *illico.* Oud.—9 Inverso ordine D'Orv. qui omisit verbum *ciet.* Id.—1 Guelf. pr. *totam quatiet.* Id.—2 D'Orv. *namque.* Id.—3 Fux. *quisquis.* Id.—4 Vid. Not. Var.—5 D'Orv. *at*, carens τῷ *ocyus.* Oud.—

NOTÆ

[a] *Parricidii*] Necis filii, veneno a se temperato, sublati.

[b] *Cursorem*] Inter servos fuerunt, Cursores, ab officio, dicti. Dromones vocantur in Comœdiis.

[c] *Domus expugnationem*] Metaphorice, pro clade et calamitate, cujusmodi infertur oppidis, cum expugnantur ab hostibus.

simulat privigni veneno filium suum interemtum.[6] Et hic quidem non adeo mentiebatur,[7] quod jam destinatam juveni mortem prævenisset puer. Sed fratrem juniorem[8] fingebat ideo privigni scelere peremtum, quod ejus[9] probrosæ libidini, qua se comprimere[d] tentaverat, noluisset succumbere. Nec tam immanibus[1] contenta mendaciis, addebat, sibi quoque, ob detectum flagitium, eundem illum gladio[2] comminari. Tunc infelix, duplici filiorum morte percussus,[3] magnis ærumnarum procellis æstuat.[4] Nam et juniorem incoram sui[5] funerari videbat;[6] et alterum, ob incestum parricidiumque,[7][e] capitis scilicet damnatum iri certo sciebat.[8]

itinere suo, ipsa induta mira audacia, affirmat filium suum extinctum fuisse veneno privigni. Et hac quidem in re non admodum mentiebatur, quia puer anteoccupaverat mortem jam præparatam illi adolescenti. Sed comminiscebatur fratrem juniorem ideo interfectum fuisse crimine privigni, quia ipse noluerat morem gerere infami ejus libidini, qua conatus erat sibi stuprum inferre. Nec contenta mendaciis tam enormibus, dicebat insuper eum ipsum sibi minitatum fuisse ense, quia revelaverat ejus scelus. Tunc miser ille fluctuat magno æstu curarum, afflictus morte amborum filiorum. Videbat enim minorem sepeliri coram se; et certo sciebat alterum condemnatum iri, ad mortem videlicet, ob incestum, et parricidium.

6 D'Orv. *veneno priv.* haud agnoscens *τὸ suum.* Egregie vero Ed. Junt. post. habet *interceptum,* et quasi occupatum, seu morte præventum, ut ait infra. Cujus glossa frequens est 'interemptus.' Adi ad Suet. Cæs. c. 20. 'Intercepisse veneno indicem creditur.' Claud. c. 1. 'Interceptus veneno.' Ac passim 'intercipi' dicitur, qui immatura morte abripitur. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 *Prævenisset puer, sed fratrem juniorem.* Desunt hæc Mss. Paræano, Guelf. pr. *Fratrum* non male Pith. *Oud.*—9 Pal. Oxon. *ei,* per omissionem notæ *g.* Id.—1 Vulg. *nec tamen immanibus.* Colvius. Flor. *n. tamen imm.* Elmenhorstius. Item Pith. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. Nisi hæ voculæ millies confunderentur, posset videri legendum, *tam enormibus.* Sed et vide ad l. I. p. 2. 'Inania' vel 'immania mentiendo.' Dein Oxon. Guelf. pr. *objectum fl.* Oud.—2 Al. *gladium.*—3 Fux. *percursus.* Roaldus. B. *f. m. perculsus.* Puteanus. Et sic Fux. D'Orv. solita confusione. Vide ad l. IX. p. 188. *Oud.*—4 Oxon. Guelf. pr. *extuat.* Coll. Voss. *exæstuat,* ut alibi. Vide ad l. VIII. p. 154. *Id.*—5 Bert. *minorem.* Elmenhorstius. Placet, accedente D'Orvilliano. Vide ad l. IV. p. 81. 'Puellæ minoris.' Pith. *etiam coram,* prave. *In eo tam* Guelf. pr. *Jun. sui* Pal. *Oud.*—6 Idem Ms. *jubebat.* Colvius. Cum Palat. et Guelf. sec. *Oud.*—7 Guelf. pr. *fratricidiumque.* Id. —8 Scriptum: *scil. damnuꝫ. iri.* Scribe: *ilicet damnatum iri.* Colvius. Idem conjecit Meursius Exerc. Crit. p. 223. Sed alterum Apuleianum magis; nisi potius duæ voces *capitis scilicet* de glossemate suspectæ essent, præsertim quia in D'Orvill. exaratur *caput.* In Pal. Guelf. sec. *dampnum iri.* Ab

NOTÆ

[d] *Se comprimere*] Novercam, non autem juniorem fratrem, ut male Pricæus exponit. Infra enim legitur 'illum incestum paterno thalamo.'

[e] *Ob incestum parricidiumque*] Quorum criminum falso a noverca accusabatur.

Ad hoc, uxoris dilectæ nimium mentitis lamentationibus,[9] ad extremum sobolis impellebatur odium.[1] Vix dum pompæ funebres,[2] et sepultura filii fuerat explicata: et statim ab [214] ipso ejus rogo[f] senex infelix, ora sua recentibus adhuc[3] rigans lacrymis, trahensque cinere sordentem canitiem, foro se festinus immittit. Atque ibi tum fletu tum precibus, genua etiam decurionum[g] contingens, nescius fraudium[4] pessimæ[5] mulieris, in exitium reliqui filii plenis operabatur[6] affectibus: illum incestum paterno thalamo, illum par-

Præterea incitabatur ad implacabile odium filii, confictis lamentationibus nimis amatæ conjugis. Vix adhuc exequiæ filii ordine processerant: cum protinus miser senex ab ejus pyra propere contendit ad forum, madefaciens vultum suum lacrymis adhuc recentibus, vellensque suos canos sordidos cinere. Ibique toto animo incumbebat exitio filii sibi superstitis, tum lacrymis, tum supplicationibus, amplectens etiam genua Senatorum, ignorans dolos nequissimæ fœminæ: clamitans illum incestum esse ob intentatum lecto patris contumeliam, parricidam esse ob extinctum

Oxon. et Guelf. pr. desunt τὰ *iri certo*. Oud.—9 *Adhuc uxoris d. nimium mentitis lamentationibus.* Transeundi particula *adhoc,* mea opinione, hic olim stetit. Vide, si volente scriptore mox coner legere; *nimirum ementitis lamentationibus:* qualiter 'fletus emeditatos' supra nuncupabat libro secundo. *Stewech.* Fux. *ad hæc.* Roaldus. Ms. *ad hoc,* recte, id est, insuper, præterea, sicut supra pag. 81. (Ed. Colv.) *Sciopp. in Symb.* Flor. *ad hoc u.* recte. *Elmenh. Ad hæc,* quod exaratur item in Guelf. pr. Coll. Voss. Petrarch. malebant Meursius et Pricæus. Sed rectum est *ad hoc,* ut e Palat. tacite Wower. jam expresserat ante Elmenh. quem reliqui secuti sunt. Et sic Pith. Guelf. sec. &c. Vide ad Suet. Aug. c. 25. Passim 'ad' ponitur pro 'præter:' ut late docet Drakenb. ad Liv. l. XXVI. c. 5. Mire scribitur in D'Orvill. *ad hujus.* Edd. Junt. pr. Ald. *dilecta.* In ceteris frustra satagit Stewech. *Oud.*—1 Vid. Not. Var.—2 *Pompæ funebres sepulturæ filii fuerant: explicatæ.* Vulg. *ex sepultura filii.* Colv. *P. f. et sepultura f. fuerat explicata.* Vulgo, *sepulturæ f. fuerant explicatæ.* Elmenh. *Et sepultura f. fuerat explicata* edidi auctoribus Mss. Flor. Fux. Oxon. D'Orvill. Guelf. Edd. Junt. post. Scriv. Postquam copula *et* abiit in *ex,* cetera fuere corrupta; sed illa habet vim exegeticam, sive τοῦ *id est.* Confer notata ad l. VI. p. 116. Nec obstat, quod verbum subjungatur singularis numeri, junctum proxime præcedenti substantivo, licet præmittatur pluralis: ut creberrime monitum. A Palat. Cod. et Ed. Elmenh. vitiose exulat copula *et.* Tunc certe *sepultura f. fuerant explicatæ* cum Sopingio foret legendum. *Funebris* in Guelf. pr. *Filii* non est in D'Orv. Oxon. *Oud.*—3 D'Orv. *ad hec.* Id.—4 D'Orv. *fraudis,* Oxon. *fraudum.* Sed vide ad l. v. p. 98. 'Fraudium pedicam.' *Id.*—5 Pal. *pexime.*

NOTÆ

[f] *Ab ipso ejus rogo*] A loco, in quo erat cremandus: nondum enim cremabatur, neque omnino crematus fuit, ut infra patebit.

[g] *Decurionum*] Decuriones hic intellige Senatores, qui in municipiis Decuriones dicebantur, ut jam monui.

ricidam fraterno exitio, et in comminata novercæ nece sicarium.[7] Tanta denique miseratione, tantaque[8] indignatione curiam, sed et plebem mœrens inflammaverat, ut remoto judicandi tædio, et accusationis manifestis[9] probationibus, et responsionis meditatis ambagibus, cuncti conclamarint: [1] LAPIDIBUS OBRUTUM PUBLICUM MALUM PUBLICE VINDICARI. Magistratus interim, metu periculi[2] proprii, ne de parvis indignationis elementis[3] ad exitium disciplinæ civitatisque seditio procederet, partim decuriones deprecari, partim populares compescere,[4] ut rite, et more majorum[5] judicio reddito, et utrimque secus[6] allegationibus examinatis, civiliter sententia promeretur: nec, ad instar barbaricæ feritatis,[7] vel tyrannicæ impotentiæ, damnaretur aliquis inauditus: et in pace placida[8] tam dirum sæculo proderetur exemplum. Placuit salubre consilium.

fratrem, et sicarium quia minatus fuerat mortem novercæ. Denique sic lamentans accenderat tanta indignatione, tantaque misericordia Senatum, et ipsum populum, ut sublata mora judicii legitimi, et claris probationibus accusationis, sublatis etiam præcogitatis circuitionibus responsionis, omnes conclamaverint Publicum malum puniendum esse publice, opprimendo illud saxis. *Interim Magistratus timore proprii periculi, ne scilicet seditio progrederetur ex parvis initiis iræ ad perniciem disciplinæ et urbis ipsius, cœperunt partim orare Senatores, partim cohibere plebem, ut sententia civili modo pronuntiaretur, judicio reddito legitime, et secundum consuetudinem majorum, et perpensis iis, quæ proferrentur ab utraque parte; neque aliquis condemnaretur indicta causa, ad exemplum feritatis Barbarorum, aut violentiæ Tyrannorum, et exemplum tam atrox relinqueretur posteris hocce tempore tranquillæ pacis. Consilium hoc salutare placuit omnibus, statimque præco ex mandato*

Id.—6 Palat. *operabar.* Id.—7 Iidem, *cæde.* Colvius. Bert. et Rom. *cæde s.* Elmenh. Pricæus una voce legit *incomminata,* uti et alii edidere. Sed non opus est. Sicarius erat in eo, quod comminatus erat necem novercæ. *Cæde* est etiam in Pith. Reg. Fux. et Edd. ante Colv. In D'Orv. *fide,* in marg. *cæde.* Oud.—8 Fux. *tanta denique.* Id.—9 Inverso ordine *man. acc.* D'Orv. *Accusationibus* Edd. Ber. Bas. *Id.*—1 Guelf. pr. *conclamant,* D'Orv. *conclamarent,* Edd. Elm. Scriv. Flor. *conclamaverint.* Male. *Id.*—2 Ms. *metu' periculi.* Colv.—3 *Ne de pravis indignationis elem.* Fux. *ne de parvis ind.* quod valde probo. *Roald.* *Parvis* Mss. et Edd. Per. Bas. verissime. *Indignationibus* D'Orv. *Oud.*—4 *Populariter compescere.* Fux. *populares,* vere. *Roald.* Omnes scripti, *populares.* Wowerius. Scribo ex Manusc. *populares.* Scioppius in Symbola. Pal. Flor. et Bert. *populares c.* Elmenhorstius. Hos 'plebem' dixit supra. *Populares* jam dudum expresserat Ed. Junt. post. consonantibus Mstis omnibus. *Oud.*—5 Palat. Guelf. sec. *in more majorum.* Vide ad l. v. p. 97. 'more Sirenum.' *Id.*—6 Pith. *utrumque secus,* Fux. *utriusque secum,* D'Orv. Pal. Guelf. *u. secum,* N. Heinsius cum viro docto ad Marg. Ed. Vicent. *utrinsecus.* Vide ad l. II. p. 22. *Id.*—7 Fux. *ferocitatis.* Roaldus. ac Reg. Pro *tyrannicæ* in Pith. *tyrancitæ.* Oud.—8 Idem (Ms.) *pace placita.* Colvius. *Placita* quoque Palat. Guelf. sec. Sed male huic loci. Adi Pric. *In* exulat a D'Orv.

Et illico jussus præco pronuntiat: PATRES IN CURIAM CONVENIRENT.[9] Quibus protinus dignitatis jure consueta loca [1] residentibus, rursum præconis boatu,[2] primus accusator incedit.[3] Tunc demum clamatus inducitur[4] etiam reus: et exemplo legis Atticæ [5] Martiique [6] judicii,[h] causæ patronis denuntiat præco, neque [7] principia dicere, [215] neque miserationem commovere.[8] Hæc [9] ad istum modum gesta compluribus mutuo sermocinantibus[1] cognovi. Quibus autem verbis accusator urserit,[2] quibus rebus diluerit reus,[3] ac prorsus orationes, altercationesque,[4] neque absens ipse [5] apud præsepium scire, neque ad vos, quæ ignoravi,[6] possum

proclamat ut Senatores convenirent in Senatum. *Qui, cum consedissent in sedibus solitis secundum ordinem suæ dignitatis, præcone rursus vocante, accusator progreditur primus. Tum denique reus etiam citatus introducitur: et præco ad exemplum legis Atheniensium, et Areopagi, edicit advocatis causæ, ne declament exordia, neque excitent ad misericordiam. Didici hæc sic peracta fuisse ex sermone multorum inter se colloquentium. Cum autem ego non interfuerim causæ, quippe alligatus ad præsepium, neque potui scire, qua oratione accusator institerit, et quibus argumentis reus refutaverit, atque omnino eorum orationes responsionesque: neque*

Mox *proderet* Pith. *Oud.*—9 D'Orv. *convenire.* Male. Adi præter ea, quæ supra sæpius sunt monita, ad Suet. Calig. c. 27. *Id.*—1 Guelf. pr. *curæ*, suprasc. *i.* Tum *c. longa* Guelf. sec. *Id.*—2 Vid. Not. Var.—3 Al. *intendit.*—4 Vulg. *introducitur.* Pro *clamatus* conj. Brant. *calatus.* Oud.—5 *Atricæ* Pith. Guelf. sec. *Id.*—6 Pal. Oxon. Guelf. *Martique.* Id.—7 *Nemque* Guelf. *Id.* —8 D'Orv. *nec miseratione c.* Id.—9 Pith. *Hoc*, Oxon. *Et.* Id.—1 *Mutuo sermocinantibus.* Ms. *sermocinationibus.* Colvius. Hæc autem verba ex Edd. Vulc. Wow. Pric. operarum incuria exulant. *Oud.*—2 Vid. Not. Var.—3 Ms. *quibus reus diluerit reus.* Prius illud *reus*, ut repetitum frustra, tollendum censeam, et sic legendum: *Quibus autem verbis accusator egerit, quibus diluerit reus.* Colvius. Oxon. *q.* [3] *ubis.* Nihil muta. Multo minus Stewechianum *rationibus* substitue. 'Res' sunt rationes, et argumenta. Vide ad Cæsarem l. I. B. Civ. c. 2. 'Paucis fere mutatis rebus.' *Oud.*—4 Ms. lib. *altricationesque.* Colvius. Sic et Fux. Edd. pp. ut passim. *Oud.*—5 Inverso ordine Pal. Fux. D'Orv. Ed. Junt. post. *Autem* addit Bas. pr. Ed. *Id.*—6 Conjicit

NOTÆ

[h] *Legis Atticæ Martiique judicii, &c.*] Martium judicium nihil aliud est, quam Areopagitarum apud Athenas Senatus ἀρεῖος πάγος dictus, quasi Martius pagus, seu collis: curia Martis Juvenali, Satyra IX. 'Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.' Senatum illum nomine Martis ideo dictum fuisse aiunt; quod ibi Mars, homicidii reus, a Neptuno actus coram duodecim Diis, sex sententiis absolutus est. Lex illa Attica est Areopagi lex, qua advocati jubebantur causas dicere ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν 'absque exordiorum apparatu, et affectuum permotione,' quibus rebus corrumpi possunt hominum judicia, et a stricta justitiæ semita deflecti.

enuntiare:[7] sed quæ plane comperi,[8] ad istas literas proferam. Simul enim finita est dicentium[9] contentio, veritatem criminum fidemque probationibus certis[1] instrui, nec suspicionibus[2] tantam conjecturam permitti placuit:[3] atque illum potissimum servum,[4] qui solus hæc ita gesta esse[5] scire diceretur,[i] sisti[6] modis omnibus oportere. Nec tantillum cruciarius[k] ille, vel fortuna tam magni judicii, vel confertæ conspectu curiæ,[7] vel certe noxia conscientia[8] sua deterritus,[9] quæ ipse finxerat,[1] quasi vera asseverare[2] atque asserere incipit. Quod se vocasset[3] indignatus fas-

possum narrare vobis, quæ non didici: sed tantum mandabo his literis ea, quæ cognovi. Nam statim atque altercatio oratorum finita est, placuit Senatoribus, ut veritas fidesque criminum ostenderetur argumentis manifestis, neque conjectura tanti momenti niteretur tantum suspicionibus. Dixeruntque servum illum promtissimum, qui dicebatur solus scire ea sic facta esse, omnino adducendum esse. Ille vero furcifer ne minimum quidem turbatus, aut alea tanti judicii, aut præsentia frequentis Senatus, aut saltem sua mala conscientia, cœpit affirmare, atque asseverare ea, quæ ipse commentus fuerat, perinde ac si vera fuissent. Quod nimirum adoles-

---

Piccart. Per. Crit. c. 13. *q. ignara mihi.* De 'ignaro' pro 'ignoto' vide ad l. VII. p. 140. Sed haud opus est. 'Ignoravi' valet τὸ haud cognovi, ut 'ignoratus' passim dicitur 'non cognitus.' *Id.*—7 Bertin. *prænunt.* Hinc divinabat vir doctus, *pronunciare*. At l. II. p. 28. 'Et ipsum scire, et nobis enunciare.' L. XI. p. 256. 'Ad profanorum intelligentias enunciari:' et alibi. *Id.*—8 *Concepi.* Idem vetus, *comperi:* quod placet præ isto. *Colv.* Emenda ex Mss. *comperi.* Vulgo, *concepi.* Elmenhorstius. *Comperi* habent et Mss. O. et Edd. præter Bas. sec. Colv. et Vulc. *Oud.*—9 Palat. *dicentissimum.* Id.—1 D'Orv. *p. ceteris.* Id.—2 Al. *suspicationibus.*—3 Pith. *placum,* f. pro *placitum.* Oud.—4 *Illum promptissimum servum.* Ex iisdem lib. *potissimum servum.* Woweriūs. Nemo dubitabit, quin enim Manusc. legendum sit *potissimum.* Scioppius in Symbola. *Potissimum.* Alii, *promptissimum;* male. *Elmenh.* Wowerium secuti sunt reliqui, edentes *potissimum;* ut jam præbuit Ed. Junt. post. cum Mss. Urs. Pal. Guelf. Oxon. In ceteris est *promptissimum.* Alterum quoque præfero. Abest *illum* a Pithœano. *Oud.*—5 Idem, *qui solus ē hæc, &c.* Colv. Hinc G. Vossius non male conjecit *isthæc*, ut alibi. Palat. Guelf. sec. pro *hæc* habent *est.* Deest *esse* a Fux. Et vere forsan. *Oud.*—6 Pith. *scistis.* Id.—7 Ms. *velle conferre.* Colvius. Unde faciebam, *vel econfortæ;* ut supra 'edeformis.' *Brant.* Bert. *aspectu curiæ, vel certe noxialis.* Elmenhorstius. *Velle conferre* etiam vitiose Pith. Fux. *Conferre* quoque in Guelf. sec. Ridiculus est Brantius. In mea Bert. Cod. Coll. est *a conspectu.* Oud.—8 Oxon. *cetera.* Guelf. pr. *certa.* Ex lectione Ms. Bert. *noxialis* Scriverius edidit *noxiali:* qua voce usum fuisse Prudentium, monent Lexica. Sed aliter solet Apuleius. *Id.*—9 D'Orv. *detentus.* Id.—1 Idem *fecerat,* Fux. *fuerat.* Id.—2 Bert. *asseveratione.* Elmenh.—3 Ms. *vacasset.*

NOTÆ

[i] *Diceretur*] Ab accusatore scilicet.

[k] *Cruciarius*] Plauto, 'discipulus crucis.'

tidio novercæ[1] juvenis; quod ulciscens[4] injuriam, filii ejus[5] mandaverat necem;[6] quod promisisset grande silentii præmium; quod recusanti mortem sit comminatus; quod venenum sua manu temperatum, dandum fratri reddiderit; quod ad criminis probationem[7] reservatum poculum neglexisse suspicatus, sua postremum manu porrexerit[8] puero. Hæc, eximia enim ad veritatis imaginem, verberone illo simulata trepidatione[9] perferente, finitum est judicium.[m] Nec quisquam decurionum tam æquus[1] remanserat juveni, quin eum evidenter noxæ compertum,[2] insui culleo[n] pro-

cens, graviter ferens se repudiatum a noverca, ipsum ad se vocasset; quod imperasset ei, ut interficeret filium novercæ, ad vindicandam injuriam illam; quod pollicitus sibi esset magnum mercedem, si taceret; quod cum recusaret id facere, interminatus esset ipsi mortem; quod sibi tradidisset venenum dilutum propria manu, ut illud propinaret fratri; quod cum suspicaretur eum non dedisse potionem illam, sed reservasse ad comprobationem sceleris, tandem ipse propinavisset puero propria manu. Cum ille mastigia ficto pavore hæc dixisset, quæ mire præ se ferebant veritatis speciem, judicium finitum est. Neque ullus ex Senatoribus superfuerat adeo favens juveni, qui non pronuntiaret eum insuendum esse culleo, utpote manifesto

Colvius. ac Palat. Guelf. sec. *Oud.*—4 Guelf. pr. *quæ.* Id.—5 *Filii ejus.* Ultima vox deest Reg. Fux. *Id.*—6 Idem, *mandaverit.* Colvius. *Mandarit.* Vulgo, *mandaverat.* Elmenhorstius. Non *mandarit*, ut, deceptus ab Elmenhorstio, edidit Scriverius, sed *mandaverit* exaratur in Flor. Reg. Fux. Palat. Oxon. Par. Guelf. utroque, D'Orv. et Edd. Wow. ac Pricæi. Verissime. Sequitur enim et præcedit subjunctivus modus. Si Mss. Indicativum retinerent, facile defendi posset per modorum variatorum usum, qui contra illos non est intrudendus. *Oud.*—7 Aldus, *perturbationem.* Elmenhorstius. Cum Edd. Juntinis. *Oud.*—8 Guelf. pr. *porrexit.* Id.—9 Lege ex Flor. *s. tum trep.* Elmenhorstius. *Tum* inseruerunt Elmenh. ac Scriv. Sed in Florent. et Pith. Mss. legitur modo *simulatum.* Malim, *simulata cum trep.* Vide ad l. II. p. 42. 'cum æmulatione virium.' D'Orv. Guelf. sec. *perferentem.* D'Orv. etiam transponit voces præcedentes sic, *illo verberone ad verit. imag.* Oud.—1 Idem, *equo.* Bas. I. *æquius.* Colvius. Istud *æquius* ex editionibus primis desumsere Basil. sed bene jam correxerat Beroaldus. *Oud.*—2 Prave Ed.

NOTÆ

[1] *Fastidio novercæ*] Quasi eam ad stuprum solicitasset, fuissetque ab ea rejectus.

[m] *Finitum est judicium*] Id est, inquisitiones ac probationes: necdum enim judices calculos in urnam conjecerant, ut patet ex sequentibus, neque lata erat sententia.

[n] *Insui culleo*] Hæc erat pœna parricidarum, ut culleo, hoc est, sacco coriaceo, includerentur, cumque iis simia, et serpens, quibus etiam postea additi sunt canis et gallus; sicque inclusi atque insuti, in mare projicerentur, aut in lacum quempiam, si longius abesset mare. Juvenalis, de Nerone matricida, Sat. VIII. 'Cujus supplicio non debuit una parari Simia, nec serpens unus, nec culleus unus.'

nuntiaret. Cum jam sententiæ pares,[o] cunctorum stylis[3 p] ad unum sermonem congruentibus, ex more perpetuo, in urnam æream[4] deberent conjici:[5] quo[6] semel conditis calculis, [216] jam cum rei fortuna transacto,[7] nihil postea commutari[8] licebat; sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis:[9] unus e curia senior, præ ceteris compertæ[1] fidei, atque auctoritatis præcipuæ, medicus, orificium urnæ manu contegens, ne quis mitteret calculum temere, hæc ad ordinem protulit:[2] Quod ætatis sum, vobis approbatum[q] me vixisse gaudeo. Nec patiar, falsis criminibus petito reo, manifestum homicidium perpetrari:

convictum criminis, cujus accusabatur. Omnium stylis convenientibus in eandem sententiam, cum sententiæ similes jam essent immittendæ in urnam æream secundum consuetudinem semper observatum: in quam urnam simul ac calculi semel conjecti erant, jam alea jacta erat de reo, neque fas erat postea mutare quicquam, sed vita ejus addicebatur potestati tortoris: quidam e Senatu ætate grandior, Medicus, spectatæ inter reliquos fidei, eximiæque auctoritatis, operiens manu os urnæ, ne aliquis festinantius conjiceret suum calculum, sic verba fecit ad Curiam. Lætor me diu vixisse, quia vobis placui per totam meam vitam. Neque sinam committi homicidium manifestum, cum hic reus accusatus sit falsorum criminum: neque vos, qui

Pric. *noxa.* Id.—3 D'Orv. *simul*, Oxon. *stimulis.* Id.—4 Al. *æneam.*—5 Pal. Oxon. *coici.* Oud.—6 *Quo.* Sive in quam. Male Edd. Wow. Pric. *quod.* Adi ad Cæs. l. v. B. G. c. 14. *Id.*—7 Perperam Bert. Pith. Petrarch. *transacta.* Vide ad l. VIII. p. 157. *Id.*—8 Oxon. *inmutare*, Guelf. pr. *commutare.* Id.—9 Reg. Fux. *mancipatur.* Oxon. D'Orv. Guelf. pr. *in manu*, Pith. *manus.* De pœnæ servo vide JCtos. *Id.*—1 Exulat a D'Orvill. *Id.*—2 *Hoc ad ordinem pertulit.* Ms. *hanc ad ordinem.* Forte, *hæc ad ord.* Colvius. Manusc. *protulit.* Scioppius in Symb. *Hæc* bene correxit Colvius, ut est in Bert. Fux. D'Orv. Guelf. aliisque Codd. et Edd. Junt. post. Wow. &c. *Protulit* etiam rescripsi ex Urs. et D'Orv. Mss. quicquid renuat Pricæus. Vide ad

NOTÆ

o *Pares*] Similes: alias, pares sententiæ intelligi possunt, quarum totidem sunt absolutoriæ, quot damnatoriæ.

p *Stylis*] Quibus sententiam suam, id est, 'nigrum theta' scribebant in tabulis, quas ait Apuleius judices illos in urnam conjecturos fuisse: quanquam sibi mox videatur contradicere, cum non sententias scriptas, sed calculos in illam urnam mitti innuit: nisi dicamus eum per calculos ram damnatoriam, tabulis, aut testulis, ostracisve inscriptam, quæ in urnam conjicerentur.

q *Quod ætatis sum vobis approbatum* [*approbatus*] Recte monet Pricæus melius fore, si legatur *quod ad hoc ætatis sum vobis approbatus.* 'Ad hoc ætatis' est, 'ad hanc usque ætatem.' Et (ut Terentius in Andria) 'usque adhuc.' 'Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc, Quæ meo cumque animo libitum

nec vos, qui jurejurando astricti judicatis,[r] inductos [3] servuli mendacio,[4] pejerare. Ipse non possum, calcata numinum religione, conscientiam meam fallens, perperam pronuntiare. Ergo, ut res est, de me cognoscite.[5] Furcifer iste venenum præsentarium [6] comparare solicitus, centumque aureos solidos offerens pretium, mecum non olim convenerat:[7] quod ægroto cuidam dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis veterno vehementer implicitus, vitæ se cruciatui [8] subtrahere gestiret. At ego perspiciens [9] malum istum verberonem [1] blaterantem, atque inconcinne causificantem,[2] certusque aliquod moliri flagitium,[3] potionem quidem dedi;[4] sed futuræ quæstioni præcavens,[s] non statim pretium, quod offerebatur,[5] accepi.[6] Sed, ne forte ali-

jus dicitis obligati sacramento, committere perjurium deceptos mendacio servi. Ego ipse non possum ferre iniquam sententiam, agens contra meam conscientiam, contemto metu Deorum. Discite igitur ex me, quomodo se res habet. Hic sceleratus cupiens emere venenum promtissimum, quo aiebat opus esse cuidam ægro, qui graviter correptus lentore morbi insanabilis, cuperet se eripere doloribus vitæ, mecum sat pridem pepigerat, oblatis centum solidis aureis in pretium. Ego vero cum viderem nequam illum mastigiam futiliter loqui, et afferre ineptas causas, certusque essem eum machinari aliquod scelus, dedi equidem pharmacum; sed consulens inquisitioni futuræ, non accepi statim pretium quod mihi offerebat. Verum, dixi ipsi, ne forte

****

l. I. p. 11. 'proferens vera.' *Oud.*—3 *Qui* exulat a D'Orvill. *jure* repetit Pith. *Inducto* Guelf. pr. *Id.*—4 Oxon. Guelf. pr. *servili m.* Id.—5 Pith. *ut de me est, c.* male. *Id.*—6 Ed. Pric. *præsentaneum*. Sed vide ad p. 212. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 Bert. *interim se cr.* Elmenhorstius. Ita edidit Scriverius. Malim hinc conjicere, *vitæ ærumnosæ* vel *ærumnabilis*, vel simile adjectivum, quod hic deesse videtur, ut bene advertit Pricæus, excitans l. VIII. p. 159. 'Ærumnabili vitæ sese subtrahere decernit.' In Ed. Bas. pr. *vita*, Mss. Oxon. Guelf. pr. *v. suæ*. Oud.—9 Fux. *prospiciens*. Roaldus. Bert. *prospiciens*. Male. *Elmenh.*—1 Edd. Junt. pr. Ald. *m. justum*. Cod. Flor. *umberonem*. Oud.—2 D'Orv. *clausicantem*, Fux. *clausificantem*, prave. *Id.*—3 Idem Ms. Al. *muniri*. Num, ut supra lib. VIII. 'Quas prædas munitis?' *Colv.* Lego, *iniri*. Brantius. Edd. Junt. Ald. *aliquid*; bene, si *flagitii* legas. *Muniri* exaratur quoque in Reg. Fux. Nihil molior contra ceteros Mss. l. VIII. p. 165. vidimus legendum, 'quas pr. punitum itis.' *Oud.*—4 Bert. *p. quandam*. Elmenhorstius. Pith. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. *dedi quidem pot.* Oud. —5 Bert. *offerebat*. Elmenh. Id recepit Scriverius. Ms. D'Orv. *q. adferebat*.

NOTÆ

[r] *Qui jurejurando astricti judicatis*] Asconius: 'Subscriptione perfecta, jurabant in leges judices' (qui nimirum ad judicandum lecti erant a Prætore, aut judice quæstionis) 'ut obstricti religione judicarent.'

[s] *Futuræ quæstioni præcavens*] Cupiens habere aliquam probationem, qua posset nequam ille servus convinci, siquando quæstio de illa potione haberetur.

quis, inquam, istorum, quos offers,[7] aureorum nequam vel adulter reperiatur:[8] in hoc ipso sacculo conditos eos annulo tuo prænota; donec altera die[9] nummulario præsente comprobentur. Sic inductus, signavit pecuniam. Quam exinde, ut ipse[1] repræsentatus est judicio, jussi de meis aliquem[2] curriculo taberna promtam[3] afferre. Et en ecce, perlatam[4] coram exhibeo. Videat, et suum sigillum recognoscat.[5] Nam quemadmodum ejus [217] veneni frater[t] insimulari[6] potest, quod iste comparaverit?[7] Ingens exinde verberonem corripit[8] trepidatio: et invicem[9] humani coloris succedit pallor infernus;[1] perque universa membra frigidus sudor emanabat. Tunc pedes incertis alternationibus commovere:[2] modo hanc, modo illam partem scalpere capitis:[3] et, ore semiclauso[4] balbutiens,

aliquis horum nummorum aureorum, quos mihi offers, inveniatur malus aut adulteratus, recondе illos in hac ipsa crumena, et obsigna tuo annulo, quoad examinentur cras coram argentario. Persuasus his verbis, obsignavit aureos, quos, statim atque hic adductus est in judicium, imperavi alicui ex meis, ut quam citissime depromeret ex mea officina, atque huc afferret: et ecce, depromtos eos vobis palam exhibeo: aspiciat ipse, et agnoscat sigillum suum. Quomodo enim frater potest accusari veneni illius, quod iste emerit? Ex illo magnus tremor occupat illum sceleratum: et pallor letalis subit in locum coloris nativi; et sudor gelidus fluebat per omnes ejus artus. Tum cœpit quatere pedes incertis titubationibus: scabere nunc hanc partem capitis, nunc illam: et garrire nescio quas nugas, balbutiens ore tantum semi-

Oud.—6 Idem, *accipi*. Colv.—7 Pith. *offeres*. Oud.—8 Fux. *reperiatur*. Roaldus. Altera lectio vitiosa solius est Ed. Bas. *Oud*.—9 Oxon. *altero d*. Id.—1 *Iste*. Flor. Fux. D'Orv. *ipse*. Bene. *Judicio* exulat a Pith. *Id*.—2 Abest a D'Orvill. *Id*.—3 Fux. Oxon. D'Orv. Guelf. pr. *tabernam p*. vitiose. *Id*.—4 Al. *prolatam*.—5 Al. *cognoscat*.—6 *Alter insimulari*. Fux. *frater insim*. vere. *Roald*. *Frater*. Sic Ms. Cod. et Bas. 1. Reposuit Beroaldus, *alter*, præter rem. *Colv*. Conjecturam Beroaldi, qui etiam explicuit 'frater' pueri defuncti, male prætulerunt Edd. Junt. pr. Ald. Colin. Bas. sec. licet videatur esse etiam in Bert. Cod. *Oud*.—7 D'Orv. *emit*. Fux. *comparuerit*. Id.—8 Vulgo, *corripere*. Colvius. Mss. quantum scio, omnes præbent *corripit*, sed Edd. ante Colvium *corripere*. Quod tamen ex Mss. quoque haustum videtur. Defendi enim hæc potest Ellipsis τοῦ 'cœpit;' etiamsi sequatur Indicativus modus 'succedit.' Vide ad l. VII. p. 138. *Oud*.—9 *In vicem*. Uncinis inclusit Scriverius præpositionem *in*. Sed vide ad l. I. p. 9. ac Pric. *Id*.—1 Scriptus cod. *pallor in facie*. Colvius. E glossa marginali. Vide l. I. p. 14. *Oud*.—2 Ed. Bas. pr. *inexcertis*. Id.—3 Pith. *p. cap. scalp*. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. pr. Ed. Junt. post. *capitis partem sc*. Recte. *Id*.—4

NOTÆ

[t] *Frater*] Privignus novercæ, frater illius qui potionem hauserat.

nescio quas affanias [5] [u] effutire; ut eum nemo [6] prorsus a culpa vacuum [7] merito crederet. Sed revalescente rursus astutia,[8] constantissime negare, et arcessere mendacii [9] medicum non desinit.[1] Qui præter judicii religionem,[2] cum fidem [3] suam coram lacerari videret, multiplicato studio verberonem illum contendit redarguere: donec jussu magistratuum ministeria publica, contrectatis [4] nequissimi servi manibus,[5] annulum ferreum [w] deprehensum cum signo sacculi conferunt. Quæ comparatio [6] præcedentem roboravit suspicionem. Nec rota, vel equuleus,[7] more Græcorum,[8] [x] tormentis ejus apparata, jam deerant. Sed ob-

aperto: adeo ut jure nemo putaret eum omnino innocentem esse. Verum, postquam ejus astutia reviguit, non cessat negare pertinacissime, et insimulare Medicum mendacii. Qui, præterquam quod astrictus erat jurejurando ad juste judicandum, cum videret fidem suam palam diffamari, conatur majori nisu convincere illum mastigiam; donec servi publici, tractatis manibus pessimi servi ex mandato Magistratuum, inveniunt annulum ferreum, eumque comparant cum sigillo crumenæ. Quæ collatio confirmavit suspicionem priorem. Jamque aderant rota, et equuleus, præparata ad ipsum torquendum ritu Græciensi: verum ille confirmatus mirabili audacia

D'Orv. *aure s.*—5 Vulgati quidam, *affamias.* Vet. Cod. *afamias.* Colvius. Flor. *affannas.* Roald. *afanias.* Ven. *effamias.* Elmenhorstius. Cod. Petrarchæ, *insanias*, Fux. *afammas.* Pal. Guelf. sec. *asannas*, Pith. *asuãs*, Guelf. pr. *assarinas*, Oxon. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. *afamias*, Edd. Ven. Ber. *effamias affutire.* Col. *affamias.* Fux. *effutetur.* Vide ad l. IX. p. 183. *Oud.*—6 Pith. *non eum n.* Id.—7 Vet. *vacari.* Colv.—8 Vulg. *prorsus.* Colvius. Sic etiam Mss. Pith. Bert. cum Edd. ante Colv. male repetitum e præc. versu. *Oud.*—9 Vulg. *accersire*, vel *accersere.* In Ms. *accrescere.* Unde cum Beroaldo reposui *arcessere.* Colvius. Oxon. *accersere*, Pith. *accensire*, Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Col. *accersire.* Saltem rectius foret *arcessire.* Sed adi ad Suet. Tib. C. 53. Calig. c. 35. *Oud.*—1 D'Orv. *medicam.* Pal. Reg. Fux. Guelf. ambo, *non des. med.* Id.—2 *Propter judicii relig.* Fux. *præter jud. r.* Roaldus. *Præter.* Editum ante, *propter.* Colvius. Bert. *q. propter j. r.* Phædrus: 'Sed ne religio peccet imprudens mea.' Vide Rævardum Var. lib. v. cap. 8. *Elmenh.* Pith. *pp.* Perperam hinc Edd. ante Colvium *propter* fabricarunt. *Oud.*—3 Fux. *qui f.* Id.—4 D'Orv. Fux. Oxon. Par. *contractatis.* Vide ad l. VIII. p. 157. *Id.*—5 *Servi manibus.* Abest prima vox a D'Orvill. *Id.*—6 In D'Orvill. *computatio.* Id.—7 Al. *eculeus*, Guelf. pr. *aculeus.* Id.—8 *More Græcorum.* Hæc uncis inclusit Scriverius. Sed lib. III. p. 48. 'Cum ritu Græciensi ignis et rota,

NOTÆ

[u] *Affanias*] Vide Not. l. IX. p. 577.

[w] *Annulum ferreum*] Cui sigillum insculptum erat. Annulos ferreos diu gestaverunt Senatores atque Equites Romani: sed postea, luxu crescente, annuli aurei gemmis ornati immensi pretii gestari cœperunt, et ferrei ad servos transierunt.

[x] *Nec rota, vel equuleus, more Græcorum*] Lib. III. 'Nec mora, cum ritu Græciensi, ignis, et rota, tum omne flagrorum genus inferuntur.' 'Equu-

firmatus mira præsumtione,[9] nullis verberibus[1] ac ne ipso[2] quidem succubuit[3] igni. Tunc medicus,[4] Non patiar, inquit, hercules, non patiar,[5] vel contra fas[6] de innocente isto juvene supplicium vos sumere; vel hunc, ludificato nostro judicio,[7] pœnam noxii facinoris evadere. Dabo enim rei præsentis evidens argumentum. Nam cum venenum peremtorium comparare[8] pessimus iste gestiret; nec meæ sectæ crederem convenire,[9] causas ulli[1] præbere mortis; nec exitio,[2] sed saluti[3] hominum medicinam quæsitam esse didicissem:[4] verens, ne,[5] si daturum me negassem, intempestiva repulsa[6] viam sceleri subministrarem:[7] et

nullis plagis victus est, ac ne ipso quidem igne. Tunc Medicus: Non feram certe, inquit, non feram aut vos injuste punire istum adolescentem insontem, aut hunc servum effugere supplicium debitum suo crimini, deluso nostro judicio. Nam exhibebo vobis manifestam probationem rei, de qua agitur. Cum enim hic nequissimus cuperet emere venenum mortiferum, ego vero putarem non esse congruum meæ arti subministrare alicui causas mortis, et didicissem medicinam non esse comparatam ad perniciem hominum, sed ad eorum conservationem: timens, ne, si dixissem me non daturum, aperirem ipsi iter ad crimen denegatione

tum omne flagrorum genus.' *Id.*—9 Ms. *obfirmatam mirabiliter præsumtionem.* Al. *affirmatum mira præs.* Vulgo recte legi, ostendi supra ad lib. VIII. *Colv.* Faber rursus conjecit *Myrrhæ.* Sed adi ad p. 173. L. VIII. 'Mira præsumtione munitus.' Salm. itidem margini allevit. *Oud.*—1 Edd. Ber. Bas. *ullis v.* Id.—2 Guelf. pr. *ipse.* Id.—3 D'Orv. Oxon. Guelf. pr. Reg. Fux. *succumbit.* Id.—4 Bert. Guelf. sec. Edd. ante Colv. *tum.* Id.—5 *Non patiar, inquit, Hercules, non patiar.* Quatuor posteriores voces exulant a D'Orvill. duæ a Pith. Si quid hic superflui, est verbum *inquit;* de cujus ellipsi sæpe dixi alibi. *Id.*—6 *Vel circa fas.* P. Faber, *citra fas.* At Ms. *contra*, ut et Beroald. *Roald.* *Vel contra. Vel* non est in Vet. lib. *Colv.* *Vobis* pro *vel* in Oxon. Guelf. utroque. *Contra* in Mss. O. ut bene Beroald. emendaverat. Sæpe sic in Nostro erratum, supra patuit. Dein *vos supp. s.* Pith. *Oud.*—7 D'Orv. *vestro jud.* Quod omnino præferendum. Dein *facin. evad. nox.* Guelf. pr. *Id.*—8 D'Orv. *comparere.* Id.—9 Prave D'Orv. *me* sine verbo *convenire.* Pal. Guelf. sec. *sorserit* pro *sectæ.* Quod quid velit, nescio. *Id.*—1 D'Orv. Guelf. pr. perperam *illi.* Id.—2 Oxon. Guelf. pr. *exitium.* Id.—3 Exulat a Fux. *Id.*—4 D'Orv. *esse quæs.* Fux. *dedissem.* Id.—5 Vetus lectio, *veteres.* Verior, *veritus*, meo quidem animo. *Brant.* Sed *verens*, ut Beroaldus correxit, confirmatur ab omnibus Mss. *Oud.*—6 Bert. *intempestivam repulsam.* Edd. Junt. Ald. *id t. r.* Id.—7 Pal. *mea sc. s.* A Fux. abest *viam.* Id.—8 Pal. *ab aliquo copiam.*

NOTÆ

leus,' seu 'eculeus,' machina lignea est equo similis, sed cui spina sit valde acuta, cui imponebantur rei torquendi. Prudentius: 'Jusserat ... nus Pendere, et uncis vinculisque crescere.' Id est, deduci, et extendi: quod fidiculis fiebat, hoc est, funibus, ope sucularum tensis.

ab alio quopiam [8] exitiabilem [218] mercatus hic potionem, vel postremum gladio, vel quovis telo nefas inchoatum [9] perficeret; dedi venenum, sed somniferum mandragoræ illud,[1] [y] gravedinis compertæ [z] famosum, et morti simillimi soporis [2] efficax. Nec mirum,[3] desperatissimum istum latronem,[4] certum [5] extremæ pœnæ, quæ more majorum in eum competit, cruciatus istos, ut leviores,[6] facile tolerare.[7] Sed si vere puer meis temperatam manibus sumsit potionem, vivit, et quiescit, et dormit: [8] et protinus, marcido sopore discusso, remeabit ad diem lucidam. Quod si vere peremtus est, si vere morte præventus est;[9] quæratis licet causas mortis ejus [1] alias. Ad istum modum seniore

illa intempestiva, atque hic perageret scelus inceptum aut emta potione letifera, a quopiam alio, aut denique gladio, vel quolibet alio telo: dedi ipsi non quidem venenum, sed illum soporiferum succum mandragoræ, celebrem ob torporem, quem sciunt omnes ab ipso induci, quique producit somnum simillimum morti. Neque mirum vobis videri debet, quod hic desperatissimus sicarius, certo sciens sibi deberi ultimum supplicium ex instituto majorum nostrorum, facile ferat hæc tormenta, utpote leviora. At si puer revera bibit potionem præparatam meis manibus, vivit adhuc, quiescit, et dormit: simulque ac gravis ille somnus fuerit dissipatus, redibit ad luminis auras: si autem revera extinctus est, si vere occupatus est leto, jam potestis investigare alias causas ejus necis. Sene illo sic verba faciente,

Guelf. sec. *copiam.* Oxon. *ab alio capiat.* Guelf. pr. *caopiam.* Id.—9 Fux. *nescis.* Pal. *incohatum.* Id.—1 Vid. Not. Var.—2 Cum Lips. Ms. dant Edd. O. ante Colv. *morte.* Oud.—3 Abest D'Orv. *Id.*—4 Ms. *dispatissimum.* Colvius. ac Guelf. sec. In Flor. *illum.* Palat. *latrones.* Oud.—5 Fux. *certe.* Roald.—6 Fux. *leniores.* Idem. Pal. Guelf. sec. *leviore.* Oud.—7 Idem Ms. *toleret.* Colv.—8 *Vivit, et quiescit, et dorm.* Sic Mss. et Edd. præter Colv. quibus deest primum *et.* Oud.—9 Vid. Not. Var.—1 Haud male D'Orvill. caret τῷ

NOTÆ

[y] *Somniferum mandragoræ illud*] Supple *poculum*, vel *venenum*. Plin. lib. xxv. cap. 13. 'Mandragoram alii Circeium vocant,' (Erasmus in Chiliadibus *Circeam* legit, non *Circeium:* aitque ideo hoc nomen sortitam esse a Circe venefica, quod amatoriis veneficiis credatur utilis.) 'Duo ejus genera: candidus, qui et mas: niger, quæ fœmina existimatur.' Et infra: 'potu quidem largiore' (ejus succi) 'etiam moriuntur. Vis somnifica pro viribus bibentium,' &c. Hanc Pythagoras ἀνθρωπόμορφον appellavit, quod radix imitetur humanorum crurum formam. Et Columella initio libri decimi, qui est de cultu hortorum, 'semihominem' dixit. 'Quamvis semihominis vesano gramine fœta Mandragoræ pariat flores, mœstamque cicutam.'

[z] *Gravedinis compertæ*] Plin. loco supra citato: 'Gravedinem afferunt' (mandragoræ folia) 'etiam olfactu.' Gravedinem hic intellige torporem et gravitatem capitis somnolentam.

adorante, placuit. Et itur confestim magna cum festinatione ad illud sepulcrum,[2] [a] quo corpus pueri depositum jacebat. Nemo de curia,[3] de optimatibus nemo, ac ne de ipso quidem populo quisquam,[4] qui non [5] illuc curiose confluxerit. Ecce pater,[6] suis ipse manibus, cooperculo [7] capuli remoto, commodum,[8] discusso mortifero sopore, surgentem postliminio mortis,[b] deprehendit filium, eumque complexus [9] arctissime, verbis impar præsenti gaudio,[1] producit [2] ad populum. Atque, ut erat adhuc feralibus amiculis obstrictus atque obditus, deportatur ad judicium [3] puer. Jamque liquido servi nequissimi, atque mulieris nequioris patefactis sceleribus, procedit in medium nuda veritas. Et novercæ quidem perpetuum indicitur exilium;[4] servus vero

placuit quod dicebat: et statim proceditur cum magna properatione ad capulum illum, in quo corpus pueri positum jacebat. Nullus fuit ex Senatu, nullus ex primariis, nullus denique ex ipsa plebe, qui non concurrerit illuc curiositatis causa. Tum pater ipse, sublato operculo sarcophagi suis propriis manibus, invenit filium suum resurgentem a morte, tunc primum dissipato somno letali, et amplectens eum strictissime, nec valens exprimere verbis lætitiam qua afficiebatur, educit illum inde, et ostendit populo, puerque fertur in curiam, ut erat adhuc, ligatus atque obvolutus vestibus funereis. Jamque veritas clara et evidens prodit in medium, detectis manifeste criminibus pessimi servi, et pejoris fœminæ. Et noverca quidem

ejus. In Pal. mox *at* pro *ad*. Oud.—2 Pronomine, non necessario, caret D'Orv. *Istud* in Pal. Verum autem erat *sepulcrum*, sive monimentum conditorium, non feretrum, in quo cadaver erat deportatum ad rogum, ut censet Floridus e pag. 214. ubi vide. *Id.*—3 Idem Ms. *nemo decurio*. Colvius. Pal. *decurio*. Elmenhorstius. Sic et Guelf. sec. Sed per 'curiam' intelligit decuriones et magistratus: per 'optimates' vero reliquos senatores, ut patet p. 214. 'Magistratus interim,' &c. *Oud.*—4 Fux. Petr. D'Orv. *quispiam*. Id.—5 Guelf. ambo, *q. nunc*. Id.—6 Ms. Palat. Guelf. sec. Edd. Wow. Pric. *Et ecce*. Haud male. Vide supra ad l. IV. p. 78. *Id.*—7 Mss. aliquot *coperculo*. Id.—8 Pith. *commode*. Perperam. *Id.*—9 Oxon. *compressus*. Pith. *complexum*. Id.—1 Sive nequiens ore verbisque satis efficacibus præsentem animi lætitiam exprimere. Male in Pith. et Edd. ante Colv. est *præsente*, ac recte revocavit se Pricæus, qui aliquando *viribus* conjecerat. *Oud.*—2 Typothetarum errore in Scriverii Ed. Amst. est *perducit*. Id.—3 *Portatur ad j.* Vulgarant etiam, *deportatur*. Colvius. Bert. *deportatur*. Elmenhorstius. Simplex firmant Lips. Pal. Guelf. sec. et Edd. Vulc. Wow. Pric. Sed compositum vindicant reliqui Mss. omnes. Quare id cum Elm. et Scriv. reposui. *Oud.*—4 Fux. Oxon. Par. *inducitur*, Guelf. pr. *indicatur*. Id.—5 *Vero*

NOTÆ

[a] *Sepulcrum*] Feretrum, quo inclusus delatus fuerat ad rogum, ut apparet ex his superioribus verbis: 'Vixdum pompæ funebres sepulturæ filii fuerant explicatæ: et statim ab ipso ejus rogo senex infelix, &c. foro se festinus immittit.'

[b] *Postliminio mortis*] Vide Not. lib. I. pag. 105.

patibulo suffigitur;[5] et omnium consensu bono medico sinuntur aurei,[6] opportuni somni pretium.[7] Et illius quidem senis famosa atque fabulosa fortuna,[8] [c] providentiæ divinæ condignum accepit exitum:[9] [219] qui momento modico,[1] immo puncto exiguo, post orbitatis periculum,[d] adolescentium duorum pater repente factus est.[2] At ego tunc temporis talibus fatorum fluctibus volutabar.[3] Miles ille, qui me, nullo vendente, comparaverat, et sine pretio suum fecerat, tribuni sui[4] præcepto debitum sustinens obsequium,[e] literas ad magnum scriptas Principem[f] Romam versus perlaturus, vicinis me[5] quibusdam duobus servis fratribus[6] undecim denariis[g] vendidit. His[7] erat dives

damnatur ad exilium perpetuum; servus autem suspendio afficitur: et aurei solidi, cunctorum consensu, relinquuntur bono Medico pro mercede commodi illius soporis. Et fortuna quidem illius senis celebris atque fidem superans, habuit eventum dignum providentia Deorum: qui exiguo momento, immo brevissimo instanti subito factus est pater duorum juvenum, postquam periclitatus esset utrumque amittere. Ego vero per illud tempus jactabar hic tempestatibus fortunæ. Ille miles, qui me emerat, nullo vendente, sibique usurpaverat, nulla pecunia depensa cum, obediens, ut par erat, mandato sui præfecti, laturus esset literas ad Imperatorem Romam versus, vendidit me undecim denariis duobus quibusdam servis fratribus e vicinia. Hi ha-

exulat a Fux. *Sufficitur* Oxon. Guelf. pr. *Id.*—6 Ms. *sumuntur auri.* Colvius. Pal. et Basil. *sumuntur a. o. somnii.* Elmenhorstius. Guelf. sec. *summuntur.* Oud.—7 Vid. Not. Var.—8 Idem, *f. a. favosa.* Colvius. Scr. forte, *favosa et fellosa,* aptum Fortunæ elogium, quæ cum nimia mellis dulcedine diutinam fellis amaritudinem commiscere amat. *Brant.* Frigidum sane et ineptum hoc est acumen. *Favosa,* quod etiam comparet in Oxon. Guelf. et Pal. erat scriptum pro *fabosa,* contracto ex *fabulosa:* ut supra 'novissimus' pro 'nobilissimus.' Vide etiam Pric. *Oud.*—9 Ed. Vic. *cognitum.* Pal. Pith. Guelf. pr. Edd. Junt. Ald. *exitium,* male, ut sæpe. *Id.*—1 Pal, *m. exiguo.* Id.—2 Adverbium abest a Bert. *Effectus* in Oxon. *Factus est repente* Guelf. pr. *Id.*—3 Idem, *voluptabar.* Colvius. Sic etiam Pal. Guelf. sec. Oxon. de more, ut et factorum. Vide ad l. IV. p. 66. *Oud.*—4 Pronomen haud agnoscit Ms. Fux. *Id.*—5 D'Orv. Fux. *me vic.* Id.—6 Male Oxon. caret τῷ *duobus.* Vide ad l. II. p. 36. 'quibusdam septem testibus.' A D'Orv. abest τὸ *fra-*

NOTÆ

[c] *Fabulosa fortuna*] Adeo mira, ut ægre fidem mereatur: vel tragica, et digna, quæ exhibeatur in fabulis seu tragœdiis.

[d] *Orbitatis periculum*] In quo versatus fuerat, dum hic veneno sublatus crederetur, ille vero tanquam ejus interfector deposceretur ad mortem.

[e] *Sustinens obsequium*] Fortasse me-

lius legas *sistens:* sic supra hoc libro: 'debitum sistens obsequium.'

[f] *Ad magnum scriptas Principem*] Sic etiam Ammianus Marcellinus, lib. XXII. Imperatorem Romanum vocat 'magnum Principem.' Persarum Regem Græci μέγαν βασιλέα magnum Regem appellabant.

[g] *Undecim denariis*] Denarius Bu-

admodum dominus. At illorum alter pistor dulciarius, qui panes [8] et mellita concinnabat edulia; [9] alter coquus,[1] qui sapidissimis intrimentis sucuum [h] pulmenta condita, vapore mollibat.[2] Unico illi [3] contubernio communem vitam sustinebant, meque ad vasa illa compluria [4] gestanda præstinarant,[5] [i] quæ, domini [k] regiones plusculas pererrantis,[6] variis usibus erant necessaria. Adsciscor itaque inter duos illos [7] fratres tertius contubernalis: haud ullo tempore tam benivolam [8] fortunam expertus. Nam vespera, post opiparas [9]

bebant herum valde opulentum: eorum vero unus erat pictor dulciarius, qui faciebat panes et cibos melle conditos: alter coquus, qui coquebat igne minutalia condita suavissimis succis intritis. Illi simul habitantes in commune vivebant, et me emerant ad portanda illa plurima vasa, quæ erant necessaria suis dominis, ad varios usus, cum iter faciebant per multas regiones. Assumor itaque tertius socius inter illos duos fratres: neque unquam usus eram fortuna tam favente. Vespere enim,

tribus. Id.—7 Prave Pal. *is.* Id.—8 Guelf. pr. *pannos.* Id.—9 Bert. *mellata.* Pal. Guelf. sec. *edilia;* male. Vide ad l. v. p. 90. *Id.*—1 D'Orv. Guelf. pr. et Edd. ante Bas. *cocus* e vulgari pronuntiatione. *Id.*—2 Palat. Guelf. sec. *pulmento.* Pith. *molliebat,* Fux. *mallibat.* Vide ad l. IV. p. 67. 'scaturibat:' et inf. p. 220. *Id.*—3 Oxon. Guelf. pr. *illo.* Id.—4 Al. *complura.* Fux. *complurima.* Id.—5 Ms. *prædestinarant.* Colvius. Bertin. et Flor. *prædestinarant,* male. *Elmenh.* Item Pal. Fux. D'Orv. Guelf. ambo, Ed. Junt. post. Nihilominus perperam sine dubio, et ex frequenti librariorum errore, de quo dixi ad l. IV. p. 74. 'Præstinatæ pretio.' *Oud.*—6 Al. *dominis...pererrantibus.*—7 Oxon. *assistor,* Guelf. pr. *assciscitor.* Pith. Fux. Pal. D'Orv. *illos duos.* Oud.—8 *Benignam fortunam.* Non male etiam vulg. *benivolam Fort.* Colvius. *Benivolam.* Alii, *benignam.* Elmenhorstius. Nimis temere Colvius e Lips. Cod. cui adde Guelferb. sec. cum Vulc. Wow. Pric. arripuit *benignam.* Mss. ceteri recte servant *benivolam,* sive *bonum* et *obsequentem,* ut aliquoties in Inscriptionibus.

NOTÆ

dæo nummus erat argenteus apud Romanos, quatuor valens sestertios, ita dictus, quod pro decem assibus in solutionem cedebat, sed postea cum Annibal in Italia diutius commoratus esset, perpetuis belli sumtibus exhausto ærario, placuit denarium sexdecim assibus permutari. Ejusdem fuisse ponderis denarium Romanum ac drachmam Atticam ait Plin. lib. XXI. cap. ult. Ex Prisciano tamen gravior erat denarius quam drachma, ponderabat enim viginti quatuor siliquas, drachma vero tantum octodecim. Budæus denarium ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigens ait eum valuisse tres solidos Turonenses cum dimidio.

[h] *Intrimentis sucuum*] Intrimenta succuum intellige herbas, atque aromata in mortario tusa, atque in modum pultis redacta, quibus postea carnes et pulmenta condirentur. 'Succuum' hic quartæ declinationis, pro 'succorum.'

[i] *Præstinarant*] Festus: 'Præstinare apud Plautum emere est, id est, emendo tenere.'

[k] *Domini* [*Dominis*] Vasorum, nemne ipsis fratribus, pistori et coquo;

cœnas, earumque [1] splendidissimos apparatus, multas numero partes in cellulam [2] suam mei solebant reportare domini: ille porcorum, pullorum, piscium, et ejuscemodi pulmentorum [3] largissimas reliquias; hic panes, crustula,[l] lucunculos,[m] hamos, lacertulos,[4] [n] et plura scitamenta [o] mellita. Qui [5] cum se refecturi, clausa cellula, balneas petissent, oblatis ego divinitus dapibus affatim saginabar.[6] Nec enim tam stultus [7] eram,[8] tamque vere asinus, ut dulcissimis illis [9] relictis cibis, cœnarem [1] asperrimum fœ-

post lautas cœnas, amplissimosque apparatus earum, mei domini soliti erant referre in suam cellulam plurima frusta: hic amplissimas reliquias porcorum, pullorum, piscium, et minutalium omnis generis: ille panes, crustula, lucunculos, hamos, lacertulos, et multa bellaria mellita. Qui, cum, obserata cella sua, ivissent ad balneas, sui refocillandi causa, ego me largiter saturabam escis, quæ mihi objiciebantur munere Deorum. Nam, non eram adeo stolidus, adeoque vere asinus, ut ederem fœnum asperrimum, neglectis illis suavissimis eduliis. Et solertia quidem

Oud.—9 Edd. pp. Ber. Junt. Ald. *opiperas*. Id.—1 Flor. D'Orv. Oxon. *eorumque*. Scriptumne fuit *conviviique?* Id.—2 Ms. Par. *cellam*. Id.—3 Edd. Junt. Ald. non habent copulam. Oxon. Guelf. pr. *hujusmodi*, Pith. Palat. Guelf. sec. D'Orv. *hujuscemodi*. Verissimum scil. est, quod ascripsit vir doctus *cujuscemodi*, sive cujuscumque modi. Vide ad l. VIII. p. 164. 'cujuscemodi vocibus.' Tum in Coll. Voss. *pulmenta*. Id.—4 Vid. Not. Var.—5 Oxon. *quod*.—6 Ms. *obl. div. d. aff. saginabat*. Colvius. Oxon. *et obl*. Pal. *ablatis*. Fux. Reg. Oxon. Pal. Guelf. pr. carent quoque τῷ *ego*. D'Orv. *divinitus ego*. Quod malim, si retineamus pronomen. Palat. Guelf. pr. *saginabat*. Oud.—7 Oxon. *inde st*. Id.—8 Non est in Guelf. pr. *Id*.—9 Oxon. *et d*. Pal.

NOTÆ

non autem dominis fratrum, qui, ut infra patebit, uni tantum serviebant optimati Corinthio.

[l] *Crustula*] Crustula, edulia sunt mellita operis pistorii. Horatius: 'Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima.'

[m] *Lucunculos*] *Lucunculus* Nobio: *lucuns*: Festo *lucuntere*, seu potius *lucunter*, aut *lucanter*: Græcum λευκανθὴρ ab aspersione farinæ albæ, genus est operis pistorii eidem Festo. De lucunte Varro apud Nonium, 'ac nulla ambrosia ac nectar, non allia sardæ, pemma,' (Gothofredus substituit aliam lectionem, *non alia sardæ, panu, pemma*,) 'lucuns, cibus, qui purissimus multo est.' Idem: 'Vinum pemma, lucuns, nihil adjuvat, ista ministrat.' A 'lucuns' diminutivum fit 'lucunculus.' Beroaldus legebat hic, *jucunculos*, et emendabat, *junculos* intelligens aut opus dulciarium, ad similitudinem juncorum factum, aut metam lactis coagulati juncis inclusam.

[n] *Hamos, lacertulos*] Alia pistorii operis genera, a forma hamorum, et lacertorum, quam retulerint, sic dicta. Editio Elmenhorstii habet hic *laterculos*, quod nomen esse potest pistorii alicujus operis, a forma lateris quadrata.

[o] *Scitamenta*] Edulia sciti saporis,

num. Et diu quidem [2] pulcherrime mihi furatrinæ [3] procedebat artificium: quippe adhuc [4] timide et [220] satis parce surripienti de tam multis pauciora, nec illis fraudes ullas in asino suspicantibus. At ubi fiducia latendi pleniore capta, partes opimas quasque devorabam; et rancidiora seligens, abligurribam [p] dulcia: suspicio non exilis fratrum pupugit animos.[5] Et, quanquam de me nihil etiam tunc [6] tale crederent; tamen quotidiani damni [7] studiose vestigabant reum. Illi vero postremo, etiam mutuo sese rapinæ turpissimæ criminabantur.[8] Jamque curam diligentiorem, et acriorem custodelam,[9] et dinumerationem adhibebant partium.[1] Tandem denique rupta verecundia, sic alter alterum compellat: [2] At istud [3] jam neque æquum, ac ne humanum, fidem minuere quidem quotidie, ac partes [4] electiores surripere: atque his divenditis,[5] peculium laten-

mei furti diu mihi succedebat optime: quia nimirum adhuc meticulose, et satis tenuiter subtrahebam perpauca ex tanta copia, et illi nullos dolos suspicabantur in asino esse. Verum, simul atque ego, securior factus id fore clam, cœpi deglutire exquisitissima quæque frusta, et comedere dulcia, repudiatis rancidioribus; non parva suspicio stimulavit animos fratrum. Et quamvis nihil simile adhuc existimarent de me, inquirebant tamen summa cura quis inferret ipsis quotidie illud damnum. Novissime vero ipsi se accusabant invicem furti illius sordidissimi. Jamque impendebant curam studiosorem, et observationem vigilantiorem, numerabantque etiam frusta. Postremo, devorato pudore, sic alter alloquitur alterum: Atqui hoc jam non est justum, ac ne humanum quidem te quotidie furari meliora frusta, et locupletare peculium tuum vendendo ea clanculum, et velle tamen ex æquo

dulcimo is. Id.—1 Pal. *cœnare.* Id.—2 Abest *et* a Pal. Oxon. Guelf. utroque. *Id.*—3 Mss. aliquot, *furatrive, furatrine.* Id.—4 D'Orv. *adhec*, et mox *latenti.* Id.—5 D'Orv. *s. enim ex illis.* Edd. pp. *fratrem.* Vic. *pepugit.* Vulc. pr. *animo.* Id.—6 Pith. D'Orv. cum Edd. ante Col. *etiam tum.* Fux. *etiam cum.* Guelf. sec. *et tunc.* Id.—7 B. M. *q. dapni.* Putean.—8 Oxon. a m. pr. *cominabantur.* Oud.—9 V. C. *custodiebam.* M. *cura diligentiore et acriore custodiebant.* Groslotius. Margo Ed. Bas. pr. *custodiam.* Perperam. Vide ad l. IX. p. 168. 'Dominæ custodelam.' *Oud.*—1 Ed. Bas. pr. *diminutionem.* Exulat τὸ *partium* a Reg. Fux. *Id.*—2 D'Orv. *alter ad alterum comp.* Id.—3 *Ad istud.* *At i.* Ald. *Roald.* *At.* Palat. Guelf. pr. D'Orv. Edd. ante Beroaldum, item Bas. *ad istud.* Oud.—4 Vid. Not. Var.—5 Idem, *dividentis.* Col-

NOTÆ

[p] *Abligurribam* [*Abliguriebam*] Abligurire est liguriendo consumere. Terent. Eunucho: 'Itidem patria qui abligurierat bona:' id est, inquit Donatus, 'suaviter consumserat.' Idem Donatus ait, 'ligurire' formatum esse ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod 'suave' significat.

ter augere, de reliquis [6] æquam vindicare divisionem. Si tibi [7] denique societas ista displicet: possumus omnia quidem cetera fratres manere,[8] ab isto tamen nexu communionis discedere. Nam video in immensum [9] damni [1] procedentem querelam, nutrire nobis immanem discordiam. Subjicit alius: Laudo istam tuam, mehercules,[2] et ipse constantiam,[3] quod, furatis [4] [q] clanculo partibus, prævenisti querimoniam;[5] quam diutissime sustinens, tacitus ingemiscebam; ne viderer rapinæ sordidæ meum [6] fratrem arguere. Sed bene, quod utrimque secus sermone prolato; [7]

dividere ea quæ supersunt. Postremo, si hæc nostra societas tibi non probatur, possumus quidem remanere fratres quantum ad reliqua omnia, et tamen solvere hoc vinculum societatis. Video enim expostulationem jacturæ, quæ progreditur in infinitum, fovere inter nos ingentem divisionem. Alter respondet: Profecto ego quoque laudo tuam audaciam, quod postquam surripuisti clam frusta, prævertisti querelam, quam ego jamdudum retinens, dolebam apud me; ne viderer accusare meum fratrem turpis furti. Sed gaudeo, quod invicem loquendo, quæri-

vius. *Iis* Florent. *Oud.*—6 Reg. Fux. *de reliqiis.* Id.—7 Pal. Guelf. sec. *sed tibi.* Id.—8 Fux. *p. ad omnia q. c.* Bene. *Roald. Omnia* non est in vet. Cod. *Colv.* Nequaquam præpositionis additione opus est. Ellipticus iste Accusativus in hisce frequens est Nostro aliisque. Adi me ad l. VIII. p. 173. 'Flagrum multis jugis talis omnia tessellatum.' Atque ita *cetera*, ex ipsius Roaldi judicio, l. II. p. 34. et in Flor. N. 3. 'Phryx cetera.' Solin. c. 52. p. 58. 'Eale, fluvialis ut equus cetera cauda elephanti.' Sic leg. duco, partim e conjectura et Plinio l. VIII. 21. partim e Mss. *Fluvialis* abiit in *alias*, quod hinc alii omiserunt, alii *cetera* ejecerunt, substituentes *vero*. Exulat vero τὸ *omnia* etiam a Palat. Oxon. Guelf. utroque, Pith. Sed talia geminare Auctor amat, ut modo, 'tandem denique.' Immo confer notata ad l. VII. p. 147. 'Ceteram vero carnem omnem.' In Pith. *fratribus.* A Bert. abest verbum *manere*, ut et mox *tamen.* In Guelf. pr. *descedere.* Oud.—9 Haud agnoscit D'Orvill. præpositionem. Adi ad l. IV. p. 83. 'Inmensum procedit opinio.' *Id.* —1 Deëst Edd. Ber. Bas. *Id.*—2 Τὸ *me* non comparet in D'Orv. ut alibi. *Id.*—3 Oxon. a m. pr. *conscientiam.* Id.—4 Pal. *quod quotidie furatis.* Wowerius. *Quod quotidie furatis, &c.* Sic Mss. *Elmenh. Quotidie* vel *cotidie* addunt etiam Mss. mei omnes. Abest tamen ab Edd. Vett. excepta Junt. post. ac bene revocavit primus Wowerius. *Juratus* Guelf. pr. *Oud.*—5 Ms. Lips. *p. et querim.* Id.—6 *Sustinens, &c. meum.* Hæc omnia desunt in Reg. Fux. Ac Codd. Paræanus, Guelf. pr. habentes τὸ *sustinens*, carent reliquis. Contra D'Orvill. verba *fratrem arguere*, quæ sequuntur, ponit quoque ante τὸ *sustinens.* Pro *sordidæ* in Coll. Voss. et Guelf. sec. *sustinens.* Hinc patet, in antiquioribus Codd. hæc admodum luxata fuisse. *Id.*—7 Non legitur *quod* in Ed. Bas. pr. Conjecit rursus N. Heinsius cum Viro D. ad oram Ed. Vic.

NOTÆ

[q] *Furatis*] Passive. Sic sæpe apud hunc Auctorem 'mentitus,' et alia quædam.

jacturæ remedium[8] quæritur; ne silentio procedens simultas, Eteocleas nobis contentiones[9] [r] pariat. His et similibus altercati[1] conviciis, dejerant utrique,[2] nullam se prorsus fraudem, nullam denique surreptionem[3] factitasse:

mus remedium nostro damno: ne inimicitia crescens tacendo, excitet inter nos discordias Eteocleas. Cum rixati essent inter se his atque hujusmodi verbis contumeliosis, ambo jurant se nullum dolum commisisse, nec denique ullum furtum: sed

ultrimsecus. Vide ad l. II. p. 22. Pith. *sermo.* Id.—8 Ms. *medium.* Colvius. Neque aliter Pith. Guelf. Fux. D'Orv. Edd. ante Beroald. Oxon. barbare pro *remedio.* Excidit scilicet *re* ob præcedens *jacturæ,* quod etiam abiit in *jactare* in Ed. Vic. ut statim pro *ne* in Pith. et Edd. primis, item Ber. Bas. est *nec,* vitiose, ut bene monuit hæc Beroaldus. *Oud.*—9 Idem Ms. *procedenti simulatas E. n. contentionibus p.* Colvius. Flor. *simulatas E. n. contentionibus p.* male. *Elmenh.* Male quidem; sed quo patet, aliter paulo hæc olim lecta fuisse. Nam *simulatas* habent etiam Mss. Pith. Fux. Guelf. pr. Oxon. Pal. D'Orv. *contentionibus* item Fux. Oxon. Pal. Guelf. ambo, *Contātionibus* D'Orv. Vide, num scripserit Auctor: *Ne, silentio procedente* (vel *procedenti*) *simulata E. n. contentiones lis p.* vel *simulatio Eteocleæ n. contentionis lites pariat.* Contra alibi 'sermone procedente,' et paulo ante, 'querela procedente.' Nisi potius procedens sit crescens. Vide ad l. V. p. 93. 'procedens sermo.' Perperam vero Scriverius edidit *Etheocleas.* Nam Græci semper per τ scribunt Ἐτεοκλῆς, pejus in Notis Elm. *Ætheocl.* Oxon. et alii, *Œtocleas.* Oud. —1 Idem, *altricati.* Sæpius ita. *Colv.* Sic quoque Fux. Vide ad l. II. p. 21. et alibi. *altercate* D'Orv. *Oud.*—2 Elegantius Ms. *uterque.* Scioppius in Symbola. Flor. *dejerantur.* Elmenhorstius. Mirum est, in Pith. etiam, Reg. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. pr. exarari *dejeruntur,* quasi Deponentiali forma, ut alibi 'somniari,' 'murmurari.' Adi ad l. III. p. 57. Certe hinc juratus et conjuratus passim dicitur, qui juravit, conjuravitque, et apud Plaut. et Hygin. 'juratus esse' pro 'juravisse.' Sed Auctor, hoc verbo crebro utens, semper dixit 'dejerare.' Vide Indicem Floridi. Alii scripsere quoque *dejurare.* An in *ur* latet adverbium aliquod. *Uterque* cum Mss. Urs. Reg. edidit tacite Wow. Scriv. Pric. Flor. sed bene Pricæus male id fieri monuit. Consule dicta ad l. I. p. 15. 'Comites utrique.' *Oud.*—3 Par. Guelf. pr. *sub-*

NOTÆ

[r] *Eteocleas nobis contentiones*] Œdipus Thebanorum rex ex incesto Jocastæ suæ matris connubio Eteoclem et Polynicem suscepit, quibus ipse, agnito genere suo, et scelere simul, in exilium ultro proficiscens, Thebanum regnum ea lege reliquit, ut alternis annis regnarent. Quod cum Eteocles, utpote natu major, primus occupasset, nec vellet, elapso suæ dominationis anno, Polynici fratri cedere: hic, impetratis ab Adrasto Argivorum rege socero suo copiis, bellum Thebanis intulit: cujus is fuit tandem exitus, ut ambo fratres singulari certamine congressi, mutuis confossi vulneribus caderent, quorum odium tantum fuit, ut et in rogo post mortem duraverit. Stat. Thebaïd. lib. XII. 'Ecce iterum fratris primos ut contigit artus Ignis edax, tremuere rogi, et novus advena bustis Pellitur: exundant, diviso vertice, flammæ, Alternosque apices, divisa luce coruscant,' &c. Hinc 'Eteocleæ contentiones,' et 'Eteoclea odia' inter fratres, pro acerbissimis et implacabilibus

sed plane debere cunctis artibus communis dispendii latronem inquiri.4 Nam [221] neque asinum, qui solus interesset,5 talibus cibis 6 affici posse: et tamen quotidie partes electibiles 7 comparere nusquam: nec utique cellulam suam 8 tam immanes involare muscas,9 ut olim Harpyiæ fuere, quæ diripiebant Phineias dapes.1 s Interea 2 liberalibus cœnis inescatus, et humanis affatim cibis 3 saginatus, corpus obesa pinguitie 4 compleveram; corium arvina t succulenta molliveram; 5 pilum liberali nitore nutriveram.

investigandum esse omni prorsus opera furem, qui causa erat damni communis. Dicebant enim neque asinum, qui solus aderat, posse delectari ejusmodi eduliis, et tamen optima frusta evanescere quotidie: neque certe volare in suam cellulam muscas tam ingentes, quam Harpyiæ quondam fuerunt, quæ rapiebant cibos Phinei. Ego interim pastus largis epulis, et abundanter saturatus dapibus humanis, dilataveram meum corpus crasso adipe; reddideram meam cutem mollem pinguedine succosa; alueram meos villos nitore honesto. Verum ille nitor mei corporis creavit

jectionem. Id.—4 Oxon. *inquirere.* Quod, sane corruptum, miror a Pricæo præferri. *Id.*—5 Oxon. a m. pr. *inter cetera.* Id.—6 Exulat a D'Orvill. *Id.*—7 Vid. Not. Var.—8 Sic rescripsi cum Elm. Scriv. Flor. auctoritate Mss. Flor. Fux. Oxon. Pal. D'Orv. ut supra. In reliquis *cellam.* *Tam* mox abest Edd. Ber. Bas. *Oud.*—9 Bert. *i. mures vel muscas.* Elmenhorstius. Addunt satis inepte *mures vel* Ms. Pith. Coll. Lips. et Edd. Colviana priores, nec non Scriverii. Mures volatiles sive vespertiliones grandes intelligere deberes. *Oud.*—1 Ms. *Finelas.* Colvius. Pal. *Arpiale,* D'Orv. *Arpie.* Tum *finicias* Pith. *Finelas* Fux. *funellas* Guelf. pr. *Finetas* Pal. *Phineas* Oxon. *Oud.*—2 Oxon. *in tam.* Id.—3 Adjectivum deest Fuxensi, adverbium D'Orvilliano. *Id.*—4 Fux. *pinguedine.* Roaldus. *pinguedine* etiam Oxon. Pith. Petr. D'Orv. ut in Sidonio Apoll. Glossis, et alibi. *Pinguitiam* habet Arnobius. Si quid mutandum, malim *pinguitudine,* qua voce passim utitur Plinius. *Oud.*—5

NOTÆ

s *Phineias dapes*] Phineus Agenoris filius, vel, ut vult Hesiodus, Phœnicis et Cassiopeæ, Agenoris nepos, rex Arcadiæ, vel, ut alii volunt, Thraciæ, aut, ut rursus alii, Paphlagoniæ, ob excæcatos novercæ impulsu filios suos, a Diis ipse obcæcatus est, Harpyiæque adversus eum immissæ, quæ dapes ejus raperent, mensamque turpissimo fœdarent contactu. Has Calais et Zethes alati fratres ad Strophadas insulas, Plotas prius dictas, fugaverunt. Postremo, ipse Phineus ab Hercule occisus est, qui ejus liberos excæcatos in solitudine offenderat, cognoveratque novercæ calumniis id fuisse factum. Fuere et alii Phinei.

t *Arvina*] Est durum pingue inter cutem et viscus, ut auctor est Servius ad illud Æneid. VII. 'Pars læves clypeos, et lucida spicula tergent Arvina pingui, subiguntque in cote secures.' Apud Festum *arbilla* pinguedo hominis, corrupta vox ex *arvilla,* quod diminutivum est nominis *arvina.*

Sed iste corporis mei decor, pudori peperit grande dedecus. Insolita namque tergoris vastitate commoti,[6] fœnum prorsus intactum quotidie remanere cernentes, jam totos ad me dirigunt animos.[7] Et, hora consueta velut balneas petituri, clausis ex more foribus, per quandam modicam cavernam[8] rimantur me passim expositis epulis inhærentem. Nec ulla cura jam damni sui habita, mirati monstruosas[9] [u] asini delicias, risu maximo dirumpuntur: vocatoque uno, et altero,[1] ac dein[2] pluribus conservis, demonstrant[3] infandam memoratu hebetis jumenti[4] gulam. Tantus denique ac tam liber cachinnus cunctos invaserat, ut ad aures quoque prætereuntis perveniret[5] domini. Sciscitatus[6] denique quid, bonum![w] rideret familia:[7]

magnum probrum meæ verecundiæ. Nam illi excitati insueta obesitate mei corporis, cum viderent quotidie fœnum meum superesse omnino illibatum, intendunt deinceps in me omnem suæ mentis aciem. Cumque clausissent ostium cellæ hora solita, quasi ituri essent ad balneas, aspiciunt me per quoddam parvum foramen intente comedentem fercula hinc inde exposita. Jamque, neglecta sua jactura, solvuntur in effusissimum cachinnum, admirantes prodigiosa oblectamenta asini: accersitoque uno, et altero, deindeque pluribus ex suis conservis, ostendunt eis voracitatem tardi asini horrendam dictu. Denique tantus, ac tam solutus risus occupaverat omnes, ut etiam perferretur ad aures heri illac prætereuntis. Postremo, cum quæsivisset

Pith. *mollulam.* Id.—6 Oxon. a m. pr. Guelf. pr. *committi.* Id.—7 Vulg. *totos dirigunt ad me omnes animos.* Colvius. Bert. *dirigunt omnes animos.* Elmenhorstius. *Omnes* addit cum Edd. ante Colv. Pithœanus. Non omnes, sed duo illi fratres hoc agunt. Ceteris Mss. et Colvio ac seqq. accedit jam Ed. Junt. post. *ad me* quoque præponens. *Oud.*—8 *Cavernulam.* Vulg. cod. *cavernam.* Colvius. Lipsii Cod. lectionem secuti etiam sunt Vulc. Wow. Pric. Sed ceteri Mss. et Edd. *cavernam*, quod præfero hic exhibent. *Oud.*—9 Fux. caret τῷ *mirati.* Cod. Petr. Edd. Junt. et Ald. *monstrosas.* Vide ad l. v. p. 98. *Id.*—1 *Vocatoque et altero.* Oratio ἐλλειπτική. Ms. *vocatoque uno ab altero.* Roaldus. *V. uno et altero.* Vulg. *vocatoque et altero, ac dein.* Colvius. Pith. *vocatoque etiam alt.* Sed recte Mss. ceteri cum Ed. Junt. post. dant, *v. uno et altero:* ut bene in Edd. Colv. posterioribus. *Oud.*—2 *Deinde.* Pal. Guelf. sec. *m. in*, Bert. *denique*, Pith. Guelf. pr. cum Edd. ante Colv. *dein.* Bene. *Id.*—3 Ms. Cod. *demonstravit.* Colvius. Item Oxon. Guelf. pr. *Oud.*—4 D'Orv. *asini*, e glossa. *Id.*—5 Vid. Not. Var. Pith. male *præveniret.* Non agnoscit præpositionem *ad* Cod. D'Orvillii: quod omnino Apuleii genium sapit. Vide ad l. I. p. 4. 'proximam civitatem pervenerimus.' Pro *prætereuntis* in eodem exaratur *præter cunctos*, in Guelf. pr. *præter cunctis.* Id.—6 Oxon. et Par. *sciscitans.* Id.—7 Rom. *quod b.* lib. IV. 'Quod malum fleret.' *Elmenh.* Sed illic legen-

NOTÆ

[u] *Monstruosas*] Neque enim ejusmodi edulia solent ad palatum asininum sapere.

[w] *Quid, bonum*] 'Bonum' hic videtur adverbialiter positum, et includendum parenthesi, aut duplici vir-

cognito quod res erat, ipse quoque, per idem prospiciens foramen, delectatur[8] eximie. Ac dein[9] risu ipse quoque latissimo, ad usque intestinorum dolorem[x] redactus,[1] jam patefacto cubiculo[2] proxime consistens, coram arbitratur.[3] Nam et ego[4] tandem ex aliqua parte mollius[5] mihi renidentis fortunæ contemplatus faciem,[y] gaudio præsentium fiduciam mihi subministrante; nec tantillum commotus, securus esitabam:[6] quoad novitate spectaculi lætus[7] dominus ædium, [222] duci me jussit; immo vero suis et ipse[8] manibus ad triclinium perduxit: mensaque posita, omne genus edulium solidorum, et illibata fercula jussit apponi. At ego, quanquam jam bellule[9] suffarcinatus, gratiorem commendatioremque[1] me tamen ei facere cupiens,[2] esurien-

quid esset boni cur servi sui riderent, didicissetque rem omnem ut se habebat, ipse etiam aspiciens per idem foramen mire oblectatur: deindeque, cum ipse solutus esset in risum tam effusum, ut intestina ipsi dolerent, aperta jam cellula propior mihi factus, præsens spectat me. Ego enim videns ex aliqua parte vultum Fortunæ mihi mitius ridentis, comedebam tranquille, ne minimum quidem perturbatus, quia lætitia, qua perfusi erant astantes, dabat mihi confidentiam. Donec dominus domus exhilaratus novitate ejus spectaculi, jussit me duci, quinimmo ipse suis manibus me deduxit ad cœnaculum, instructaque mensa, jussit poni ante me integros cibos omnis generis, et dapes intactas. Ego vero, quamvis jam essem pulchre saburratus, edebam tamen cupide cibos mihi oblatos, volens me reddere ei tunc acceptiorem, et com-

dum docuimus: *quid, malum! fleret*, p. 80. uti etiam hic distinguendum. *Oud.*—8 Ed. Junt. post. *conspiciens.* Fux. *delectabatur.* Id.—9 Membranæ, *ad dehinc.* Colvius. Pith. *ac dein*, Fux. D'Orv. Oxon. Guelf. ambo, *ac dehinc.* Bene. *Oud.*—1 Pal. *dolore.* Exulat participium a Fux. *Id.*—2 Pith. *tam.* Id.—3 Oxon. Guelf. pr. *arbitrabatur.* Id.—4 Copula caret Pal. *Id.*—5 Guelf. pr. *melius.* Id.—6 Fux. Guelf. pr. Edd. Junt. Ald. *hesitabam*, Vic. *hæsitabam*, Pith. *excitabam*, Pal. Guelf. sec. *hedificabam.* Vide l. IX. p. 202. 'Esitare cadavera.' *Id.*—7 *Novitate spectaculi lætus.* D'Orv. Guelf. sec. *novitatem.* Fux. *novi spect. lætus*, haud ineleganter. Sæpe enim *lætus* cum Genitivo rei construitur. Adi, ut alia multa mittam, N. Heins. et Burm. ad Virgil. Æn. I. 441. 'lætissimus umbræ:' et ad Vell. l. II. c. 42. *Id.*—8 *Suis etiam ipse.* Sic, (exceptis forsan Pithœano, et Guelf.) Mss. ceteri, et Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. In reliquis *s. et ipse.* Id.—9 Abest *jam* ab Oxon. Pal. *Velule* Oxon. *Velula*, Guelf. pr. *Vellule* sec. *Id.*—1 Fux. *gratiosum.* Roaldus. Liber scriptus, *gratiosum*: et post. ex eodem reposui *tamen*; cum vulgo lege-

NOTÆ

gula, quemadmodum 'malum' apud Terentium, 'quid (malum) ergo me vis?'

[x] *Ad usque intestinorum dolorem*] Lib. III. 'hi gaudii nimietate gratulari, illi dolorem ventris manuum compressione sedare,' &c.

[y] *Fortunæ contemplatus faciem*] Quæ Fortuna hactenus tergum asino nostro obverterat, ut dici solet de iis, quibus res male succedunt.

ter exhibitas escas appetebam.[3] Nam et quicquid potissimum abhorreret asinus[4] excogitantes[5] scrupulose, ad explorandum mansuetudinem id offerebant[6] mihi: carnes lasere[z] infectas,[7] altilia[a] pipere inspersa, pisces exotico jure[b] perfusos.[8] Interim convivium summo risu personabat.[9] Quidam denique præsens scurrula;[1] Date, inquit, sodali huic quippiam meri.[2] Quod dictum dominus[3] se-

mendabiliorem. Illi enim excogitantes summo studio quicquid asinus maxime refugeret, illud mihi apponunt ad explorandam meam mansuetudinem; utputa carnes conditas lasere, volatilia inspersa pipere, pisces madentes peregrino liquamine. Interea convivium resonabat maximo risu. Postremo quidam scurra astans dixit: Date aliquantum vini huic convivæ. Cui dicto herus assentiens respondit: Non

retur *tum.* Colvius. Manuscriptus, *gratiosum.* Scioppius in Symbola. *Gratiosum.* Sic Bert. et Flor. Aldus, *gratum.* Alii, *gratiorem.* Elmenhorstius. Pag. 230. 'quo se gratiorem locupleti fœminæ faceret.' Sed *gratiosum* etiam habent Mss. mei, exceptis Guelf. pr. Oxoniensi, nec non Editiones Junt. post. Elm. et Scriv. Ob sequentem tamen comparativum malim *gratiosiorem.* Quænam vero Aldi editio exhibeat *gratum,* ut ait Elmenhorst. nescio. Quas ego vidi, *gratiorem* cum ceteris præbent. In D'Orv. *commendationemque.* Oud.—2 *Tum ei facere cupiens.* Fux. *tamen ei.* Roaldus. Istud *tamen* amplexus videtur Colvius, sequentibus eum Vulc. Wow. Pric. ob præcedens 'quanquam;' ac legitur in Pithœano, Guelf. sec. Sed adi ad l. III. p. 60. *Ei* abest a D'Orvill. *Oud.*—3 Idem, *exurienter.* Colvius. Pal. *petebam.* Elmenhorstius. *Exur.* etiam Bertin. In mea Pal. Cod. collatione nihil varietatis annotatum est. *Oud.*—4 Al. *quid.* al. *quod,* et *asino* pro *asinus.*—5 Palat. *excogitationes.* Oud.—6 Vid. Not. Var.—7 Ms. *carnes lasete inf.* Colvius. Pith. Guelf. sec. *lassere,* Pal. *lassace,* D'Orv. *laserem.* Vide Beroald. *Oud.*—8 Idem, *jure estu perfusos.* Colvius. Palat. Guelf. sec. *uie estu.* An *astu,* ut dolo deciperent asinum? An *juris pastu?* Vide ad l. II. p. 25. 'Embammatum pastu jurulenta.' Ceterum male Edd. Wow. Pric. dant *infusos.* Vide ipsum Pricæum. *Oud.*—9 Fux. *parabat.* Id.—1 D'Orv. *strutila.* Id.—2 *Huic quippiam meri.* Prima vox non comparet in D'Orv. nec male Coll. Voss. *merum.* Id.—3 Florent. *domini.* Id.—4 *Locutus es furcifer.* Palat. et

NOTÆ

[z] *Lasere*] Laser succus est laserpitii, quod Græci σίλφιον vocant, quo Cyrenaica regio abundabat. Unde Catullo 'laserpiciferæ Cyrenæ.' Laser maximi olim fuit usus, tum in medicina, tum in cibis. Apicio 'Laseratus pullus' lasere conditus. Frequens laseris apud eum mentio. Vide Plin. lib. XIX. cap. 3.

[a] *Altilia*] Glossarium Isidori. 'Altilis, pasta, ab alendo,' in vet. Gloss. altiliarius, ὀρνεοτρόφος.'

[b] *Exotico jure*] Videtur intelligere liquamen ex garo, pipere, et oleo, quo solebant pisces condiri. Exoticum autem vocat jus, quod garum primo Romam ex peregrinis regionibus allatum est: puta ex Hispania. Horat. lib. Serm. II. Satyr. 8. 'Garo de succis piscis Iberi.' Hinc et 'sociorum liquor' apud Plin. Sed de hoc nos plura, Deo dante, ad Ausonii Epistolas, quem auctorem a nobis ex regia etiam munificentia prope diem expecta.